This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

36.
843.

8. O.
34.

M. TULLII CICERONIS

TUSCULANARUM

DISPUTATIONUM

LIBRI QUINQUE,

CUM COMMENTARIO

JO. DAVISII, R. BENTLEII EMENDATIONIBUS,
LALLEMANNI ANIMADVERSIONIBUS INTEGRIS,
RELIQUORUM INTERPRETUM SELECTIS.

AD CODD. MSS. RECENS COLLATORUM EDITIONUMQUE
VETERUM FIDEM DENUO RECOGNOVIT,
ALIORUM INEDITAM SUAMQUE ANNOTATIONEM,
EXCURSUS ET INDICES

ADIECIT

GEORGIUS HENRICUS MOSER,
PH. DR., GYMN. ULM. RECTOR ET PROF.

TOMUS SECUNDUS.

HANOVERAE,
IN BIBLIOPOLIO AULICO HAHNIANO.

MDCCCXXXVI.

843.

BIBLIOTHECA·BODLEIANA

CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM LIBRI TERTII ARGUMENTUM.

„Praefatio huius libri in laudibus philosophiae versatur; quae cum medicina animi sit, eaque in potestate nostra, queritur, multum et honoris haberi et temporis tribui medicinae corporis, illam autem contemni et negligi, c. 1. 2. 3. Ipse autem liber in eo versatur, ut *aegritudinem non cadere in sapientem* demonstretur. Praemittit c. 1—5. argumenta leviora et a verbis Latinorum ducta, qui omnem animi affectionem rationis lumine carentem, insaniam, amentiam, dementiam appellent, adeoque a sapiente removeant. Sequuntur deinde argumenta Stoicorum contorta c. 6—10. Quibus expositis suo more et diffusius aliquanto ista et latius dicit. Ostendit ergo c. 11. omnis aegritudinis non modo, verum ceterarum etiam perturbationum causam esse ab opinione repetendam, et aegritudinis quidem ab opinione magni mali, cuius hanc definitionem facit: esse opinionem magni mali praesentis, et quidem recentem opinionem talis mali, ut in eo rectum videatur esse angi. Ex hac definitione in tres partes abit disputatio, quarum prima docet aegritudinem esse ex opinione mali, c. 13. in qua Epicurum refellit, qui ipsam opinionem esse aegritudinem contendit, et Cyrenaicos, qui nonnisi inopinatum malum ad aegritudinem valere putant, quod, quamquam insperata sint graviora, et ipsa praemeditatio aegritudinem minuat c. 13. med. 14. 15. ut merito reprehendantur Epicurei, qui istam reprehendant c. 16. et cogitationes potius ad voluptates traducant corporis aut quae propter corpus vel recordatione vel spe cogitentur c. 17—21. tamen in isto non sint omnia, cum et non opinatorum natura considerata intelligatur, propterea tantum magna videri, quod, quanta sint, considerandi spatium non detur, et quasi culpa contractum omne non provisum malum videatur. c. 22. Altera pars dolorem voluntarium esse, non in natura rerum ipsa situm, ex eo demonstrat, quod, cum accessit ad opinionem magni mali altera illa opinio, ad officium pertinere, aegre ferre, quod acciderit, vehementer augeatur aegritudinis perturbatio. c. 26 sq. Tertia denique hoc argumento a natura rerum aegritudinem removet, quod aegritudo fere non sit nisi e recenti mali opinione, quaeque habeat quandam viriditatem; unde fiat, ut ipse dies vel maximae aegritudini medeatur. c. 31. Reliqua disputatio c. 32. 33. versatur in remediis aegritudinis tradendis.“ *Ern.*

p. 190. a.

M. TULLII CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM AD M. BRUTUM LIBER TERTIUS.

DE AEGRITUDINE LENIENDA. *)

1 1. Quidnam esse, Brute, causae putem, cur, quum constemus ex animo et corpore, corporis curandi tuendique causa

C. 1. *Quidnam esse, Brute, causae putem, cur,*] Similiter scripsit supra I. 32. 75: *Num quid igitur est causae;* et correxit Beierus Lael. 13, 48: *quid causae est, cur amicitiam funditus tollamus e vita?* pro *quae causa est.* Quem vero ibi laudat B. locum Cic. de Invent. I. 30. is est c. 39: *quid causae est, quin istum contra leges fecisse iudicetis?* Ceterum nostra loci non una est lectio. Regius tria vocabula prima non habet. Vind. 2. habet: *Quid causae putem,* omissis mediis; Mon. 1. *esset.* Gud. *esse o Brute,* Rehd. *Quidnam, Brute, esse.* Ad seqq. *quum constemus — corpore* conf. de Finn. V. 12: *atqui perspicuum est hominem e corpore animoque constare.* Tum duo Oxx. non optimae notae, *corpus* pro *corporis.* Duisb. *tuendi curandique.* Cod. Aug. omittit *quum.* Gud. 2. habet *stemus* pro *constemus. Mr.*

quaesita sit ars eius, atque utilitas] In marg. Lambb. et Goth. est: Fort. *quaesita sit ars, eiusque* etc. Verb. in marg. ait Davisium legere (in Ed. 1.) *quaesita sit ars atque eius utilitas.* — In ed. 2. Dav. hanc habet annot.: *quaesita sit ars eius atque utilitas*] „Si gravius non subsit vitium, vel cum Manutio legendum *atque eius utilitas,* vel cum Lambino *eiusque utilitas.* Nam quae de coniunctionis huius transpositione dixit Lipsius Elect. II. 19. ea vero somnia sunt, ut ostendit J. F. Gronovius ad Agellii lib. I. c. 2. At, ut verum fatear, locum tam levi manu sanari posse non puto, nonnullaeque voces ex ora Codicum videntur in verba Ciceronis irrepsisse; nam mihi sane latet, quem sensum conficiat *utilitas Deorum immortalium inventioni consecrata.* Totus, nisi fallor, hoc modo locus est constituendus: *corporis curandi tuendique quaesita sit ars deorum immortalium inventioni consecrata;* ut *causa eius atque utilitas* nota fuerit ex exemplarium marginibus in orationem Tullianam translata; cuius quidem generis plurimae bonos scriptores etiam nunc foedant atque contaminant. Seneca Cons. ad Marciam cap. XIII. *Paullus circa illos nobilissimi triumphi dies, quo victum ante currum egit Persen,*

*) *De Aegritudine Lenienda*] Abest haec inscriptio a Cod. Mon. 1. Ciceronem in hoc tertio Tusculanarum libro Crantoris librum de Luctu (περὶ πένθους) paene totum suum fecisse monet Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 44. 135. p. 244. laudato Baylio in Dictionario I. p. 929. videlicet s. v. *Crantor.* In Cod. Aug. scribitur: *Finit 2. incipit tert. lib. continens animi aegritudinem in sapientem virum non cadere, quod probabitur rationibus et exemplis. Mr.*

quaesita sit ars, eiusque utilitas deorum immortalium inven-

incliti Regis nomen, duos filios in adoptionem dedit. Non opus est ut ille lynceus sit, qui clare videat, *incliti regis nomen* a librariis adiectum fuisse, ne Persen, qui fuerit, nesciremus. Velleius Paterc. lib. II. c. 5: *Tam severum Q. Macedonici in his gentibus imperium fuit, ut, cum urbem, Contrebiam nomine, in Hispania oppugnaret, pulsas — cohortes — eodem protinus subire iuberet; facientibusque omnibus in procinctu testamenta, — non deterritus proposito, perseverantia ducis, quem moriturum miserat militem, victorem recepit.* Totam ῥῆσιν apposui, ut iudicent viri in hisce rebus exercitati, num *perseverantia ducis* a nobis non esse Velleii sed adnotatoris cuiusdam recte statuatur." In Addendis idem Dav.: „Forsan tamen apud nostrum reponi possit, *quaesita sit ars, eius ex utilitate deorum immortalium inventioni consecrata.* Haec sane minor est mutatio, sensumque commodum gignit." *Mr.*

quaesita sit ars, eius atque utilitas —] „Ita distinguitur in Ed. mea vet. Dav. in suis Edd. posterioribus post *eius* distinxit, quod ferri non potest. Melius Lambinus *eiusque utilitas; eius* enim manifesto sequentibus *adiungendum.* Sed si ita scripsit Cicero, vel, quod alii coniecerunt, *atque eius utilitas*: cur, quaeso, librarii structuram hancce consuetam in insolentiorem mutaverint. Non negligenda erat Lipsii sententia, Elect. II. 19. *atque* nonnunquam transponi contendentis, ut est apud Horat. Ep. I. 16. 49: *negat atque Sabellus.* Frequentior fuisse videtur haec transpositio, sed a Librariis obliterata." *Bouhierius.* „Locum haud dubie male sanum alius alia medela aggressus est. Dav. legebat: (v. ann. Ed. 2.). In addendis tamen, minore facta mutatione reponit, *eius ex utilitate.* Tu vide ne correctione multo leviore manum Tullianam hoc modo assequi liceat, si reposuerimus: — *tuendique causa quaesita sit ars, eiusque utilitate deorum imm. inv. cons.* Primo *eius* pro *sua* non plane inauditum esse in veterum monumentis constat: quod tamen si displiceat, legere possis *suaque utilitate* etc. vel *sua quoque* etc. [Neutrum potest probari. Egregie Lambinus correxit *eiusque utilitas.* Hand.] Deinde *utilitate* h. e. propter utilitatem. ut de Finn. I. 13. *et gubernatoris ars — utilitate, non arte, laudatur*: et lib. II. c. 28. *At vero si fructibus — et utilitatibus amicitias colemus* etc. de Div. I. 7: *utilitate et ars est et inventor laudatus.* de N. D. II. 33. *Utilitatum — magnitudine constituti sunt ei di, qui utilitates quasque gignebant.* et III. 24: *quarum rerum utilitate video consecrata simulacra,* ubi non est cur iuxta Codd. quosdam [cum Dav.] refingas *quarum rerum utilitatem video etiam cons. sim.* [neque recte retulit, neque prudenter diiudicavit Davisii coniecturam Wopk. Vid. nostras Edd. *Mr.*] De hoc ablativi usu vid. Schulting. ad Quinct. Declam. I. 2. et Cortium ad Sall. Cat. 31, 3." *Wopkens.* „Non necessaria est Wopkensii correctio: necessaria vero est nostra: *inventione consecrata.* Quid enim? an utilitas artis medicae consecrata est inventioni a diis oriundae? Absurdum hoc. Vult Cicero sine dubio, artis huius utilitatem quodammodo fuisse consecratam honore diis ob eius inventionem reddito, vel potius honore divino iis hominibus tributo, quibus debetur inventio. Ita semper loquitur Cicero. Supra I. 14: *Vetera iam ista et religione omnium consecrata.* V. 4: *Socratis ratio disputandi Platonis memoriâ et literis consecrata.* de N. D. II. 26. *Aër Iunonis nomine consecratur.* III. 24. proxime ad nostrum locum: *quarum rerum utilitate video etiam consecrata simulacra.* Add. Cic. ap. Lactant. Div. Inst. I. 15: *Intelligi potest acuendae virtutis gratia*

tioni consecrata; animi autem medicina nec tam desiderata sit, antequam inventa, nec tam culta posteaquam cognita est,

---

virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam." *Bouhier.* „Quid si *consecrata* perinde accipitur ac *assignata, attributa?* Potest quidem sic accipi. Quid est enim consecratio? Assignandi, attribuendi addicendi forma quaedam. Tum opportune monet Wopkensius II, 17. non raro actioni tribui, quod personae convenit: at III. 1. non abhorrere Tullium ab eius figurae usu, quam grammatici vocant hypallagen. Ibidem III. 3. „„Solet Tullius de qualitatibus rerum loqui, tanquam de rebus ipsis, quarum illae qualitates sunt.""" Iam proposita Ciceronis verba sic opinor posse intelligi: Ars medendi propter suam utilitatem diis assignata fuit tanquam inventoribus. Vel, quod eodem redit: Inventio artis medicae propter suam utilitatem diis fuit attributa." *Anon. ap. Olivet.* „Nullum est aptius huic loco remedium, quam quod Lambinus attulit, ut legatur *eiusque utilitas* etc., eamque a Bipontinis receptam esse valde probamus. Verba enim *eiusque utilitas deorum inventioni consecrata* idem significant ac: *eaque propter utilitatem deorum inventioni consecratam.* Quod hic de medicina, idem alibi de eloquentia praedicatur, de Orat. I. 46; *Schütz.* Opuscc. l. c. — Ernestus cum Dav. in ann. Ed. 2. verba *atque eius utilitas* spuria atque eiicienda putabat, vel certe eius coniecturam non improbabat. Nissenius timidiuscule incisum, loco motum, post *sit* poni volebat, ut *causa* significet fontem, materiam, et hoc in *eius* repetatur. „Haec ars, ait, propter utilitatem diis, tanquam inventoribus consecrata. Ita, quanti eam homines fecerint, apparet: non, si legas cum Buh. *inventione.*" *Mr.*

Quaesita sit ars] i. e., ait FAW. in scholis, *inventa.* Sed recte Or. *quaesita* ait opponi sequenti *inventa;* ut *quaesita* sit i. q. *desiderata.* „Vulgata *eius atque utilitas* absurda est. Intellige: haec ars propter utilitatem diis est tributa." „*Deorum imm. inventioni,* ait Kühn., est dictum per ἓν διὰ δυοῖν pro *diis immortalibus inventoribus.*" Ad rem cf. etiam F. Boerneri Antiquitt. Medicin. Aegyptiacc. 4. Witteberg. 1756. *Mr.* Add. Hundertmark. in Ackermanni Opuscc. ad medicinae histor. pertin. p. 11 sqq. et Schlaeger. ib. p. 333. *Schuch.*

Utilitas Deorum immortalium inventioni consecrata] Ciceronianae similis est ἔννοια Plutarchi περὶ παιδαγ. pag. 7. D. Sane medicina *Diis primam inventores suos assignavit et caelo dicavit,* ut ait Plinius H. N. XXIX, I. Hinc illam θεῶν παίδευμα vocat Lucianus in Abdic. Tom. I. pag. 724. Apollo autem praecipue denotatur et Aesculapius. Vide sis, inter alios Galenum Protr. ad artes cap. 1. Platonem in Sympos. p. 325. Theodoretum Therap. I. init. Quinctilianum Inst. III, 7. denique Martianum Capellam lib. II. pagg. 39, 40. *D.*

quaesita sit ars, eiusque utilitas —] Ita, ut videtur, aliquot Oxx. itemque Gud. Edd. Lamb. Fr. Fabr. HWolf. Lall. Oliv. FAWolf. Schz. Koel. Bip. Or. Nobb. Tbn. et, si fides collationi, etiam Cod. Reg. Quamquam, dum Gud. I. vulgatam sequatur, de eo valde dubito. Unus Oxx. *eius sit atque;* unus eorundem omittit *immortalium.* Solus Aug. exhibet, quod volebat Bouh., *inventione.* Locum explicat Forcellin. in Lex. p. 563. ed. Germ.: diis inventoribus attributa et sacra habita. *Mr.*

animi autem medicina] „Philosophiam intelligit, quae ψυχῆς ἰατρεία multis dicitur. Vide sis Wyttenbach. in Bibl. Crit. Vol. III. P. 1. p. 29. aliis κάθαρσις ψυχῆς (v. idem ad Platon. Phaedon. p. 172. Lugd. B. 175. ed. Lips.) cultura animi (Tusc. II. 5. 13.) Lege quoque Gernhardi annot. ad Laelium p. 24. a." *Schuch.* Verba *animi autem*

nec tam multis grata et probata, pluribus etiam suspecta et invisa? An, quod corporis gravitatem et dolorem animo iudicamus, animi morbum corpore non sentimus? Ita fit,

---

desunt in Cod. Rehd. Gud. 1. habet *desidera* pro *desiderata*. Rehd. *nec cum tam*. Ad v. *tam* exquisitius pro *adeo* positam laudat Kühn. Cic. de Finn. I. 1. prc. ibiq. Bremi. Add. Grysar. Theorie d. Lat. Stils p. 538. Verba *nec tam culta — est* omittit unus Ox. cum Rehd. In Mon. 1. est *tam oeculta*. Pergunt duo Oxx. *postquam*: iidem habent *pluribus et suspecta*. Edd. Asc. 2. et Junt. *pluribusque etiam*. Illa autem in marg. MS. *pluribus*. *Mr.*

An, quod corporis gravitatem] Distinxi post *an*, quia elliptice interrogat pro *an haec causa est:* sententia autem est ironica: non enim re vera exspectat responsionem negativam, quod alibi fit, si ab *an* incipit negatio. Vid. Goerenz. ad Acadd. I. 3. p. 19. Kritz. ad Sall. Cat. 51. 10. p. 241 sq. Hand. Tursellin. p. 353. *Mr.*

Corporis gravitatem] Ea fit cum languescat corpus, et quasi quodam pondere prematur, ut membra suis aegre fungantur muneribus. Pari modo loquitur noster de Fin. IV, 12. nec alio bonae notae scriptores. Celsus Medic. lib. I. Praef. pag. 19. *Magisque ut conquiescat iisdem aut locis aut temporibus, siquis* gravitatem corporis *sentit*. Et cap. 10. *Si qua* gravitas in corpore *est, tum neque mane surgendum, neque pedibus nudis ambulandum est.* Vide et lib. II. cap. VII. pag. 65. Similiter Graeci. Porphyrius de Abstin. lib. I. cap. 51. *Ἃ δ' ἂν συνεφελκύσηται ἡ παρασκευὴ ἐμπόδια ἐκ τῆς τοῦ ΣΩΜΑΤΟΣ ΒΑΡΥΤΗΤΟΣ* etc. Plutarchus de sanit. tuend. Tom. II. pag. 127. D. *ΒΑΡΥΤΗΤΕΣ καὶ κόποι, φησὶν Ἱπποκράτης, αὐτόματοι νοῦσον φράζουσι.* Idem pag. 128. A. *ΒΑΡΥΤΗΤΑ καὶ πλησμονὴν ΣΩΜΑΤΟΣ* memorat. *D.*

corporis gravitatem] Male Bentleius coniecit *pravitatem*. *Pravus* proprie is est qui Graece *σκολιός* dicitur: cui hic non est locus. — Unus Ox. pro *quod* habet *quidem*. Verb. in marg. ex MS. nescio quo *animique morbos*. Ceterum non mirarer, si vel *animique* vel *animi vero* in nonnullis Codd. reperiretur. Solent enim librarii in oppositionibus, quae sono tantum et sententia ipsa significantur, Ciceronem augere particulis vel coniunctivis vel adversativis. Pergit Mon. 1. *corpori non secuti sumus. Mr.*

Ita fit, ut animus] I. e. inde consequitur, ut etc. Cod. Rehd. *an ita fiet*. — *Ut* omittit unus Ox. Ad seqq. *ut animus — iudicet,*] Bouhierius ex ipsius loci sententia et loco Plutarcheo in ann. proxima laudato, locum emendare voluit. Cum enim sit apud Plutarchum, quem nostri loci sententiam Graece reddidisse existimat, *τῶν μὲν γὰρ περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων ἐῤῥωμένως* (B. vult *ἐῤῥωμένος*) *ὁ λογισμὸς αἰσθάνεται τοῖς δὲ τῆς ψυχῆς συννοσῶν αὐτὸς οὐκ ἔχει κρίσιν ἐν οἷς πάσχει. πάσχει γὰρ, ᾧ κρίνει,* corrigi volehat *ipse non iudicet*. Sed cum reperisset in uno Leid. *ipse non tum iudicet*, hoc praefert. Idem in seqq. vult *aegrotat*. Quod vero ait Dav. homines a primo fere spiritu perturbationibus, quae morbi sunt animorum, vexari, id contradicit loco Senecae Epist. 22. ubi natura ita loquitur: *Sine cupiditatibus vos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia ceterisque pestibus*. Contra eum Nissen. *iudicet*, ait, est *debeat iudicare*. Quae ratio defendendae vulgatae praestat Davisianae rationi. Mon. 1. omittit *ipse*. Gud. habet *de ipso*. Pergit unus Ox. *tamen*, alius *non tamen* pro *tum*. *Mr.*

Quo *iudicatur*] Sic primus emendavit Des. Erasmus; cum quo faciunt Reg. et Pithoean. anteriores enim editi prae se ferebant *quod*

ut animus de se ipse tum iudicet, quum id ipsum, quo iu-
2. dicatur, aegrotet. Quod si tales nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere, eademque optima duce cursum vitae conficere possemus; haud erat sane, quod

---

iudicatur. At non aeque felix erat vir summus, cum priorem partem sic refinxerit, *Ita fit ut animus de se ipso non iudicet:* si enim animus de se ipse non iudicat, cum aegrotet; nullum omnino de se fert iudicium; siquidem homines a primo fere spiritu perturbationibus, quae morbi sunt animorum, vexantur. Omnino vide Plutarchum Tom. II. pag. 500. F. *D.*

quo iudicatur] Est *quod iudicatur* in tribus Oxx. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Junt.; *quod iudicat* in Edd. Fr. Fabr. Lambb. Gouth. Boul. Sylb., *quo iudicat* in Cod. Toletano apud Schottum in Nodis Cic. p. 336. probante Schotto, in Edd. Brut. Ald. Car. Steph. Leod. Lamb. FAWolf. in Ed. pr. unde recepit, cum Koelio, Bill. Solus Gud. 2. *iudicand. Mr.*

Quod si tales nos natura genuisset,] Cod. Mon. 1. *quos si.* Vind. 1. *natura nos.* Pergit unus Ox. *ut eandem ipsam,* unus habet *perspici;* alius omittit *optima;* idque abesse volebat Ern. Cogitabat fortasse (non enim fere suarum sententiarum rationem reddere solebat) irrepsisse illud adiectivum ex Laelio 5., *naturam, optimam bene vivendi ducem.* Sed bene habet nostro quoque loco: *optima dux* dicitur, quae *cap.* seq. *optima magistra.* Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 305. pro *intueri* scriptum fuisse in Edd. vett. *tueri:* cuius ego lectionis in tanta, quae ad manum est, librorum copia nullum reperi vestigium. Cod. Mon. 1. habet *optima e duce,* idem statim *efficere.* Pro *haud* unus Ox. *hanc.* Gud. 2. *haut,* ex qua scriptione antiquiore ortum est in Gud. 1. pravum *aut.* Pro *erat* Cod. Rehd. habet *esset:* in qua scriptione agnoscis correctoris manum qui Latini sermonis usum non nosset, de quo non est quod plura dicam. Vid. modo nost. annot. ad Cic. de Div. II. 43. 91. p. 457. Post *haud erat* sequuntur in Cod. Marb. *benefacta in luce,* quae verba ex II. 26. irrepserunt. Sed superscriptum est *va-cat. Mr.*

quod quisquam rationem ac doctrinam requireret] „Sic habent omnes fere libri vulg., quibuscum consentiunt tres MSS. neque video, quare haec lectio non sit multis modis potior illa, quae refertur etiam in quibusdam MSS. *ratione et doctrina.* Hoc enim significat M. Tullius, si tales a natura facti essemus, ut eam ducem sequi possemus, futurum fuisse, ut doctrina aut institutione non egeremus. Solet autem hic scriptor saepe haec coniunctim ponere, *rationem ac doctrinam* [I. 13. 30.], *viam et rationem,* pro ea, quam Graeci μέθοδον appellant.“ *Lambinus.* „*Ratione et doctrina* Gryph. Victor. quae mihi lectio aliquanto elegantior videtur.“ *Brutus.* „Male alii *ratione et doctrina:* loquitur enim de philosophiae arte.“ *Goth.* „Accusativus vindices ac patronos habet A. Turnebum, Lambinum et Pal. quintum, librum ut non optimum, ita nec pessimum. Quatuor Pall. Fab. Pith. Ulr. *ratione ac doctrina.*“ *Gebhard.* „Cod. quoque Petrens. *ratione et doctrina,* et sic Ed. Steph. At MS. Norvic. *ratione et doctrina sustineret requirere.* Probanda magis est recepta lectio, quam firmant etiam Manutii. Non aliter Ven. 1492. atque Froben. in iis vero post hasce voces additur *cum natura sufficeret,* quibus cum non faveant Codd. manu exarati, non dubito, quin sit glossema ab inepto quodam intrusum.“ *Davis. Ed. 1.* Ablativos istos *ratione ac doctrina* habent etiam Codd. Reg. Gud. 1. hic a pr. m.

quisquam rationem ac doctrinam requireret. Nunc parvulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque depravatis sic restinguimus, ut nusquam naturae

---

hac — requiret) Gud. 2. (hic *requirent*), duo Oxx. Gud. Duisb. (hic *et*) Vind. 2. Mon. 2. In Vind. 1. *est ratione et doctrina doceri requireret.* in Mon. 1. duobus Oxx. *doctrinam cum natura sufficeret requireret.* Eandem glossam sed post *requireret*, habent Edd. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. Unus Ox. exhibet *rationem aut doctrinam*, alius *rationem ad doctrinam.* Rothius in libello, quem inscripsit Taciti Synonyma et per figuram ἓν διὰ δυοῖν dicta, hoc loco p. 23. laudato dicit: lingua latina eo adiectivo, quod h. l. voce *rationem* indicatur [intelligit adj. μεθοδικός], non minus, quam nostra carebat. Ad sententiam et lectionem v. Turnebi Adverss. II. 6. p. 43. *Mr.*

Nunc parvulos nobis dedit igniculos] Codd. Vind. 2. Mon. 1. *Nam* Edd. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. *Nunc vero.* Ern. *quos* repositum volebat post *nunc.* Ad rem Beroaldus. Est natura sic generata vis hominis, ut ad omnem virtutem percipiendam facta esse videatur. hinc in pueris quasi scintillulas videmus, e quibus accendi (ut utar verbis M. Tullii ex libro quinto de Finn.) philosophi ratio debet, ut, eam quasi deum ducem subsequens, ad naturae perveniat extremum. Locus de Finn. est V. 15. Add. de Finn. V. 7. 18. de Legg. I. 12. 33. p. 49. quos locos laudavit Kühn. Ad posteriorem locum v. Turnebum. ed. nostr. et Cr. p. 196. — Similiter ac h. l. deminutivis Substantivi et Adiectivi usus est Cicero de N. D. III. 17. *aureola oratiuncula.* Acad. II. 44. 135. *aureolus libellus.* In Codd. Marb. Aug. est *dedit nobis.* Pergit Junt. *quod celeriter.* Gud. 2. *quos sceleriter*: elegantissima correctione. Post *moribus* addit Cod. Guelf. *omnibus*, quod vocabulum plane supervacaneum ortum est ex sequentis compendio perperam lecto. unus Ox. *moribusque*, omisso *opinionibus.* De usu v. *Nunc*, qui hic obtinet, v. Kritz. ad Sall. Jug. 14. p. 85. *Mr.*

Nunc parvulos nobis dedit igniculos] Theodoretus Therap. IV. pag. 56. *Δημόκριτον — φασὶ παραπλησίαν εἶναι τῇ φύσει λέγειν τὴν ἀρίστην διδασκαλίαν· μεταμορφοῦν γὰρ δεῖ καὶ μεταῤῥυθμίζειν πρὸς τὸ βέλτιον τὴν ψυχήν, καὶ τοὺς παλαιοὺς ἀνανεοῦσθαι χαρακτῆρας, οὓς ἐξ ἀρχῆς ἡ φύσις ἔθηκε.* Cum primis autem eximia sunt, quae habet Cicero de Legg. lib. I. capp. 12, 17. *D.*

opinionibusque depravati] „Sic legendum, non, ut vulgo, *depravatis*, quamvis ita scriptum in quibusdam libris MSS. reperiatur; nam *s* postremum adcrevit huic participio *depravati* ex particulae sequentis initio.“ *Lambinus.* „Credidi Lambino sic emendanti, adductus Cod. Vaticano. In Pall. pr. sec. quinto *depravatos*. alias *depravatis*. porro pro *restinguimus* Pal. tert. optimus Codex *restringuimus.*“ *Gebhard.* „*Depravatis* habent Codd. Reg. duo Leidd. Ed. nostra vet., utriusque Manutii, Rob. Steph. Lamb. aliae [videlicet non in contexta recepit Lamb. *depravati*]. Legendum *depravatis*, nisi fallor. Respondet hoc commode sequentibus: *in omni pravitate et summa opinionum perversitate.* Alii libri, in quibus unus Leid. habent *depravatos.*“ *Bouhier.* Scribitur *depravatis* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Gud. Marb. Edd. P. A. B. S. E. C. V. M. et nostris ante Gebh. fere omnibus, praeterea in Edd. FAWolf. Schz. Or. Tbn. Idque ego quoque recepi, optimorum librorum auctoritate permotus; quamquam magis placeret Lambinianum *depravati*: illud enim ipsum, quod sequitur, *in omni continuo pravitate et in summa opinionum perversitate versamur*, commendat nominativum. *In pravitate versamur*

lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum, quae si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam
b. vitam natura perduceret. Nunc autem, simul atque editi in lucem et suscepti sumus, in omni continuo pravitate et in summa opinionum perversitate versamur: ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Quum vero pa-

---

est i. q. *depravati sumus*. Ablativum nostro loco tum ponendum existimarem, si infra scriptum esset *in omni perversitate et summa opinionum pravitate versamur*: ut est cap. 2. prc. *inficimur opinionum pravitate*. Neque ego admodum offenderer aliorum librorum lectione *depravatos*, quamvis contendat Dav. *igniculos depravatos* a nullo unquam dictum esse scriptore. Quid enim dici non possit virtutis igniculos nobis innatos vel semina virtutis nobis innata, depravari et malis moribus et opinionum levitate? Sed peioris notae sunt libri, qui accusativum habent, Aug. Mon. 2. Vind. 1. Rehd. Duisb. (hic habet *quaestionibus depravatos*). Ex Edd. sola Fr. Fabr. accusativum exhibet. Quod vero ait Or. neque sibi placere *malis* ad *opinionibus* etiam relatum, et commode utrique substantivo iungi proprium adiectivum, ad id respondeo non necessarium esse, ut ad *opinionibus* referatur *malis*, quia in *opinionis* notione iam aliquid inest imperfecti et quod in errore versari videatur (vid. finem capitis), *moribus* vero, si improbandi videntur, addendum est ἐπίθετον id significans. — Pergit Cod. Duisb. *sic extinguimus*, unus Ox. Gud. Marb. Aug. *restringimus*. *Mr.*

Opinionibusque depravati] Alii *depravatis;* Balliol. Med. et Bak. cum Pall. pr. sec. quint. *depravatos;* quam lectionem nullo suo merito probat Fr. Fabricius; *igniculos* enim *depravatos* fuisse nullus unquam dixit scriptor. *D.*

Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum] „V. de Finn. V. 15. p. 586. Plato Amator. c. 3. de disciplinis quibus animus imbuitur: *μαθημάτων εἰς ψυχὴν φύτευσιν καὶ σποράν*. Musonius in Observ. Miscell. VII. p. 194. *σπέρμα ἀρετῆς ἑκάστῳ ἡμῶν ἐνεῖναι.*" *Schuch.* Adde quos laudat Ochsn. ad h. l. Cic. Eclogg. p. 344. in primis de Finn. IV. 7. extr. — Pro *enim* in Gud. 2. est *igitur*, in Gud. 1. *semita* pro *semina*. In seqq. unus Ox. *vero* pro *nos*. Pro *natura perduceret* Burmannum coniecisse refert Bouhierius *matura perduceret*: idque ei, quod mireris, valde placebat. Gud. habet *perduceret natura*, Mon. 1. et duo Oxx. *produceret*. *Mr.*

Nunc autem] Supra sine particula adversativa dixit *Nunc parvulos* etc. Ad illum locum laudat Kühn. Curtium VII. 5. 35. Ad hunc nostrum v. Handii Tursellin. I. p. 582 sq. Ad seqq. confert Ochsn. Gellium N. A. XII. 5: *si unus quisque nostrum, simul atque editus in lucem foret*. Locus est p. 556. ed. Gron. Annotat Gothofredus: *editi* a matre, *suscepti* a patre. Cf. Ruhnk. ad Terent. Andr. I. 3. 14. p. 45. ed. Bruns. — Cod. Gud. habet *in lucem editi*. Duisb. *editi in lucem sumus et suscepti*. Aug. *in luce*: idem mox *continua* Vind. 1. omittit *in* ante *summa*, cum Rehd. Gud. habet *opinionis*. De usu vocis *continuo* vid. Ochsner. l. c. p. 103 sq. Ad rem cf. Facciolati Instit. Logicae Peripateticae p. 104. *Mr.*

errorem suxisse] „Nic. Heinsius poëtam agit, quum in notis ad Ovidium II. Fast. 419. scribit *errorem duxisse*, prorsus furibunde." *Gronov.*

Quum vero parentibus redditi, demum magistris traditi sumus:] „Haec est vera et sincera scriptura, nunc tandem a nobis hac secunda editione restituta. Nam vulgata lectio, *id est*, vitiosa et prava

rentibus redditi, dein magistris traditi sumus; tum ita variis imbuimur erroribus, ut vanitati veritas, et opinioni confirmatae natura ipsa cedat.

Accedunt etiam poëtae: qui quum magnam speciem do- 2

3.

est, cum scriptor librarius ex *dem*, quod erat scriptum pro *demum*, fecisset *id est*. *Lambinus*. HWolfius legit *deinde magistris*, reprobans scriptionem *id est*. *Demum* habet vetus cod. atque ita Lambinus, quae lectio est etiam Fabr. Mihi magis placet Vatic. lectio *dein*, vulgo *id est*, quod mutabat Gruterus in *iidem*." *Gebhard*. Brutus cum Lambino probabat *demum*, quod est in Cod. Gryph. *Mr*.

Redditi, dein magistris traditi] Vulgo *demum*. Nos vero Mstum Vatic. sequimur; id quod loci ratio postulat. Accedunt fere Reg. et Pithoean. qui *reddit idem* prae se ferunt. *D*.

dein magistris traditi] „Unus Leid. *deinde*. Alii cum ed. mea vet. *demum*: quod eodem redit. Cod. Reg. *iidem vero*: quae fortasse est vera lectio." *Bouhier*. „E MS. Vatic. *dein* dedit Davisius; bene, opinor. *Demum* tamen explicari potest non incommode *tandem* et *serius*. MS. Guelf. pro *demum* habet *vel*: quod est facillimum. — *Redditi parentibus* dicuntur liberi, cum e manibus nutricis et aliarum ancillarum ad parentes redeunt, cum iis versantur etc. *Ern*. Recepi *dein* ex Codd. Vat. Gud. 1. Mon. 1. Edd. Dav. FAWolf. (qui in Ed. 1. *id est* receperat) Or. Nobb. Schz. Accedunt ii, in quibus est *deinde*, unus Ox. Gud. (*et deinde*) Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. (haec in marg. habet *id est*) HWolf. Habent *id est* unus Ox. Rehd. Mon. 2. Vind. 1. Edd. P. marg. Crat. V. Rob. Steph. Car. Steph. M. Ald. Sturm. Boul. Leod.; tres Oxx. exhibent *iidem*. Aug. *vet*. In reliquis est *demum*, quod non magis, quam *vel*, probari debebat Ernesto. Quod vero suspicabatur Or. ex tanta scriptionis diversitate, fieri posse, ut ἀσυνδέτως scripserit Cicero *parentibus redditi, magistris traditi*, receptum est in Ed. Tbn. Ego vero id in locutione paullo graviore et commotiore facilius ferrem, quam in ea, quae hic obtinet. Mihi error ex compendiis ortus videtur. Similem tollere vult Ruhnken. ad Rufinian. p. 288. ad calc. Rutilii Lupi. *Mr*.

tum ita variis] Gud. 2. *cum ita*, tres Oxx. *tamen ita*. Ad v. *vanitati veritas* laudat Or. Cic. de N. D. II. 21. 56: *nulla igitur in caelo — vanitas inest, contraque omnis ordo, veritas* etc. Add. Or. pro Quint. 6, 26. Ad illum locum vid. nos in Ed. min. p. 112. ubi frustra post Dav. et Ern. defendi videtur *varietas* a Doederleinio, Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 100. Vocem *veritas* omittit Cod. Rehd. pro *confirmatae* est *confirmata* in uno Ox. Reg. (quod in marg. Verb. dicitur, et verum videtur, quamvis collatio nostra taceat, cum sit etiam in Gud. 1.) Gud. 2. Marb. Mon. 1. Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. I. Alius Ox. habet *confirmare*, unus in marg. Verb. *confutatae*, quod est correctoris, Cod. Vind. 2. omittit eam vocem. Male. *Opinio confirmata* est falsa opinio, quae iam altas egit radices. Quod h. l. dixit *imbui erroribus*, contrarium dixit in Hortensio, Frgmm. p. 1092. Ern. *animos ad sapientiam concipiendam imbui et praeparari decet*. *Mr*.

Cap. 2. *Qui cum magnam speciem*] In eandem mentem noster supra lib. II. cap. 10. Sextus Empiricus advs. Mathem. pag. 59. ed. Genev. et Boëthius Cons. Philos. lib. I. Pros. 1. pag. 9. Ad eum locum vide quae Ren. Vallinus adnotavit; quaeque Jac. Ouzelius ad Minucii Felicis cap. XXII. p. 110. *D*.

c. 2. *Accedunt etiam poëtae:*] Unus Ox. *et* pro *etiam*. Ad sen-

etrinae sapientiaeque prae se tulerunt, audiuntur, leguntur, ediscuntur, et inhaerescunt penitus in mentibus. Quum vero accedit eodem, quasi maximus quidam magister, popu-

---

tentiam cf. Tusce. II. 11. 27. ubi vid. nostr. annot. Pro *speciem*, ex compendio orta est prava scriptio *spem* in quatuor Oxx. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Pergit Duisb. *sapientiae doctrinaeque. Mr.*

prae se tulerunt] Scribitur horum verborum loco in uno Ox. *pertulerunt.* Quod Ern. ut suam coniecturam profert, *tulerint*, habent Cod. Vind. 1. Edd. vet. Buh. A. B. S. E. C. V. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Sturm. Rob. Steph. HWolf. Leod. idque probarunt Bouh. et Billerb. ut elegantius: male. Nissenius contra, „Imo, ait, *ferant*, opinor. Sed ut dicam, quod sentio, legendum puto *tulerunt, tum audiuntur.*" Neque haec emendatio necessaria est. Receperunt *tulerint* Bip. et FAWolf. in Ed. 1. indeque Billerb. Post *leguntur* Cod. Mon. 1. pergit *et discuntur*, Edd. Junt. A. B. S. E. *discuntur.* Cod. Rehd. habet *leguntur, penitus in mentibus habentur.* Post *ediscuntur* Vind. 1. omittit *et.* Aug. exhibet *addiscuntur et inherent.* Post *penitus* Vind. 1. omittit *in.* Sed amat repetitionem praepositionis ad verba composita Cicero, et hoc ipso verbo usus scripsit de N. D. II. 57. 144: *ut in sordibus aurium, tanquam in visco, inhaeresceret.* Add. Tusc. I. 15. 33: *inhaeret in mentibus quasi saeculorum quoddam augurium futurorum.* IV. 11. 24: *inhaeret in visceribus illud malum. Mr.*

Quum vero accedit eodem] „*Cum vero eodem, quasi* — Sic Victor. et tres Pall. posteriores, extrito illo ante *eodem*, *accedit.* Vatican. tamen post *populus* additum habet *accessit.*" *Gebhard.* „Ad verba *cum vero eodem* e superiori verbo *accedunt*, intellige *accedit.* Davisius etiam addidit in textu." *Ern.* Id fortasse fecit Dav. in Ed. 1. In seqq. certe omisit, quia nimirum non est in Cod. Reg. Bouhierius reperit *accedit* in uno Leid. in sua ed. vet. in duabus Manutianis et Verb. idque factum probavit. Habent verbum Codd. Bern. Gud. 2. Aug. duo Oxx. Rehd. (qui omittit *eodem*) Gud. (qui exhibet *eodemque*) Duisb. (in quo praecedit *eodem*) Marb. Edd. A. B. S. E. C. M. L. Edd. vett., quae ad manus nobis sunt, ante Gebh. omnes. Omittunt reliqui Codd. itemque Edd. Dav. Ern. Restituerunt reliqui, Or. vero et Tbn. uncinis incluserunt. Quo si significari voluissent habere hanc vocem aliquid incerti, cum absit ab optimis nonnullis et vetustissimis libris, non improbarem: sed illi viro nequaquam accedere possum contendenti cum Ernesto, *accedit* intelligi posse ex *accedunt*, quod est in capitis principio. Ita enim Ciceronem non agnoscerem. Quidquid scripserit Cicero: verbum abesse nequit. Mon. 1. habet *cui — accidit.* Est etiam *accidit* in Mon. 2. quatuor Oxx. Ed. P. Unus Ox. habet *accesserit eodem. Mr.* „Angelus Maius in Additamentis Scholiorum ad Cicer. IV. de Rep. g. init. pag. 386. edit. Rom. a. 1828.: „„Vocabulum *accessit* deest vulgo in edd. Tusculanarum III, 2. sed adest in praestantissimo codice vaticano στιχηρῶς scripto fol. 43. recto col. I.""" Debeo hanc annotationem Bardilio, Viro amicissimo. — Iam video in Censura Ed. Orell. Opp. Cic. a R. Klotzio scripta [Jahn. Jahrbb. f. Philol. etc. 1833. 5. p. 57 sq.] velle Klotzium abiici verbum *accedit*, cum absit a melioribus Codd., in reliquis variet lectio, neque in optimorum librorum lectione sit, quod offendat. Iudicent alii: mihi omisso verbo nescio quid a Cicerone alienum in loco hoc sentire videor. *Mr.*

Cum vero eodem] Huic similis est alius Tullii locus; *qui, cum de Poëtis ageret*, „ad quos cum accessisset, *inquit*, clamor et appro-

lus atque omnis undique ad vitia consentiens multitudo; tum plane inficimur opinionum pravitate, a naturaque desciscimus: ut nobis optimam magistram invidisse videantur,

---

batio populi, quasi magni cuiusdam et sapientis magistri, quas illi obducunt tenebras? quos invehunt metus? quas inflammant cupiditates?" Eum nobis servavit Augustinus C. D. lib. II. cap. 14. Vide sis et Joannem Sarisberiensem Policr. lib. VII. cap. IX. p. 437. *D.*

quasi maximus quidam magister] Habent *quidem* quatuor Oxx. Mon. 1. Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. Minus bene. Solet Cicero haud otiose iungere *quasi quidam*: vid. de Off. III. 19. Beier. ad de Off. I. 27. 93. p. 209. Or. pro Arch. Poet. 1. Mox Cod. Gud. *atque undique omnis*. Vocem *tum* omittit unus Ox. Idem habet *inficiunt*. Duo Oxx. *tamen* pro *tum*. Cod. Gud. 2. omittit *pravitate*. Aug. habet *plene* pro *plane*. *Mr.*

a naturaque desciscimus] „Causam huius lectionis habent Victor. Lamb. Pall. pr. tert. Vatic. Sec. vero *a naturaque desistimus*; quart. *a naturaque cedimus*. Vulgo adiiciunt *ipsa* post *naturaque*." *Gebhard.* „Cod. Norvic. *a naturaque discedimus*." *Verb.* „*Ipsa* non habent Gryph. et Victor." *Brutus.* *Ipsa* non habent Codd. Oxx. et nostri omnes, Edd. P. V. Rob. Steph. Brut. Leod. Sylb. Gebh. sqq. *Discedimus* est in Cod. Aug. *descissimus* (sic) in Cod. Marb., *desistimus* in Mon. 1., *deficimus* in uno Ox. *Mr.*

ut nobis optimam naturam invidisse] „Codices *optime naturam*." *Lamb.* „*Optimam naturam* edidit Lambinus, quod tamen convellunt quinque Pall. vet. Cod. Fabr. Pith. Vatic. Ed. Victor. liber Gryphii *optime natura* vel *naturam*." *Gebhard.* „Gratias merito permagnas huic Gebhardi indicio debemus, per quod via strata est ad videndam veram manum Tullii, quam fuisse hinc colligo *ut nobis optimae naturae invidisse videantur*. Prorsus ut apud Horatium Sat. II. 6: *Neque illi Sepositi ciceris nec longae invidit avenae*." *Gronov.* Bouhierio placet Gronovii coniectura, vel certe satisfacit, ita ut *natura* sit i. q. Franco-Gallis *naturel:* isque ad hanc firmandam sententiam laudat Tusc. I. 15: *Quorum aut ingenio aut virtute animus excellit, eos arbitramur, qui natura optima sunt, cernere naturae vim maxime.* Idem improbat Bentleii coniecturam, (*optimam magistram,*) quae placet Lallemanno. Ernestus ad Lambini lectionem rediit, Davisioque tribuit coniecturam Bentleii. Ad Ernesti lectionem Nissen. „Natura, ait, h. l. non abstractae, sed concretae notionis est. Illa una quidem est et simplex, haec gradus diversos habet. Fateor tamen, haud ineptum mihi videri: *optime naturae vim vidisse*. Fuerunt etiam alii, qui hoc corruptum putarent, sed eorum emendationes ne quidem non moverunt." Conf. etiam Arntzen. ad Plinii Panegyr. cap. LXXXVI. pag. 364. *Mr.*

Optimam magistram] Vulgo *naturam*. Codices *optime naturam*. Nos Cl. Bentleii coniecturam repraesentamus, et ita loqui solet noster. Vide sis ad lib. I. de Legg. cap. 12. *D.*

ut nobis optimam magistram invidisse videantur] „Optima profecto et verissima correctio est Davisii [Bentleium eius correctionis auctorem esse non vidit Sch. qui plerumque Ernesti notulis inspectis suo sibi officio satis fecisse videbatur]: *ut nobis optimam magistram invidisse videantur*. Prorsus enim a Ciceronis elegantia abhorret insipida illa vocabuli *naturam* repetitio, cum vix dixisset *a natura desciscimus*. Cumque *naturam* paulo ante *optimam* ducem nominasset, eandem h. l. sed variato, ut solet, vocabulo, laudem naturae tribuere consentaneum erat. Quid? quod alibi quoque saepe-

qui nihil melius homini, nihil magis expetendum, nihil praestantius honoribus, imperiis, populari gloria iudicaverunt: ad quam fertur optimus quisque; veramque illam

---

numero naturam bene vivendi *ducem et magistram* appellat. Sic de Finn. I. 21: *magistra ac duce natura*, et de Amicit. c. 5: „*hos viros bonos — quia sequuntur naturam, optimam bene vivendi ducem.*“ *Schütz.* Opuscc. p. 216. — *Ut nobis* [*optime*] *naturam.* — Sic Codd. duo omnium praestantissimi Reg. Gryph., Bern. Oxx. omnes [accedunt Gud. I. 2. Aug. Marb. Gud. (hic habet *natura*) Rehd. Duisb. Mon. 2.]. In quo *optime* ego video lectoris exclamationem: „optime hoc dixisti, Tulli! euge, σοφῶς!“ a margine in contextum illatam. Ideo uncinis coërcui. *Optimam naturam*, nescio qua auctoritate Edd. vett. et recc. fere omnes [exc. Dav. Wolf. Koel. Schz.] [habent *optimam naturam* Codd. Vind. I. 2. Mon. 1.] *Optimae naturae.* Jac. Gronovii suspicio. — *Optimâ naturâ* Arntzen. ad Plin. Pan. p. 364. — *Optimam magistram* Bentleii coniectura sane ingeniosa in loco alioqui, nisi mecum facis, desperato. Recepere D. W. Schz. Sed *magistra natura* haud nimis placet post *magistrum populum* paullo ante commemoratum.“ *Orellius.* Equidem, quod pace viri amicissimi dixerim, huic sententiae accedere non possum. Primum enim vel optimorum librorum lectionem sine correctione sequi vix possumus: videtur igitur, undecunque orta sit, corruptio antiquissima. Deinde, etiamsi eiicias illud *optime*, quod factum esse video in Ed. Tbn., non persanatus videtur locus: requiritur enim tum *naturam ipsam*, quod nunc Orellium ipsum ad Wolfii scholas vidisse video. Tum id ipsum, quod paullo ante commemoratur *magister populus*, a Bentleii partibus stat. *Populus* quidem, ait Marcus, *optimus* videtur plerisque *magister:* sed videtur tantum: quem dum sequimur, a natura descisimus, *optima* videlicet *magistra*, quam illi nobis invidisse videntur. Est igitur oppositio et commodissima et elegantissima. Quod si vero quaeris, quomodo orta mihi videatur corruptio: Bentleio accedo, cuius ad calcem operis exhibemus annotationem. *Optime* quomodo ortum sit, postquam irrepserat glossa *naturam*, extruso vocabulo genuino *magistram*, nisi hoc perperam lecto vocis compendio factum esse concedas, me nescire fateor. Sed palmaria Bentleii correctione neglecta, frugibus inventis ad glandes mihi redire viderer. Accedit Bentleii partibus etiam Kühnerus. Nobbius hoc quoque loco, ut saepius, nimis presse Ernesti vestigiis institit. Aliter videtur Klotzio V. Cl. in censura, quam laudavi, Ciceronis Orelliani. Is p. 60. restitutam vult optimorum librorum lectionem: *ut nobis optime naturam invidisse videantur*, explicans: daher scheinen es die ganz geschickt anzufangen, uns unser natürliches Gefühl zu verleiden, welche der Ansicht sind, es sei nichts Besseres für den Menschen etc. Nihil statuo: sed offensionem hac interpretatione mihi quidem non plane sublatam esse fateor. — Pro *videantur* Cod. Mon. 1. et duo Oxx. habent *videatur*, unus Ox. *indidisse* pro *invidisse.* Mox Gud. *nihilque magis.* Multas eiusmodi voculas addit huius codicis scriptor. Sic paullo superius pro *accedit eodem* exhibet *accedit eodemque*, et paullo inferius *popularique gloria* pro *populari gloria.* Duisb., cuius scriptor corrigendi libidine proxime ad Rehd. accedit, habet *populari gratia.* Pergunt Gud. 2. et unus Ox. *indicaverunt*, Aug. *iudicarunt. Mr.*

ad quam fertur optimus quisque] „Bene Dav. distinctione minore haec antecedentibus adiunxit. Mireris vero neminem adhuc offendisse in voce *expetens*, cuius plane contrarium requiri videtur.

honestatem expetens, quam una natura maxime inquirit, in summa inanitate versatur, consectaturque nullam eminentem

---

Reprehendit enim homines popularem gloriam expetentes, naturâ, optimâ duce, relicta. Legerim igitur *expellens*, quo ducit notissimus ille Horatii versus [Epist. I. 10. 24.] *Naturam expellas furca* etc." *Bouhier.* „*Expetens* i. e. quanquam eam expetere sibi videatur, et maxime velit expetere. Male Buher. *expellens*. Unde enim expellat?" *Nissen.* Non recte intellecta loci sententia ad corrigendum, ut fit, Ciceronem compulsus est Bouhierius. Optime Kühnerus: Optimus quisque natura ad gloriam fertur: at, quum veram gloriam in honoribus, imperiis, populari gloria positam putat, a vera gloria veraque honestate aberrat longissime. — Codd. Mon. 1. 2. habent *optimus quisque fertur*. In Gud. 1. scriptum est *obtumus*. Pro *veramque* unus Ox. habet *namque*. *Mr.*

Quam unam *natura*] Sic recte dederunt Manucius, Lambinus, et alii. Vulgo *una*. *D.*

quam una natura maxime inquirit] Verum est, plurimos eosque optimos libros habere *una*; neque diffitendum, non necessarium esse, quod dixit Bentleius, ut *una natura* intelligatur *sola natura*, cum voce *unus, una, unum*, superlativo (*maxime*) addita, tantummodo superlativus augeatur, ut est de Finn. II. 13. 42: *voluptatem, quam unam virtus minimi facit:* ubi *unam* non esse potest i. q. *solam*, quia virtus non voluptatem solam minimi facit; ut sententia sit: *quam virtus in primis parvi facit:* haec, inquam, quanquam ita sunt, tamen hic ipse de Finn. locus, aliis quoque rationibus accedentibus, facit, ut, sicuti ibi optime scribitur: *quam unam virtus minimi facit*, nostro loco ad eius normam scribi posse aliquis suspicetur *quam unam natura maxime inquirit:* nec vero cum Bentleio explicaverim *solam*, sed ut superlativi vim augeat, ut est ad Famm. XV. 16. *loquor — cum uno fortissimo viro*. Qua de re dixi in Symbolarr. Criticarr. ad Cic. Specim. I. 5. p. 8 sq. II. 7. p. 10 sq. Et habent *unam* Codd. quatuor Oxx. Gud. Duisb. Edd. M. L. Brut. Leod. Boul. Sturm. Car. Steph. Ald. HWolf. Goth. Dav. Ern. seqq. Restitui tamen *una* cum Reinh. Klotzio in Jahnii Annall. 1832. I. 1. p. 93. qui huius veritatem lectionis alibi se probaturum promisit. *Mr.*

inquirit] Verburg. ex Cod., nescio quo, profert scriptionem *requirit*. Ego in Ed. Cr. et nostr. maj. Cic. de N. D. I. 17. extr. p. 79. dixi, nostro Tusculanarum loco haud incommode legi etiam posse *anquirit:* quod nunc non necessarium existimo, neque tum aliquid contra Codices novandum esse censui. *Inquirit* recte Kühn. ait multo gravius dictum esse, quam simplex *quaerit*. *Mr.*

inanitate] „Pall. secund. quart. Fab. *vanitate*." *Gebhard.* Est etiam *vanitate* in tribus Oxx. Gud. Aug. *Mr.*

Nullam eminentem effigiem [virtutis] *sed adumbratam imaginem gloriae*] Voci *virtutis*, praeeunte doctissimo Bentleio, uncinos circumposuimus, cum manifesto *παρέλκῃ*, nec a Balliol. agnoscatur. *D.*

consectaturque nullam eminentem effigiem [*virtutis*], *sed*] Pro *nullam* est *non illam* in Edd Lamb. Fr. Fabr. Pergit unus Ox. *eminente effigie*. „Forte [voluit *fortasse*] legendum *non illam*. Effigies intelligitur, quae vultum, colorem, carnem i. e. veritatem sistit, cui contraria est adumbrata imago, quae praeter speciem quandam similem nihil habet. Verterem: Nicht jenes lebende Gemälde, sondern ein Schattenbild des Ruhms." *Nissen.* In eadem fuisse sententia vides Lambinum et Fr. Fabricium: neque ego, si libri addicerent, ab ea me alienum profiterer. *Mr.*

effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae. Est enim gloria solida quaedam res et expressa, non adumbrata: ea est consentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute: ea virtuti resonat

---

eminentem effigiem virtutis, sed adumbratam imaginem gloriae] „*Eminens effigies* dici potest pictura ita expressa, ut exstare et eminere videatur: sed exsculptum simulacrum potius sit, cum paullo post *rem solidam* dicat: nam *adumbrata* est ἐσκιαγραφημένη i. e. primis lineis ducta et delineata.“ *Turneb.* Adverss. II. 6. p. 43. — *Eminens* est, quae mox dicitur *expressa*. Vid. Ern. Clav. Cic. s. h. v. qui commode laudat Or. pro Caelio 5. 12. de N. D. I. 27. Ad v. *adumbratam* vid. quae congessit Forcellin. „Videtur delenda *vox virtutis*. Non virtutem consectantur homines ambitiosi, sed gloriam: sed et gloriae nonnisi umbram adipiscuntur, virtutis ne umbram quidem.“ *Bouhier*. „*Virtutis* est profecto a glossatore ex aliis locis adscriptum delendumque.“ *Ern.* Plane deleverunt *virtutis*, Codicis unius Ball. auctoritate, FAWolf. Koel. Schz. probante Or., qui „Non enim, ait, sufficiat *effigies virtutis* sapienti, virtutem ipsam expetenti. Mirum tamen accidit, quod *gloriae* abest a Leid. [referente Bouhierio, qui inde corrigendi ansam nactus est] post *imaginem*.“ Idem attendere nos iubet ad oppositionem verborum *effigies* a. v. *fingere* (plastische Darstellung) et *imago* (a v. *imitari*) μονόγραμμος, adumbrata, σκιαγράφημα — Ed. Tbn. ne uncinis quidem circumscribit vocem *virtutis*: idem fecit R. Klotzius in Jahnii Annall. 1832. I. 1. p. 93. Iam vero in Ed. Laelii Klotzius p. 86 sq. *una* docet legendum esse, non *unam*, „non enim, ait, id urget scriptor, illam *honestatem unam* esse, quam natura inquirat, sed *unam naturam* esse, quae illam honestatem inquirat.“ „Neque eiicienda vox *virtutis*: eam et similitudo requirit, qua usus est Cicero, et orationis aequabilitas. Opponuntur imagines virtutis atque gloriae, quae tanquam personae commemorantur. *Virtutis*, dicit Cicero, *eminentem effigiem* cum necesse sit consequi, multi *adumbratam imaginem gloriae* prae ea consectantur.“ Cod. Gud. habet *obumbratam*; Ed. Fr. Fabr. *umbratam*, sed in marg. ut rell. Duo Oxx. et Ed. P. *imagine*: unus Ox. omittit *imaginem*. *Mr.*

Est enim gloria solida quaedam res] Vocem *enim* omittit Gud. 2; vocem *solida* unus Ox. Ad v. *solida* v. G. Jacob in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1827. II. 3. p. 326. coll. 1828. III. 2. p. 139. R. Klotz. ib. 1832. I. 1. p. 90 — 93. Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 130. ed. 3. Wernsdorf. ad Cic. pro Planc. 12. p. 180. Beier. ad Cic. de Off. III. 17. 69. p. 310 sq. Codd. Mon. 1. 2. habent *quaedam solida*: prior omittit *et* cum uno Ox. et Rehd. In hoc scribitur *non adumbrata expressa haec est*. Marb. habet *non adumbrata est. ea consent*. In seqq. Cod. Gud. 2. omittit *bene*. Gud. et Duisb. habent *excellenti*. Vind. 1. *Eaque* pro *Ea*. *Mr.*

virtuti resonat tanquam imago gloriae] „Abest vox *gloriae* ab antiquo, et recte. Varro in L. III. de R. R. c. 16. eodem modo de apibus dixit: *Primum secundum villam, potissimum, ubi non resonent imagines*. has ἤχους appellari Columella scribit.“ *Ursinus*. „Legendum *tanquam imago voci*, libris omnibus invitis: neque me movet A. Turnebi auctoritas aliter sentientis. quid enim absurdius dici potest, quam: *gloria virtuti resonat, tanquam imago gloriae* —? Quid si neque *gloriae* neque *voci* debeat adscribi? sed ita legi simpliciter: *tanquam imago* —? supra L. I. *Virtutem*, inquit, *gloria tanquam umbra sequitur*. qui locus me admonet hic quoque legendum

tamquam imago: quae quia recte factorum plerumque co-

esse, sine ulla additione, *tanquam imago*. Nam quemadmodum in l. 1. poterat et videbatur dicere debere *virtutem gloria sequitur, tanquam umbra corpus:* quod tamen non fecit: sic h. l. dixit simpliciter *gloria virtuti resonat, tanquam imago*, cum videatur dicere debuisse: *tanquam imago, id est ἠχώ, voci*. Unde igitur nata est vox *gloriae* post nomen *imago*, quaeret aliquis. Ex ora libri, seu ex nota ad oram libri adscripta ab homine parum acuto: ab alio autem longe minus acuto in contextum translata." *Lambinus*. Est autem apud Turnebum Advv. II. 6: „Non est publici gustus nec palati sentire, quae sit huius loci suavitas et quam dulcis sapor de gloria: *ea virluti — imago gloriae*. Itaque ultimo nomine multi, ut acido et inviso, offensi, *voci* scripserunt: qui mihi videntur nimium iuris sibi sumere, si ius dici debet licentia. Ego *gloriae* nomen in suo domicilio suisque penatibus retinendum esse existimo, et locum sic interpretor, gloriam virtuti sic solere resonare, ut imago solet gloriae i. e. ut plausui et significationibus et gratulationibus, quibus populus voce laeta et mirabunda et hilari aliquem celebrat, respondet Echo, quae latine dicitur imago. Huius gloriae hoc exemplum apud Flaccum exstat (Od. I. 20.) *datus in theatro cum tibi plausus — ut — iocosa redderet laudes tibi Vaticani montis imago*." *Mr.*

tanquam imago gloriae] „In quibusdam Codd. legitur duntaxat, *tanquam imago*; ac sic hic locus citatur a Budaeo in Pandect. Est autem similitudo ducta ab eo sono, qui voci respondet, quem *Echo* Graeci, *imaginem* Latini vocant." *Comment. Anon. ap. Leod.* „Equidem τὸ *gloriae* fodio, aut *voci* subiici malim, quomodo ἠχώ reddidit Q. Flaccus in Odis." *A. Schottus*. Nod. Cic. I. 14. p. 293. Sed idem III. 22. p. 339. Turnebus, ait, librorum lectionem tuetur: Lambinus de suo mutat *tanquam imago voci*, ut tamen dubitet, utrum sequatur. Certe in vet. Cod. est *gloria*. Tentabam igitur parva commutatione: *Ea virtuti resonat, tanquam imago, gloria*. Ut ἐμφατικῶς repetat provocabulum *ea*, vel ex ora irrepserit *gloria*." „Varie agitatus locus. Praetuli coniecturam Lambini excutientis illud *gloriae*, quod etiam omissum est in Pal. 1. 3. Vat. hucque inclinat etiam A. Schottus." *Gebhard*. „In Vat. omissam equidem nonnisi ex Gebhardo audio. Sed an in tanta copia veterum codicum soli duo vel tres sufficiunt, ad vocem excutiendam, quam plurimi alii, et aeque boni, pro genuina ostentant? Quam leniter et commode posset scripsisse: *Ea virtuti resonat, tanquam imago. Gloriaque quia recte factorum* etc. *Gronov.*

Ea virtuti resonat tanquam imago; quae quia] Cum in nonnullis Msstis legatur *imago gloriae; quae quia*; Jac. Gronovius reponit, *eaque virtuti resonat tanquam imago;* gloriaque, *quia* recte factorum etc. Sed pannus ille non prae se fert Ciceronis colorem, vocemque *gloriae* recte praetermittunt Ursin. Vatic. Pall. pr. tert. *Imago* vero idem valet ac Echo. Philargyrius in Virgilii Eclog. IV, 50. *Quae Graece εἰκὼν, Latine* imago *dicitur*. Cicero Tusc. III: *Resonat tanquam imago*. Horatius lib. I. Od. 12. 3 sq.

— *Cuius resonet iocosa*
Nomen imago.

Et Od. 20, 7 sq.

Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

Eadem est vocis potestas apud Varronem R. R. lib. III. cap. XVI.

mes est, non est bonis viris repudianda: illa autem, qua
se eius imitatricem esse vult, temeraria atque inconsiderat
et plerumque peccatorum vitiorumque laudatrix, fama p
pularis, simulatione honestatis formam eius pulchritudinem
p. 191. que corrumpit. Qua caecitate homines, quum quaedai
a. etiam praeclara cuperent, eaque nescirent nec ubi, ne

---

pag. 122. Valerium Flaccum Argon. III, 597. Statium Silv. Carm. III. 18. aliosque. *D.*

tanquam imago:] „Ed. mea vet. et pleraeque aliae addunt *gl riae*, quod est etiam in Codd. Reg. et Leid. duobus, frustra defe sum a Turnebo. Equidem abiicio cum Dav. neque habet eam voce unus Leid." *Bouh.* „*Imago* sc. vocis s. virtutis loquentis." *Er* „Hoc ipsum quicquid est, *imago gloriae*, tuetur Codex. Rehd. qu usus sum, tenuit Vincentius Bellovacensis Specul. Doctrin. 6, 67. e pr." *Klein.* ad Lambin. Emm. Tull. p. 468. Ex omnibus nostr Codd. omittunt *gloriae* nonnisi Codd. Vind. 1. et Mon. 2. Nolui t men restituere illam vocem, cum tam facile intelligi possit, qu modo irrepserit. Omiserunt Edd. post Gebh. omnes. Ad v. *ima* pto *Echo* cf. quae congessit Mitscherlich. ad Horat. Od. I. 12. 3 s Pro *quae quia* duo Oxx. habent *quaeque*, unus *quia*, duo *gloria quae quia*. Ex hac lectionum Oxx. enarratione non patet, utru septem reliqui omittant *gloriae*, an habeant quidem omnes illam v cem, sed, praeter illos duos, cum distinctione maiore. Pro *rec* Gud. 1. *rectae*. Sola Ed. Fr. Fabr. habet *voci* in contextis. HWol in parenthesi iuxta *gloriae* posuit. *Mr.*

Non est bonis viris repudianda:] Unus Ox. omittit *est*, ali duas voces priores. Sequitur *a bonis* in Cod. Vind. 1. et plerisqu Edd. ante Gebh. Sed non agnoscunt praepositionem Codd. reliqu et Edd. P. V. Rob. Steph. Leod. itemque Edd. post Gebh. In Asc. et Junt. scribitur *non ea a bonis*. *Mr.*

quae se eius imitatricem esse vult,] „Ita Latine dicitu Graeco potius more scriptum esset *vult esse imitatrix*. Nominativu ponunt Latini, si adiectivum solum scribitur, sine substantivo. D cunt igitur *vult bonus esse*, nec vero *vult bonus esse poëta* vel *vide vult bonus esse*." *FAWolf.* in scholis. Add. quae nos posuimus sup ad I. 42. 98. — Unus Ox. omittit *eius*. Duisb. habet *imitatricem eiu* Vind. 1. post *temeraria* habet *et* pro *atque*. Mon. 1. pergit *inconsid rata est et*; male. Unus Ox. omittit *peccatorum*. Quam supra dix *gloriam popularem*, h. l. *famam* dicit *popularem*, itemque infra 16: *Omitto — famam — popularem, stultorum improborumque consen excitatam*. Alibi eam dicit *famam vulgi*, v. c. Topic. 20, 76: *fam vulgi, quoddam multitudinis testimonium*. Tum scribitur *similatio* in Cod. Mon. 2. Pro *formam* Gud 1. *forme*, sed puncto subscript et supra lin. posito *ā*. Pergunt duo Oxx. *eius similitudinem qu* alius habet *corupit* (sic). *Mr.*

quum quaedam etiam praeclara cuperent,] *Quum* recte explic Kühn. *quamvis*, et *etiam* voce *adeo*. Haec omnia, et seqq. usque *qualia essent*, omittit Cod. Marb. Scribitur *etiam quaedam* in Co Mon. 1., *praeclara etiam* in Cod. Rehd. et Edd. ante Gebh. cont reliquorum librorum auctoritatem. Unus Ox. habet *recuperent* p *cuperent*. *Mr.*

eaque nescirent nec ubi nec qualia essent] Sicuti ad Cic. de Di I. 29. 61. ad verba *eaque parte animi* monui, ita scribi pro *ea au tem parte animi*, laudavique Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 21. 7 p. 403; ita h. l. *eaque* pro *sed ea* poni recte monet Kühn. lauda

qualia essent, funditus alii everterunt suas civitates, alii ipsi occiderunt. Atque ii quidem optima petentes, non tam voluntate, quam cursus errore falluntur. Quid? qui pecuniae cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur; quorumque ita perturbantur animi, ut non multum absint ab insania, quod insipientibus contingit omnibus; iis nullane est adhibenda curatio? utrum, quod minus noceant animi aegro-

---

Beiero ad Cic. de Off. I. 19. 64. p. 150. et, qui sequitur, loco c. 3, 6: *omnibusque opibus et viribus.* Post *nescirent* Ed. A. omittit *nec.* Mon. 1. habet *ibi.* Solus etiam Gud. 2. pro *eaque* habet *ea quae.* Mox Codd. Reg. et Gud. 1. conspirant in prava scriptione *everterent,* unde rursus eorum cognatio apparet. In seqq. duo Oxx. *ceciderunt* pro *occiderunt. Mr.*

Atque ii quidem optima petentes] Dedi, ut accommodatius, *ii* pro *hi,* ex Marg. MS. Asc. nostrae 2. Edd. S. E. probante etiam Kühnero, qui ad similem locum laudat E. Wunderum in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagogg. V. 2. 1827. p. 141. Mod. Codd. Mon. 1. et unus Ox. Ed. P. *quam iam cursus. Cursus errore* commode explicat Kühn. *cursu errante,* ut sit *ἐν διὰ δυοῖν.* Possis etiam exponere: *errore in cursu,* v. *in currendo,* v. *errore currendi,* v. *cursu errantes.* Pro *quid? qui* Reg. habet *quidque,* Aug. *quique.* Pergit Marb. *cupiditate pecuniae. Mr.*

Voluptatum libidine] Eliens. pr. *voluptate libidinum.* Med. *libidinum voluptate.* Sic lib. II. Fin. cap. 32. *Ille rex Assyriae glorietur, se omnes secum* libidinum voluptates *abstulisse.* Sed a reliquis libris non est recedendum, cum *voluptatis avidas libidines,* et *libidinem voluptatis* dixerit noster de Senect. cap. XII. *D.*

Voluptatum libidine] Unus Ox. *voluptatis,* alius *voluptate.* Gud. *voluntatum.* Inverso errore *voluptatem* scribitur pro *voluntatem* apud Cic. de Rep. I. 2. p. 13: ubi tamen nuper censor quidam absque ratione restitutam voluit pravam lectionem *ad hanc voluptatem naturae stimulis incitamur,* in Annall. Hdlbg. 1828. 58. Vid. modo Beierum ad Lael. 16, 61. p. 97. et in Jahnii Annall. 1827. I. 3. p. 31. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 244. ed. 3. Cic. Orator. 20, 68. p. 49, ed. Beier. et Orell. Unus Ox., nec vero idem, qui *voluptate* exhibet, habet *libidinum.* — *Voluptate libidinum* habet marg. Crat. Pro *quorumque* Edd. M. et Ald. solae *quorum.* Aug. habet *perturbatur.* Rehd. omittit *multum.* Unus Ox. habet *absit;* Mon. I. *ab infamia.* In seqq. Vind. 1. bis *quia* pro *quod. Mr.*

quod insipientibus contingit omnibus: iis nullane] Unus Ox. *contigit,* quod est etiam in Gud. 1. a pr. m. — Edd. M. et Ald. itemque Leod. *quod ins. omnibus contingit: his nullane* etc. In Edd. Asc. 1. 2. Junt. Sturm. Boul. Fr. Fabr. scribitur *quod insipientibus contingit: omnibus his nullane* — idque probabat Bouh. recepit in Ed. 1. FAWolf. eumque secuti Koel. et Billerb. Sed recte monet Nissen. si ita distinguas, scribendum esse *his omnibus.* Mirum autem, pergit, si insipientium aliquis multum ab insania absit. Infra c. 4: *omnes insipientes insaniunt.*" Quod vero in marg. Lambb. et Goth. dicitur habere libros vulgatos: *quod insipientibus contingit: his nullane* — indeque enotavit Verb. in aliis deesse *omnibus,* non inspectis libris, id falsum est. Scripsi autem *iis* ex Codd. Duisb. Gud. (qui habent *hiis*) Mon. 2. MS. ad marg. Asc. 2. Edd. S. E. In duobus Oxx. et Aug. est *nulla,* in uno *nulla nec* pro *nullane.* Erat etiam *nulla* a pr. m. in Gud. 1. In Gud. 2. scribitur *ratio* pro *curatio. Mr.*

tationes, quam corporis? an, quod corpora curari possint, animorum medicina nulla sit?

3 At et morbi perniciosiores pluresque sunt animi, quam

5.

---

utrum, quod minus noceant —? an] Ad constructionem vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 3. 10. p. 19. Handii Tursellin. I. p. 353. Dav. in Ed. 2. dedit, nescio unde, *utrumne;* in annot. enim nihil addidit, nisi vulgo legi *utrum*. Unus Ox. *quam* pro *quod*. Gud. habet *minus quod*. Mox Aug. *animi cogitationes*. Pro *possint* unus Ox. habet *possunt*. Ed. P. *posse*. Edd. P. A. B. S. E. M. L. itemque nostrae omnes ante Gebh. (exceptis Rob. Steph. et HWolf.) *nulla medicina sit*. Vind. 2. et Rehd. *nulla medicina est*. *Mr.*

c. 3. *At et morbi perniciosiores pluresque sunt*] „*Et* auget vim particulae *at*, ut alibi *etiam* [quod habet Vind. 1.]: vel ita intelligendus locus, quasi scriptum sit: *et perniciosiores et plures sunt animi morbi*“ *FAWolf.* in scholis. Posterius verius esse ait Or., qui in ann. Ed. nihil posuerat nisi: Nota hoc *et*. Posteriori etiam Wolfii explicationi accedit Kühn. dicens: „*et — perniciosiores pluresque* i. e. et — et. V. Goerenz. ad Legg. I. 24. extr. p. 100.“ Hic videlicet eodem modo intelligi vult locum nostrum. Assentirem equidem, si scriptum esset: *At animi morbi et perniciosiores sunt pluresque quam corporis*: ut est Acadd. I. 10. 37: *officia autem, et servata praetermissaque*, media putabat. Nunc cum Klotzio facio, qui Quaestionn. Tulliann. I. p. 105 sqq. ita de h. l. disputat: „Neque h. l. particula *et* significat *etiam*, neque est removenda. Sed quum Cicero ut sapientiae studium commendaret, qua animi aegritudines morbique sanarentur, supra significasset esse et morbos animi et eorum medicinam [§. 4. extr. *his nullane — nulla sit?*]; inde ab §. 5. id ita sese habere revera monstrare debebat. Quod ut efficeret, sic perrexit: *at et morbi perniciosiores pluresque sunt* animi *quam corporis*, quibus ex verbis potest intelligi Ciceronem primum quidem voluisse sententiam sic instituere, ut pergeret: *et medicina certior est morborum animi, quam corporis*; sed postquam ut rationem redderet, quare essent animi morbi perniciosiores, plura adiecit verba atque intellexit, longe probabilius hoc esse, quam illud; inchoatam reliquit constructionem et, quae erat in eo cogitandi celeritas et dicendi, *qui vero*, inquit, *probari potest* — Est profecto *animi medicina, philosophia: cuius* etc. Quae verba cur sic immutaverit Cicero, quisque facili opera persentiscit: nam quoniam haec erant certiora, quam id, quod ante posuit, quum pergere posset usitata affirmandi ratione, per interrogationem hanc extulit enunciationem, quo magis intelligeretur esse profecto animi medicinam, philosophiam.“ Quae quidem verissime videntur disputata. De eadem constructione quasi ἀναχολούθῳ ego dixi ad Cic. de Rep. I. 3. p. 16. coll. p. 609. ad Cic. de Div. I. 20. p. 103. 1. 53. p. 264. I. 55. p. 275. quamquam hunc quidem locum Madvigius [N. Archiv f. Philol.' v. Seebode. 1829. 34.] in iis ponit, quibus particulae *et* respondet *que*: quare distinctione mutata scribi vult — *difficile est: easdemque* —. Adde Beierum in Lpz. Lit. Ztg. 1825. 127. p. 1010. et ad Cic. pro Scauro p. 195, itemque in Jahnii Annall. 1827. I. 3. p. 24 sq. Jacob. in Allg. Schulztg. 1828. II. 110. p. 108 sq. Klotz. l. c. p. 7 — 12: in primis nunc Otto ad Cic. de Finn. p. 386. Coll. O. M. Müller. Cur. Sec. ad Cic. pro Sestio p. 113 sq. *Mr.*

At et morbi] Cod. Mon. 2. *Ac et morbi*. Pergit Cod. Rehd. (omissa voce *perniciosiores*) *plures sunt animi, quam corporis*. Tum Mon. 2. *Ii enim*, Duisb. *Hii enim*. Duo Oxx. omittunt *ipsi*. Post

corporis: hi enim ipsi odiosi sunt, quod ad animum pertinent eumque sollicitant, *animusque aeger*, ut ait Ennius, *semper errat, neque pati neque perpeti potest, cupere numquam desinit*. Quibus duobus morbis, ut omittam alios, aegritudine et cupiditate, qui tandem possunt in corpore esse graviores? Quî vero probari potest, ut sibi mederi animus non

---

ipsi addidit Dav. in Ed. 2. *ideo*, adscripsitque id vulgo deesse. Quam annot. in Ed. 3. omisit, vocem tamen ipsam, nescio unde desumptam, neque (quod etiam sensit Bouh.) necessariam, servavit. In seqq. unus Ox. et Gud. habent *qui*, Ed. P. *quo* pro *quod*. Tum in marg. Goth. Lamb. Verb. ex MSS., ut dicitur, notantur Coniunctivi *pertineant eumque sollicitent*: quorum vestigium est in Gud. 2. qui habet *sollicitent*, sed supra scripto *a*. *Mr.*

Animusque aeger] Haec sunt Enniana, quae in Iambicos Trimetros male digessit Hier. Columna Fragm. pag. 302. Hoc modo sub senariorum leges videntur mittenda:

— *Animus aeger semper errat, neque pati*
Neque perpeti poti', *cupere nunquam desinit.*

Sic vates ipse Rudius apud Macrobium Saturn. lib. VI. cap. 1.

Quis potis *ingentes oras evolvere belli.*

Nec aliter passim vetustiores. *D.*

Animusque aeger] *Que* continuandi vim habere monet Kühn. laudatis Ochsner. Eclogg. Cic. p. 57. [est p. 68. ed. 3.] Goerenz. ad Acadd. I. 6. 23. ad de Finn. I. 9. 29. Add. nos ad Cic. de Div. I. 3. p. 18. I. 30. p. 154. Mirum Billerbeckius narrat senarium a Davisio esse procusum hunc:

— ⏑ *animus aegér semper errat néque pati*

De quo vides Davisium ne somniasse quidem. Pro *aeger* unus Ox. habet *eget*. Egregios etiam senarios finxit hosce Nissenius: *is* (sic versum incepisse ait) — *semper errat, neque pati, neque perpeti potest,*
— — — *cupere nunquam desinit.*
In secunda Ed. Dav. reliqua ut orationem pedestrem scripsit, extrema sic:

Neque pati neque perpeti pote, cupere numquam desinit.

In Edd. Tbn. scriptum est: — *sollicitant:*
ánimusque aeger, ut ait Ennius, sémper érrat, néque pati, neque perpeti potest:
cúpere nunquam desinit. — Idque placet factum. Verba *neque perpeti* omittit *unus* Ox. cuius fortasse scriptor ea supervacanea existimabat post *pati*. Et certe pedestri orationi Ciceronis non essent accommodata, utpote nimis arguta. Apud poetam significant *neque patiendo perdurare*. In Cod. Duisb. verba *ut omittam alios* verbis *aegritudine et cupiditate* postponuntur. Vind. 1. habet cum Aug. *in corpore possunt esse*, Rehd. *esse in corpore*. *Mr.*

qui vero probari potest, ut — animus non possit?] Unus Ox. *quíd vero*, Aug. *quorum vero*. Vind. 1. *quod vero*. Gud. 2. omittit *potest*. Duisb. habet *animus mederi*. De constructione *probari potest, ut — possit*, pro Acc. c. Inf., vid. Zumptii Gr. Lat. §. 623. ed. 6. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 33. 108, ubi plane scribitur ut nostro loco: *qui probari potest, ut is — gaudeat?* ibiq. laudd. p. 284 sq. in primis autem E. Wunder. in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1827. III. 2. p. 158. Otto ad Cic. de Finn. p. 410. Plane non intellexerunt, ideoque falsam et corruptam existimarunt hanc constructionem Rathius et Bremius loco de Finn. laudato. Recte explicavit

possit? quum ipsam medicinam corporis animus invenerit: quumque ad corporum sanationem multum ipsa corpora et natura valeat, nec omnes, qui curari se passi sunt, continuo etiam convalescant; animi autem, qui se sanari voluerint, praeceptisque sapientium paruerint, sine ulla dubitatione
6. sanentur? Est profecto animi medicina, philosophia: cuius

---

rem Kühnerus, *ut* interpretans *quomodo*, ὡς: sed bis erravit in laudanda Wunderi recensione, quem Wagnerum appellavit. *Mr.*

quum ipsam medicinam corporis animus invenerit] Ed. A. *ipsa*. Edd. B. C. V. M. L. Rob. Steph. Asc. 1. Junt. Goth. Sturm. Fr. Fabr. Ald. Boul. Leod. Sylb. Brut. *ipse*. Edd. Asc. 1. Sturm. HWolf. *et ipsam*. Libri MSS. non variant. *Animus* abest a Cod. Vind. 1. Quod cum abesse vidisset etiam in uno Leid. Bouhierius, supervacaneum iudicavit: quamquam fatetur eiusmodi repetitionibus eiusdem substantivi [cum modo praecesserit *mederi animus non possit*] non abstinere, laudato Wopkens. Lectt. Tull. I, 13. — Pro *sanationem* Verb. in marg. ex MS. nescio quo *sanitatem* enotavit. *Mr.*

ipsa corpora et natura valeat] Ita recte ad subiectum praestantius, *natura*, quo *corpora* continentur, accomodatur verbum. Id tamen non tulerunt, qui correxerunt *valeant*, duo Oxx. Vind. 1. Aug. Duisb. Edd. C. V. M. Asc. 2. Rob. Steph. Ald. Gebh. Oliv. Lall. Ern. Schz. Koel. Nobb. Dicit Or. habere *valeant* etiam Codicem Col. Sed hoc ex annot. Fr. Fabricii non certo potest colligi. Nos optimos libros sequimur cum reliquis. Placet numerus singularis etiam Goerenzio ad Cic. Acadd. II. 1. 3. p. 10. — In proximis Codd. Rehd. Duisb. Edd. Junt. A. B. S. E. M. L. et nostrae omnes ante Gebh. habent *se curari*: Codd. optimi iique plurimi non item. Mox Vind. 1. unus Ox. et Gud. 1. *convalescunt*. Posterior vero supra lineam habet —*cant*. *Mr.*

Qui se *sanari voluerint*] Secundam voculam praetermisit Gebhardus; Victorium secutus. Eam nos fide Msstorum revocandam duximus. *D.*

qui se sanari voluerint,] Ad sententiam confert admodum commode Leod. Horatium Epist. I. 1. 33 — 40: ad quem Horatii locum non minus accommodate adhibet Lambinus Eurip. Hippol. 491 sq. Ad constructionem v. quae modo diximus ad prc. §. 4. Sunt vero, qui h. l. omittant *se*: quatuor Oxx. Vind. 1. 2. Duisb. Edd. V. Rob. Steph. HWolf. Gebh. Verb. Ern. Lall. Oliv. Reliqui tuentur omnes. Pro *voluerint* est *voluerunt* in quatuor Oxx. Vind. 2. Mon. 1. Edd. P. A. B. Ven. nostr. In Cod. G. scribitur: *qui se curari sanari voluerint*: erroris causa manifesta. Tum Cod. Mon. 1. *praeceptis et sapientium paruerunt*. Marb. habet *sapientum*. Oxx. quatuor et Vind. 2. ut Mon. 1. *paruerunt*. In fine periodi quatuor Oxx. Aug. *sanantur*. *Mr.*

sanantur: est profecto —: *cuius auxilium, nec ut in* —: *omnibusque opibus viribusque* etc.] „Post *sanentur* plerique finiunt periodum et pro *nec* habent *non*, et in *omnibus* omittunt *que*: perperam, nisi fallor: quem locum variis codicibus inter se collatis adiutus sic legendum censeo: *sine* — *sanentur*: (hic finitur πρότασις periodi: sequitur ἀπόδοσις) *est profecto animi medicina philosophia: cuius auxilium, nec ut* — *morbis, petendum est foris: omnibusque opibus viribusque, ut nosmetipsi* — *est*. Particulae *nec* et *que* inter se cohaerent: et declarant praerogativam et facilitatem *medicinae animi*: de qua teneantur et hae Graecorum sententiae: ψυχῆς νοσούσης ἐστὶν

auxilium non, ut in corporis morbis, petendum est foris: omnibusque opibus et viribus, ut nosmet ipsi nobis mederi pos-

---

ἰατρὸς λόγος. Democritus: Ἰατρικὴ μὲν σώματος νόσους ἀκέσεται· σοφίη δὲ ψυχὴν παθῶν ἀφαιρέσεται. Pindarus: οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν [τὰ πήματα], ἀλλ οἱ ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω." *HWolfius.* Locus Pindari est Pyth. III. 82 sq. [146 sq.] *Mr.*

Est profecto animi medicina, philosophia:] Gud. pro *medicina* habet glossam *sapientia*, quae veram vocem extrusit. Ad sententiam optime Reinh. Klotzius Quaestt. Tull. p. 107: „Haec, ait, verba qui coniunxerunt nec post *medicina* commate orationem distinctam esse voluerunt, parum videntur huius sententiae vim rationemque cognitam habuisse: id enim Cicero potissimum vult docere atque efficere esse animi medicinam eamque philosophiam, non vero animi medicinam esse philosophiam, quod non prius poterat contendere ac demonstrare, quam docuisset esse primum animi medicinam; quod quum collegisset, necessario eam esse philosophiam cogebatur." Add. Heusdii Initia Philosoph. Platon. I. p. 62. *Mr.*

non, ut in corporis morbis,] *In* omittunt Codd. Mon. 1. Marb.; *quaerendum* habet unus Ox. pro *petendum*. *Mr.*

omnibusque opibus viribusque, ut —] „In Gryphii libro *viribus* abest. Eodem autem modo locutus est infra [c. XI, 25]: *His autem perturbationibus — omnibus viribus atque opibus repugnandum est.*" *Brutus.*

omnibusque opibus, viribus,] „Non in eam lectionem conspirant editiones: sed multae etiam *viribusque*; etiam Codd. nonnulli *opibus et viribus*. Sane mallem *omnibus opibus viribusque.*" *Gronov.* Dav. in Ed. 2. scripsit: *propriisque opibus atque viribus*, nihil addens, nisi vulgo legi *omnibusque opibus, viribus*. Wopkensius l. c. p. 103. scripsit, nescio unde, *omnibusque opibus atque viribus*: addens: „Satis evidens atque significans est oppositio, etiamsi non legas *propriisque opibus*, uti coniiciebat insignis Bentleius. Quod autem Jac. Gronovius horridum quidpiam in his verbis videre sibi visus est, nisi exterminetur encliticum *que* post *omnibus*; in eo quidem fallere ipsum ratio videtur, quandoquidem particulae copulativae saepissime disiunctivarum munere funguntur." Ad quae Handius l. c.: „Vid. Goerenz. ad Ac. 2, 9, 27. et 2, 18, 56. At non ipsa disiungendi vis inest in vocabulo *que*, neque id usquam ponitur pro *sed*. Continuat enim aequatam orationem, ut sit fere id, quod *et ideo*; nam quod praecedente negatione removetur, alteri, quod adiicitur, locum dat." Buhlerius se in sua Ed. vet. reperisse ait *viribusque*. Lallemannus tres e Regiis exhibere refert *omnibusque opibus et viribus*, quartum omittere vocem *viribus*. *Viribus* eiici vult C. D. Beck. in Comm. I. de Glossematis: p. 12. *Mr.*

Omnibusque opibus et viribus] Sic Med. et Balliol. Vulgo *omnibusque opibus, viribus*. *D.*

omnibusque opibus viribus,] „Sic Cod. Reg. duo Oxx. [Marb. Mon. 1. Gud. 1. Rehd.] Gebh. Ern. [Verb. Tbn.] Vere Latine, ut *equis viris; remis velis*, ac similia. Notandum tamen *viribus* abesse a Gryph. optimo: ex errore tamen puto. Sic tamen etiam Bern. In marg. a sec. manu habet *viribusque* ut Cod. Duisb. Edd. P. A. B. S. E. C. V. M. L. [et nostrae ante Gebh. omnes]." *Orell.* Idem contra Wolfium, qui recepit Davisianam lectionem, neque illam proverbialem formulam agnoscit [*opibus viribus*], qualis est *equis viris*, contendit, esse tamen eam videri sibi proverbialem: neque semper agnosci primo adspectu tales formulas, veluti *toto corpore atque*

simus, elaborandum est. Quamquam de universa philosophia, quanto opere et expetenda esset et colenda, satis, ut arbitror, dictum est in Hortensio. De maximis autem rebus nihil fere intermisimus postea nec disputare nec scribere. His autem libris exposita sunt ea, quae a nobis cum famib. liaribus nostris in Tusculano erant disputata. Sed quoniam duobus superioribus de morte et de dolore dictum est; ter7. tius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet. Ut enim in Academiam nostram descendimus, inclinato iam in

---

omnibus ungulis, et *toto pectore*, nisi ipse Cicero supra II. §. 57. 58. *ut dicitur* apposuisset. Ego vero mihi persuadere non possum *opibus viribus* hoc loco esse proverbialem locutionem, quia praecedit *omnibusque:* ita enim debebat esse illa formula quasi appositio vel explicatio locutionis *omnibusque elaborandum est*, cuius per se nulla plane est sententia. Plane alia res est in formula Ep. ad Qu. Fr. III. 1. 3: *omnia minima maxima ad Caesarem mihi sciebam.* Cic. Orat. 22, 73: *quod semper usurpamus in omnibus — minimis maximis*, Tusc. I. 26: *ut omnia supera infera — videremus.* Facio igitur cum Dav. Lall. FAWolf. Koel. Schz. Bip. Nobb. Kühn. Neque magis ferendum esset si infra scribere velles: *his — perturbationibus omnibus viribus opibus repugnandum est.* — Cod. Gud. 2. omittit verba *et viribus.* Est vetus omnino loci corruptio. *Mr.*

ut nosmetipsi nobis mederi possimus,] Cod. Mon. 1. omittit *nobis.* Duisb. habet *mederi nobis.* Tres Oxx. et Aug. *possumus.* In MS. nescio quo abesse dicitur in marg. Edd. Lambb. Goth. et Verb. *est* post *elaborandum. Mr.*

Et *expetenda esset et colenda*] Sic Reg. Vulgo deest prima vox. *D.*

quanto opere et expetenda esset et colenda] Scripsi *quanto opere* cum Dav. et Or. ex Codd. Gryph. Gud. 2. Gud. Duisb. duobus Oxx. *Et* ante *expetenda* edidi ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Duisb. Gud. Mon. 2. quatuor Oxx. cum Edd. praeter Gebh. Ern. Verb. Bip. Oliv. Lall. omnibus. Pro *esset* scribitur *est* in Codd. Mon. 1. Aug. Perperam. Reponitur *esset* post *colenda* in Edd. A. B. S. E. C. M. L. Junt. et nostris vett. omnibus ante Gebh. *Excolenda* est in Cod. uno Ox. et MS. in marg. Verb. Pergit Cod. Duisb. *satis dictum est, ut arbitror.* De Hortensio v. supra ad II. 2. 4. *Mr.*

De maximis autem rebus] Alias plane res dicit maximas in orationibus, quam in libris ad philosophiam pertinentibus. Et hoc quidem loco respicit ad Academica et libros de Finibus, quos anno proxime praeterlapso scripserat, u. c. 709. — De constructione *intermisimus — scribere* vid. Doeleckium in libro, quem inscripsit: Deutsch. Lat. Gramm. p. 240. — In seqq. Cod. Gud. habet *neque disputare.* Verb. ex Cod. nescio quo enotavit, quam habet Ed. P., lectionem *nec describere.* Tum Mon. 2. *Iis autem libris.* Male. *Mr.*

duobus superioribus de morte et de dolore] Unus Ox. post *superioribus* in contextis habet glossam *scholis.* Habent Edd. Ven. nostr. Junt. et Asc. 2. *de morte, de dolore.* Codd. Gud. 2. Gud. Ed. HWolf. *de morte et dolore.* In Marb. *dies* bis scriptum erat, sed repetita vox calamo deleta est. Cod. Gud. habet *disceptationis*: vocem *disputationis* plane omittit unus Ox. Gudianus ille pro *volumen* miram habet lectionem *quod volumus. Mr.*

Ut enim in Academiam nostram descendimus] „In Tusculana villa exstruxerat duo Gymnasia Cicero, Lyceum exemplo Aristotelis,

postmeridianum tempus die; poposci eorum aliquem, qui aderant, causam disserendi. Tum res acta sic est.

A. Videtur mihi cadere in sapientem aegritudo. M. 4 Num reliquae quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiae? Haec enim fere sunt eiusmodi, quae

---

et Academiam exemplo Platonis. Lyceum superius erat. Itaque dixit *descendimus*." *Comm. Anonym.* ap. Leod. Vid. Cic. de Div. I. 5. p. 23. ed. nostr. — Duo Oxx. omittunt *enim*. Gud. 2. habet *ut hec in achademiam descendimus*, omisso *nostram*; Cod. Aug. habet *nostram Academiam*, Vind. 1. *descendimus nostram*. Quare cum unus Cod. non habeat *nostram*, eaque vox in aliis habeat sedem incertam, facile aliquis eam insititiam existimet, nisi hi ipsi Codd. admodum dubiae essent auctoritatis. Unus Ox. omittit etiam *in*, Mon. 2. omittit *iam*. *Mr.*

postmeridianum] Cum Cicero in Orat. 47, 157. scripserit: *Impetratum est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret: et pomeridianas quadrigas, quam postmeridianas libentius dixerim:* haec igitur cum scripserit Cicero, editores invitis Codicibus correxerunt *pomeridianum*, quamquam non multi. Est enim *postmeridianum* in Edd. omnibus praeter Lamb. Leod. HWolf. FAWolf. Schz. Or. In Cod. Marb. Edd. Ven. nost. Brut. Fr. Fabr. Goth. scriptum est separatim *post meridianum*. Velium Longum, Grammaticum, refert Or., locum Ciceronis ex Oratore laudantem exhibere *posmeridianas*. Variatur etiam scriptio in L. III. de Or. 5, 17: ubi plerique exhibent libri *in postmeridianum tempus*, quamquam in aliis, ex illo Oratoris loco, correctum est *pomeridianum*. Ad scholas Wolfii Or. ait Codicem Medic. Epp. ad Att. semel exhibere *pusmeridianus* (sic). Similiter Marb. ante eam vocem in parenthesi adscriptum habet *p9* i. e. *pus*. Ad sententiam cf. supra III. 3, 9. Duo Oxx. habent *diei* pro *die*. *Mr.*

Poposci — causam disserendi] „i. e. θέσιν, quaestionem, quae materiam disserendi daret." *Ern.* Cod. Duisb. omittit *aliquem*. Gud. 1. a pr. m. habet *aliquid*, a 2. — *quem*. Ed. Fr. Fabr. *adderant*. Gud. 1. a pr. m. *quid adherant*, quod a 2. correctum est. Mon. 1. *aderat*. Pro *causam* Codd. Marb. Rehd. Gud. unus Ox. *causa*, alius Ox. *caussa*. Unus omittit *sic*; Gud. et Rehd. omittunt *est*. Aug. habet *tum res sic acta est*. Idem pergit: *Finis prohemii. Incipiunt probleuma et subiungitur ethimologia et effectus insaniae amentiae et dementiae morbi et iracundiae, unde concluditur qui sint sani; Brutus* (sic semper) *Videtur* etc. *Mr.*

Cap. 4. *Videtur mihi cadere in sapientem aegritudo.*] Unus Ox. *Viderunt*. In seqq. Cod. Mon. 1. *cum* pro *quoque*. Vind. 2. omittit *animi*. *Mr.*

Formidines, libidines, iracundiae] „In his vocibus omnes libros inter se consentire video: et tamen in sententia maneo, ut postremam a Cicerone positam non esse existimem. Cum enim perturbationes sint genere quatuor, aegritudo, metus, libido s. cupiditas, et voluptas s. laetitia, id est λύπη, φόβος, ἐπιθυμία καὶ ἡδονή, de quibus hoc et sequenti libro disputatur, Ciceronem tribus generibus positis, quarti loco tertii partem numerasse, non possum adduci ut credam. Quaerenda igitur vox est, qua ἡδονὴ exprimatur, et videndum, an *incunditates* sit legendum." *Fr. Fabric.*

iracundiae] In marg. Lambb. et Goth. est coniectura *cupiditates*. Hanc esse Lambini coniecturam non debebant dicere Dav. Verb. Schz. In Cod. Gud. 1. vox *libidines* supra lin. scripta est a m. 2. Egregia

Graeci πάθη appellant: ego poteram *morbos*; et id verbum

---

est ad v. πάθη Camerarii annotatio, quam, cum eius Ed. sit paullo rarior, huc transferre liceat: „Idem lib. 3. de Finib. [c. 10.] his verbis: *Nec vero perturbationes animorum, quae vitam insipientium miseram acerbamque reddunt, (quas Graeci πάθη appellant: poteram ego, verbum ipsum interpretans, morbos appellare. sed non conveniret ad omnia: quis enim misericordiam, aut ipsam iracundiam, morbum solet dicere? at illi dicunt πάθος: sit igitur perturbatio, quae nomine ipso vitiosa declarari videtur:) nec hae* etc. Est autem hoc breve quidem ipsum, sed optimum et maxime utile praeceptum conversionum, ut non modo, quod cui verbum verbo respondeat, videamus, sed consideremus, quid utriusque linguae proprietas admittat. — Ut hoc statim loco non dubitarunt πάθος interpretari *passionis* nomine, nullo prorsus auctore. Sed Cicero morbum significare docet, et dici tamen de animi vitiosis affectionibus. Itaque quaesivit aliud vocabulum, in lingua latina aptius. In hac parte magnam caliginem negligentia invexit in doctrinam, dum non, quid secundum usum et consuetudinem cuiusque linguae recte et proprie dicatur, laborant interpretes, sed quod in buccam, ut dicitur, venit, illud proferunt, fingentes et comminiscentes cum inaudita vocabula sine omni plerumque etiam ἀναλογίας respectu, tum usurpantes alienas orationis figuras.“ *Mr.*

Formidines, libidines, iracundiae] Mssti summo consensu hanc lectionem repraesentant. Postrema tamen vox interpretibus haud placuit, quod iracundiam libidini subiiciat Cicero: quod cum ex aliis locis tum ex Tusc. lib. IV. cap. 7. manifestum est. Cum itaque quatuor sint perturbationes, aegritudo, metus, libido, et voluptas; doctis viris non sit credibile nostrum, praetermissa quarta, tertiae partem adiecisse. Non autem Tullius ait, se perturbationes hic ἀκριβῶς numerasse, locaque sunt alia gravissimi scriptoris, quae satis ostendunt non esse cur a Codicibus recedatur. Sic huiusce libri cap. V. *Exisse ex potestate dicimus eos, qui effrenati feruntur* aut libidine aut iracundia. Et Offic. lib. I. cap. 20. *Vacandum autem est omni animi perturbatione, tum* cupiditate *et metu, tum etiam aegritudine et voluptate animi, et* iracundia. Iterum cap. 29. *Licet ora ipsa cernere* iratorum, *aut eorum, qui* libidine *aliqua aut metu commoti sunt.* Quinctilianus Instit. V, 8. *Si forte quid factum* ira, *vel metu, vel* cupiditate *dicatur.* Vide sis et VII, 2. Audiendus igitur non est Fr. Fabricius, qui *libidines, iucunditates;* multo autem minus D. Lambinus, qui *libidines, cupiditates* rescribit: nam horum verborum eadem plane est potestas, quemadmodum docet noster infra cap. XI. quapropter eius coniectura morbo, si qui sit, nullam adfert medicinam. *D.*

formidines, libidines, iracundiae?] „i. e. diversa formidinis, libidinis, iracundiae genera. Olim conieceram *formidinis, libidinis.*“ *Nissen.* „Cave putes *iracundiae* esse Genitivum ad *libidines* pertinentem.“ *FAWolf.* Laudat Or. de plurali *iracundiae* et similibus disputantem Bremium ad Cic. de Finn. I. 8. p. 45. Add. Cic. de Rep. I. 38. *Ergo non — probares, si, consilio pulso, libidines, quae sunt innumerabiles, iracundiaeve tenerent omnia.* V. pag. Ed. nostr. 157. Davisii sententiam merito probat Kühnerus. *Mr.*

Haec enim fere sunt eiusmodi,] Ad v. *haec enim* commode confert Kühn. Graecum ταῦτα γὰρ et Tusc. I. 24. 56: — *quam vitis, quam arboris: haec enim etiam dicimus vivere,* ubi vid. nostr. ann. Vocem *sunt* omittit Cod. Gud. Scribitur *huiusmodi* in Codd.

esset e verbo; sed in consuetudinem nostram non caderet. Nam misereri, invidere, gestire, laetari, haec omnia *morbos* Graeci appellant, motus animi, rationi non obtemperantes: nos autem hos eosdem motus concitati animi recte, ut opinor, *perturbationes* dixerimus, *morbos* autem non satis usitate, nisi quid aliud tibi videtur. A. Mihi vero isto modo. M. Haeccine igitur cadere in sapientem putas? A Prorsus 8. existimo. M. Nae ista gloriosa sapientia non magno aesti-

---

Rehd. et Aug. In Gud. est *etiam* pro *quae*. Scribitur *pathe* in Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Rehd. Ed. Junt., *pate* in Gud. 2; *pathi* in uno Ox., *pati* in Ed. Ven. nostr. Tres Oxx. omittunt vocem Graecam, vacuo spatio relicto. Verba *ego — Graeci appellant* omittuntur in duobus Oxx. Post *morbos* Cod. Duisb. additam habet glossam *dicere*. Unus Ox. habet *morbum*. *Mr.*

verbum e verbo] Sic Cic. Acadd. II. 6. 17: *quid esset cognitio, aut perceptio, aut si verbum e verbo volumus, comprehensio, quam* κατάληψιν *illi vocant*. De Finn. III. 4. 15: *Nec tamen exprimi verbum e verbo necesse erit, ut interpretes indiserti solent*. Ad v. *nostram* recte monet Kühn. hoc ad consuetudinem linguae Latinae referendum esse: videlicet ne quis de sola Ciceronis consuetudine cogitet. Mox Cod. Duisb. *invidere*, *misereri*. Cod. Gud. omittit *Graeci*, unus Ox. omittit *morbos*. Unus Ox. et Rehd. habent *Graeci morbos*. Mon. 1. omittit *appellant*. *Mr.*

motus animi rationi non obtemperantes.] „Recte Dav. in postremis Edd. scripsit *obtemperantis*, quam coniecturam firmat Cod. Reg. *Buhier*. Fecerunt idem FAWolfius, Schz. habentque ita scriptum Codd. Gud. 1. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Mon. 2. Utcunque scribis: Accusativum intelligas oportet non Genitivum. In Cod. Aug. omittuntur verba *autem hos*. In Mon. 1. scribitur *hos hoc*, sed prior vox deleta est. Gud. omittit *concitati*, Gud. 2. *animi*. Marb. habet *animi religione recte*: sed media vox punctis notata est. Pro *dixerimus* Bouhierius volebat *diximus*, ne dicere videatur Cicero novum hoc, hac quidem sententia, esse vocabulum: quod secus esse censet. Favet ei coniecturae Cod. Vind. 2. Sed frustra. Nondum enim constabat neque certus erat usus illius verbi et aliorum etiam ad philosophiam pertinentium, e Graecis fontibus ductam: quamque eo ipso vocabulo iam usus erat Cicero loco supra laudato de Finn. III. 10. 35. *Mr.*

Nisi quid aliud tibi videtur.] Unus Ox. *nisi quidem*. Rehd. omittit *aliud*. Aug. et Vind. 1. habent *tibi aliud*. Unus Ox. in seqq. *mihi non isto modo*. Pergunt Cod. Gud. Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. *Haecne* quod recte monet FAWolfius Ciceroni non usurpari. Aug. habet *hoccine — in sapientem cadere*. Gud. 1. *haec in e*, videlicet ex scriptione HAECINE. Habent etiam *in sapientem cadere* Codd. Mon. 1. 2. Pro *cadere* in Gud. 2. est *eadem*. Ed. P. exhibet *cadere inscipientem*: erroris causa manifesta. *Mr.*

Nae ista gloriosa sapientia] Scribitur *Ne* in Codd. Reg. et Edd. A. S. E. Marb., *Nec* in Ed. P. et uno Ox. Bouhierius ex sua Ed. vet. et Rob. Steph. vult *Nae igitur ista gl. sap. non magni aestimanda est*. Quam ego scriptionem in sola Ed. HWolfii reperio. Rob. autem Stephanus eodem plane modo edidit, ut reliqui. *Magni* scribitur in Edd. S. E. et esse dicitur apud Lambinum in marg. Edd. Lamb. et Goth. In marg. Verb. Lambino adscribitur *magnum*, aliis, *magni*. Oliv. vero et Or. qui Lambinianam lectionis varietatem in-

manda est, siquidem non multum differt ab insania. A. Quid? tibi omnisne animi commotio videtur insania? M. Non mihi quidem soli, sed, id quod admirari saepe soleo,

---

tegram se exhibere profitentur, nihil h. l. varietatis exscripserunt. Eadem usus est constructione Cicero de Fin. IV. 24. 62: *non quia bonum sit valere, sed quia sit non nihilo aestimandum.* Ad hanc scriptionem nuperrime E. V. E. Vogel in prolusione scholastica Bipontina (1830. 4. Obss. ad aliquot Cic. locos:) p. 27: „Orellio, ait, ad de Finn. III. 3. 11: *istam virtutem non magno aestimandam puto* cum Lambino legendum videtur *magni*, ex perpetuo, ut ait, Ciceronis usu. Ergo Paradox. §. 51. [*areas quasdam magno aestimant*] de Finn. IV. §. 62. V. §. 90. [*ut satis magno aestimanda sint:*] Tusc. III. §. 8. *facere* cum ablativo pretii, quem vocant, iungere licuit Ciceroni, hoc loco non licuit?" Iam vid. annott. Ottonis ad istum libri III. de Finn. locum, qui nuperrime hos libros edidit, p. 201. ibiq. laudd. Illud addo non dicere Orellium ad eum locum scribendum esse *magni* ex perpetuo Ciceronis usu: sed ita fere semper legi apud Ciceronem, laudato §. 43. ubi est in omnibus libris: *quae magni aestimantur.* Sed de mutanda scriptione non est cogitandum. — Scribitur *existimanda* in tribus Oxx. Mon. 1., *extimanda* in uno Ox. et, a pr. m. in Vind. 1. Pro *differt* habent *differat* Edd. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Solus Cod. Rehd. exhibet: *nae ista gloria sapientiae magno estimanda est.* Agnoscis correctorem. *Mr.*

Quid? tibi omnisne animi commotio videtur insania?] Habet Cod. Gud. 1. *Quid tibine omnisne:* sed prius *ne* punctis notatum est. Mon. 1. habet *tibine omnis.* Vind. 1. *tibi omnis*, plane omisso *ne.* Quae mihi scriptionis diversitas suspicionem movet *ne* esse abiiciendum: quo commode carere potest oratio, quia praeeunte *quid*? satis significetur interrogatio, admirationem indicans: cum vel sine *quid* ita ponatur. Vid. Beier. ad Fragm. Or. pro Scauro p. 174: Ita plane praecedente pronomine personali, de Finn. I. 10. 35: *Tu tam egregios viros censes tantas res gessisse sine causa?* Sic nostro loco: *Tibi omnis animi commotio videtur insania?* Ad sententiam vid. quae congessit Jo. Richey in Vindiciis Praetoris Romani (Lips. 1830. 4.) p. 65. *Mr.*

Non mihi quidem soli —] Scribitur in Cod. Aug. *Non mihi equidem sed id quod mihi saepe admirari soleo.* Vind. 1. habet item *saepe admirari soleo*, Duisb. *soleo saepe admirari.* Gud. 1. et 2. *ammirari*, quam scriptionem ubique amplexabatur Beierus. Cod. Duisb. exhibet *nostris quoque.* Vocem *saeculis* omittit Gud. 2., eius loco habet *annis* Cod. Duisb.; *saeclis* est in Gud. ut edidit Dav. qui etiam *Socraten* scripsit pro *Socratem.* Sed v. modo Schneiderum Gr. Lat. II. 1. (Formenlehre) p. 43. — Pro *a quo* unus Ox. habet *aliquo.* Post *de vita* pergunt *et moribus* tres Codd. Oxx. Rehd. Duisb. Edd. C. M. L. Fr. Fabr. et fere omnes nostrae ante Gebh. nisi quod Asc. 1. cum E. B. S. C. habent *de vita de moribus*, quod est etiam in marg. MS. Ed. Asc. 2. In sola Ven. nostr. legitur *de vita et moribus de philosophia*, in solo Cod. Vind. 2. desunt verba *et de moribus.* Praestat ea, quam meliores libri habent, scriptio. Repetit Cicero praepositiones in rerum personarumque diversitate. Vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 14. 47. p. 64. III. 20. 66. p. 396. — Pro *quonam* legitur *quoniam* in Gud. 1. (a pr. m.) et Aug. Ad rem et sententiam loci faciunt tres libri, praeter alios omnibus notos, bonae frugis pleni, quamquam hodie minus cogniti: Jasonis Denores

maioribus quoque nostris hoc ita visum intelligo multis saeculis ante Socratem, a quo haec omnis, quae est de vita et de moribus, philosophia manavit. A. Quonam tandem modo? M. Quia nomen insaniae significat mentis aegrotationem et morbum, id est, insanitatem et aegrotum animum,

---

In M. T. C. universam philosophiam de vita et moribus institutis. 12. Ambergae 1597. ed. S. Rachel. et Ulr. Obrecht. Lips, 1721. — J. C. Fugmanni Vetus et nova Philosophia moralis 4. Witteb. 1678. p. 65—96. Plexiaci Lexicon Philosophicum (in cuius prima parte tota Ciceronis philosophia, servato rerum ordine, tractatur) 4. Hag. Com. 1716. p. 117 sqq. Add. Heusdii V. Cl. Initia Philos. Platon. II. 3. p. 81. *Mr.*

Omnis, quae est de vita et de moribus] Cum, qui Socratem aetate praeibant, philosophi res physicas praecipue tractarent, is primus in Ethica totum studium collocavit, ut tradit Diogenes Laertius lib II. §. 20. ubi plura congessit Aeg. Menagius. Fallitur autem vir ille doctus, cum sic loquitur: „Etiam Themistius Orat. XV. Philosophiam sparsim habitantem coegisse atque in unum contraxisse ait, quemadmodum Athenas Theleus.“ Locus, quem in animo habuit, exstat Orat. XXVI. pag. 318. ed. Harduin. nec de Socrate vel dicitur vel dici potuit, sed de Platone, qui de rebus Dialecticis, Physicis, Ethicis agebat. Praecessit vero luculentum de Socratica philosophandi ratione testimonium, cui plura similia aliis intacta queant adiungi. Vide sis Libanium Orat. XXIX. pag. 610. Lactantium Div. Inst. lib. III. cap. 13. Hieronymum in Rufin. lib. III. pag. 534. Augustinum C. D. VIII, 3. Senecam Epist. LXXI. Eusebium Praep. Evang. lib. I. cap. 8. et lib. XV. cap. 62. denique Theodoretum Therap. IV. pag. 60. Vide sis ad lib. V. cap. 4. *D.*

id est, insanitatem et aegrotum animum, quam appellarunt insaniam.] „Leve esset monere legendum videri *et aegrotum animum, quem appellarunt insanum*, nisi *quam appellaverunt insaniam*, errore non ferendo, per omnia propagatum esset exemplaria. Nihilo secius lego infra: *his rebus mentem vacuam appellarunt insanam* hodie *insaniam* perscriptum est invita, ut opinor, Minerva.“ *Turnebus* Advers. II. 6. p. 43. „*Et aegrotum animum* habent Vict. pariter et Gryph.“ *Brutus.* „Eadem lectio est in vet. cod. quinque Pall. Fabr. Pith. Vatic. Vulgo *et aegritudinem animi.*“ *Gebhard.* Admodum variant libri. Duo Oxx. omittunt *id est*, eius loco habent Gud. 1. 2. *idem*, Vind. 1. *et*; Vet. Ed. Bouhierii Codd. Aug. Gud. *insanientem*, posterior omittit proximum *et*. Rehd. habet *id est insanum*. unus Ox. *id est sanitatem*, Gud. 1. 2. *in sanitatem*. Scribitur *aegritudinem animi* in Codd., ut videtur, aliquot Oxx. praeterea in Edd. A. B. S. E. C. M. L. et Edd. vett. nostris ante Gebh. omnibus, itemque in Ed. Oliv. Pergit Cod. Rehd. *quam rem appellarunt*. Duisb. *quam appellabant*. *Mr.*

Id est, insanitatem — insaniam] Cum praestantissimo Bentleio, ea omnia quae cincta sunt uncis, insiticia iudico. *D.*

id est — appellarunt insaniam] „Suspectum reddit locum, a Davisio et Bentleio damnatum, lectionis magna varietas. Mihi quidem legendum videtur: *ideo insanientem et aegrotum animum appellarunt insanum.*“ *Bosch.* „Haec esse spuria manifestum est. Pro *insanitatem* MS. Gr. habet *insanicutem.*“ *Ern.* Volebat, opinor, *insanientem*; nam sic Aug. „Haec Etymologica sunt, addita in eum finem, ut, quomodo insania esset morbus mentis, appareret. Nam insania quaedam insanitas (morbus) est animi.“ *Nissen.* Melius

9. quam appellarunt insaniam. Omnes autem perturbationes animi morbos philosophi appellant, negantque stultum quemquam iis morbis vacare. Qui autem in morbo sunt, sani non sunt: et omnium insipientium animi in morbo sunt:
p. 192. omnes insipientes igitur insaniunt. Sanitatem enim animo-
a. rum positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant: his rebus mentem vacuam appellarunt insaniam: pro-

---

fortasse, ait Or., dixisset Niss.: „ut, cur iam Romani antiqui diu ante Socratem rectum nomen illi animi commotioni indidissent, manifestius appareret.“ Uncinis incluserunt post Dav. ea verba Ern. Bip. FAWolf. Nobb. Plane eiecerunt Schz. et Bill. Wolfius in scholis glossam haec verba esse ingratam ait. Or. contra, quamvis lectionis varietas locum reddere suspectum possit, ipsam hanc varietatem librariis tribuit et correctoribus, qui substantivo *insanitatem* offenderentur. In quo cum acquiescendum videretur, ea verba cum Or. et Tbn. uncinis liberavi. Recte Or. in schedis „Admodum, ait, differt *insanitas*, vocabulum, ni fallor, novum, ab *insania*.“ Redit idem substantivum c. 5. §. 10. Ad verba *aegrotum animum* in Additamentis Ed. Germ. Forcellini s. v. *aegrotus* haec leguntur: „Noster [Forcellinus, opinor] saepius tutiusque dici existimat *aeger animus*, in Cic. enim loco scripturam non satis esse certam. Ita tamen ibi est in optimis Edd. Ipse autem in seqq. affert Ter. Andr. 1, 2, 22. et 3, 3, 27. ubi itidem legatur *aegrotus animus*. Adde Heaut. I. 1. 48. unde non videmus, quidni sic dici possit.“

Omnes autem perturbationes animi morbos philosophi appellant] Post *animi* distinguunt multi, Gebh. Ern. Bip. FAWolf. Schz. Nobb. Or. male, quod ad loci structuram et rationem grammaticam: sed quod eo voluerunt efficere, videlicet, ne iungeremus *animi morbos* sed *perturbationes animi*, id non videtur reprobandum. Pro *morbos* Cod. Aug. habet *morbo*. *Mr.*

negantque — vacare] Cod. unus Ox. *quicquam* pro *quemquam*: idem vocabulum in Cod. Duisb. reponitur post *vacare*. Mon. 2. Gud. habent *iis* cum Edd. S. E. quod vult etiam Duisb. exhibens *hiis*: idque nos praetulimus cum Kühn. Reliqui, si fides omnibus collationibus, *his*. Vid. quae nuper disputavit vir doctus in Allg. Schulztg. 1831. II. 76. p. 604. (Daehnius, egregius Cornelii Nepotis editor) ibiq. laudd. Ad sententiam Nissen.: „Syllogismi, ait, haec est ratio: qui in morbo sunt, sani non sunt; omnes stulti in morbo sunt, ergo omnes stulti insaniunt. Sed suo modo et libere haec auctor disposuit.“ Unus Ox. omittit verba *sani non sunt*. Unus item post haec pergit *igitur et*. Mon. 1. *omnes igitur et omnium*. „Assumptio syllogismi alias non per *et* adiungitur, sed per *at*, *sed*: et alterutra harum particularum forte [i. e. fortasse] reponenda est. Infra c. 7. pr. est *atque* in assumptione, ubi Dav. correxit *atqui*.“ *Ern.* Non necessaria est mutatio. — Verba *et omnium — in morbo sunt* omittuntur in duobus Oxx., unus omittit *animi*. Vind. 1. habet *in morbo animi*. Idem cum Vind. 2. Rehd. Gud. Duisb. *omnes igitur insipientes*. Unus Ox. habet *sanitate*, omisso *enim*: quam vocem omittunt etiam Rehd. et Duisb. *Mr.*

his rebus mentem vacuam appellarunt insaniam] „Sic habent omnes nostri libri veteres: neque video, quam ob rem quisquam hac scriptura offendi posset. Et tamen Turnebus vult legi *appellarunt insanam*: a quo dissentio. Multis autem aliis argumentis refellere cum illius opinionem possim, his duobus contentus ero: primum est,

pterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non posset.

Nec minus illud acute, quod animi affectionem, lumine mentis carentem, nominaverunt *amentiam* eandemque *dementiam*. Ex quo intelligendum est, eos, qui haec rebus nomina

---

quod *sanitatis* nomen opponit *insaniae*. Sequitur enim deinceps, *propterea quod in perturbato animo — sanitas esse non possit*. Alterum est, simillima locutio infra proxime: *Nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt amentiam*. En tibi, ut *mens vacua tranquillitate et constantia* dicta est *insania:* ita in illo loco, *mentis affectio lumine mentis carens, amentia* est nominata.“ *Lambinus*. Scribitur *hiis* in Codd. Gud. Duisb. In Mon. 2. et Ed. S. *iis*. *Mr*.

Appellarunt insanam] Vulgo *insaniam*, nec aliter Codices. Emendationem tamen Hadr. Turnebi, quam proposuit Advers. lib. II. cap. 6. lubens equidem sum amplexus. Refragatur quidem D. Lambinus, et *insaniam* male tuetur. Certe mentem tranquillitate constantiaque vacuam, non *insaniam*, sed *insanam*, nominamus. *D*.

appellarunt insanam] „Sic pro *insaniam* legi volebat Turnebus. bene. res est ita evidens, ut ita edere non dubitaverim. Sed sic est etiam in MS. Guelf.“ *Ern*. Pro lectione *insanam* stant duo Oxx. Aug. Mon. 2. Nec vero hi sunt optimae notae libri. Nos locutionem paullo negligentiorem ferendam duximus cum Or. Nobb. FAWolf. Schz. Tbn. rell. Paullo superius pro *appellarunt insaniam* item erat *insanam*, quod vero ab eadem manu correctum est. *Mr*.

propterea quod in perturbato animo etc.] „Diversum abit Fabr. *quod in perturbatione animi, sicut in corpore perturbato*. quod non probo.“ *Gebh*. Mon. 1. habet *quia* pro *quod*. Idem cum Mon. 2. et tribus Oxx. *turbato*. Duisburg. *perturbatione animi sicut in corpore perturbato*, plane ut e Fabr. enotavit Gebh. In fine capitis Rehd. et Vind. 1. habent *poterit*. cum Ed. P. Ego dedi *posset* cum Ern. Bip. FAWolf. Koel. Schz. Nobb. grammatica ratione flagitante, probantibus Kühn. et nunc etiam Or. in ed. peculiari, ad scholas Wolfii; accedunt nunc Codd. Mon. 1. 2. Marb. *Mr*.

c. 5. *Nec minus illud acute*] Cod. Gud. 1. a pr. m. *ille*, supra lin. — *ud*. Gud. 2. *istud*. Gebh. ad seqq.: „Melius meo animo Cod. Fabr. [et Cod. Duisb.] *nominaverunt dementiam*, omissis mediis.“ Merito neminem Gebh. obsequentem habuit. De vi vocum *mens* et *animus* vid. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 113. 114. ed. 3. — In Cod. Aug. scriptum est *nominaverant*. Gud. 1. habet *eandem*, omisso *que*. Mon. 1. *atque*. Unus Ox. *clementiam* pro *dementiam*. Gud. omittit *est*. Unus Ox. ante *eos* additum habet *et*. *Mr*.

Eos, qui haec rebus nomina posuerunt] Ursini liber *imposuerunt:* quod vulgato quidem est usitatius, non vero rectius, ut male vult eruditus ille vir. Horatius Serm. II. Eclog. IV, 1.

— *Non est mihi tempus aventi*
Ponere signa novis praeceptis —

Cicero N. D. lib. I. cap. 17. *Sunt enim rebus novis nova ponenda nomina*. Porro de stultorum insania vide Senecam Benef. II, 35. Laertium VII, 124. Horatium Serm. lib. II. Ecl. III, 43. aut Iust. Lipsium Manud. lib. III. Diss. 20. Id autem disputat Socrates apud Platonem in Alcib. II. pag. 39. *D*.

qui haec rebus nomina posuerunt] Unus Ox. Aug. Vind. 1. *imposuerunt*. Pro *sensisse* Gud. 1. *senisse*. Gud. *receptum* pro *acceptum*. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. *Stoici diligenter*,

posuerunt, sensisse hoc idem, quod a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, Omnes insipientes esse non sanos. Qui est enim animus in aliquo morbo, (morbos autem hos perturbatos motus, ut modo dixi, philosophi appellant) non magis est sanus, quam id corpus, quod in morbo est. Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quaedam: quae est insania eademque dementia. Multoque melius haec notata sunt verbis Latinis, quam

---

inverso ordine. Unus Ox. omittit *Stoici*. Unus Leid. habet *tenuerunt*. Possit aliquis hoc probare collatis locis Parad. 2. *illud arcte tenent*; de Finn. I, 10. *interea hoc tenebo*, ib. IV. 28. *verba tenent mordicus*. Sed nihil novandum. *Mr.*

Omnes insipientes esse non sanos.] Ad sententiam cf. Ciceronis Paradoxon IV. ibiq. interprr. J. Lipsium Manuduct. ad Stoic. Philos. L. III. Diss. 20. — In Cod. Aug. scribitur *esse insanos*. Gud. omittit *esse*. *Mr.*

Qui enim animus est in aliquo morbo,] „Non est incommoda haec quidem lectio. Sed Veneta *Quis enim sanus est in aliquo morbo?* intellectu sustentanda: Animum ut sentiamus in morbo dici non magis sanum esse, quam corpus in aegrotatione.“ *Camerar.* „Collatio est parum [i. e. aliquantum] interrupta parenthesi. Quare non placet quorundam lectio: *quis enim sanus* etc.“ *Fr. Fabr.* „Pall. pr. quint. Victor. *quis est enim sanus*. Pal. quart. *quid est enim animus et in* etc. Sed vulgatam defendit iuncto umbone cetera MSS. et editionum cohors.“ *Gebh.*

Qui est enim animus in aliquo morbo] Ita dedi ex Codd. Reg. Vind. 2. Gud. 1. [nisi quod hi habent *quis*] Marb. [sed habet is *quid*] Gud. 2. Mon. 1. Aug. [sed *quid*, ut Marb.] Rehd. [sed post *animus* additum habet *sanus*]. In uno Ox. est *quid enim animus est*, in tribus *quis e. a. est*, in uno *Dis. Quid e. a. est.* [illud *Dis.* vult sine dubio *Discipulus.*] duo habent *sanus* pro *animus*, unus *et animus*. Mon. 2. *quis est enim sanus*. Vind. 1. *cuius est enim animus*, qui favet etiam nostrae lectioni. Gud. *qui est sanus enim in aliquo morbo*. Duisb. *quis est animus in a. m.* Reliqui et Edd. *qui enim animus est:* quod servassem, nisi optimi libri essent sequendi. Pergit idem Ox., in quo est *Dis.*, nunc *Ma.* i. e. *magister*. Tum Aug. *morbos hos autem*. Mox Rehd. *ut supra dixi*, ubi agnoscis glossatorem, magis etiam in his quae sequuntur: *philosophi appellant: animus autem ita affectus non magis est sanus*. Duisb. *num magis est sanus*. Habes item manum correctoris. In seqq. Cod. Gud. 2. *Et ita fit*. Ed. P. *ita est*. Duisb. et Rehd. *sit sanitas*. *Mr.*

Insipientia — dementia] Laudat Nonius in *insanitas*. *D.*

Insipientia autem quasi insanitas quaedam: quae est insania eademque dementia.] „*Quae esset insania* in libris Nonii Marcelli legitur.“ *Fr. Fabric.* „Verba *quae est insania* supervacua sunt et inepta nec ullo modo a Cicerone. Inclusi uncis.“ *Ern.* „Non haec tantum, sed etiam verba *eademque dementia* glossam sapiunt. Quare uncinis sepsi.“ *FAWolf.* in scholis. Uncinis eadem sepserunt Koel. et Nobb. Plane eiecit Schz. Nimis calide, judice Orellio, qui recte „Habet, ait, iam Nonius p. 122. Merc. et omnino sunt necessaria; *insanitas* enim, vocabulum tunc novum, nihil aliud significabat, quam Ungesundheit. Iam dicit, sapienter *insaniae* (quae eadem est dementia) quasi *insanitati* cuidam mentis, hoc ipsum *insaniae* nomen imposuerunt maiores nostri.“ — Unus Ox. habet *eadem* pro *eadem-*

Graecis: quod aliis quoque multis locis reperietur. Sed id alias: nunc, quod instat. Totum igitur id quod quaerimus, 11.
quid et quale sit, verbi vis ipsa declarat. Eos enim sanos quoniam intelligi necesse est, quorum mens motu, quasi morbo, perturbata nullo sit; qui contra affecti sunt, hos in-

---

que. In seqq. Cod. D. et Ed. vet. Bouhierii habent *vocata* sunt, sive ex glossa, sive ex literarum similitudine. *Mr.*

quod aliis quoque multis locis reperietur] Cod. Gud. habet *in aliis.* Rehd. *multis quoque.* Aug. omittit *quoque,* Gud. *locis.* Scribitur *reperitur* in Codd. Gud. 1. [sed eadem manus superscripsit *e*] Gud. 2. [sed duplici *p*] Marb. Vind. 2. Edd. A. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Ven. nostr. quod fortasse cuipiam placeat, sed necessarium non est. *Mr.*

Sed id alias:] *Id* omittunt duo Oxx. et Edd. A. Ven. nostr. Pro *instat* Rehd. et Vind. 2. *restat.* Pleniorem habes nostram locutionem Virgil. Eclog. IX. 66:

Desine plura, puer, et, quod nunc instat, agamus.

Post *igitur* abest *id* a Codd. Ven. 1. 2. Gud. Duisb. In Edd. B. Junt. omissum est *quod.* Ad v. *quid et quale* cf. Cic. de N. D. I. 22: Rogeme, *quid aut qualis sit deus.* Alios locos laudat Kühn. videlicet de Finn. I. c. 9. et 11. et ad sententiam formulae adhibet Bremium ad Cic. de Finn. II. 3. p. 109. — Pro *vis* est *vix* in Cod. Aug. Ad sententiam Ciceronis de Latinae linguae, prae Graecâ, praestantia vid. Wentzel. in Jahnii Anall. Philol. et Paedag. 1832. V. 2. [6.] p. 138 sq. ibiq. Laud. Cic. de Finn. I. 3. III. 2. 5. de N. D. I. 4. 8. Tusc. II. 15. de Finn. III. 15. 51. III. 16. 55. III. 4. 15. de Legg. II. 7. 17. de Rep. I. 43. Duo postremi loci sibi invicem contradicunt. Add. de Finn. I. 2. 4 sq. de Or. II. 5. 17. *Mr.*

Eos enim sanos intelligi necesse est,] „Non placet mihi *quoniam* post *sanos* additum, quamvis eam scripturam in uno ex nostris repererim. Est enim implicata et inconcinna. Praeterea particula *quoniam* hic non satis apta aut accommodato loco posita est, et lectoris cogitationem moratur ac turbat.“ *Lambinus.*

Eos enim sanos intelligi] „Melius Gryph. interponit *quoniam.*“ Brut. „Recepissem paene ante *intelligi τὸ quoniam,* conspicuum in Pall. sec. tert. quart. Vatic. si pr. quint. item Vict. edit. addixissent. Quoniam vero eam ipsam exturbat Lamb. destitutam esse passi sumus.“ *Gebh.*

Quoniam *intelligi necesse est*] Ita recte Gryphian. Reg. Pall. tres, et Vatic. Vulgo primam vocem reiiciunt. *D.*

sanos quoniam intelligi] „*Quoniam* habet cum Reg. etiam unus Leid. Utraque lectio aeque bona. Sed repetitum *necesse est* displicet, nec videtur esse Ciceronis.“ *Bouh.* „*Quoniam* e MSS. additum est a Davisio: atque id nexus orationis requirit, estque etiam in Guelf. sed pro *intelligi necesse est* fortasse legendum *intelligimus*: nam *necesse est* ad conclusionem et consequens pertinet, unde huc repetitum videtur.“ *Ern.* Probat receptum *quoniam* etiam Wopk. p. 143 [202 ed. Hand.] Sed idem scripsit *intelligere necesse est:* fortasse invitus. Recepi *quoniam* ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Gud. Duisb. duobus Oxx. Vind. 1. Edd. Dav. Ern. FAWolf. recc. Unus Ox. eius loco habet *quidem,* alius *quomodo,* Rehd. *quando:* erroribus e compendio ortis. *Mr.*

quorum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit;] „Non temerarium est, quod hic demutent Pall. sec. tert. quart. *nulla sit.*“ *Gebh.* Habes ineptam ineptae scriptionis commendationem. Mon. 1. habet *metu* pro *motu,* unus Ox. *perturbatio* pro *perturbata.* Pra-

sanos appellari necesse est. Itaque nihil melius, quam qu
est in consuetudine sermonis Latini; quum *exisse ex po*
state dicimus eos, qui effrenati feruntur aut libidine
iracundia. Quamquam ipsa iracundia libidinis est pars.
enim definitur: *Iracundia, ulciscendi libido.* Qui igitur

---

vum illud *nulla* est etiam in Codd. Gud. 1., quod mireris, et A
Posterior habet *sit nulla*, Vind. 1. *sit nullo*: quem ordinem fort
aliquis, ut elegantiorem, praeferat. In seqq. scribitur *sint* pro *
in Codd. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 2. quales Coniunctivos permultos
sine librls Ciceroni obtrusit Ernestus. In Aug. legitur *qui ve
contra effecti sunt.* Pro *insanos* Cod. Gud. 1. a pr. m. *insani.*
quitur in duobus Oxx. *appellare.* Mox Cod. Rehd. *Latini sermo*
Mon. 2. omittit *Latini.* Sed noli inde huic vocabulo litem
vere. *Mr.*

exisse ex potestate] „Ἐξίστασθαι ἑαυτῶν, ἀκρατεῖν αὐτῶν." *Lam*
et *Goth.* in marg. Scribitur *de* pro *ex* in Cod. Duisb., *e* in Edd. V
nostr. Asc. 1. 2. Junt. Vind. 2. habet *dicimus potestate eos.* Rehd.
dicimus. Mr.

Exisse ex potestate] Hadr. quidem Turnebo lubens adsentior,
lib. II. Advers. cap. XI. hanc locutionem ex eo natam putat, q
furiosi non in sua, sed in agnatorum et gentilium erant potest
Dein vero usus invaluit, ut ii *ex potestate exisse*, aut, ut loqui
Sulpicius Severus Dial. III. cap. 16. *in sua se non habere potes*
dicerentur, quos vehemens aliqua perturbatio tenebat: quoniam *οὐ*
ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν, ut ait Demophilus in Sentent. pag. 6
Tullius haud ita multo post: *Qui igitur exisse ex potestate dicun
idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis.* Ac iterum lib.
Tusc. cap. 36. *Iratos proprie dicimus* exisse de potestate, *id est,
consilio, de ratione, de mente.* Seneca de Ira lib. I. cap. 12. *Venit
in alienam potestatem, dum in sua non est.* Vide et lib. III. cap.
ac Ciceronem Philipp. VI. cap. 2. *D.*

qui effrenati feruntur] „*Effrenate* FAWolf. coniectura.
recte dicitur *incitatus fertur, pronus, praeceps fertur.* Quidni *effre
tus fertur?*" *Orell.* Secuti tamen sunt Wolfium Koel. et Bill. Si
lis nostrae structura est Or. pro Cluent. 70, 190: *quam caecam — fe
videtis.* Legit tamen iam Nizolius *effrenate*; nescio unde. Nam li
non addicunt. Unus Ox. habet *effraenati sunt.* Non esse scribend
eam vocem per *ae* docet Nolten. (Lex. Antibarb. p. 65.) *Ecfrenati,*
Dav., sine dubio ex Cod. Reg., scripsit, habet etiam Gud. 1.
feruntur Aug. *dicuntur.* Perperam. Marb. habet *efrenati:* in eod
desunt verba *quamquam ipsa iracundia*, itemque in uno Ox. Cod. G
habet *quam.* Rehd. *iracundia ipsa.* Conf. ad h. l. Kritz. ad Sall. C
3. p. 19. sq. *Mr.*

Sic enim definitur: Iracundia, ulciscendi cupido.] Vertit, He
Stephano iudice, in Ciceroniano Lexico p. 185., Tullius hanc defi
tionem ex Graeca: *ὀργὴ· τιμωρίας ἐπιθυμία.* Aliam habes definition
in *Ὅροις* incerti scriptoris, ad calcem operum Platonicorum p. 5
Bekk.: *Ὀργή, παράκλησις τοῦ θυμικοῦ εἰς τὸ τιμωρεῖσθαι.* Post *irac
dia* additur *est* in Codd. Vind. 1. et Aug. In seqq. Duisb. iterum
pro *ex.* Verbum *dicuntur* deest in Codd. Vind. 2. Gud. 2. In M
desunt duo sequentia *iccirco dicuntur.* In Mon. 2. est *id icci*
errore ex duplici scriptione *idcirco* et *iccirco* orto: in Duisb. *id*
quod vel glossatoris est, vel ex compendio, *idco̅*, ortum. Scribi
non sint in Codd. tribus Oxx. (quorum duo pro *igitur* exhib

isse ex potestate dicuntur, iccirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis: cui regnum totius animi a natura tributum est. Graeci autem *μανίαν* unde appellent, non facile b. dixerim. Eam tamen ipsam distinguimus nos melius, quam

---

autem) Mon. 1. 2. Gud. 1. 2. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. 2. Mox Mon. 1. *cui regno.* Vind. 1. *cui regimen. Mr.*

Graeci autem μανίαν] Cod. Gud. 1. a pr. m. *Graecia.* Scribitur autem Latinis literis *maniam* in Codd. Mon. 1. 2. Marb. Gud. 1. 2. Aug. Unde cum casu factum esset *inaniam*, ut est in Ven. nostr., alii fecerunt corrigendo vocabulum latinum *insaniam*, et sic Cod. Gud. Ed. Junt. In marg. Ed. Ven. Alt. leguntur haec: „*Μανία ἀπὸ τοῦ μανοῦ*, hoc est rari et mollis: quod mens invalida sit, quam occuparit *μανία*: cum contra prudentes soleant appellari *λάσιοι* i. e. densi.“ Non est necesse haec refutare. Ad sententiam cf. Jo. a Wouweren Animadvv. ad Petronium p. 434. ed. Wechel. 1621. *Mr.*

unde appellant] „Ita Victorius et quinque Pall. Pith. vulgo *appellent.*“ *Gebhard.* „Lege *appellent*, ut edidit Lambinus, vel potius *appellarint.*“ *Dav.* in Ed. 2.

Graeci autem μανίαν unde appellant] Varias huiusce vocis Etymologias tradidit Cael. Aurelianus Morb. Chron. lib. I. cap. 5. pag. 325. Vide sis Hadr. Iunium Anim. IV, 7. *D.*

unde appellent] „Vulgo male *appellant*, ut vidit et Lambinus. Latinitatis ratio *appellent* postulat, ut vel tiro sentiat. Atque sic et habet MS. Guelf.“ *Ern.* Habent quidem *appellant* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. Edd. P. A. B. S. V. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. 1. Sturm. Junt. Grut. Dav. Verb. Lall. Oliv. Sed hoc non eo potest valere, ut Grammaticae regulas migrasse Ciceronem existimemus. Ad totius autem loci sententiam hanc habet bonam Sylburgius annotationem: „Hoc etiam loco Ciceronis iniquitatem conqueritur Budaeus Comment., qui huiuscemodi illius interpretationes interdum calumniosas fuisse magis, quam ex sententia animi dictas, vel ex eo coniicere licere ait, quod Cicero ipse eas non observavit: ut in tertio Officiorum, cum ita scribit: *Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens: reddere peccatum sit: officium non reddere.* Insanientem pro furente dixit, contra huius loci sententiam. Mercurialis vero primum miratur, quomodo tantus scriptor de maniae nomine illud ignoret, quod neque nesciant grammaticorum pueri: deinde cur dicat Graecos *melancholiam* vocare, quem Latini *furorem* appellant. Hippocrates enim et reliqui Cicerone priores medici tantum abest, ut *melancholiae* nomine intellexerint *furorem* a Latinis appellatum, ut apud ipsos *μανία* nihil aliud sit, quam ipse *furor*. quod etiam glossae veteres satis aperte significarunt. Iam vero *melancholia* et *mania*, tametsi utrâque delirium definiatur absque febre, id tamen interest, quod *melancholia* a frigidis humoribus fiat, remissumque delirium sit: *mania* vero et vehementi mentis commotione et a calidis et acribus humoribus efficiatur. Quae omnia *furori* latinorum convenire nemo non intelligit: quamquam non infitior semel Hippocratem XXI. lib. sexti Aphorism. *maniam* pro *melancholia* usurpasse. Haec ille.“ Locus Budaei est Comm. Ling. Graec. p. 1051. Idem p. praeced. Quasi vero, ait, nescierit Cicero *παρὰ τὸ μῶ, μαίνω* factum esse. unde *μεμαὼς* apud Homerum *ὁ ὑπὲρ τὸ δέον προθυμούμενος.* — Mox Cod. Aug. *dixerimus* pro *dixerim.* Hier. Mercurialis locus est Variarum Lectionum lib. 6. c. 16. *Mr.*

Eam tamen ipsam distinguimus nos melius.] Gud. 1. *eam tamen*

illi; hanc enim insaniam, quae iuncta stultitiae patet latius, a furore disiungimus: Graeci volunt illi quidem, sed parum valent verbo: quem nos furorem, μελαγχολίαν illi vocant. Quasi vero atra bili solum mens, ac non saepe vel iracundia graviore vel timore vel dolore moveatur! quo genere Athamantem, Alcmaeonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulae. Itaque non est scriptum, SI INSA-

---

ipsa. Unus Ox. Gud. 2. et Mon. 2. *Ea tamen ipsa.* Marb. *Ea tamen ipsam.* Duisb. *nos melius distinguimus.* Gud. omittit *nos,* quo oppositio carere non potest. Mon. 1. eius vocis loco habet *non,* quo librarius Ciceronis sententiae suam videri potest opposuisse. Recte monet Camerarius, quod Cicero hoc quoque loco linguae latinae copiam efferat supra Graecae linguae laudes, id condonandum esse studio fortasse nimio celebrandi domestica. — Pergit unus Ox. cum Gud. et Mon. 2. *quam ipsi.* Alius Ox. in seqq. *quae quia iuncta.* Brutus ex Cod. Gryph. enotavit *quae cuncta.* Gud. 1. Aug. et unus Ox. habent *stultitia. Mr.*

a furore disiungimus.] „Pall. sec. quart. quint. Ulr. Fabr. *distinguimus.* male.“ *Gebh.* Idem habent tres Oxx. Marb. In Duisb. est *distingui. Mr.*

Graeci *volunt illi quidem*] Primam vocem a Librariis adiectam puto. Certe omnino est supervacanea. De re ipsa vide Cael. Aurelianum Morb. Chron. I, 6. *D.*

Graeci volunt illi quidem] Davisio iam oblocutus est Wopk. laudatis locis, quibus idem vocabulum paucis interiectis recurrit. Idem aliquot locos affert, quibus, ut ait, pleonasmus pronominis *illi* firmetur: nec vero de ea re accurate disputans. Vid. quos nos laudavimus ad Cic. de Legg. I. 2. p. 19. I. 21. p. 131 sq. ad de Rep. II. 11. p. 239. ad de Divin. I. 20. p. 101. ad Tusc. I. 3. 6. Ad *volunt* intelligit Ern. *insaniam a furore distinguere.* Recte. Pro *illi* est *illud* in uno Ox. Solus Duisb. habet *volunt illud idem.* Ed. Fr. Fabr. habet *parvum valent.* Vind. 1. *parum verba valent.* Edd. Ven. nostr. et *A. parum valent verba.* In seqq. scribitur *melanconianam* in Cod. Aug., *melancholian* in Gud. 1. *melancoliam* in Gud. 2. Duisb. Mon. 1. *melancholiam* in Marb. Mon. 2. Edd. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. Cum Gud. 1. facit Asc. 1. Pro *illi* est *ipsi* in Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph., nec vero in uno Ox. ut aberrante oculo scripsit Or. *Mr.*

vel timore vel dolore] Duo priora verba Cod. Gud. 1. nonnisi a m. 2. supra lineam scripta habet. Gud. exhibet *vel dolore vel timore.* Sed non est, quod inde duobus illis verbis litem moveas. Unus Ox. *moveantur.* In nominibus, quae sequuntur, propriis peccari, non est quod mireris. Sic v. c. Marb. *Athemantem, Alcionem — horrestem.* Gud. pro altero nomine habet *telamonem.* unus Ox. *Athamatem, Alchimenem.* De his personarum tragicarum nominibus, quarum historia a Romanis poëtis suis fabulis e Graecia repetitis intexta erat, non est, quod moneam, cum ubique libri reperiantur, in quibus tantum certe de iis exponitur, quantum ad intelligendum hunc locum sufficit. *Furere* autem dicit, tempore praesente, quia etiam tunc in scena conspicere eos homines licebat. In seqq. Aug. *effectus* pro *affectus.* Gud. 2. *suarum rerum,* Duisb. *rerum suarum esse.* Mirum est in Edd. Junt. A. B. *undecim tabulae.* Unus Ox. habet *ita quod* pro *itaque. Mr.*

NUS, sed SI FURIOSUS ESCIT: stultitiam enim censuerunt

Vetant duodecim tabulae] His verbis: *Si furiosus existit, agnatûm gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto.* Vide lib. I. ad Herenn. cap. 13. et lib. II. de Invent. cap. 50. *D.*

SI FURIOSUS ESCIT] Unus Ox. omittit *si.* „In farragine Nonii Marcelli, v. *Furor* (ubi ille quid *furor* ab *insania* distet, exponit), quo loco haec describuntur verba Ciceronis, legere est: *Si furiosus esset.* At enim et hic et illic rescribendum est *escit,* quod proprium est verbum XII. Tabb. Illud *esse incipit* glossema est, ut vocant, quod e margine in contextum irrepsit. Adhibenda est eadem correctio de Invent. II. 50. ubi videmus, *si furiosus est,* et Rhetoric. ad Herenn. I. 13. *si furiosus existit.* Quae scribendi varietas scriptorum inconstantiam erroremque arguit." *Bouhier.* „Falsum est, quod legitur in Codd. *si furiosus esse incipit.* Leg. *escit* i. e. erit. *Esit* v. *escit* iam apud Plautum legitur." *FAWolf.* in Schol. Laudat Forcellin. s. v. *escit* Lucret. I. 612. Sed est in Ed. Creech. 613. ubi vid. Creech. et in ed. Forbiger. 620. ubi v. editorem p. 200. Vid. Lambinum ad Lucret. p. 91. ed. Wechel. ubi *escit* iam in contextum receptum est. In ed. pr. Paris. 1563. 4. p. 60. adhuc legitur *quid esset,* sed Lamb. in ann. iam lectionis *escit* mentionem facit. Add. O. Gifanii in Lucret. Coniectanea p. 338. ed. Plantin. Gell. N. A. XXI. 1. Struve Ueb. d. Lat. Decl. u. Conj. p. 62. Stieglitz. de Pacuv. Duloreste p. 116. Grut. ad Cic. de Legg. II. 24. p. 351. ed. nostr. et Cr. Nobbius in Lectt. Ciceron. I. p. 7—9. ad Auct. ad Herenn. I. 13. 23. recte, „Manifestum, ait, est verbi inchoativo similis [*escit*] interpretamentum lectio *incipit. Escit* autem vocabulo, haud scio, an nullum sive ad communes diversarum vocum litteres similius [legitur enim ad Herenn. *exsistet, existet, existat* in Codd.] sive ad sententiam loci legumque consuetudinem convenientius possit erui. In legum autem formulis verba variare nequaquam licet, nisi alienae orationi admisceantur." Ad lectionem et ad rem cf. etiam Dirksenii, viri nobis amicissimi, librum, qui inscribitur Uebersicht d. Versuche z. Krit. u. Herstellung der Zwölf-Tafel-Fragmente p. 369—380. J. N. Funccii Leges XII. Tabb. p. 249—253. C. Rittershusii Dodecadeltos p. 110—112. P. Merulae de Legg. Romm. p. 130. sq. Th. Marcilii Legg. XII. Tabb. Collect. p. 145 sq. H. Turnebi Advv. 13, 13. p. 17. — Receperunt *escit,* post FAWolfium, Schz. Nobb. Or. Tbn. Reliqui cum Codd. *esse incipit. Mr.*

Insaniam enim censuerunt, id est inconstantiam sanitate vacantem.] „*Id est* non legitur in antiquo." *Ursin.* Quod in Ed. Plant. notarum Ursini legitur *infamiam* pro *insaniam,* operarum errori tribuendum. Vet. Cod. *stultitiam enim censuerunt inconstantiam idem* (fort. *ilem* v. *id est*) *sanitate vacantem.*" *Schottus* in Nod. Cic. p. 339. Idem p. 388: „rectius, ait, in vet. Cod. *Stultitiam enim censuerunt constantia, id est, sanitate vacantem.*" „*Insaniam* recepi, adductus Nonii testimonio. *Stultitiam* repudiavi, quod verbum omnes libros occupaverat, repugnante sententia: cum hic non stultitia, sed insania cum furore comparetur." *P. Manut.*

Stultitiam enim censuerunt, id est, inconst. sanitate vac. etc.] „Ordo et sententia verborum est: *censuerunt stultitiam, id est, inconstantiam sanitate vacantem, posse tamen tueri mediocria officia* etc. Quod autem quidam Codd. MSS. sic habent: *stultitiam enim censuerunt inconstantiam id est sanitate vacantem* etc. ea vero scriptura ferri non potest, et se ipsa refellit atque adeo iugulat." *Lambin.*

constantia, id est sanitate, vacantem: posse tamen tueri r

„*Stultitiam e. c. inconstantiam i. e. sanitate vacantem:* ita Gryp *Brutus.*

Stultitiam enim censuerunt, constantiam, id est sanitate vacant „Sic quinque Pall. Fab. Pith. legitque ita ex vet. cod. Schottus I Cic. II, 22. [Errat Gebh. Schottus legebat *constantia:* propag tamen est hic error etiam in Edd. Verb. et Gron. Neque ed Gebh. *constantiam,* ut ex lemmate coniicias, sed *inconstantiam*] V canus tamen: *stultitiam enim c. constantia i. e. sanitate vacan* Vulgo: *stult. e. c. id est inconstantiam* etc.“ *Gebhard.*

Stultitiam enim censuerunt constantia *id est sanitate vacante* Vulgo, *stultitiam enim censuerunt* inconstantiam *id est sanitate vac tem.* At vero Nonius in *furor,* licet in reliquis vulgatam lection servet, loco *stultitiae* tamen *insaniam* repraesentat. Idque rect censet Paullus Manucius; cum non *stultitia,* sed *insania* et *furor* ir se conferantur. Hoc tamen dato, manifestum restabit vitium; r saltem vocibus *id est* deletis, legamus oportet *inconstantiam sani vacantem;* quod in suo libro fuisse testatur Ursinus. Re tamen v Ciceronis manum servavit Vatic. quem cum Cl. Bentleio sequor; opus est ut *insaniam* legamus, cum ipsa *stultitia* sit insania. V supra cap. IV, seq. *D.*

Stultitiam enim censuerunt inconstantiam etc.] „Edd. vett. om et omnes fere Codd. MSS. hanc exhibent lectionem. Verum quic est Nonium Marcellum legisse videri: *insaniam e. c. i. e. inconst tiam sanitate vacantem.* Davisius primum ediderat: *Insaniam e censuerunt esse inconstantiam mentis sanitate vacantem:* deinde p tulit: *stult. e. c. constantia i. e. san. vac.* Iure mihi lectionem *in niam,* abiecisse videtur. Miror autem non vidisse viros criticos agi hic de *stultitia,* sed de hominibus *stultis,* ut patet ex iis, q sequuntur: *posse tamen tueri mediocritatem officiorum* etc. Vide igitur scripsisse Cicero: *stultum enim censuerunt inconstant esse et sanitate vacantem.* Ceterum non impedio, si quis ma *stultitiam censuerunt inconstantiam mentis esse.*“ *Bouhier.* Quam d Bouh. primum dedisse lectionem Davisium, eam ex Cod. Eliens. c mendat etiam in Ed. 2. quamquam iam recepit ibi lectionem Vat nam. Probat ibidem Manutii sententiam, non stultitiam, dicentis, *insaniam* et *furorem* inter se conferri. „Quia in tota hac orati *insania* et *furor* distinguuntur, videatur pro *stultitiam* legendum *saniam,* quod et in MS. El. reperit Dav. Quia tamen insania insipientia, quae a stultitia nil differt, *sultitia* servanda videtur: infra c. 6. pariter est *stultitia, ita sunt altae stirpes stultitiae,* et quod sequitur *inconstantiam i. e. sanitate vacantem* sanum non forte totum spurium est. sed quia *furorem* etiam eiusmodi quid quitur, melius hoc illi respondebit, si modo *id est* alio loco sit, q et definitio haec *insania est inconstantia sanitate vacans,* non subti sed vitiosa sit secundum dialecticos. ita erit: *stultitiam enim cen runt id est inconstantiam sanitate vacantem, posse* etc.“ *Ern.* La mannus dedit ut Dav. in Ed. 1. et Verb. Nissenius ad verba *in stantiam id est sanitate vacantem,* „In his, ait, vitium inesse, spc patet. Non poenitet me coniecturae: *constantia i. e. sanitate vac tem* i. e. etsi constantia vacet. Haec *id est, sanitate* addita viden quoniam pro *insania, stultitiam* usurpavit. E quo *stultitiam* integr esse intelligitur. Postea coniecturam a Cod. Vatic. apud Davis. bilitam vidi.“ Recepi ego quoque cum Dav. Schz. Or. Nobb. lec nem Cod. Vat. Sed habent *stultitiam e. c. inconstantiam i. e. sani*

diocritatem officiorum, et vitae communem cultum atque usitatum: furorem autem esse rati sunt mentis ad omnia caecitatem. Quod quum maius esse videatur, quam insania; tamen eiusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Sed haec alia quaestio est: nos ad propositum revertamur.

Cadere, opinor, in sapientem aegritudinem tibi dixisti 6 12.

---

vacantem Codd. Reg. Aug. Marb. Rehd. Oxx. quatuor Vind. 1. 2. Gud. Duisb. Bern. Edd. Junt. P. A. B. S. E. Asc. 1. Gebh., Ern. Duo Oxx. Mon. 1. 2. Gud. 2. omittunt *enim*, duo Oxx. habent *consuerunt*; Gud. 1. *stultitia — inconstantia*; verba *id est* ante *inconstantiam* videntur habere tres Oxx. habent Edd. M. C. Asc. 2. Leod. Lambb. Goth. Boal. Sylb. HWolf. Brut. Ald. Car. Steph. In Ven. nostr. legitur: *Stultitiam enim censuerunt mentis inconstantiam i. e. sanitate vacantem.* Ex Nonio Vict. Rob. Steph. Sturm. Oliv. *insaniam enim censuerunt* (*id est, inconstantiam sanitate vacantem*) *posse tamen* etc. FAWolf. Koel. *insaniam enim censuerunt constantia i. e. sanitate vacantem.* Denique Ed. Tbn. *Insaniam enim censuerunt esse inconstantiam sanitate vacantem.* Solus Gud. 2. pro *id est* habet *idem*, tres Oxx. *sanitatem. Mr.*

mediocritatem officiorum] i. e. Officia media: cf. de Off. I. 3. 8: officiorum videlicet alia *perfecta* sunt, quae κατορθώματα vocant Graeci: alia *media*, ad communis vitae institutionem pertinentia, quae καθήκοντα. Quae etiam ab insipiente fieri posse, in tertio de Finibus 17 sqq. similiter probat. Vid. etiam Kühner. de Cic. in philos. meritis p. 234. — In proximis Cod. Rehd. habet *communem vitae cultum. Mr.*

Furorem autem esse rati sunt] *Autem* omittunt quatuor Oxx. Rehd. Mon. 2. Pergit Rehd. *rati sunt esse ad omnia mentis caecitatem. esse* et *sunt* omittit Gud. 2. illud etiam unus Ox. „Indicavi in Crepundiis [III. 13. p. 136. p. 503. ed. Schmink.] legi in Pal. pr. *caritatem.*“ *Gebh.* Nimirum ibi ridicule addiderat: „Quod valde titillat aures meas: nam caritas ex raritate atque inopia. Timo hanc lectionem stabilit Sillographus: πτωχὸς μὲν φρένας εἰμὶ, νόου δέ μοι οὐκ ἔνι κόκκος.“ Ad constructionem conf. Forcellin. Ed. Germ. 49. b. Noli vero offendi praepositione *ad* voci *caecitatem* adiectae: ut enim dicimus *aptum* esse vel *ineptum* aliquem *ad aliquid*, ita non minus bene *esse caecum ad aliquam rem.* Scribitur *videatur esse* in Codd. Rehd. Duisb. Vind. 2. Unus Ox. *videantur. Mr.*

Furor in sapientem cadere possit, non possit insania] Stoici sapientem statuerunt οὐ μανήσεσθαι· προεπεσεῖσθαι μέντοι ποτὲ αὐτῷ φαντασίας ἀλλοκότους διὰ μελαγχολίαν ἢ λήθησιν. Vide Laertium VII, 118. *D.*

ut furor in sapientem cadere possit] „Sc. quia fere est a vitio corporis, quod sapienti, sine culpa eius, accidere potest.“ *Ern.* Scriptor Codicis Duisb. Ciceronem scilicet corrigens, ita scripsit: *cadere non possit, nec possit insania.* Post *quaestio* omittunt *est* Codd. Mon. 1. 2. et duo Oxx. Cod. Gud. 1. a pr. m. habet *praepositum. Mr.*

c. 6. *Cadere, opinor, in sapientem —*] Unus Ox. *B. Cadere.* Aug. *dixi* pro *tibi dixisti.* Duisb. quoque omittit *tibi.* Unus Ox. habet *ut tibi*, alius *T. tibi.* Mon. 1. omittit personarum notationem. Mon. 2. habet *et vere* cum duobus Oxx. et Ed. P. In Aug. est: *Et ita vere.* Mon. 1. *ista* pro *ita.* Ad lectionem P. Manutius: „Qui proprietatem Latinae linguae callent, ii, non dubito, quin magis *Et vero*, quam

videri. A. Et vero ita existimo. M. Humanum id quidem, quod ita existimas. Non enim silice nati sumus: sed est natura fere in animis tenerum quiddam atque molle, quod

---

quod erat antea *Ego vero*. Quod ipsum, ut alia multa, acceptum refero Sigonii nostri antiquo libro, cum quo alium consentire librum scripsit ad me aliquanto post germanus aliqui monachus. Est autem *vero* pro *sane*, ut in libro de Cl. Or. [c. 88. §. 300.] *Sed tu orationes nobis veteres explicabis? vero, inquam, Brute.* Et lib. I. de Divin. [c. 47. §. 104.] *Vero, mea puella, tibi concedo meos sodes.* Et lib. III. de Legg. [locus est II. 18, 46. *M. Vero: et apertissima sunt istis de rebus responsa — multa.*] „Vid. nos ad locum de Divin. p. 226. et ad II. 8. p. 322. ad Cic. de Legg. l. c. p. 301. ad I. 24. extr. Ellendt. ad Brut. s. de Clar. Oratt. l. c. p. 218. et quos laudavimus supra ad II. 11. 26. Brutus ex Cod. Gryphiano et Fabric. ex Cod. Colon. item nostram lectionem enotaverunt. *Ego vero* habent Edd. fere omnes ante Grut. Ad v. *Humanum id quidem* Ernestus: „i. e. non abhorret a natura humana." Vocem *id* omittit Cod. Gud. 2. *Mr.*

Non enim silice nati sumus:] „De humana origine ait, etiam sensum humanitatis non improbandum esse. est autem in fabulis primos quosdam homines de iactis a Deucalione saxis natos. et truncis ac duro robore quandam gentem natam retulit in VIII. Virgilius [314 sq.] apud quem sic Evander:

Haec nemora indigenae Fauni nymphaeque tenebant,
Gensque virum truncis et duro robore nata.

Homerus Odyss. τ, [163] similiter humanam originem notavit. Sic enim ait Penelope:

οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.
Nam neque de prisca quercu es, neque rupe creatus. — Cumer.

sed est naturale] „*Natura in animis*, Lamb.; *naturabile* habet Gryph. haud dubie corrupte, una syllaba nomine redundante." *Brut.* — *Naturabile*] „Secutus sum optimos MSS. Codd. Pall. pr. tert. quart. Pith. Fabr. Sic in Laelio ipse Cicero. Videatur Lambinus ad Lucret. vulgo *naturale*." *Gebhard.* Davisius in Ed. 2: „Lambinus edidit *natura*; non incommode quidem. Commodius autem, ut opinor, Cl. Bentleius, cui placet *natura fere*. At optimi MSSti exhibent *naturabile*. Fortean legi possit: *sed est natura humile in animis et tenerum quiddam atque molle*. Vid. lib. II. c. 20 et lib. IV. c. 30." *Mr.*

Sed est natura fere] Sic recte Cl. Bentleius; nam Codices *naturabile*, quod incongruum. *D.*

Naturabile] „Quamvis hoc vocabulum sit singulare, est tamen in multis Codd., etiam Regio et uno Leidensi. Quodsi alii habent *naturale*, ut omnes Edd. ante Gruterianas, facile eius scriptionis ratio apparet. Vocabulum fere incognitum mutatum est in notius. Quamquam equidem hancce mutationem, quam Bentleianam, quam adoptavit Dav. Sed praefero Gruteri rationem." *Bouh.* Quam laudat Gebh. Lambini annot. ad Lucretium ea est ad I. 11. p. 5. ed. Wechel. ad v. *genitabilis aura Favoni*, ubi vero nunc legitur *genitalis*, ut est in Ed. Fayi ad Us. Delph. 4. Paris. 1680. Quem vero esse ait Gebh. apud ipsum Cic. in Laelio locum, ubi legatur *naturabilis*, is est c. 21, 80: ibi vero iam dudum legitur: *Ita pulcherrima illa et maxime naturali carent amicitia.* — „*Naturabile* non est Latinis usitatum verbum. Recepi *natura fere* cum Dav. ut est II. 21." *Ern.* Lallemannus refert Lambinum praeivisse Bentleio; nec vere ille nisi dimidiam eius emendationis partem excogitavit. Scripsit enim *natura*, sine

aegritudine, quasi tempestate, quatiatur. Nec absurde Cran-

fere. Illud habet etiam Fr. Faby. HWolf. (hic in marg.) Edd. reliquae vett. (excepta P. ubi est *naturabile*) omnes *naturale in animis*, ut Codd. Marb. Vind. 1. Reliqui Codd. exhibent *naturabile*, nisi quod ex collatione Oxoniensium suspicari posses tres habere *natura fere*: quod sine dubio falsum est. Rehd. habet *naturabile est in animis*. Sola Ed. Alt. habet *naturale fere*: ex qua, si accurate instituta esset collatio Codd. Vindobonensium, coniicere liceret idem exhibere Vind. secundum. Sed secus est. Sequitur in Cod. Gud. *quiddam tenerum ac mobile*. Unus Ox. pro *tenerum* habet *aeternum*, alius *quidam — mole*, semel scriptis literis, quae erant geminandae. *Quidam* habet etiam Mon. 1; *mobile* Aug.; *molle* plane omittit Gud. 2. In fine Periodi unus Ox. *quatiamur*. *Mr.*

Nec absurde Crantor ille etc.] „Verba Graeca Crantoris ex aureolo illo (ut puto) libello de Luctu inveni apud Plutarchum in commentario, quod scripsit ad Apollonium, consolans illum de acerbo obitu filii. quae adducere operae pretium mihi visum est: sunt enim et polita et diserta, et nostram lectionem corroborant quae una et eadem est atque Asulana [Aldina]: ab eo enim, quicunque ille fuit, qui hos libros castigavit, locus hic restitutus est, cum in aliis omnibus flagitiose depravatus antea legeretur: etsi vereor adhuc ne mendi aliquid restet ea parte, *ne aegrotus sim, inquit, sed, si fuerit, sensus adsit*: sed quod magis verba contaminet, quam sententiam immutet. Nam sic potius legitur in antiquis exemplaribus: *ne aegrotassim, sin quid fuerit, sensus adsit*. Haec autem lectio magis congruit Graecis verbis, ut videbis, et cum paullo supra *inquit* dixisset, quid attinuit hic iterum inutiliter repetere? Graeca verba haec sunt: μὴ γὰρ νοσοῖμεν — ἐνταῦθα δὲ ψυχήν [vid. Davisii ann.] Eundem finem habent utraeque citationes, non idem tamen principium. Primam enim sententiam omisit Plutarchus, quae a Cicerone posita est, vel potius sex versus supra, cum nondum Crantoris mentionem fecisset, collocavit. Existimo enim eius illa verba esse, quae Plutarchus ut sua protulit, id est non citato auctoris nomine, quae tamen facile, cuius essent, agnosci poterant. In manibus enim omnium erat mirabiliter probatus libellus ille, quemadmodum narrat etiam Laërtius in eius vita, his verbis: θαυμάζεται δὲ αὐτοῦ μάλιστα βιβλίον περὶ πένθους. Intelligo autem haec: οὐ γὰρ ἔγωγε — συμφέροντος οὖσαν [v. ann. Dav.] Quis enim non videat verba haec Ciceronis: *minime assentior his, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant, quae nec potest esse ulla, nec debet*, de superioribus Graecis expressa esse: nec enim fidelius aut elegantius eorum sententia reddi potuit. Quamvis autem Plutarchus μὴ νοσοῖμεν, φησὶν dixit, ego autem supra censuerim illud *inquit* illinc tollendum esse, (in latina dico interpretatione,) non adversatur id sententiae meae, cum illic omnino poni debuerit, ubi auctoritas Crantoris adducebatur. Quare cum Plutarchus eo loco testimonium Crantoris produxerit, recte ibi collocavit. Cicero vero, qui a superiore sententia initium fecerat, debuit, ubi verba eius recitare coepit, illic solum ponere." *Victorius.*

Nec absurde Crantor ille etc.] Locus Crantoris in Plutarchi Consol. ad Apollon. c. 3. p. 407. sq. ed. Wyttenb. qui quidem Wyttenbachius et aliorum scriptorum loces, ubi in eandem sententiam disputatur, congessit, et de nostro quoque loco monuit: unum tantum inde huc refero, nimis videlicet fere ad verbum vertisse Ciceronem Graecum Crantoris vocabulum μισθόν, quod non *merorem* hic significat, sed *poenam, damnum*: quamquam et Graecos, docet, voce μισθὸς

tor ille, qui in nostra Academia vel in primis fuit nobilis, *Minime*, inquit, *assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magno opere laudant: quae nec potest ulla esse, nec debet. Ne aegrotus sim; sin: is, qui fuerat, sensus adsit, sive se-*

---

de damno vel poena usos esse, et ipsum Ciceronem *mercedis* voce, ad Famm. I. 9. Add. Or. pro Dom. 11: *data merces est erroris mei magna.* Addit W. Plautum sic uti voce *pretium*, aliosque, quorum locos laudaverit Pareus in Lex. Plaut. Add. ejusd. Lex. Crit. p. 982. coll. eod. p. 733. ad v. *merces*. Pro *Nec* Ed. As. 2. in marg. habet *Haec. Mr.*

qui in nostra academia] Omittitur *in* in Codd. sex Oxx. Aug. Gud. 2. Mon. 1. 2. Marb. Gud. Nimirum facillime excidit *in* inter *s* et *n*, si scriptum fuit QVINOSTRA. Vocem *vel* omittit Ed. Junt. Cod. Rehd. habet *nobilis fuit*. Mon. 1. *nomine* pro *minime*. Tum unus Ox. *assecutior*. In voce *iis* consueto modo variatur, videlicet ut exhibeant nonnulli libri *his*. Unus Ox. habet *istis* pro *istam*. Mox Cod. Gud. *indulgentiam* pro *indolentiam*: egregia monachi emendatione. *Mr.*

indolentiam] „Quam ἀπάθειαν ipsi vocant, Stoici ἀναλγησίαν appellabant: contra quam est elegans disputatio Herodis Attici apud Gellium N. A. XIX. 12." *Jan. Pagninus.* Verba *magno opere* unus omittit Ox. Plerique habent *magnopere*: sed, ut nos, antiquissimi iique optimi; Reg. Gud. 1. Duo Oxx. *quia* pro *quae*. Gud. 1. habet *qui* pro *quae*. Gud. 2. *nic* pro *nec*. Unus Ox. omittit *nec. Mr.*

Ne aegrotus sim] „Magnae huic loco turbae a MSS. Palat. quart. et Vatican. *nec aegrotassem, si, inquit, fuerat sensus, adsit sive secetur*. pr. sec. tertius vero ad marginem: *si is qui fuerat sensus ass.* in textu vero: *si inquam id fuerat*. quint. *nec aegrotis est, si iis qui fuerat sensus adsit*. In Vat. denique superscriptum: *si, inquit, fuat sensus, adsit.*" *Gebhard.* „Ex hac varietate satis patet, hic aliquid doctius subesse, quam ut potuerit intelligi a librariis: quod, opinor, fuit, *ne aegrotassim, inquit*; *sin fuerit* (hoc est, si vero fuerit accidatque, ut aegrotare debeam) *sensus adsit*. Notum *adclarassit* in Livio I. 18. pariter turbatur. *Μὴ νοσοῖμεν.*" *Gronov.* „Vetus lectio omnium librorum antiquorum est: *Ne aegrotassim: sin quid fuerit, sensus assit*, quam vulgo sic depravaverant: *nec aegroto etiam, inquit, nisi is, qui fuerat, sensus adsit*. donec Victorius, Asulanam editionem secutus, restituit: *Ne aegrotus sim, inquit: sed si fuerim, sensus adsit.*" *Fr. Fabric.* Non vere tribuit Fabr. lectionem *ne aegrotassim* libris veteribus. *Mr.*

Ne aegrotus sim, inquit, sed si fuerim, *sensus adsit*] Ita vulgo dant. Graeca sic se habent apud Plutarchum Cons. ad Apoll. pag. 102. [p. 408.] *Μὴ γὰρ νοσοῖμεν· (φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς Κράντωρ) νοσήσασι δὲ παρείη τις αἴσθησις, εἶτ' οὖν τέμνοιτό τι τῶν ἡμετέρων, εἴτ' ἀποσπῷτο· τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐνγίνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ· τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκός, ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον,* (forte *τοιούτου*) *ἐνταῦθα δὲ ψυχήν.* Et paullo ante: *Οὐ γὰρ ἔγωγε συμφέρομαι τοῖς τὴν ἄγριον ὕμνοῦσι καὶ σκληρὰν ἀπάθειαν, ἔξω καὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος οὖσαν.* Haec sane prioribus verbis aptissime respondent, ipsiusque Crantoris esse mihi persuadeo, licet illum ibi non laudarit philosophus Chaeronensis; quod etiam Pet. Victorio fit credibile. Ceterum doctissimus ille vir locum, quem prae manibus habemus, ita legit, *ne aegrotassim: sin quid fuerit, sensus adsit*. Sane Reg. Pithoean. Med. aliique multi Codices exhibent, *nec aegrotassem, si, inquit*, vel *inquid, fuerat, sensus adsit*; et ii coniecturam Victorianam, quam recepi, manifeste confirmant. Similiter *παῖδες ἰατρῶν*

cetur quid, sive avellatur a corpore: nam istuc Nihil dolere

βούλονται μὲν μὴ νοσεῖν τὸν ἄνθρωπον, νοσοῦντα δὲ μὴ ἀγνοεῖν, ὅτι νοσεῖ, ut ait Plutarchus Tom. II. pag. 501. A. Quin et Epicurei *λέγουσι τὴν εἰς τὸ ἀπαθὲς κατεστῶσαν ἀλυπίαν ὑφ' ἑτέρου κακοῦ μείζονος ὑπάρχειν, ὠμότητος ἢ δοξοκοπίας ἀκράτου ἢ λύσσης*, quod testatur idem pag. 1101. *D.*

Ad annot. Davis. „In Ed. Dav. 1. post v. *fit credibile* haec leguntur: „Utcunque vero de hac re fuerit, magna certe in Latinis est MSStorum discrepantia, nec eorum vel unus, quoad constat, receptam lectionem [*ne aegrotus sim, inquit; sed si fuerim, sensus adsit*] tuetur. Ven. 1491. *nec aegroto etiam nisi iis qui ferat sensus absit.* Froben. *nec aegroto etiam nisi iis qui ferat sensus adsit.* Corruptissime Petrens. Cantabr. ut Pal. quart. — Ex hac varietate doctius aliquid subesse ratus Jac. Gronov. legendum coniecit *ne aegrotassim; inquit; sin fuerim, sensus adsit.* Priorem partem iam dudum occupaverat Pet. Victorius, cui placet: *ne aegrotassim; sin quid fuerit, sensus adsit.* Sed totam hanc emendationem recipere non audeo, cum *si quid fuerit* vel *acciderit*, non nisi de morte *κατ' εὐφημισμὸν* dicatur, ut ostendimus ad lib. I. Tusc. Disp. c. 43. Vide et Th. Munckerum ad Hygini Fab. CIX. Scribendum puto: *ne aegrotassim: sin id fuerit, sensus adsit;* quandoquidem enim vox *inquit* paullo ante fuerat posita, nihil attinuit eam rursus hic repetere. Virgil. Aen. II. 77. *Cuncta equidem tibi, rex, fuerit quodcunque, fatebor.* Ubi Servius, *id est, quicunque me sequitur eventus.* Ad hunc Maronis locum respexit Phaedrus lib. III. Prooem. v. 27. *Sed iam quodcunque fuerit, ut dixit Sinon, Ad regem quum Dardaniae perductus foret.*" In Ed. 2. haec posuerat: „Omnino rescripserim: *ne aegrotassim: sin unquam id fuerit*, aut *sin id quidem fuerit, sensus adsit.* — *Fuerit*, evenerit, acciderit." *Mr.*

Ne aegrotus sim] „Admodum variant libri. Regius et unus Leid. *Nec aegrotassem. Si, inquit, fuerat sensus adsit:* alius Leid. *nec aegrotare, si is qui fuerat, sensus adsit.* tertius: *nec aegrotis est, si iis qui fuerat.* Vet. mea Ed. *nec aegrotasse, inquit, si is, qui fuerat,* etc. Equidem ad vestigia Codicum coniecerim: *Ne aegrotassim. Sin, is, qui fuerat, sensus adsit.* Constat Ciceronem nonnunquam simpliciter ponere *sin*, consulto omissis verbis repetendis, quae infausti viderentur ominis." *Bouhier.* „Hanc lectionem [*ne aegrotassim, inquit; sin id fuerit*] Victorius concinnavit e vestigiis MSS. qui corrupti h. l. Vulgata lectio, *ne aegrotus sim: sed si fuerim,* nullo Cod. nititur." *Lallem.*

Ne aegrotus sim: sin: is, qui fuerat etc.] Feci cum FAWolf. Schz. Or. quamquam non plane eorum lectio animum explet: librorum enim lectio manifesto corrupta est, et melius quid, quod contendere ausim, nunc quidem non suppetit. En librorum nostrorum varietatem: Codd. Reg. Gud. 1. Duisb. *nec aegrotassem. Si inquit fuerat.* Gud. 2. *nec egrotassem si inquid sensus.* Aug. *nec aegrotus est si is qui fuerat,* et sic quatuor Oxx. Mon. 1. 2. In Gud. est *nec aegrotasse, si is qui fuerat,* et sic etiam unus illorum Oxx. supra lin. In Rehd. *ne aegrotassem si is qui fuerat.* In Vind. 1. *nec aegroto etiam: nisi is qui fuerat.* Vind. 2. *nec aegrotasse si inquit fuerim.* Marb. *nec aegrotassem si is qui fuerat.* Bern. *nec egrotus sim...* [aliquot litt. erasae] *inquit fuerat:* in marg. a 2. m. *si is.* Aug. Unus Ox. et Vind. 1. *sensus absit*, ut dedit Ern., fortasse operarum vitio: quamquam est etiam in Ed. A. In Ed. Ven. nostr. est: *nec aegroto etiam nisi is qui fuerat sensus absit*, et sic S. C. Idem habent A.

non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stu-
13. *poris in corpore.* Sed videamus, ne haec oratio sit homi-
p. 193. a. num assentantium nostrae imbecillitati, et indulgentium mollitudini. Nos autem audeamus non solum ramos amputare miseriarum, sed omnes radicum fibras evellere. Tamen aliquid relinquetur fortasse: ita sunt altae stirpes stultitiae:

B. sed *iis* pro *is*, prior etiam, ut dixi, *absit*. Ed. P. *nec aegrotasse si is qui*; eadem *sensus assit* cum Ed. B. et Cod. Mon. 2. In Asc. 1. est *nec aegroto etiam nisi iis qui ferat sensus absit:* in Asc. 2. *nec aegroto etiam nisi is qui fuerat* [marg. MS. *ferat*] *sensus adsit.* Junt. *nec aegrotassem inquit nisi is qui fuerat sensus adsit.* Rob. Steph. *ne aegrotus sim, inquit, sed si fuerim, sensus adsit*: et sic Car. Steph. Ald. Sturm. Boul. Lamb. Goth. Brut. HWolf. Sylb. Grut. Verb. Oliv. Bip. Nobb. In Ed. Tbn. est *Ne aegrotus sim, sin, inquit, fuerim, sensus asseit:* quod non displicet, nisi quod offendit tam cito repetitum *inquit*, quod modo praecessit. In Ed. 3. Dav. recepit: *ne aegrotassim; sin quid fuerit, sensus adsit:* quae est etiam in Ed. 2. quamquam, ut vidimus, aliud quid probat in annot. FAWolf. in scholis *utinam nunquam aegrotus sim* intelligere iubet prima illa verba. Add. J. M. Matii Annott. in Triga Opusce. Rarr. (Traj. ad Rh. 1755.) p. 168 sq. *Mr.*

sive secetur quid, sive avellatur] Cod. unus Ox. *sive feratur quid.* Marb. *quidem* pro *quid.* Scribitur *evellatur* in marg. MS. Ed. Asc. nostr. Edd. B. S. E. Unus Ox. habet *avellatur cor a corpore. Mr.*

Nam istuc nihil dolere] *Istuc* pro *istud* scripsi cum Dav., qui sine dubio eam scriptionem recepit ex Cod. Reg.; est enim etiam in Gud. 1. et habent praeter Cod. Marb. Edd. P. V. M. L. Car. et Rob. Steph. Asc. 1. Leod. Boul. Sturm. Ald. Goth. Brut. Oliv. In Cod. Rehd. scriptum est *nil dolere.* Unus Ox. omittit *nihil.* Duisb. non habet *magna.* De hoc voc. *mercede* usu supra monui. FAWolf. in scholis *mercea*, ait, h. l. non est quam accipimus, sed quam damus. Bene Kühnerus loci sententiam ita exponit: si quis ita obduruit ad dolorem, ut eo nullo modo afficiatur: magnam et humanitatis in animo et sensus in corpore facit iacturam. — Gud. 2. omittit *contingit*, Gud. 1. a pr. m. habet *contigit:* unus Ox. *inhumanitatis. Mr.*

videamus, ne haec oratio sit hominum etc.] Eadem constructio redit infra V. 15: *videamus, ne — beata vita ex sui similibus partibus effici debeat.* De ea diximus ad Cic. de Div. II. 4. 12. p. 310. *Mr.*

mollitudini] *Mollitudo*, ait Menken. Obss. L. L. p. 628. translato sensu est debilitatio animi, qua impares summis doloribus perferendis. Post hanc vocem plene distinxi cum Davisio, ut statim appareat, non cohaerere hanc sententiam cum antecedente (*videamus, ne —*), sed esse exhortatoriam, quasi dicat: *imo nos audeamus*, ut recte explicat Kühnerus. Scribitur autem *nostrae mollitudini* in uno Ox., in alio *multitudini.* Pro *audeamus* Mon. 1. habet *videamus.* Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. exhibent immutato ordine *non solum audeamus.* Mox Mon. 1. *amputari.* Aug. *omnium radicum*, male. Pro *tamen* unus Ox. habet *Inde*, quod videtur glossatoris, qui significare vellet ad *aliquid* intelligendum esse *illarum radicum*: nisi forte correctoris est, qui non intelligeret *tamen* h. l. ita intelligendum esse, quasi scriptum sit *Quod etiam facere studeamus, tamen* etc. Rehd. *fortasse relinquetur.* Duisb. *fortasse relinquitur.* Unus Ox. omittit verba *fortasse — relinquetur. Mr.*

ita sunt altae stirpes stultitiae] Edd. C. M. L. Asc. 2. Junt. Car.

sed relinquetur id solum, quod erit necessarium. Illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit, quod sine philosophia fieri non potest, finem miseriarum nullum fore. Quam ob rem, quoniam coepimus, tradamus nos ei curandos; sanabimur, si volemus. Et progrediar quidem longius: non enim de aegritudine solum, quamquam id quidem primum, sed de omni animi, ut ego posui, perturbatione (morbo, ut Graeci volunt,) explicabo. Et primo, si placet, Stoicorum

---

Steph. Sturm. Ald. Boul. Goth. Brut. Sylb. *stirpes altae stultitiae.* Ven. nostr. Asc. 1. HWolf. *stirpes stultitiae altae* cum P. A. B. S. E. Unus Cod. Gud. 1. habet *alta.* Pro *sed relinquetur* est *sed relinquatur* in Ed. P., *sed relinquitur* in Ven. nostr. Junt. A. B. S. Unus Ox. omittit verbum: quod est correctoris elegantem anaphoram non ferentis. Mon. 1. pergit *ad solum.* Pergunt duo Oxx. Edd. P. A. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. Goth. Sturm. Ald. Boul. *quod est necessarium;* Cod. Marb. Edd. S. E. HWolf. *quod necessarium erit.* In sola Ed. Dav. 2. est *erat:* fortasse operarum errore. *Quod erit necessarium* intellige: quo sublato humanitatem ipsam exueres. *Mr.*

nisi sanatus animus sit] Codd. Vind. 1. Aug. *nisi animus sit sanatus.* Rehd. Duisb. *nisi sanatus sit animus,* cum Edd. B. S. Unus Ox. omittit *animus.* Pro *quoniam* et *quando* in tribus Oxx. Mon. 2. Edd. P. A. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. HWolf. *Incepimus* exhibent Edd. B. S. E. quod est correctoris, qui in suis libris reperisset *cepimus.* Pro *quoniam* esse *quod* in postrema Ed. Manutiana refert Fr. Fabr. cuius ego lectionis vestigium reperi nullum. Pergit Cod. Aug. *tradimus ei nos.* Duo Oxx. omittunt *nos.* Tum Mon. 1. *sanabitur.* Gud. 2. *si volumus.* Aug. *et progrediamur.* Mon. 1. *et progredior.* Pergunt Edd. Junt. B. *quidem id longius:* omisso *id* in lin. seq. Ed. B. omittit etiam *quidem* ante *primum.* In seqq. duo Oxx. Duisb. *ut ego proposui,* idque etiam ex vet. ed. Verb. in marg. Saepe simplex verbum *ponendi,* in hac sententia proprium, ita mutarunt correctores. Vid. modo Beier. ad Cic. Lael. 5, 17. p. 27. ed. maj.; nos ad Cic. de Fato 2, 4. p. 568. — Cod. Mon. 1. habet *perturbationes* pro *perturbatione.* De numero singulari sensu collectivo in hac voce vid. Goerens. ad Cic. Acadd. I. 10. 38. p. 60.

(*morbo, ut Graeci volunt,*)] Cod. Vind. 1. Edd. P. A. B. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *et morbo.* Edd. Lamb. Fr. Fabr. *ut Graeci volunt, morbo,* S. E. HWolf. *morbove ut Graeci volunt:* idque esse in Cod. Reg. ait Bouh. (de quo dubitare licet: non quod nostra collatio nihil monet, sed quia non est in Cod. Gud. 1.) sua Ed. vet. et Rob. Steph. (quod non est verum: is enim edidit ut nos, nisi quod sola verba *ut Graeci volunt* in parenthesi posuit). Idem cum in uno Leid. reperisset *sed morbo,* coniecit *seu morbo:* quod necessarium non est, si parentheseos signa nobiscum ponas. Errorem Boherii in suam editionem transtulit Schz. Camerarius recte ad h. l.: „Haec [nostra videlicet] est vera et plana lectio. Cicero enim affectiones animi vitiosas non *morbos,* ut Graeci, sed *perturbationes* appellat.“ *Mr.*

Et primo, si placet, Stoicorum more agamus,] Cod. Aug. *explicabuni. Sed primo.* Idem omittit *more.* Vind. 1. habet *primum.* Ad sententiam cf. infr. IV. 4. extr. 5. prr. 12. prr. de Finn. III. 2. Ad v. *breviter adstringere* laudat Kühner. c. 10, 22. et Engelbronner. ad Cic. de Legg. I. 13. p. 99. ed. nostr. et Cr. Cödd. Vind. 1. et Rehd. *solent strongere.* Vind. 2. Marb. *solent astringere.* Edd. Junt. A. B. S. C. (haec in m. ut nos) E. Asc. 2. Ven. nostr. HWolf. *per-*

more agamus, qui breviter adstringere solent argumenta: deinde nostro instituto vagabimur.

7 14. Qui fortis est, idem est fidens: — quoniam *confidens* mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a *confidendo*, quod laudis est. — Qui autem est fidens, is profecto non extimescit: discrepat enim a timendo con-

---

stringere solent. Minus bene, vel male potius. *Adstringendi* verbum in hac sententia proprium: vid. de Fato 14, 32: *haec artius adstringi ratio non potest.* Brut. 95, 327: *verborum adstricta comprehensio.* Unus Ox. omittit *solent.* Marb. habet *meo* pro *nostro;* unus Ox. *studio* pro *instituto.* De sententia verbi *vagari,* quae hic obtinet, v. Schütz. Lex. Cic. s. v. n. 4. Forcellin. s. v. *adstringere* explicat locutionem hanc: paucis colligere. Ad. v. *vagabimur nostro instituto* intelligit Leod. a Qu. *more oratorio. Mr.*

Cap. 7. *Qui fortis* est — *confidere*] Ῥῆσιν hanc laudat Nonius in *confidentiae;* sed corruptis, ut solet, exemplaribus est usus. *D.*

Qui fortis est etc.] „Legendum esse existimo: *qui fortis, est idem fidens,* ut legisse videtur Nonius Marcellus v. *confidentiae,* quamquam hodie distinctio est corrupta. Scimus quantopere τοῦ λαχωνίζειν fuerint studiosi Stoici." *Bouhierius.* Nihil ex corruptis Nonii codicibus contra optimos libros mutandum. Alterum *est* omittunt etiam Codd. Gud. et Vind. 1. In Rehd. scribitur *fidens est.* — Ante *quoniam* repete intelligendo: *fidens dico.* De hac constructione vid. disputantem Madvigium ad Cic. Philosophica I. p. 110. De sententia verbi *confidere* et participii *confidens* diversa Kühn. laudat Bremium ad Cic. de Finn. II. 3. p. 115. Pro *quoniam* duo Oxx. habent *quomodo. Mr.*

confidens — in vitio ponitur] „Ait Terentius in Phormione [I. 2. 73.] *Est parasitus quidam Phormio, homo confidens:* ubi exposuit Donatus *confidentem* pro improbo, audaci ac temerario poni. Consimiliter apud Virgilium *confidentissimus* nomen est vitii [Georg. IV. 445.] *Nam quis te, iuvenum confidentissime, nostras Iussit adire domus?* Item Pacuvius: *improbus, confidens, nequam, malus videatur* [Vid. Pacuvii Tragoediarum reliquias in P. Scriverii Collectann. vett. Tragg. p. 85.] *Confidentia* temeritatem significat et audaciam. *Confidere* honestum verbum est et cum laude dicitur. M. Tullius in III. de Legg. *Vir excellens et fortis confidere sibi debet et suae vitae et actae et consequenti. — Fidens* vero et *fidentia* in laude ponuntur. Dixit M. Tullius in II. Rhetorr. [de Invent. II. 54. 163.] *fidentiam* partem esse fortitudinis, *per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae cum certa spe collocavit."* *Beroaldus.* Add. Cic. pro Caecin. 10. et Philippic. XI. 7. ubi item *confidens* in malam partem dicitur. *Mr.*

a confidendo] Codd. Vind. 1. 2. unus Ox. *confidendo.* Mox Cod. Marb. *Quis autem est.* Duisb. *fidens est.* Verb. ex Nonio enotavit *est confidens* [est ibi p. 453. ed. Mercer. et repetit. Lips. 1826.] In seqq. Cod. Aug. *extimescet. Mr.*

Discrepat enim a timendo confidere.] „Legitur hodie apud Nonium *a timendo fidens.* Haec scriptio nobis viam monstrare poterit ad veram lectionem reperiendam *fidere.* Improbat enim *confidendi* verbum." *Bouh.* „Mirum sit, si unum idemque sint. Non tam puerilia Ciceronem dixisse puto, sed scripsisse *non fidere,* hoc sensu: Qui fidens est, is non extimescit: non fidere quidem potest, discrepat enim a timendo non fidere. Sed *enim* saepe ad omissum aliquid,

fidere. Atqui in quem cadit aegritudo, in eundem timor. Quarum enim rerum praesentia sumus in aegritudine, easdem impendentes et venientes timemus. Ita fit, ut fortitudini aegritudo repugnet. Veri simile est igitur, in quem cadat aegritudo, cadere in eundem timorem et infractionem quandam animi et demissionem: quae in quem cadunt, in

---

quod facile intellectu sit, referri, omnes sciunt." *Nissen.* Neutra emendatio probanda. Pro voce extrema periodi duo Oxx. habent *confidentia.* Pro *enim* Duisb. habet *autem.* *Mr.*

Atque in quem cadit] „*Atqui*, vetus Codex." *Ursinus.* „Vulgg. *Atque.* Lectionem, quam damus, [*atqui*] exhibent Urs. Eliens. sec. tert. et Petrens. Recte." *Dav. in Ed. 2.* „Quia est assumtio, Davis. ex MSS. corrigit *atqui.* bene." *Ern.* Nec tamen Ern. recepit *atqui*, quod unice verum est, et habent Codd. Reg. Bern. Gud. 1. [sed compendio *atq.*] Marb. Gud. Aug. Mon. 2. Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. HWolf. Dav. [quamquam in Ed. Rath. scribitur *atque:* in Ed. autem a. 1805. Oxonii edita est *atqui:*] F.A.Wolf. Lall. Or. In reliquis est *atque*, nisi quod Duisb. habet *at.* Conf. Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 131 sq. Handii Tursellin. I. p. 493. 523. Pro *cadit* unus Ox. *cadat.* Tum Rehd. *in eundem cadit timor.* Cod. Gud. 2. omittit *enim.* Duo Oxx. habent *rerum praestantia.* Aug. *in aegritudine sumus.* Unus Ox. *invenientes.* *Mr.*

Ita fit, ut fortitudini aegritudo repugnet.] Oculo librarii aberrante omissa sunt in uno Ox. verba *repugnet* usque ad repetitum *aegritudo.* Mon. 1. omittit *ut*, et exhibet *repugnat.* „Ratio sic colligitur: Qui fortis est, idem est fidens: qui fidens, is non extimescit; in quem cadit aegritudo, in eundem timor: ita fit-cet." *Nissen.* Pergit Rehd. *veri simile igitur erit.* *Mr.*

in quem cadat aegritudo,] *Cadit* habent Codd. Duisb. duo Oxx. Vind. 2. Gud. 1. Mon. 1. Edd. vett. excepta P., ante Gebh. Gebhardus vero ex suis Codd. correxit *cadat*, quibus accedunt reliqui nostri omnes: unus Ox. habet *cadet.* Pergunt Edd. pleraeque vett. *in eundem cadere* exceptis V. et Rob. Steph. Sed libri MSS. nobiscum faciunt, nisi quod Gud. habet *cadere etiam in eundem*, cum glossa. Pergunt Codd. Aug. et Marb. *et fractionem.* „*Infractionem*, ait Fr. Fabr., Nonius torporem interpretatur. *Infractus animus* pro fracto et demisso dicitur Or. post Red. [ad Qu. 8, 19.]" *Mr.*

et infractionem quidem animi — quae in quem cadunt] „Ita emendavi de MSS. paene omnium (nam secundus uno atque altero apice abit) sententia, et Vatic. tum Fabr. et Lamb. Vulgo *quandam — in quemque ea.* multum quoque nos iuvit Vict. Ed." *Gebh.* „Scribendum *quandam* ut est in Codd. Reg. [hic habet *quidem*, quod et docet nostra collatio et Gud. 1. ubi idem legitur] duobus Leidd. in mea Ed. vet. duabus Manutianis, Rob. Steph. Lamb. etc. Idem placebat prius Davisio. Cur sententiam mutaverit, non intelligo." *Bouhier.* Scripserat nimirum Dav. in Ed. 2. *quandam*, hac addita annotatione: „Vulgg. *infractionem quidem animi:* nec aliter Nonius in *infractionem.*" In Ed. 3. et lectionem *quandam* et annotationem abiecit: quamvis eum laudet Ern. ob receptum *quandam:* videlicet antequam tertiam Ed. vidisset: refertque sic plures MSS. habere etiam Guelf. et edd. vett. Recepi *quandam* cum Ern. et seqq. ex Codd. Vind. 1. Marb. Aug. Gud. 2. Gud. Duisb. Mon. 1. tribus Oxx. Edd. ante Gebh. Unus Ox. habet *quidam.* Ed. Ven. nostr. *quamdiu.* Rehd. eam vocem omittit. Bene monet FAWolf. in scholis illud ipsum *quandam* signi-

eundem cadit, ut serviat, ut victum, si quando, se esse fa-

---

ficare, vocabulum *infractionem* tum quidem non videri admodum fuisse usitatum. Quam facile autem eiusmodi voces compendio scriptae permutentur, non est quod doceam. Quod ait Verb. in marg. MS. Reg. exhibere *et* post *animi*, ab aliis omissum, id nescio quo errore scripsit. Habent enim eam vocalam omnes. *Mr.*

In quem cadat — animi] Laudat haec Nonius in *infractionem. D. quae in quem cadunt*] Gebhardi ann. vid. supra. Brutus hanc lectionem ex Cod. Gryph. et Vict. laudat [quamquam ipse cum haud paucis edidit *in quemque ea*] additque: persimile est huius quod mox sequitur: *Quae qui recipit, recipiat idem necesse est.*" Scribitur *autem in quemque ea* in duobus Codd. Oxx. Edd. Ald. Car. Steph. M. L. Brut. Fr. Fabr. Boul. Sylb. Goth. Reliqui omnes nobiscum faciunt. Sequitur in Ed. Fr. Fabr. *in eundem cadere.* Gud. 2. omittit *cadit.* Mox Mon. 1. 2. *et victum,* cum quatuor Oxx. et Ed. P. Ad sententiam confert Beroaldus hunc Horatii versum [Epist. I. 16. 66.] *Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam. Mr.*

ut victum aliquando esse se fateatur] „Sic edidi, nostros libros veteres MSS. secutus: quorum quidam sic plane habent *ut victum si quando esse se fateatur.* Quis non videt, hoc *si quando* esse depravatum et ab errante librario scriptore pro *aliquando* esse scriptum? *quandoque* porro multo in MS. reperi. quod cuivis certo argumento esse potest non esse Ciceronis." *Lambinus.*

ut victum se quandoque esse fateatur] „Stamus pro vulgata: quam tuentur una nobiscum Victorius, Pall. pr. sec. quart. quint. licet Lamb. *victum aliquando esse se fateatur* propugnet, quod ferme est in Vatic. diversitas in hoc *se esse.* Palat. tert. victum *si quandoque* [voluit *si quando*] *se esse.*" *Gebh.* „Palatini tertii scriptura confirmatur codice regio Luparensi." *Verb.* „Placet, quod est in mea ed. vet. *ut victum aliquando se esse,* ut habent nonnulli Codd. quamvis Perizonius in Sanctii Minerv. III. 14. n. 12. servari velit *quandoque.*" *Bouhier.* [vid. Ed. Baueri p. 711.] Ern. servavit Gruterianam lectionem, sed deletum voluit *esse. Mr.*

Si quando se esse] Vulgo, *se quandoque esse.* Sed Reg. et Pithoean. ita plane dant ut exhibuimus. *D.*

ut victum, si quando, se esse fateatur] „Quam vim h. l. *quandoque* habeat, non capio, et MSS. dissentiunt in ea voce. Nimirum legendum videtur: *ut victum se superatumque esse fateatur.* Nec id literarum ductum diligenter attendenti alienum videatur. Et annuunt quidam MSS. sistentes *se si quando.*" *Nissen.* Hoc vero est annuere! Ego post Dav. et Or. recepi scriptionem Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Gud. Duisb. unius Ox. (alius similiter habet *se si quando*). Idem volebat, opinor, vir doctus qui Ed. Tbn. curavit, sed omisit *se.* Probat nostram lectionem Kühn. recte monens, quod est in Epp. ad Famm. VI. 19: *ego me Asturae diutius arbitror commoraturum, quod ille quandoque veniat,* non certam esse lectionem *quandoque.* Alibi vero non reperiri illam vocem apud Ciceronem monet Or., laudans praeterea Parei Lex. Crit. p. 117. [videlicet Mantissam Lexici Critici p. 117. in Lexico ipso non est is locus. Scripsit autem ibi Pareus: *ut victum se si quando esset fateatur,* et ita habere ait vet. cod. Nisi forte est vel operarum vel calami lapsus pro *esse*) Burmann. ad Valer. Flacc. 5, 474. Garaton. ad Milon. p. 242. Bonon. Cod. Aug. habet *et victum se quodammodo esse,* ed. Rom. 1469 et Rehd. *aliquando se esse.* Vind. 1. 2. *quandoque se victum,* Marg. MS. Ed. Asc. nostr. 2. et Ven. nostr. *quandocunque.* Cum Codd. Vindd. faciunt

teatur: quae qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem et ignaviam: non cadunt autem haec in virum fortem: igitur ne aegritudo quidem. At nemo sapiens, nisi fortis: non cadet ergo in sapientem aegritudo. Praeterea, necesse b.
est, qui fortis sit, eundem esse magni animi; qui magni 15.
animi sit, invictum; qui invictus sit, eum res humanas despicere atque infra se positas arbitrari: despicere autem nemo potest eas res, propter quas aegritudine affici potest. Ex quo efficitur, fortem virum aegritudine numquam affici: omnes autem sapientes fortes: non cadit igitur in sapientem

---

Edd. V. M. Rob. Steph. Ald. Reliqui omnes et scripti et impressi vulgatam sequuntur. *Mr.*

timiditatem et ignaviam] Ad locutionem vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 11. 39. p. 361 sq. In Cod. Rehd. scriptum est *in virum haec fortem*, elegantiore verborum ordine, ut librario scilicet visum est. Mox Cod. Gud. 2. *igitur nec aegritudo.* Non rarus est usus particulae *nec* v. *neque* pro *ne-quidem*: vid. modo Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 7. 23. p. 30. Sed non audiendus liber unus, isque saepe vocabula omittens necessaria. *Ac nemo* pro *at nemo* habent Edd. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *Mr.*

non cadet ergo — aegritudo] Desunt haec omnia in Cod. Mon. 1. Scripsi autem *cadet*, non *cadit*, ex Codd. Gud. 1. Aug. aliquot Oxx. et, sine dubio etiam Cod. Reg. Quamvis enim dicat Bouh. eum exhibere *cadit*, non tamen accurate eum libros inspexisse modo vidimus: accedit nostra collatio ad Ed. Lall. facta, nihil monens de varietate cum Lall. item ediderit *cadet*: cuius h. l. collationis fidem auget accurata nostra simillimi Codicis Gud. 1. collatio: denique non parum auctoritatis habet ipsa Ed. Davis. 2. et 3, quae in talibus rebus, vel nihil monente Davisio, accurate sequi solet Codicem regium. Accedunt pleraeque Edd. vett. et recc. exceptis S. E. HWolf. Ern. Schz. et seqq. Pro *ergo* est *autem* in Cod. Marb. Pro *esse magni animi* unus Ox. habet *esse magnanimum*, idemque est in Aug. *Mr.*

qui magni animi sit, invictum: qui invictus sit —] „Ita Victorius: cui se sociant in propaganda hac Lectione Palat. pr. sec. quint. Fabr. Pall. tert. et quart.: *qui fortis sit, eundem esse magni animi sive invictum, qui invictus sit.* Vatic. *qui autem magni animi sit:* vulgo geminum *sit* omittunt." *Gebh.* In Gud. 1. propter similitudinem vocabulorum exciderunt verba *qui magni animi*, itemque in Cod. Rehd. ut in Pall. tert. et quart. Quae quum semel excidissent a librariis *sit* in *sive* mutari proclive fuit idque factum est in duobus posterioribus: in illis genuinum *sit* servatur. Abest hoc verbum ab Edd. M. L. Car. Steph. Fr. Fabr. Leod. Boul. Goth. Ald. Brut. Sylb. eaedemque omittunt *sit* post *invictus*. Unus Ox. priore loco habet *sic*. [Ad sententiam cf. Musonius ap. Stobaeum Serm. XLVI. p. 338. l. 30. ed. Figur. et de hoc sorite Wyttenbachii Logic. p. 145. 146. ed. noviss. *Schuch.*] *Mr.*

eum res humanas despicere] Cod. Rehd. *eum despicere res humanas.* Scribitur *humanas res* in Edd. vett. fere omnibus ante Grut. exceptis V. Rob. Steph. Leod. Eoque ordine infra §. 30. scripta habent haec verba libri haud pauci. *Res humanas* explicat Leod. *ludibria fortunae.* Confert Kühn. Cic. de Or. II. 84. 344. Ubi vid. Pearc. in Ed. Mülleri p. 409. In seqq. Cod. Gud. *despicere autem potest eas res nemo.* Post *affici potest* habent glossam *nisi fortis* Codd. Mon. 1. 2. Vind. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2.

aegritudo. Et quemadmodum oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum; et reliquae partes totumve corpus, statu quum est motum, deest officio suo et muneri: sic conturbatus animus non est aptus ad exsequendum munus suum. Munus autem animi est, ratione bene uti; et sapientis animus ita semper affectus est, ut

---

Junt. Sturm. HWolf. et vetus Cod. Car. Stephani. 'In seqq. Cod. Rehd. habet *virum fortem*, Duisb. *nunquam aegritudine*. In Cod. Aug. legitur *aut sapientes*, et mox *non cadet*, ut supra. *Mr.*

et quemadmodum oculus conturbatus] Unus Ox. omittit *oculus*. Gud. habet *perturbatus*. H. Turnebus ad hacc Adversarr. II. 6. p. 43 sq. „*Conturbatus*, ait, *oculus* est, qui caligat et confusius videt laboratque ophthalmia. Scribonius: *ad conturbationes et epiphoras oculorum scio multa collyria, etsi tarde, magnos tamen effectus habere.* Iterum: *hoc maxime probo ad recentes epiphoras et conturbationes oculorum, tumoresque et dolores.* Vocat et *perturbationes:* — *Collyrium — ad caliginem — oculorum siccamque perturbationem*, etc. Proprie tamen est *conturbatio* minor ophthalmia et τάραξις Graece vocatur." In Cod. Aug. legitur *probe effectus*. *Mr.*

ad suum munus fungendum] Tenendum ad hanc constructionem, a Cicerone participia quidem Futuri Passivi verborum *frui*, *uti*, *fungi* ita poni, quasi dici possit v. c. *munus fungi:* nec vero eadem verba finita. Vide exempla apud Ochsner. in Eclogg. Cic. p. 74. et apud Borgers. ad Cic. Parad. p. 40. Finiti verbi cum Accusativo positi habes exemplum in Inscriptione apud Orell. Collect. Inscriptt. I. n. 1613. p. 310: DVM IVS GVBERNO REMQVE FVNGOR CAESARVM: unde vides sub Caesaribus ad eum usum rediisse Latinos, qui ante Ciceronem obtinebat. — Ceterum pro *probe* unus Ox. habet *proprie*, idem *fugiendum* pro *fungendum*.

totumve] „i. e. *totumque* [eaque scriptio, ut coniectura, est in marg. Edd. Lambb. et Goth.] Alibi a Cicerone *que* positum videas, ubi alii scriberent *ve*." *FAWolf.* „In talibus rebus plerumque fluctuant Codices, ut si regulas distinctionesque ponere velis, magna sit opus cautione, quam non semper adhibent viri grammatici." *Orell.* Hoc loco nihil est varietatis. *Mr.*

statu quum est motum] Sic iam Camerarius sine libris legendum esse suspicabatur. „Ita est in Pall. tribus prioribus Vat. Fabr. Pith. nam in Ed. Victorii et duobus reliquis Pall. *statim cum est motum*." *Gebhard.* Cum Ed. V. facit Rob. Steph. cum uno Ox. et Mon. 1. *Cum a statu est motum* habent Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. A. B. S. E. C., *a statu cum est motum* unus Ox. et reliquae Edd. ante Gebh. Solus Aug. *statim cum de est motus:* vides vestigia manus correctricis, quae cum semel *statu* mutatum esset in *statim*, corrigebat *statim cum deest motus*. Unus Ox. habet *ut* pro *cum*. Cod. Duisb. mire: *statutum est motus:* videlicet litera *c* mutata in *t*, quod saepissime fieri in Codd. notum est: internosci enim non posse utramque literam ait scripturâ Langobardicâ Scioppius de Arte Critica p. 44. Ed. Amst. 1682. — Post haec scribitur *officio suo et muneri deest* in Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. Pro *sic* Gud. 1. a pr. m. *si*, ab alt. *sic*. Unus Ox. habet *consequendum*. Duisb. *ad suum munus exsequendum*. *Mr.*

et sapientis animus ita semper affectus est] Cod. Gud. *et sap. animus ita est semper affectus*. Aug. *quia sapiens ita semper affectus est*. Habes manum glossatoris. Pro *optime* unus Ox. *bene*.

ratione optime utatur: numquam igitur est perturbatus: at aegritudo perturbatio est animi: semper igitur ea sapiens vacabit.

Veri etiam simile illud est, qui sit temperans, quem Graeci 8 16.

Scribitur *nunquam est igitur* in Edd. ante Gebh. exceptis V. et Rob. Steph. eumque ordinem Beierus ad Cic. de Off. I. 19. 64. collata sua regula ad 1. 3. 9. restitui iussit, probante in Var. lect. Kühnero, improbante eodem in Annot. ibid. ubi ait: „quod certe [videlicet *nunquam est igitur*] h. l., ut in concludendi formula, non placet.“ Et hoc quidem melius. Gud. omittit *est*: male. *At*, quod sequitur, in assumptione positum Ciceroni usitatum esse constat. Vid. Handii Tursellin. I. p. 431. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 17. 46. p. 73. Unus Ox. male *aut*. Cod. Rehd cum Gud. 2. exhibet *est perturbatio animi*. Gud. *perturbatio animi est*. Pro *sapiens* in uno Ox. est *sapiens animus*. Ad futurum *vacabit*, in conclusione positum, sed saepe a viris criticis sollicitatum, vid. Goerens. ad Cic. de Finn. III. 8. 28. p. 346. Tenendum autem, Futurum ponere in Stoicorum saepe sententiis Ciceronem, etiamsi non sit conclusio, sed simplex propositio. Solebant enim Stoici, quorum in his rationem sequitur, id quod a sapiente quovis tempore fieri dicunt, eamque vivendi quasi normam, quam sapiens quisque sequitur in quaque vitae parte, Futuro tempore enuntiare, v. c. *non accedet ad rem publicam sapiens; sapiens non miserabitur, non laetabitur*. Pro *ea sapiens* Cod. Aug. habet *sapiens ea*. *Mr.*

c. 8. *Veri etiam simile illud est,*] „Ita reperi in quinque Pall. Fab. Pyth. Vatic. Gryph. Vulgo *Verisimile etiam illud est.*“ *Gebh.* Receperunt illam lectionem Edd. post Gebh. omnes, eamque ego reperi in Codd. omnibus itemque in Ed. P., nisi quod Gud. omittit *etiam*, et Gud. 1. pro *illud* a pr. m. habet *illi*. Ad structuram loci valde impeditam hoc tenendum: incipere Ciceronem periodum, quasi post verba *veri etiam simile illud est* perrecturus: *eum, qui sit temperans, esse constantem; qui constans, quietum: qui quietus, perturbatione vacuum, ergo etiam aegritudine. Et sunt illa sapientis: aberit igitur a sapiente aegritudo*. Haec, inquam, scripturus post verbum *temperans*, quo vertere primum volebat Graecum σώφρων, inoidit in disquisitionem grammaticam et etymologicam, e qua se ante mediam §. 18. non expedit. Ibi demum abruptum plane orationis ac structurae cursum repetit, et, quasi denuo incipiens, immutatis nonnihil verbis, pergit, ut coeperat, iniecto verbo *iterum* significans se abruptam iam continuare orationem: *qui sit frugi igitur* [supra dixerat *temperans*] *vel, si mavis, moderatus et temperans, eum necesse est* [supra dixerat *verisimile est*] *esse constantem, qui — aegritudo*. Vid. de constructione Otto ad Cic. de Finn. p. 394. *Mr.*

qui sit temperans etc.] Verba *qui sit* omittit Cod. Duisb. Duo Oxx. habent *quid sit*: alter *quam* pro *quem*. Post *Graeci* Verb. in marg. habet lectionem *μέτριον* pro *σώφρονα* ex MS. nescio quo, et *μετριότητα* pro *σωφροσύνην*, quod est glossatoris, qui vel doctrinam ostendere, vel Ciceronem corrigere vellet. Similiter in Ed. Ven. Alt. cum perperam in contextis scriptum sit *χρνιπους* (sic) pro *χρησίμους*, in marg. est: „*χρησιὸς frugi* significat, et non anguste: sicut ait Cicero.“ Loco vocabulorum Graecorum in Codd. Aug. Mon. 1. quatuor Oxx. vacuum relictum est spatium: in Marb. haec pro quatuor verbis graecis sunt monstra, supra scriptis literis *gr.*: *euxphona, cluchpocin, yppacian̄o, abaabeian*. Duisb. habet *sofrona* (ut Edd. Junt. Ven. nostr.) *sofronisen* (Junt. *sophrosynen*. Ven. lacunam).

σώφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνην vocan quam soleo equidem cum temperantiam, tum moderationei appellare, nonnumquam etiam modestiam: sed haud scio a recte ea virtus frugalitas appellari possit, quod angustiu apud Graecos valet, qui frugi homines χρησίμους appellant

---

Pro *soleo equidem* scriptum est *soleo quidem* in Mon. I. 2. e duobus Oxx. Cod. Aug. omittit verba *eamque — vocant*. *Mr.*

moderationem] Ad h. l. vid. Gerlach. ad Sall. Cātil. 11. p. 57 Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 19. 60. Doederlein: Lat. Synon. u Etymol. II. p. 206. Ad v. *haud scio an recte* Henr. Stephanus ir Nizoliodidascalo p. 106 sq. „Quamvis, ait, ego non ignorem, talem usum esse verborum *haud scio*, itidemque verbi *nescio*, apud Ciceronem, ut potius sint arbitrantis rem ita se habere, quam non arbitrantis: tamen ita loqui nemo dixerit esse aliquid plane affirmare. Etenim ne is quidem, qui ita loqueretur *Eam virtutem recte frugalitatem appellari posse arbitror*, ita posse appellari affirmaret: nihilo certe magis, quam si Graece loquens diceret: *μήποτε δὲ δυνατὸν ᾖ*." Vid. quos laudavimus ad Ed. min. Cic. de N. D. I. 2. 4. p. 7. Add A. G. Gernhard. in Seebodii Archiv f. Philol. u. Paedag. 1824. I. p. 104 — 110. A. Matthiae ib. 1825. I. p. 26 — 29. Gernhard. ad Cic. Lael. 246 — 262. eund. in Seebod. N. Archiv. 1826. I. p. 18—36. Beier. in Excursu de formulis dubitanter decernendi. ad Laelium p. 212: et universe tota commentatio lectu dignissima, quamquam statim in principio §. 3. mirum in modum lapsus est, cum alio carpendi studio, quo flagrabat, abreptus, quo minus ingenio acutissimo ad veritatem agnoscendam uteretur, impeditus esse videatur. Hand. Tursellin. I. p. 310 sqq. nos ad Cic. de Rep. II. 23. p. 284. In Cod. Gud. est *ea virtus recte*, in Duisb. *frugalitas eadem virtus*. *Mr.*

quod angustius apud Graecos valet] „*quod* sc. verbum. Nam non coniunctio est; verborum antecedentium sensus autem talis: Credo recte eam virtutem frugalitatem appellari posse." *Nissen.* Commode Or. ad Wolfii scholas haec ita explicat: „quod Graece aliter reddi nequit, quam χρήσιμος: hoc autem est angustius: nam apud nos χρήσιμος tantum est *utilis; frugi* autem latius patet." Kühnerus *quod* recte exponit: id, quod frugalitatem dicimus, angustius apud Graecos valet. Unus Ox. post angustius addit *est*. *Mr.*

Frugi homines χρησίμους appellant etc.] Glossae veteres: *Frugalis*, χρήσιμος. Donatus ad Terentii Eunuch. Act. III. Sc. V, 60 Frugi *utilis et necessarius, ut fruges humano generi*. Frugi *est ergo in quo est aliquid, quo fruamur, id est, utamur*. His gemina germana repetit idem Grammaticus ad Act. IV. Sc. VII, 46. At recte monet Tullius, hanc vocem interdum latius patere. Sic et Tusc. IV. 16. *Intellegitur qualis ille sit, quem cum moderatum, tum temperantem, continentemque dicimus. Nonnumquam haec eadem vocabula ad* frugalitatis *nomen tanquam ad caput referre volumus. Quod nisi ea nomine virtutes continerentur, nunquam ita pervulgatum illud esset, ut iam provĕrbii locum obtineret* etc. Utramque vocis huiusce potestatem subindicat Quinctilianus Inst. Orat. lib. I. cap. 6. *M. Coelius se esse hominem* frugi *vult probare, non quia* abstinens *sit (nam id ne mentiri quidem poterat) sed quia* utilis *multis, id est,* fructuosus, *unde sit dicta* frugalitas. Isidorus Orig. lib. X. pag. 1074. Frugalis *a* fruge *nominatus, id est, a fructu vel parsimonia; sive, ut alii volunt, a* modestiae *temperantia*. Legendum *a modestia et temperantia*. Res ipsa clamat. *D.*

id est, tantummodo utiles; at illud est latius. Omnis enim

---

qui frugi homines χρησίμους appellant] Cod. Mon. 2. *χρησίμοις*. Eius vocis loco Cod. Gud. habet *grecum*. Verba *id est* desunt in Cod. Mon. 1. Post *illud* omittitur *est* in quatuor Codd. Oxx. Edd. M. L. Boul. Ald. Brut. Leod. Sylb. Car. Steph. *Mr.*

latius: omnis enim abstinentia, omnis innocentia] „Victorii sic habet editio, quam lectionem custodiunt quinque Pall. Fabr. Pith. Vaticanus. Vulgo. *latius. est enim omnis abstin.* etc." *Gebh.* In Ed. 2. Davisii annotatio non concordat cum contextis: scriptum enim ibi est ex sententia, ut videtur, Bentleii: *omnem enim abstinentiam, omnem innocentiam:* quae est emendatio Turnebi, qui Adversarr. II. 6. postquam eam protulit, addit: „Quod quidem necesse est, ut a tanto scriptore et oratore removeatur soloecismi foeditas atque deformitas." Bouhierio magis placebat Lambini correctio, quam hanc esse ait: *Omnis enim est abstinentia* etc. Sed Lamb. edidit: *Est enim omnis abstinentia:* et sic Car. Steph. Boul. Ald. Brut. Sylb. Leod. itemque Nobb. *Mr.*

At illud est latius: omnis *enim* abstinentia, omnis innocentia — reliquas *etiam* virtutes frugalitas continet] Manucius edidit, *at illud latius; est enim omnis abstinentia;* et ita fere D. Lambinus. *Leodegarius a Quercu* reponit, *omnem enim abstinentiam, omnem innocentiam — reliquas etiam virtutes frugalitas continet.* Ita quidem ad usitatam *σύνταξιν* revocatur oratio; sed cum Mssti lectionem, quam dedimus, unanimi consensu repraesentent, ab iis standum censeo. Certe veteres initium ab una phrasi facientes, alterius partem nonnunquam subiiciunt; id quod *ἀναχόλουθον* a Grammaticis vocatur. [Laudat h. l. in Ed. 1. Davisius suam annot. ad Tusce. II. 1. et Perizon. ad Sanct. Min. IV. 2. p. 833] Terentius Hec. Act. III. Sc. 1, 6.

Nam nos omnes, *quibus est alicunde aliquis obiectus labos,*

Omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum est, lucro *est.*

Incepit tanquam dicturus esset, *lucro habemus;* finivit, quasi dixisset, *nobis omnibus.* Hirtius Bell. Afric. cap. XIX. *Hac spe atque ea audacia* inflammatus Labienus, *cum equitibus Gallis Germanisque* MDC *— in campis planissimis purissimisque ab hora diei quinta usque ad Solis occasum* est decertatum. Iterum cap. XXV. Rex Iuba, *cognitis Caesaris difficultatibus copiarumque paucitate,* non est visum *dare spatium convalescendi.* Euripides Hippol. vs. 23.

— Τὰ πολλὰ δὲ
Πάλαι ΠΡΟΚΟ'ψΑΣ', οὐ πόνου πολλοῦ ΜΕ ΔΕΓ.

Ubi Scholiastes: *Τοῦτο ἐσολοίκησεν,* inquit: *οὕτω γὰρ ἔδει εἰπεῖν, Τὰ πολλὰ δὲ πάλαι προκόψασα, οὐκ ἔτι πολὺν ἔχω πόνον.* Adi sis et Phoeniss. vs. 290. Aelianum V. H. lib. II. cap. XI. ac Dionem Chrysostomum Orat. VII. pagg. 115, 116. Pari modo noster loquendi modum variavit; etenim si eadem uti ratione perseverasset, in orationis exitu ponendum fuit, *reliquae etiam virtutes sub frugalitate continentur. D.*

At illud est latius: omnis enim abstinentia, omnis innocentia (quae . . . noceat nemini) reliquas etiam virtutes frugalitas continet] „Ita Codd. nostri cum Victorianis Leod. a Quercu reponebat: *omnem enim abstinentiam* etc. Sed nihil opus est mutatione: est enim *ἀναχόλουθον,* quod interposita parenthesi paulo longiore non insolitum est apud scriptores optimos." *Lallemannus.* „Vulgo *omnis — abstinentia, omnis innocentia:* quod qui defendunt, *ἀναχόλουθον* orationem esse dicunt, propter parenthesin. Sed est durum h. l. Secutus sum

abstinentia, omnis innocentia (quae apud Graecos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest, *ἀβλάβειαν*: nam est innocentia affectio talis animi, quae noceat nemini) reliquas etiam virtutes frugalitas continet: quae nisi tanta esset, et

---

Davisium [videlicet eius Ed. 2.]" *Ern.* „Turnebus correxit Nominativos, qui libros obtinebant. Non bene. Sic Cic. Fin. III. 3. 11. *Ceterae philosophorum disciplinae — — — eas non modo nihil adiuvare arbitror.* Negligentiae eiusmodi facilius in ea lingua excidunt, qua quis vernacula utitur, quam in ea, quam quis a magistris didicit." *Nissen.* Recte monet Kühn. in primis frequens esse Ciceroni id *ἀνακολουθίας* genus, quo primum nominativus positus est, mox verbum quod Dativum vel Accusativum requirit, sequitur. V. Ruhnk. Dictat. in Terent. Hecyr. III. I. 6. Bremi ad Cic. de Finn. II. 33. p. 244 sq. — Ego cum Dav. in Ed. 3. Lall. Schz. FAWolf. Koel. Or. Tbn. ex Codd. et plurimis et optimis *ἀνακόλουθον* restitui, et eo libentius, quod totum caput habet complexum sententiarum variata et immutata constructione ita impeditum, ut summam sermonis familiaris negligentiam vel libertatem si non quaesivisse consulto, certe sibi indulsisse videatur Cicero. — Solus Cod. Bern. *omnes enim abstinentia, omnes innocentia.* Aliquot Oxx. cum Lambino facere videntur. Gud. omittit *enim.* Verba *Graecos* usque ad *quae* omittit unus Ox. sed spatio relicto. Gud. 2. habet *nullum nomen. Mr.*

sed habere potest, ἀβλάβειαν:] „Quod est in Edd. *εὐλάβειαν*, quamquam significare potest innocentiam, ego tamen existimo legendum esse *ἀβλάβειαν.* Graece enim proprie et significanter *ἀβλάβεια* dicitur innocentia: sicut *βλάβη* et *βλάβος* dicitur nocentia s. nocumentum." *Beroald.* *Ἀβλάβειαν* verum puto, etsi aliquando in alia fui opinione." *Camerar.* „*ἀβλάβειαν* in vetustis libris integre legitur, pro quo prius *εὐλάβειαν* mendose legebatur. Sic, quod Stoici dicunt *τοὺς σοφοὺς ἀβλαβεῖς εἶναι*, Cicero lib. 3. de Finn. vertit *alienum esse a sapiente nocere.*" *Fr. Fabric.* Scribitur in Ed. Ven. nostr. *aulauiam*, in Junt. *eulabiam*, in Asc. 1. 2. [posterior in marg.; in contextis ut nos:] *ἀλαβίαν.* in Ed B. *eulabian*, A. *avlavian.* S. *εὐλαβίαν.* Sequitur in Cod. Mon. 1. *Nam est enim innocentia*; in Ed. A. *Nam est in innocentia.* Cod. Mon. 1. omittit *animi* post *talis*, eamque vocem inserit post *nemini.* Duisb. et unus Ox. omittunt omnia, quae sunt inde a v. *quae* usque ad *continet.* Ad structuram: *affectio talis, — quae noceat nemini*, vid. quae monet F. Wüllner. in libello: Die Bedeutung d. sprachlichen Casus und Modi (Münster. 1827.) p. 144 — 146. Post *nemini* unus Ox. addit *frugalitas est. Mr.*

Habere potest, ἀβλάβειαν] Hanc certe vocem postea receperunt Graeci. Glossarium Graeco-Latinum ab H. Stephano editum (Paris. 1573. f. m.) p. 363: *Ἀβλάβεια, innoxia, innocentia.* Sic etiam Lexicon illud, cuius initium ex Bibliotheca S. Mariae Lugdunensis exhibuit Cl. Montfalconius Palaeogr. Gr. lib. III. cap. VII. pag. 248. Quin et *ἀβλαβὴς* vox est optimis scriptoribus usitata. *D.*

reliquas etiam virtutes frugalitas continet.] „*Reliquas virtutes* intellige *prudentiam, fortitudinem, iustitiam.*" *Beroaldus.* Vid. §. 17. — Lamb. *autem* pro *etiam* et sic Car. Steph. (quamquam hic ex vet. Cod. enotavit *etiam*) Brut. Leod. Sylb. Quod autem refert Verb. Gebhardum male edidisse *enim*, id ita verum est, ut *enim* calami lapsu scripserit in lemmate annotationis: in contextu habet *etiam.* Quaesivit tamen etiam Gronovius: Unde et quo illud *enim?* Placuit autem Gebhardo in Crepundiis p. 504 sq. [137.], quod reperit in Pal. sec., *connectet:* quod habet etiam unus Ox. In annotatione vero

si iis angustiis, quibus plerique putant, teneretur, numquam esset L. Pisonis cognomen tanto opere laudatum. Sed quia nec qui, propter metum, praesidium reliquit, quod est ignaviae; nec qui, propter avaritiam, clam depositum non reddidit, quod est iniustitiae; nec qui, propter temeritatem, male rem gessit, quod est stultitiae, *frugi* appellari solet; eo tres virtutes, fortitudinem, iustitiam, prudentiam, frugalitas 17. p. 194. a.

---

ad h. l. nihil ad eum errorem commendandum addidit. Unus Ox. habet *connectat*. *Mr.*

et si iis angustiis — teneretur] „*Angustiis* intellige *angusta significatione.*“ *Leodeg. a Qu.* „Dicit hoc iccirco Marcus, quoniam laus a frugalitate ducta sordere iam coeperat Romanis civibus. Ferebant enim se pares regibus, de quibus ipse Cicero dixerat (Or. pro Deiotar. c. 9.) *Frugi hominem dici non multum habet laudis in rege.* Quod ille fastidium statim improbat. At alibi (ad Att. VII. 4.) satis significat, id elogium, in quo veteres tantum videbant honorificae commendationis, non aliis tribui solitum esse, quam servis aut libertis. Nam Dionysium quendam postquam appellavit *frugi hominem*, subiungit, *ac, ne libertinum laudare videar, plane virum bonum.* Ubi modica correctione adhibita legendum videtur: *ne ut libertinum* etc. Erat enim is homo re vera Attici libertus. Redit in memoriam hac occasione lepidum Epigramma Martialis XII. 30.

Siccus, sobrius est Aper. Quid ad me?
Servum sic ego laudo, non amicum.

Quam vero ob causam lauti homines atque honorati laudem admittere illam desierint, S. Augustinus aperit lib. de Beata Vita n. 31. *Propter vulgarem dicendi consuetudinem, qua frugalitas quasi parsimonia dici solet.*“ *Bouhier.* Pro *iis* multi *his*, ut semper: *is* unus Gud. 2. i. e. Is. Gud. omittit *si*. Unus Ox. habet *tenentur*. Fr. Fabr. *quam* pro *nunquam*. Eam vocem plane omittit Cod. Gud. 2. Cod. Duisb. omittit *L.* cum Edd. M. Ald. eius loco unus Ox. habet *vol:* qui error inde ortus est quod litera *l* compendium saepe erat vocis *vel*. Idem omittit *Pisonis*. De *L. Calpurnio Pisone*, cui cognomen erat *Frugi*, qui fuit Consul a. u. c. 620. vid. in primis locum Cic. Or. pro Fonteio c. 13. §. 29. Cod. Aug. habet *cognomine*, Mon. 1. *nomen*. *Mr.*

tantopere laudatum] „Audio in Vat. esse *tanto opere*, quod non debuit sileri vel contemni: et sic cap. seq. *magno opere laetari*. Nec aliter c. 6. in interpretatione Crantoris *magno opere laudant.*“ *Gronov.* Recepit eam scriptionem Dav. sine dubio ex Cod. Reg. quanquam in nostra collatione nihil notatum reperio: et habet Gud. In Gud. 2. est *Sed nec*, omisso *quia*: idem cum duobus Oxx. omittit *metum*. In Rehd. est *quia neque qui*. Est quidem *relinquit* in quinque Oxonn. Mon. 1. 2. Gud. 1. Aug. Vind. 1. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. P. A. B. S. E. C. Sed non admittunt praesens ea, quae sequuntur, perfecta in eadem orationis structura. Sola Ed. Junt. omittit *est* ante *ignaviae*. Verba *nec, qui propter avaritiam* desunt in Cod. Gud. 2. *Quod* pro *qui* in his verbis habet unus Ox. Mox Gud. 1. *depositi*. Gud. 2. omittit *non reddidit*. Habent *reddit* unus Ox. Vind. 1. Aug. Sequens *est* abest a Cod. Gud. 2; *quod est* a duobus Oxx. In Vind. 1. scribitur *rem male*. Post *iniustitiae* in iisdem, quos modo nominavi, Oxx. desunt omnia usque ad *stultitiae*. Ante hanc vocem Marb. omittit *est*. Mox unus Ox. *appellare solent*. Pro *eo* Edd. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. *eas*, unus Ox. *et*. In Gud. scribitur *prudentiam iustitiam*. *Mr.*

complexa est: (etsi hoc quidem commune est virtutum; omnes enim inter se nexae et iugatae sunt:) reliquum igitur

---

frugalitas complexa est:] Ita Codd. Reg. Gud. 1. 2. Vind. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Aug. Mon. 1. 2. Gryph. Edd. M. V. Ald. Lambb. Goth. Boul. Sturm. Brut. Sylb. In Car. Steph. Leod. et L. legitur *est amplexa*; in reliquis *est complexa*. Nobiscum faciunt Dav. Or. Tbn. *Mr.*

Etsi hoc quidem (sc. ut una reliquas complectatur) *commune est virtutum. omnes. — — iugatae sunt; reliquum igitur est*] „Non video, qua ratione hoc e superioribus intelligatur, ut quarta virtus sit frugalitas. Sed credo legendum esse *et si hoc q.* Nam si una virtus reliquas complectitur, frugalitas autem tres reliquas; sane reliquum est, ut quarta virtus sit ipsa frugalitas. Iam vero *igitur* non convenit, ut valde blandiatur Davisii coniectura (q. v. in seqq.) pro vulgato *reliqua igitur et* legendum esse *relinquitur*. Quamquam *igitur* sic quoque dictum esse potest, ut redundaret. Eo modo alibi positum reperi. Liceat mihi tamen coniecturam proferre: *reliqua cogitur et q. v. ut sit i. f.*“ *Nissen.* Neminem vir doctus obsequentem habuit. Merito. — *Quidem* omittit Cod. Gud. In Vind. 1. Aug. est *est virtutum commune*. Unus Ox. omittit *enim*: duo non habent *nexae et*. Beroaldus; *et iugatae sunt*: Coniunctae: iugatum coniunctum significat, a iugo dictum: et ita legit Nonius. Hunc locum quidam legere malunt *iugae* pro *iugatae*. Antiqui *iniuges* boves dici voluerunt iugum nunquam ferentes: et virtus *iniugis* dicta, quod iugum nesciat, nec unquam sit iugo prementi subiecta.“ In Cod. Aug. legitur *omnes tamen* pro *omnes enim*. *Mr.*

nexae et iugatae sunt:] „Vulgo *coniugatae*. Nonius legit *et iugatae sunt*: et ita reponendum censeo, libris omnibus invitis: quamquam non omnibus libris invitis sic reponatur, nam sic in tribus scriptum reperi.“ *Lambinus.* — „*Et iugatae* habet Cod. Gryph. cum Vict.“ *Brutus.* „Post Victorium sic edidit Lamb. et sic quinque Pall. Fabr. Pith. *nexae et coniugatae*.“ Gebh.

Hoc quidem — iugatae sunt] Habet Nonius in *iugatum*. *D.*

et iugatae sunt] Ita octo Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Vind. 2. Marb. Mon. 1. 2. Edd. praeter Ven. nostr. Car. Steph. [hic vero ex vet. Cod. enotavit *iugatae*] Ald. Boul. M. L., omnes. In reliquis est *coniugatae*: unus Gud. omittit *et*. *Mr.*

Reliqua igitur et quarta virtus, ut sit ipsa frugalitas.] „Post *frugalitas* plerique editi addunt *necesse est*: quod eieci cum Victorio, cum in nullo mss. Pall. neque Fabr. Pith. compareat. in Vaticano: *virtus ut sit ipsa frugalitas*. unde quidam coniiciebat: *reliquum igitur, ut quanta virtus sit.*“ *Gebh.* „In hoc postremo nullus intellectus. Ut nescio an idem liber sit penes me, quo fuit usus Gebhardus, sic in eo coniectura ista ipsa adscripta est, sed clare *quarta*, et sic, opinor, voluit is, qui ante me prodidit.“ *Gronov.* Dav. in Ed. 1. *relinquatur tum, ut quarta virtus sit ipsa frugalitas*: „Huiusce, ait, loci sanitatem MS. Norvic. debemus: in reliquis enim legebatur *reliqua ig. et quarta v. ut sit ipsa frug.* quibus vocabulis nulla inest sententia. Ex hac vero scriptura reponebat vir doctus *reliquum igitur, ut quarta virtus sit ipsa frug.*: mihi autem placebat: *reliquum igitur est, quarta virtus ut sit ipsa frugalitas*: quae quidem coniectura ad vulgatam lectionem propius accedit: at lancem deprimit optimi optimi Codicis auctoritas; licet malim *relinquitur tum* etc. Varro R. R. [v. ann. Dav.] — et c. 16: *relinquitur altera pars, quae est extra fundum*. Ed. Ven. 1491. Froben. Manut. aliaeque veteres

est, quarta virtus ut sit ipsa frugalitas. Eius enim videtur

---

post haec verba repraesentant *necesse est*: at eorum in MSS. nec vola nec vestigium, et a sciolis fuerunt adiecta, quod illo modo vitiosus hicce locus sanari posse videbatur." „Verba *necesse est* sunt quidem in mea Ed. vet. nec vero in Codd. MSS. Unus Leid. habet: *reliqua igitur quarta.* — Equidem coniicio: *relinquitur ut et quarta virtus sit ipsa frugalitas.* Sententia loci nondum satis mihi videtur ab editoribus perspecta. Erant philosophi, qui, unam quidem proprie esse virtutem dicentes, eius tamen quatuor quasi partes primarias esse dicerent, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam: quos sequitur Cic. de Invent. II. 53. Iam cum docuerit tres priores contineri in frugalitate, addit, nihil iam restare demonstrandum, quam eâdem etiam quartam contineri, quam non appellat nomine, quam vero esse temperantiam ex eius descriptione patet. Dubitationem tollunt ea, quae dicit infra c. 17: *Temperantia, quae est eadem moderatio, a me quidem paullo ante appellata frugalitas.*" *Bouhier.*

Reliquum *igitur* est, *quarta virtus ut sit ipsa frugalitas*] Vulgo, reliqua *igitur* et *quarta virtus ut sit ipsa frugalitas;* unde mihi placebat, reliquum *igitur* est, *quarta virtus ut sit ipsa frugalitas*, quod etiam recepi. Eliens. sec. habet, *relinquatur tum ut quarta virtus sit ipsa frugalitas.* Legi possit, *relinquitur, ut quarta virtus sit ipsa frugalitas*, quod ad plerorumque Codicum lectionem tantum non accedit, et Latinissime dicitur: Cicero Fin. lib. III. cap. 9. *Circumscriptis igitur iis sententiis, quas posui, et si quae similes earum sunt, relinquitur, ut summum bonum sit vivere, scientiam adhibentem* etc. Lucretius V, 793.

> Linquitur, *ut merito maternum nomen adepta*
> *Terra sit* —

Varro R. R. lib. I. cap. 5. Relinquitur, *quot partes ea disciplina habeat ut sit videndum.* Vide sis et cap. 16. ac lib. II. cap. 2. Sed nimis interpolatus est is Codex, quam ut ei soli tuto credatur. *D.*

Reliquum igitur est, quarta virtus ut sit ipsa frugalitas.] „Ita codd. nostri constanter et nonnulli Davisiani, nisi quod in quibusdam pro *reliquum* vitiose scribitur *reliqua*, errore non insolito librariorum, quia proxime sequitur *virtus*. Vulgo *reliqua igitur* etc. *necesse est*: quae postremae voces nullae in mss. comparent." *Lallemannus.* „*Reliquum* etc. Sic MSS. plures: vulgo male: *reliqua — virtus, ut* etc." *Ern.* *Reliquum* etc. Sic Ern. Wolf. ut est in MSS. complurib us." *Schz.* Nissenii coniecturam supra posui. Receperunt, quam in suis Codd. esse lectionem ait Lall., cum Dav. Ern. FAWolf. Koel. Schz. Or. Nobb. Tbn. Duo posteriores distinctione, ut videtur, non plane probabili: — *complexa est: etsi hoc quidem commune est virtutum. Omnes enim — iugatae sunt: reliquum igitur* etc. De lectione Codicum Lallemanni primus dubitavit Or. Ego vero certus sum, errorem esse Lallemanni, neque ullum Codicem eam lectionem habere, quae inde a Dav. obtinet. Nam primum omnes, quotquot innotescunt, *reliqua* exhibent, deinde pro *est* omnes fere *et*, nisi quod in Rehd. eius loco ponitur *ut*, omissum deinde ante *sit*; Duisb. cum duobus Oxx. *ut* plane omittit: denique Vict., sine dubio ex Codd. edidit *ipsa sit* pro *sit ipsa*, et sic Junt. Asc. 2. Rob. Steph. Accedit, quod Aug. et aliquot Oxx. habent glossam *necesse est.* Stare tamen lectio ante Dav. vulgata nequit, abiecto isto librariorum additamento: accessi igitur Davisio, rationibus potissimum iis ductus, quas attulit Lalle-

esse proprium, motus animi appetentes regere et sedare, semperque adversantem libidini, moderatam in omni re servare constantiam; cui contrarium vitium nequitia dicitur.

---

mannus. Meliorem autem qui emendationem proferret, nondum exstitit. *Mr.*

Eius enim videtur esse proprium] *Esse* omittunt septem Oxx. Duisb. Edd. Ox. Oliv. In seqq. scripsi cum Or. et Tbn. *motus animi appetentes*, ut est in Cod. Mon. 1. et Ed. Lamb. Reliqui et scripti et editi habent *appetentis*, forma accusativi nimis ambigua, quam, qui accusativum alibi in *es* desinentem exhibent, genitivum esse existimasse videntur, ut Bill.: qui *motus animi appetentis* explicat τῆς ὁρμῆς quasi nominativus sit *animus appetens*: quod minime esset Ciceronianum: sed recentiorem loquendi rationem redoleret. Operarum errore in Ed. Ern. est *egere* pro *regere*. Mox Cod. Mon. 1. *semque adversitatem* (sic) Gud. 1. *semper quae*: idem cum Reg. Marb. Gud. 2. *aversantem*. Gud. *adversantis libidinis*. Aug. *semper*, omisso *que*. *Mr.*

moderatam in omni re servare constantiam] „Incisum pone post *re*. Nam *moderatam* non ad *constantiam* pertinet, sed ad frugalitatem.“ *Nissen.* Merito N. neminem obsequentem habuit. *In omni re moderatam* habet Cod. Gud. Unus Ox. omittit *servare*. Vocem *cui* omittit Cod. Gud. 2. In Ed. P. exciderunt omnia inde a *nequitia dicitur* usque ad *ab eo*. Ad v. *nequitia* v. Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 20. 56. In uno Ox. scribitur *est nequitia*. *Mr.*

Frugalitas, ut opinor, a fruge,] Fr. Fabr. *opinior*. Ad verba *qua — e terra* Gebhardus: „Neque Victorius neque Pall. quinque cum Pith. Fab. agnoscunt *oritur* post *terra*. Pal. tamen quartus *quia nihil melius in terra*.“ Rehd. Vind. 2. *a terra*, cum uno Ox., *alius est a terra*, unus Ox. omiltit *e*. Cod. Mon. 1. *est e terra*. Gud. *est terra*. Duisb. Aug. *est in terra*. Edd. A. B. S. E. C. M. L. Junt. et reliquae nostrae ante Gebh. (excepta Rob. Steph.) cum Vind. 1. additum habent *oritur* post *terra*. *Mr.*

Nequitia ab eo — ab eo *quod* nec quicquam *sit in tali homine*] Alii *ne quicquam*. Varro L. L. lib. IX. §. 5. *Ex* ne *et* quidquam, *media extrita syllaba, coactum est* nequam. *Itaque ut eum quem putamus esse* non hili *dicimus* nihili; *sic in quo putamus esse nequidquam dicimus* nequam. Sed parvi refert. Hoc igitur misso, vulgata lectio est tuenda, quam temere sollicitavit P. Manucius. Quod voces *ab eo* geminentur, alteram bigam tollendam censet vir ille doctissimus. At, in longiore verborum ductu, vel praeterita, vel eorum sensus crebro repetuntur. Caesar lib. III. B. G. cap. 22. Adcantuannus, *qui summam imperii tenebat*, cum DC devotis — cum iis Adcantuannus *eruptionem facere conatus*. Noster infra cap. 28. *Ergo* id, *quod alii rectum opinantes aegritudini se solent dedere*, id *ii turpe putantes aegritudinem repulerunt*. Apuleius Apol. pag. 467. Utrum *igitur* putas philosopho, *non secundum Cynicam* etc. — utrum ei putas *turpe, scire ista an nescire*. Et pag. 548. *Persuasi* ut filiis pecuniam suam reposcentibus, *de qua supra iam dixi*, ut eam pecuniam *sine mora redderet*. Huiusce generis multa, legentibus fient obvia. *D.*

Nequitia ab eo — ab eo —] Prius *ab eo* delevit Ern., posterius Manutius. Neutrum deleri volunt (post Dav.) Nissen. FAWolf. Or. Kühn., qui monet, praeter locum Tuscc. III. 28. a Davisio allatum, reliquos alienos esse ab h. l. Ego ne hunc quidem satis tueri illud *ab eo* inepte repetitum: ibi enim cum vi repetitur id, nostro loco repetito *ab eo* nescio quomodo languet et balbutit oratio. Nolui

Frugalitas, ut opinor, a *fruge*, qua nihil melius e terra; *ne-* 18.
quitia ab eo (etsi erit hoc fortasse durius: sed temptemus: lusisse putemur, si nihil sit) ab eo quod *nequicquam* est in

---

tamen aliquid mutare, hoc praesertim loco, quo inter repetitionem istam aliae etiam sunt varietates, ut, si quid corrigas, longius fortasse a Ciceronis scriptione discedas. Conf. tamen, quos laudat Beneckius ad Cic. Catil. II. 12. 27. p. 174. Mihi quidem in ieiuna hacce explicatione etymologica id vix ferendum videtur, quod laudarem, si in sententia huiuscemodi legeretur: *Nunc vero ab eo (dicam enim, quod sentio: etsi erit hoc fortasse durius) ab eo tu homine auxilium petes, quem, qui novit, contemnit?* Unius Codicis Ox. scriptor id sensisse videtur; exhibet enim post parenthesin: *ab eo, inquam, quod* etc. *Mr.*

etsi erit hoc fortasse durius] Unus Ox. omittit *erit*. Ed. Alt. habet *et* pro *etsi*. In Aug. ante *etsi* inseruntur haec ex seqq. *quod nequicquam est*. Vind. 1. habet *et hoc erit fortasse*. Praeter Edd. Gebh. Dav. Or. reliquae habent *hoc erit* pro *erit hoc*. *Mr.*

sed tentemus, et lusisse putemur,] „Omnes fere nostri libri veteres habent pro *sed tentemus* etc. *sed temerius iusisse putemur*. Ac *iusisse* quidem pro *lusisse* scriptum non me movet. est enim usitatum mendum *i* pro *l*, et contra *l* pro *i* ab illis scriptum esse: sed quid sibi velit hoc *temerius* quaero: a quo vulgatum *tentemus*, quod videtur incorruptum, tam longe absit. Quid, si dicamus sic esse a Cicerone scriptum: *sed tenerius lusisse putemur —?* Tenerius autem, id est, delicatius, mollius, iocosius, puerilius, τρυφερώτερον.“ *Lambinus.* „*Tentemus et lusisse putemur* Victorius, Manut. alii. *Sed teneamus et lusisse putemur*, alii. *Sed temerius iusisse putemur* Gryphii liber: ex quo non aegre elici germana lectio potest: *sed temere lusisse putemur*. Cum enim adverbium *temerius* latini sermonis consuetudo non admittat, veri simile est, *ius* per *incuriam* perperam repetitum, sive *lus* potius, errati occasionem scribenti praebuisse. Verbum enim *iubere* hic locum non habet.“ *Brutus.* „*Sed teneamus et lusisse putemur*. Lamb. *sed tentemus et lus.* Monet tamen in veteribus omnibus libris legi *sed temerius lus. put.* ex quo *tentamus* factum suspicatur [ubinam?]: an *tenerius* vero fieri potius debuerit, videndum relinquit.“ *Sylburg.*

sed temerius lusisse putemur.] „Hanc scripturam reperi in Pal. quinto. Fabr. et Pal. tert. ut etiam libri Lamb. *temerius iusisse*. Hinc tamen Lamb. *tenerius lusisse: quasi temerius* non latinum sit a *temere*. Vaticanus: *sed temptemus lusisse putatos*. Vulgo *sed tentemus et lusisse putemus.*“ *Gebhard.* „Quam bene ex Vaticano provenit: *sed tentemus: lusisse putato, si nil sit.*“ *Gronov.* Similiter Dav. in Ed. 2. ex vestigiis Codicis Vat. coniecit: *sed tentemus; lusisse puta nos, si nil sit.* Bouh. refert Regium cum duobus Leidd. habere: *sed tentemus: et vicisse putemus, si nil sit*. Ipse vult: *sed tentemus: et lusisse putemur, si nihil sit*, ut habent Edd. ante Grut., nisi quod in plerisque est *nil*. Sola Sylb., ut vidimus, habet *teneamus*. *Mr.*

Sed temptemus: *lusisse putemur*] Vulgo male, *temerius lusisse putemur*: nec melius est, quod ex iis Lambinus extudit, *tenerius lusisse*. Erasmus et Victorius edidere, *sed tentemus*, et *lusisse putemur*. Bene quidem; si modo ceterorum Codicum ductu particula copulans deleatur. Nam Pithoean. ac Balliol. dant, *sed temptemus, iussisse putemur*. Reg. *iusisse putemur*. *D.*

Sed tentemus (*lusisse putato, si nil sit*) *ab eo*] „Ita e Vatic. Cod. Jac. Gronov. Vulgati etc. Alii pro *sed tentemus* etc. habent *sed*

tali homine; ex quo idem *nihili* dicitur. Qui sit frugi igi-

---

temerius lusisse putemur, et sic Codd. nostri, quod manum correctoris sapit." *Lallem.* „*Sed tentemus* sc. hoc verbo uti, aut id sic explicare. Sic MSS. meliores vulgg. [i. e. qui Gebhardum sequuntur] *temerius*." *Ern.* In Edd. Ox. et Ol. est ut in vett. ante Grut. Reliquae recentiores Davisium sequuntur. *Temerius iusisse* est in Codd. Marb. Duisb.; unus Ox. habet *sed durum ne nimis*, alius *sed temnemus*; unus *dixisse* pro *lusisse*, duo *iussisse*, unus *putemus*. Gud. 2. *sed temerarius iusse si nichil sit.* Mon. 2. *et lusisse — si nil est.* Mon. 1. *et — putemus.* Ad v. *nihil* v. O. M. Müller. de Vi Verbb. Latt. p. 10. *Mr.*

quod nequicquam est in tali homine] „Cicero cum eruere originem vocis *nequam* conatur, ait: *quod — homine*. ubi quid *nequicquam* sit, quaeri animadverto. Ego vero archaismi more *nequicquam* esse *non quicquam* et *nihil* existimo. *Ne* enim pro *non* veteres dixisse intelligunt, qui Terentium et Plautum legerunt. Sic et prima Tusc. usurpatum recordor [c. 31. sed v. ib. annott.], cum ait: *secernere autem a corpore animum nequicquam aliud est, quam emori discere* i. e. non aliud quicquam est. Nequam [l. neque v. nequaquam] enim assentior iis, qui mihi videntur omnia tuta timere et emendatissima pro vitiosissimis expungere, legique volunt *nihil quicquam*." *Turnebus* Advv. 27, 6. p. 88. „*Nec quidquam* legendum censeo. *nec quicquam* autem, id est, non quicquam seu non quidquam: *nec* pro *non*, ut supra diximus: vel lege *nequicquam*, ut *ne* pro *non* item intelligatur." *Lambinus.* „*Nec quicquam* Lambinus emendavit, quod exstat quoque in Pall. pr. tert. Fabr. vulgo *nequidquam*." *Gebhard.* Scribitur *necquicquam* in Codd. Duisb. Vind. 1. 2. Mon. 2. Edd. HWolf. L. Fr. Fabr. Gebh. Ern. In reliquis est quod nos exhibemus. „Varro de L. L. 9. [10, 5. p. 589. Speng.] *Nequam factum ut ex Non et Volo, Nolo, sic ex Ne et Quidquam, item media extrita syllaba, coactum est nequam. Itaque ut eum, quem putamus esse non hili dicimus Nihili, sic, in quo putamus esse ne quidquam, dicimus. Nequam.* Non facile dixeris, uter alterum sequatur: nisi forte casu in unam etymologiam inciderunt Cicero et Varro." *FAWolf.* Vocem *est* omittit Edit. Sylb. Ad v. *nequicquam* v. Parei Lex. Crit. p. 777. *Mr.*

ex quo idem nihili dicitur] „Pall. quinque *nihil*." *Gebhard.* „Legitur *nihil* in nonnullis Codd. etiam in regio. Sed tres Leidenses habent *nihili*, ut est in Ed. Dav. 1; in seqq. correxit *nihil* laudata sua ad Cic. de Divin. I. 14. annotatione [v. nostr. Ed. p. 70.] Sed falli videtur vir doctus. Sufficit laudasse locum Varronis [vid. Ann. Dav. et Wolfii], qui, sive ex Cicerone haec sumsit, quod veri est simile, sive ipse idem sensit, scriptionem *nihili* veriorem esse probat. Ita Romani solebant loqui. *Dicimus hic homo nihili est et huius hominis nihili et hunc hominem nihili* ait idem Varro ib. VIII. p. 111. Verum est loco de Div. a Davisio laudato legi *scientia nihil est*. Sed ibi significat, plane non esse scientiam, nec vero, eam esse nullius pretii ideoque spernendam vel reprobandam, quod esset *nihili* i. e. *non hili*, ut ait Varro." *Bouhierius.*

Nihil *dicitur*] Vulgo *nihili*. Sed illud volunt Codices; nec immerito. Vide sis ad lib. I. de Divin. cap. 14. *D.*

nihili dicitur] Restitui *nihili* cum ex Varrone tum ex MS. in marg. Asc. 2. Codd. Gud. 1. (a pr. m.) Vind. 2. duobus Oxx. Rehd. Gud. Mon. 1. neque adversatur Vind. 1. in quo est *nihil idem dicitur*: excidit enim *i* ante *i*, ut sexcenties. Accedunt Edd. vett. exceptis P. A. HWolf. Probabat quidem *nihil* FAWolf. in scholis, dicens

tur, vel, si mavis, moderatus et temperans, eum necesse est esse constantem: qui autem constans, quietum: qui quietus, perturbatione omni vacuum: ergo etiam aegritudine: et sunt illa sapientis: aberit igitur a sapiente aegritudo.

Itaque non inscite Heracleotes Dionysius ad ea dispu- 9

Graecos eodem modo hominem *nequam* dicere *οὐδέν*, laudatque Or. §. 77. ubi est *eum nihil hominis esse*, itemque IV. 74. *quam nihil sit omnino*, pro Sextio c. 53. *eum nihil putaret*, ad Qu. Fratr. I. 2. 14. Augustin. de Vita Beata c. 8. p. 301. ed. Benedict. *ipsam nequitiam — — ex eo quod nequidquam sit, id est ex eo, quod nihil sit, veteres dictam esse voluerunt.* Sed locus ex §. 77. laudatus nihil probat, quia ibi ne stare quidem posset *nihili*, cum dicat *nihil hominis*, et aliâ sententiâ dicitur. Non enim probaverat Alcibiadi Socrates eum esse hominem nequam, quod dixisset *nihili hominem*: sed eum esse minime tanti aestimandum, quanti ipse se aestimaret, nec maioris, quam quilibet de plebe. Altero vero Tuscc. loco IV. 35. 74. *quam nihil sit omnino* uti non possumus, quia ibi ipse Cod. Reg. habet *nihili*, et, si quam maxime ibi serves *nihil*, de re sermo est, quae quasi non sit, non de homine. Locis vero Or. pro Sext. et ad Qu. Fratr. nihil probatur, quia priore loco est *bonorum iudicium nihil putaret*, ubi item Hotom. volebat *nihili*, posteriore item inter *nihil* et *nihili* fluctuat oratio: quamquam legendum ibi *nihil*, sed ex totius loci indole patet, praesertim addito *iam*, non esse ibi *nihil* pro *nequam*, quod probandum fuit. Legitur enim ibi: *parvi enim pretii est, qui iam nihil sit.* Nec tamen contendo de homine dici non posse, eum *nihil* esse: illud volo, nostro loco et in hac etymologica hominis *nequam* explicatione, *nihili* et ferri posse et debere. Ceterum legitur *nihil idem*, ut in Vind. 1., in Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Gud. 2. omittit *idem*. *Mr.*

Qui sit frugi igitur] Codd. Gud. 2. Aug. tres Oxx. *quid* pro *qui*. Gud. 2. omittit *igitur*. Pro *si mavis* est *si magis* in uno Ox. et Mon. 1. Edd. P. B. Ven. nostr. Asc. 2. *sit magis* in Marb. *si maius* in Duisb., *si magnis* in Ed. A. Pergit Rehd. *temperatus et moderatus.* Formulae *necesse est esse* plura exempla vid. ap. Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 28. 77. p. 517. Cod. Gud. 1. a pr. m. *est constantem*, omisso *esse*, Aug. *necesse esse et const.* Mox unus Ox. *quietus* cum Mon. 2. pro *quietum*. Post *quietus* Gud. addit *est*. Pergit Vind. 1. cum Gud. 2. *omni perturbatione:* posterior habet *vacuus* cum Vind. 2. In marg. Ed. HWolfii est lectio *at sunt* pro *et sunt*, nescio unde. Fortasse est coniectura ipsius Wolfii, qui syllogismi formam manifestiorem desideraret. Recte monet Kühnerus *ei* h. l. esse i. q. *et profecto* laudato Goerenzio ad Cic. de Legg. II. 3. 7. p. 114. et III. 10. 24. Add. nos ad Cic. de Fato 12. p. 614. ibiq. laudd. Duo Oxx. omittunt *igitur*, eius loco Vind. 1. et Aug. habent *ergo:* scilicet ut rite absolvatur syllogismus. *Mr.*

c. 9. *Itaque non inscite Heracleotes Dionysius*] Unus Ox. *insciente*, alius *inscie*, Gud. 1. *insite*, Gud. 2. *Itaque non nō iuste.* Unus Ox. et Vind. 1. *Heracleontes*, Vind. 2. *Heracleuntes.* Marb. *Eracleotes dionisius.* De hoc Dionysio vid. supra II. 25. 60. II. 11. 26. Nisi forte cum Schützio hic Heracleotes, qui Zenonis Cittiei fuit discipulus, propterque oculorum dolorem a Stoicis descivit ad Cyrenaicos, unde *μεταθέμενος* dictus est, distinguendus est a Dionysio Stoico, Ciceronis aequali, qui versus orationi admiscebat, nullo dilectu. Cf. de Dionysio Heracleota Acadd. II. 22. de Finn. V. 31. ad quem locum vide nunc Ottonem p. 367. ibiq. laudd. *Mr.*

tat, quae apud Homerum Achilles queritur, hoc, ut opinor, modo,

Corque meum penitus turgescit tristibus iris,
Quum decore atque omni me orbatum laude recordor:

19. Num manus affecta recte est, quum in tumore est? aut num aliud quodpiam membrum, tumidum ac turgidum, non vitiose

---

ad ea disputat,] Ad loci structuram laudat Kühnerus Ruhnk. ad Terent. Andr. Prolog. v. 15. Adde Handii Tursellinum p. 110. Pro *queritur* est *quaeritur* in Cod. Mon. 2. Vocem *ut* omittit Cod. Duisb. Eius loco unus Ox. habet *vero*. Quaerit Wolfius in scholis, utrum verba *hoc, ut opinor, modo* referenda sint ad *queritur*, an ad *disputat*. Posterius si velit, versus ipsos appositos esse quasi sententiam quandam ipsius rei tractationi praepositam. Fortasse autem ista verba addidit, ad excusandam quasi suam conversionem minus accuratam, certe liberiorem, cum illud *tristibus iris* ab Homeri versibus absit. Pro *Corque* Ed. P. habet *cor:* unus Ox. omittit *penitus*. In Cod. Marb. desunt omnia inter *tristibus* et verba *vacat vitio* §. 19. *Mr.*

Corque meum penitus] Graece:

Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὅππot' ἐκείνου
Μνήσομαι, ὅς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν.

Exstat Iliad. IX. 646. sq. Pariter θυμὸν ἀνοιδέειν dixit Herodotus lib. VII. cap. 39. *D.*

num — tumore est] Cod. Gud. 2. *non* pro *num*. Unus Ox. et Aug. itemque Gud. 1. a pr. m. *recta*, Rehd. habet *recte ea est, que in*. Duisb. *affecta rem recte tenet, quum*. Gud. 2. *cum timore est*. Ad v. *tumor* cf. quae congessit Menken. Obss. L. L. p. 987. sq. Ad v. *inflatus* et *tumens* vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. IV. p. 100. *Mr.*

aut num aliquod quopiam membrum] „Hic ipse locus in tumore et vitio est, manumque medicam desiderat.“ Quis autem non putet, persanandum hoc curationis genere esse, ut *aliud quodpiam membrum* reponamus? Et quidem si quid refert, in chirographis ita extare quibusdam affirmo.“ *Turnebus* Adversarr. XXVII. 6. p. 89.

aliquod quippiam] „Ita quinque Pall. Gulielmius pro *aliquod* malebat *aliud*. Laudo ego magis scripturam Pal. quart. *num aliquod quippiam membrorum tumidum.*“ *Gebhard.* „In qua varietate non paulo eruditius decidit pater in notis ad Livium XLI. 6. [v. pag. 722. Ed. Gron.] restituendo *aliquodpiam*, quod vocabulum illic pluribus exemplis firmat, et quum me in Codicibus scriptis Quintiliani idem vidisse meminerim, ubi hodieque corruptum in editis legitur, non fui cunctatus nunc hoc loco reponere.“ *Gronov.* „Lamb. *aut num quod membrum*, al. *num quoppiam membrum.*“ *Gothofr.*

Aliud quodpiam *membrum*] Vulgo *aliquod quippiam*, et ita fere Mssti; unde J. Fr. Gronovius ad Livii XLI, 6. facit *aliquodpiam*. Probo tamen, vel *aliud quippiam*, quae est Jani Gulielmii coniectura, vel *aliud quodpiam*: sic enim in nonnullis Codicibus exarari testatur Hadr. Turnebus Advers. XXVI, 6. *D.*

aliquodpiam] „Cod. Reg. simpliciter *aliquod membrum*. Leidensis unus *aut non aliquid quod*. Alii: *num aliud quodpiam*, ed. mea vetus: *aliud quidpiam*. Tertiam equidem praefero rationem.“ *Bouhier.*

aliquodpiam] „Est e correctione J. F. Gronovii: vulgo erat: *aliquod quippiam*. Guilielmius corrigebat *aliud quippiam*. Turnebus in MSS. reperit *aliud quodpiam*, quod Dav. recepit. Sic *aliquodpiam* accipiendum, si est a Cicerone. Nam et *aliquis* saepe dicitur pro

se habet? Sic igitur inflatus et tumens animus in vitio est: sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet: at iratus animus eius-

---

alius quis, v. Clav. in *aliquis*. unde et probari possit lectio MS. Leid. qui habet tantum *aliquod*." *Ern.* „In voce *aliquodpiam* Codd. mire dissentiunt. Nec errare eum putem, qui vocem eiiciat, qua carere possimus. Nam *aut* saepe sic dicitur, ut vel a re singula ad omnes eius generis, vel ab omnibus ad quosdam transitum faciat." *Nissen.* Probavit *aliquodpiam* Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 6. 16. Sed fortasse non probavisset, si inspexisset libros MSS. Ex nullo enim certo eoque probo libro illud videtur a Gronovio receptum: neque post Gronovium aliquis recepit praeter Ern., ipse, ut vides, subdubitans. Placebat tamen etiam Ruhnkenio ad Rutil. Lupum p. 187. dici *aliquispiam*: sed neminem ipse nisi Gronovium laudavit ad Liv. XLI. 6. supra a filio ipsius laudatum. Vid. modo Forcellinum s. v. *aliquispiam*. p. 134 sq. Ed. Germ., nos ad Cic. de Div. II. 50. p. 478. O. M. Müller. ad Cic. pro Sextio 29. 63. p. 89. Ceterum nostri quoque libri admodum variant. Duo Oxx. *non aliquod quidpiam*, duo alii *num aliquod quidpiam*: duo alii *num aliquidpiam*, unus *num aliquod quodpiam*. Bern. *num aliquod* (in marg. a 2. m. *aliud*) *quippiam* et sic Aug., Mon. 1. 2. *non aliquod quippiam*. Duisb. *unde aliquod quippiam*, Rehd. *non aliquodpiam*, supra lin. ut Mon.; Gud. *num aliqd' qdpiam*. Gud. 1. *num aliqot quippiam*, Gud. 2. *n̄. aliquod quippiam* Vind. 1. ut marg. Bern. et nos. Ed. P. *num aliquid quippiam*. Edd. Car. Steph. Lambb. Goth. Boul. Brut. Ald. Sturm. Leod. Sylb. M. marg. Crat. *num aliquod quoppiam*. Edd. A. B. S. C. *num quippiam*. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. E. L. Fr. Fabr. *num quoppiam*. Junt. *num aliquod quippiam*, cum V. Rob. Steph. Quid Regio tribuat Bouhierius, supra posui: nostra collatio tacet. Nobiscum faciunt, praeter duos Codd. laudatos, Edd. Dav. Lall. Oliv. FAWolf. sqq. Pro *tumidum* Ed. P. *timidum*. Pergunt Codd. unus Ox. Rehd. Gud. Duisb. *aut* pro *ac*. Unus Ox. omittit *igitur*. Pro seq. *et* Gud. 2. habet *ac*. In Duisb. est *inflatus animus et tumens*. *Mr.*

animus in vitio est] De hac constructione, quam improbat Heinrich. ad Cic. de Rep. I. 28. p. 182., probat Or. ad nostrum locum, v. nos ad Cic. de Rep. I. 28. p. 116. ubi contuli Tusc. IV. 31. 66: *Eodem enim vitio est effusio animi in laetitia, quo in dolore contractio*. Hoc autem loco Ern. corrigi volebat *in vitio*, idemque volebat Beier. ad Cic. de Off. I. 29. p. 227. plura eiusdem structurae exempla laudans, nec vero praepositionem ante relativum repetendam cum Or. requirens: cuius usus item exempla affert p. 123. et 238. Add. Creuzer. ad Cic. de Legg. III. 15. p. 730. Davis. ad eund. locum et nos p. 445. ibiq. laudd. *Mr.*

sapientis autem animus semper vacat vitio] Vocem *autem* omittunt Codd. Mon. 1. Gud. 2. Ed. P. Post *animus* in Cod. Vind. 1. glossa *nunquam est in vitio* veram extrusit scriptoris manum. Duisb. exhibet *vitio vacat*. Ad v. *nunquam turgescit* excidisse videri ait Ern. *ergo* vel *igitur*. Verba *nunquam tumet* a Pal. sec. abesse ait Gebh. Pro seq. *at* unus Ox. Mon. 1. 2. habet *aut*, Rehd. *atque*. *Mr.*

at iratus animus] „Laudo Vaticani Cod. lectionem *at irati animus*." *Gebh.*

At iratus *animus*] Forsan ex Msto Vatic. leg. *irati*: nam *sapientis animus* praecessit. *D.*

irati animus] „Ita MS. Vat. bene, nam ante est *sapientis animus*." *Ern.* „Sine causa, opinor, correxit Ern. Nam 7, 15 *conturba-*

b. modi est: nunquam igitur sapiens irascitur. Nam si irascitur, etiam concupiscit: proprium est enim irati cupere, a quo laesus videatur, ei quam maximum dolorem inurere: qui autem id concupierit, eum necesse est, si id consecutus sit, magno opere laetari: ex quo fit, ut alieno malo gaudeat: quod quoniam non cadit in sapientem, ne ut irascatur quidem cadit: sin autem caderet in sapientem
20. aegritudo, caderet etiam iracundia: qua quoniam vacat, aegritudine etiam vacabit. Etenim si sapiens in aegritudinem incidere posset; posset etiam in misericordiam, posset in invidentiam. Non dixi *invidiam*, quae tum est, quum in-

---

tus animus opponitur *sapientis animo.*" Rectè. Vereque monet Kühn. recte quidem dici *iratus animus*, non item *sapiens animus*. Ernestum praeter Bip. nemo secutus est. Post *sapiens* Cod. Rehd. omittit *irascitur*: idem cum Gud. 2. post *nam si* inserit glossam *sapiens*. Unus Ox. omittit *etiam*, cuius vocis loco Mon. 1. habet *et*. Gud. omittit *enim*. Rehd. habet *proprium enim irati est*. Mox Vind. 1. *a quo laesus est*. Mon. 1. *eique* pro *ei quam*. Duisb. omittit *ei*. *Mr.*

inurere] Pal. tert. *innuere* cum Mon. 1; duo Oxx. *imminere*, unus *ingerere*, Vind. 1. *iniicere*, Vind. 2. ut duo illi Oxx. sed in marg. al. *inurere*. Aug. omittit hoc verbum. Pergit Mon. 1. *quid autem*. Aug. *si autem*. Gud. *cupierit*, duo Oxx. *id concupiscit*. Gud. 1. a pr. m. *sit* pro *si id*, errore ex scriptione sID orto. Mox in Mon. 1. legitur *in alieno* pro *ut alieno*. Gud. 2. *gaudeat malo*. *Quod* omittit unus Ox. *Mr.*

ne ut irascatur quidem cadit:] Tres Codd. Oxx. Mon. 1. 2. Gud. Ed. P. *nec ut*. Pro *cadit* Dav. in Ed. 2. dedit *cadet*, ut est in Vind. 1. Unus Ox. omittit hoc verbum. Pro *sin* ante Gebh. edebatur *si*, ut habent Codd. Vind. 1. 2. *Mr.*

Sin autem caderet] „*Autem* posset abesse. Davis. edidit *si* [fortasse in Ed. 1. nam sequentes habent *sin*, quod se dedisse consulto ait in Ed. 2. sine dubio ex Cod. Reg.] Sed et alia huius formae exempla sunt apud Ciceronem et alios. Itaque non correxi *si*, etsi sic et MS. Guelf." *Ern.* De formula *sin autem* vid. C. J. Grysar. Theorie des Lat. Styls p. 590. Tursellin. de Particull. p. 929. 87. Beier. ad Cic. de Off. II. 2. 6. p. 16. Mox Mon. 1. *cadit etiam iracundia*. In seqq. Duisb. *etiam aegritudine vacat*. In seqq. Gud. 1. *in aegritudine incidere*. Ablativum habent etiam duo Oxx. Iidem *cadere* cum Vind. 1. Duisb. Edd. A. B. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. In Aug. est *incidere possit*. Sequens *posset* omittit Cod. Gud. cum duobus Oxx. Hi habent *etiam et*, unus Ox. omittit *etiam*. *Mr.*

in misericordiam] „Quam inter animi perturbationes ac vitia quoque numerant Stoici, atque ideo non posse cadere in sapientem affrmant. Et Seneca: *Vitium*, inquit, *animi est misericordia: nec miserebitur sapiens, sed succurret* etc." *Jan. Pagninus*. Vid. Senecam de Clement. II. c. 4. 5. 6. Scribitur *in miseriam* in Cod. Vind. 2; *in iram* in Codd. Mon. 1. et Aug. Nesciebant nimirum librarii vel correctores *misericordiam* hic in vitiis poni Stoicorum more: inde succurrere volebant Ciceroni. Sequitur in duobus Oxx. Mon. 1. Gud. *posset etiam in*, in Vind. 1. *posset et in*, unus Ox. habet *et in*, omisso *posset*. Gud. pro *invidentiam* habet *invidiam*. Unus Ox. omittit *in*. *Mr.*

Non dixi invidiam] Vulgo *in invidiam*, nec aliter Nonius. At Reg. Pithoean. aliique Codices illam *praepositionem* nesciunt. *D.*

Non dixi invidiam] „*In invidiam* habent duo Codd. Leidd. mea

videtur: ab *invidendo* autem *invidentia* recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen *invidiae;* quod verbum ductum est a *nimis intuendo* fortunam alterius, ut est in Melanippa:

Ed. vet. et pleraeque aliae. Quas cum secutus esset Dav. in ed. 1., in sequentibus delevit *in*, quod omittunt aliquot Codd. in his Reg. et unus Leid. Quum vero *in* sit apud Nonium Marcellum, *in* servatum malim." *Bouhier.* „Delevi *in* cum Davisio, nec id habet MS. Guelf. nam de solo verbo loquitur." *Ern.* „Vulgatum *in invidiam* ne quis dixerit esse falsum. *In* autem excidere facilius potuit, quam intrudi." *Nissen.* Rectius Ern. Et abest *in* a septem Oxx. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. 2. Dav. seqq. *Mr.*

Quae tum est cum invidetur] Sic Codices et Nonius in *Invidia.* Nihilo tamen minus res ipsa postulat ut legamus *quae* et *tum est cum invidetur*, prout emendavit Cl. Bentleius; aut *quae* item *est cum invidetur.* Hac de caussa *invidiam* paullo post *ambiguum nomen* vocat: et *invidia non in eo qui invidet solum dicitur, sed etiam in eo cui invidetur*, quemadmodum loquitur infra IV, 7. *D.*

quae tum est, quum invidetur,] „Recte Dav. post Bentleium animadvertit deesse hic nonnihil. *Invidia* enim non minus de eo dicitur, qui invidet, quam cui invidetur. Quare ambiguum esse ait nomen invidiae. Quare fieri nequit, ut nonnisi posteriorem ei voci dare voluerit significationem. Bentleius correxit *quae et tum est*, vel *quae item est.* Ego velim: *quae etiam est, quum invidetur.*" *Bouhier.* „In *quae tum est* putavere viri docti deesse *et* vel *etiam*. frustra. *invidia* est de actu: *invidentia* est de vitio." *Ern.* „Assentior Davisio et Bouhierio, quamvis vulgatam satis speciose defendat Ernestus. Nam primum id discrimen non effecit, ut invidiae verbum Cicero vitaret, nam misericordia et aegritudo utroque modo dicuntur. Deinde e IV. 7. 16. satis elucet, quam ob rem *invidiam* Cicero dicere nolit: scilicet quod invidia etiam in eo dicatur, cui invideatur. Atque ex hoc loco eum, qui in manibus est, verissime sic rescribendum putem: *invidiam, quae etiam in eo est, cui invidetur.*" *Nissen.* Perperam Schz. refert Bouhierium coniecisse *etiam tum.* Ceterum eius coniecturam *etiam* recepit FAWolf. et post eum Koel. Libri in *tum* consentiunt, nisi quod Gud. 1. habet *cum*, Gud. et Duisb. *tñ*. Recte Or. „Sensus est, ait, quo vocabulo *tum* rectius utare, quum alicui ab aliis invidetur, quam quum tu ipse alteri invideas; quae est potius *invidentia.*" Pergit Gud. *dum invidetur.* Vind. 1. 2. (hic in marg.) habent post haec *ab invidente*, Mon. 2. a pr. m. *ab intuendo.* Gud. *enim* pro *autem.* Tum Duisb. *recte invidentia.* Gud. 1. a pr. m. *rectae.* Mon. 1. omittit *dici.* Rehd. habet *ut effugiam.* Vind. 2. *invidiae nomen.* Habent *dictum est* aliquot Oxx. Marb. Gud., unus Ox. *indictum est. Mr.*

a nimis intuendo] „Bentleius, quamquam dubitanter, corrigit *limis.* Quam ego coniecturam ingeniosam tamen non receperim. De vulgatae lectionis veritate nemo dubitabit, qui reputaverit veteres existimasse, ex oculorum obtutu exire quasdam quasi vel amoris vel odii sagittas, quarum viribus resisti nequeat. Posterioris generis obtutus appellabant *fascinationes.* Vid. Plutarch. Sympos. V. 7. p. 681. Mich. Psellus de Omnifar. Doctrina c. 82. quem edidit J. A. Fabricius ad calc. Bibl. Gr. T. V. [ubi v. pag. 128.] Bisciola Horar. Subseciv. T. II. Lib. 3. c. 6. [p. 224 — 232.] Maillet. in Descript. de l'Egypte P. II. p. 113. ubi docet vir doctus, hodie quoque istam in Aegypto locum habere superstitionem. Graecis fuit admodum familiaris, iique

Quisnam florem liberûm invidit meûm?

utebantur verbo eodem, *βασκαίνω*, ut significarent *obtutu occido*. Latinis item fuit frequens. Sic Catullus Epigr. V. *ne quis malus invidere possit* i. e. fascinare: proximo item Attii versu *invidit* est i. q. fascinavit, ut recte intellexit Sanctius Minerv. III. 3. Sed longiore opus esse credebant obtutu, si quis fascinando nocere vellet, quod docet Plinius Hist. Nat. VII. 2: *Esse in Triballis et Illyriis, qui visu quoque effascinent interimantque, quos diutius intueantur.* Habes explicationem verbi *invidere*, eo magis probabilem, quod praepositio *in* in verbis habet augendi vim." *Bouhierius.* Recte ille. Neque probavit Bentleii coniecturam FAWolfius in scholis. Pro *intuendo* unus Ox. male *videndo*. Pro *a nimis* Cod. Aug. *animis*. Gud., postquam recte *a nimis* dedit, addit *aïs*, quod est compendium vocis *animis:* quo facto recta et prava lectio iuxta positae in contextu comparent. *Mr.*

Menalippo] „Legere malim *Menalippa*. Est enim fabulae nomen, ductum a Menalippa, de qua in vinculis conjecta ac Metapontum deportata et eius nato, nomine Booto multa fabulantur. quod et Strabo memorat in sexto Geographiae. De hac dixit poëta Asius: *Bootum speciosa Menalippa in Dei regia peperit.* M. Varro in secundo de re rustica ait, bovem servasse filios Neptuni e Menalippa, ne in stabulo infantes grex boum obtereret. De hac Menalippa, cuius nomine compositae sunt fabulae, intellexit Iuvenalis, cum ait: *Syrma vel Antigones seu personam Menalippes.* Fuit altera Menalippa Amazonum regina, quam vicit Hercules eique ablato balteo salutem dedit; cuius Diodorus et Trogus meminerunt. Menalippus autem ille Tydei interfector notus est, cui caput ante obitum corrosit Tydeus rabie: qui apud Statium ita vociferatur: *Caput O mihi si quis Apportet Menalippe tuum.* Sed non hic plane dignus videtur cuius nomine fabula scriberetur. Fuit alter Menalippus, Tydei frater: quem Tydeus in venatu fertur peremisse, ob idque fratricidium exulasse. Igitur in Menalippa fabula graeca erat hic versus, quem in Latinum vertit Accius poeta tragicus: *Quisnam florem liberûm invidit meûm.* Quo versu, ut coniectatorie suspicari possumus, Menalippa inducebatur aerumnas suas eiulans et de filiorum sorte conquerens, qui paene obtriti sunt in stabulo a boum grege. Sensus sic ordinatur ex persona Menalippes per interrogationem conquestionemque: quis invidit flori filiorum meorum? *meûm* enim *liberûm* pro *meorum liberorum* antiqua locutione dictum accipe: sicut *invidit florem* scriptor e vetustate coniunxit cum accusativo potius, quam cum dativo: quod rectius esse sentit Cicero. nam sicut *videre* cum accus. iungitur, ita *invidere*, quod *valde videre* significat, scite cum eodem casu copulatur. Subscribit huic rei Quintilianus: qui notat veteres dixisse *invidere hanc rem* et *adulari hunc.* Quintiliani verba ex lib. 9. [3.] subieci, quae sunt haec: *Huic rei invidere non ut veteres omnes, et Cicero praecipue, hanc rem*, et *incumbere illi, non in illum, et plenum vino non vini, et huic non hunc adulari iam dicitur:* et multa alia." *Beroaldus.* „*Menalippo* habent libri MSS. omnes. Sunt tamen, qui velint *Melanippo*, ad formam nominis graeci, unde sumptum est nomen. Sed illam scriptionem cum habeant omnes scriptores Latini, qui id nomen in suis libris posuerunt, (vid. modo Muncker. ad Hygin. Fab. 186. [p. 308. ed. van Staveren.] Justin. II. 4. Festum et Nonium Marcellum, qui saepe laudant tragoedias Ennii, Accii etc. hoc nomine inscriptas,) suspicari licet Latinos mutasse scriptionem nominis, ut *bardus* scripserunt pro *βραδύς*, et complura alia vocabula.

male Latine videtur, sed praeclare Attius: ut enim *videre*,

Quid? quod reperio *Μεναλίππη* in nonnullis scriptoribus Graecis, ut Theophilo ad Autolyc. p. 85. ed. 1636. Aristot. Poët. c. 15. [sed ibi dudum editur *Μελανίππης* vid. ib. Hermann. p. 151.] Historia autem Menalippae, quam refert Hygin. l. c. mihi facit suspicionem legendum esse cum aliis *in Menalippa*; ea videlicet hoc loco lugere videtur liberos suos, quos exstinctos putabat." *Bouhier.* „Beroaldus *in Menalippa* sine causa mavult. Scripsit enim *Menalippum* L. Attius, ut Nonii Festi et aliorum testimoniis constat." *Fr. Fabric.* Eadem est sententia Davisii in Ed. 1. et Ernesti. *Mr.*

Ut est in Melanippo] Sic Reg. et Pithoean. Vulgo *Menalippo*, sed prorsus adversatur linguae Graecae ratio. Hanc Accii fabulam saepe laudant Festus et Nonius. Quodnam fuerit eius argumentum, divinando assequi conatus est G. J. Vossius ad Fragm. Tragic. pag. 163. *D.*

Florem quisnam — invidit —] „Valet fortasse *malo oculo limavit et effascinavit* et invidia laesit. nam a nimium intuendo invidere dictum ait. Qui autem invido et fascinante oculo nocent, maligne nimisque intuentur." *Turnebus* Adv. 27. 6. p. 89. — *Florem — male Latine videtur, sed praeclare Attius*] „Imo praeclare. da veniam M. Tulli. Nec enim quid sit Attio *invidere* satis videris assecutus. Non est etenim, ut tu vis, valde et uno haerentem obtutu inspicere aliquid, sed fascinare, ut Maro dixit: *Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos*; hoc enim est *quis invidet agnos*. Itaque *invidere aliquid* et *invideri ab aliquo* Latine dicitur. Ut Q. Horatius, non tamen pro fascino, in Arte poet. 55. — *ego cur, acquirere pauca Si possum, invideor?* Catullus autem cum dixisset Epigr. V. *Conturbabimus illa, ne sciamus Aut ne quis malus invidere possit*; mox Epigr. VII. sic repetit: *quae nec pernumerare curiosi Possint, nec mala fascinare lingua*. An id ergo Cicero ignoravit? Potest cuivis hoc nostrum in lingua vernacula, ut vocum quarundam origines ignoret, usu venire." *Schottus* Nod. Cic. IV. 27. p. 388. Add. Marantae Luculiann. Quaestionn. p. 417. qui existimabat Attium ideo accusandi casu pro dandi casu esse usum, ut elatius sonaret versus. *Mr.*

in Melanippa] „Sic marg. Bern. Wolf. *Menalippo* Codd. plerique Edd. P. A. C. V. M. L. Gebh. Lall. Ern. *Melanippo* Bern. unus Ox. [duo sunt, qui habent *Melaenippo*]. *Menalippa* B. S. E. Bouh. controversa res ubique; v. c. apud Varronem L. L. VI. p. 347. Spengel. Festum Dacierii p. 285. cf. Bothe Poët. Scen. p. 56. et 217. Beierus quoque ad Cic. de Off. I. §. 114. ex Gud. correxit *Melanippa*. Acriter defendit lectionem Nonii *in Melanippo* Cordesius in: Zusätze z. Eberhardt. p. 52." *Orell.* Habent *Menalippa*. Cod. Marb. Edd. Junt. Asc. 1. 2. Sturm. *Melanippo* Gud. 1. Mon. 2; *Melanippe* Gud., *Melanippa* post Dav. FAWolf. seqq. Reliqui *Menalippo*. *Mr.*

Quisnam florem liberûm invidit meûm] Integer exstat Trochaicus apud Nonium cap. IX. Invidit illam rem pro *illa re*, Accius Melanippo:

Unde aut quis mortális florem liberûm invidit meûm.

Vide Sanctium Min. lib. III. cap. 3. J. Fr. Gronovium ad Taciti Ann. I, 22. et Intt. ad Quinctiliani IX, 3. *D.*

Quisnam florem] Edd. ante Gebh. *Florem quisnam*. Gud. 1. habet a pr. m. *quasnam*. Gud. 2. omittit *liberum*. Mon. 1. habet *incidit*. De constructione *florem invidit* vid. *Wüllner*. Die sprachlichen

sic *invidere florem* rectius, quam *flori*. Nos consuetudine prohibemur: poeta ius suum tenuit, et dixit audacius.

10 Cadit igitur in eundem et misereri et invidere: nam
21. qui dolet rebus alicuius adversis, idem alicuius etiam secun-

---

Casus u. Modi p. 89. *Ruddimann.* Inst. L. L. II. p. 144. Kritz. ad Sall. Cat. 57. 38. p. 298. *Mr.*

Male latine videtur] „Non vituperat Accium in translatione: sed indicat in versu graeco fuisse verba quaedam non translatitia, quae in latinum versa non retinent elegantiam Graecae facundiae.“ *Beroaldus. Male latine vertitur*] „In Venetis *videtur*, et probatur hoc quibusdam, cum Latini poetae testimonium hoc sit. Etiamsi autem non possum affirmare, quid Latinus poeta hoc modo vertisse videatur, non ausim tamen illam priorem et nostrorum librorum scripturam reiicere. Graeci autem certe ita φθονῶ σοι τούτου τοῦ πράγματος Iliad. δ. τάων οὔτι ἐγὼ πρόσθ' ἵσταμαι, οὔτι μεγαίρω. Nam et hoc significat φθονῶ, et Herodot. Polymn. τοῦ τε αὐτυχέων φθονέουσι. *Invidiam* autem esse ait, *cum invidetur*. Itaque et in invidia esse aliquis et laborare invidia dicitur. Etsi et in his ea intelligi potest, quam nominat Cicero *invidentiam*. Sed ipse ambiguitatis vitandae gratia *invidentiam* fecit, ut intelligentiam, sapientiam, providentiam.“ *Camerarius.* „Ad *male Latine* intellige *dixisse*.“ *Ern.* „i. e. ex latina consuetudine male dictum videtur. Conf. Tacit. Annal. I. 22.“ *FAWolf.* Scribitur *vertitur* in tribus Oxx. Edd. P. C. Junt. Asc. 2. (sed haec in marg. ut nos). Pro *Attius* est *Accius* in septem Oxx. Marb. Gud. 1. Aug. Edd. E. C. V. Leod. Rob., Steph., Asc. 2. Gebh. Verb. Dav. Ern. Oliv. Lall.; *Actius* in reliquis, exceptis Lamb. Brut. Sylb. FAWolf. seqq. in quibus est *Attius*: unus Ox. habet *aptius*. *Mr.*

sic invidere florem] Ad v. *invidere* Or. laudat Corayum ad Theophr. p. 260, qui ita: *En Grèce la partie du peuple la moins instruite croit encore aujourd'hui que le regard d'un envieux peut nuire physiquement par certains effluves, qui partent comme des traits de ses yeux et qui vont frapper l'objet de son envie. Est-ce un bel arbre qu'on regarde des yeux jaloux? Il ne tardera pas à se dessécher. Est-ce un animal? Il doit périr. Est-ce un homme, mais surtout un enfant? Il commencera par languir et finira par être la victime de l'envie.* — Cod. Reg. *flore* pro *florem*, et sic Gud. etiam 1. Post *flori* Edd. (excepta P.) ante Grut. addebant *dicitur*, quam glossam habent etiam aliquot Oxx. et Vind. 1. Pro *ius suum* unus Ox. *iussum*, facili lapsu. C. D. Beckio in Comm. I. de Glossematis p. 13. verba *ut enim — flori* glossa esse videntur, haud immerito. *Mr.*

et dixit audacius] Haec verba cum ab uno Cod. Leid. abesse vidisset, glossam esse existimavit. Unus Ox. habet *dicit*. Ad sententiam monet Wolf. in scholis, non audacius dixisse Attium, sed ex more seculi sui. *Mr.*

c. 10. *Et misereri et invidere:*] Inverso ordine est *et invidere et misereri* in Codd. Vind. 1. Rehd. Edd. P. A. B. C. V. Junt. Ven., nostr. Asc. 1. 2. *Mr.*

qui dolet rebus alicuius adversis] Dav. in Ed. 2. *qui dolere — secundis solet*. Ern. edidit *qui dolet — secundis solet*, hac annot. addita: „Primum pro *dolet* Davisius *dolere*, quod sequenti *solet* bene convenit: pro *solet* etiam quidam libri, ut Guelf., *dolet*: quod non placet. nam et paulo post est eadem forma. Sed alterum *alicuius* abesse malim.“ Defendit hanc vocem Nissen. dicens: „nempe eius, qui huic adversetur, cuius adversis rebus doleat.“ Post *adversis* in

dis dolet: ut Theophrastus interitum deplorans Callistheni sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur: itaque dicit Callisthenem incidisse in hominem summa potentia summa-

---

Cod. Mon. 2. sequitur glossa: *misericors est; qui dolet alicuius secundis, tumidus est. idem etiam alicuius secundis dolet.* Duisb. omittit *idem*. Gud. omittit *etiam* et *dolet*. Rehd. et Mon. 1. post *idem* habent *etiam alicuius*. Aug. et Vind. 1. *idem dolet alicuius etiam secundis. Mr.*

idem alicuius etiam secundis solet] „Recepi Victorii lectionem, etiam a Pal. tert. redhibitam. Vulgo *dolet*. Si mei res iuris esset, *idem* quoque ex Fabr. auctoritate tollerem, et ex pr. Pal. sic digererem: *nam qui dolet rebus alicuius adversis, etiam alicuius secundis solet.*" *Gebhard.* „*Solet* habet unus Leid. sed duo reliqui et Reg. itemque mea Ed. vet. exhibent *dolet*. Posset videri suspectum hoc verbum cum tam paucis interiectis redeat. Sed videtur Cicero aliquid elegantiae posuisse in eiusmodi repetitionibus." *Bouh.*

Secundis dolet] Vulgo *solet*. Sed commodior videtur ea lectio quam praestant Eliens. tert. Bak. Balliol. Med. et veteres editi. *D.*

secundis dolet] *Solet* habet optimus noster Gud. 1. cuius in plerisque magna est auctoritas, itemque unus Ox. Alius Ox. pro *secundis* habet *sceleris*, alius omittit verba *idem alicuius etiam*. — *Solet* ex seqq. huc translatum esse contendit Bill. *Mr.*

Ut Theophrastus interitum deplorans Callisthenis] In libro cui titulus *Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους*. Vide Menagium ad Laertii V, 44. Quam vero mortem obierit Callisthenes, inter auctores non convenit. Arrianus Exped. lib. IV. cap. 14. *Καλλισθένην Ἀριστόβουλος μὲν λέγει δεδεμένον ἐν κέδαις ξυμπεριάγεσθαι τῇ στρατιᾷ, ἔπειτα νόσῳ τελευτῆσαι. Πτολεμαῖος δὲ Λάγου στρεβλωθέντα καὶ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν.* Diogenes Laertius V, 5. Callisthenes *ἐν σιδηρᾷ περιήγετο γαλεάγρᾳ, φθειριῶν καὶ ἀκόμιστος, καὶ τέλος λέοντι παραβληθείς, οὕτω κατέστρεψεν.* Plura veterum loca dabit Joan. Freinshemius ad Curtii lib. VIII. cap. VIII, 21. *D.*

interitum deplorans Callisthenis sodalis sui] De Callisthene, Olynthio, Aristotelis discipulo, Alexandri condiscipulo itemque Theophrasti multa congessit Beroaldus. Nobis sufficiat laudare Hoffmanni Lex. Univ. s. v. ibiq. laudd. Add. Schütz. Lex. Cic. h. v. Wyttenbach. ad Plutarch. T. II. p. 27. ed. Lips. Scripsi autem *Callistheni* pro *Callisthenis* cum Dav. in Ed. 2. Orell. Tbn. probante Kühnero, ex Codd. quos laudat Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 6, 16. p. 86. et nostro Gud. De ea Genitivi forma vid. fusius et accuratius disputantem K. L. Schneiderum in Gramm. Lat. II. (Formenl. 1.) p. 163—167. ibiq. laudd. De Theophrasto et Callisthene vid. etiam infra V. 9. 25. Plures Codd. (tres Oxx. noster Marb.) Callisthenis nomen simplici *l* scriptum exhibent. Pergit Cod. Rehd. *sui sodalis*: Gud. 2. *socii sui*: idem *alexandris* et *agitur*. Pro *dicit* unus Ox. *dixit. Mr.*

in hominem summa potentia] Cod. Rehd. habet *in hominem inci, disse*. Unus Ox. omittit *summa*, Gud. 2. *summa potentia*. Mon. 2. exhibet *summa patientia*, Duisb. et unus Ox. *summa audacia*: alius Ox. omittit substantivum. Monet in scholis FAWolfius nemimen hominem Latinum hic dicturum fuisse *summae potentiae*, quamvis (addit Or.) librarii eiusmodi Ablativos qualitatis saepissime in Genitivos mutent. Mox Ed. P. *rebus secundis quemadmodum*. In Cod. Gud. exciderunt verba *rebus secundis uti conv. Atque quemadmodum*. Duo Oxx. omittunt *uti conv.* usque ad *alt. reb. secundis*. Mon. 2. omittit *secundis*. Aug. habet *secundis rebus*. Vind. 2. *conveniret uti*. Unus Ox. *uti conveniunt*. Vind. 2. in seqq. *est aegritudo*. Pergit unus Ox.

que fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis uti conveniret. Atqui quemadmodum misericordia aegritudo est ex alterius rebus adversis: sic invidentia aegritudo est ex alterius rebus secundis. In quem igitur cadit misereri, in eundem etiam invidere. Non cadit autem invidere in
p. 195. a. sapientem: ergo ne misereri quidem. Quod si aegre ferre

---

de alterius. Aug. *ex rebus alterius adversis.* In Marb. exciderunt verba *adversis: sic inv. agr. est ex alt. rebus*: aberrante librarii oculo. Cod. Vind. 1. exhibet *ex rebus alterius secundis.* Gud. 2. habet *invidentia egri ex alterius.* Mox Marb. *igitur cadet.* Vind. 1. *in eum.* Duo Oxx. *in eundem cadit invidere*, ut *cadit* repetatur eodem modo, quo supra *dolet.* Quod videtur correctoris hunc locum illi, elegantiae scilicet adiuvandae causa, accommodantis. Post *non cadit* unus Ox. omittit *autem. Mr.*

ergo ne misereri quidem.] Sic et plurimi libri et optimi. Habet tamen Vind. 1. *ergo nec misereri,* omisso *quidem.* Nec desunt loci, quibus *nec* ponitur pro *ne-quidem:* cuius usus exempla vide laudata a Goerenzio in Indice ad Cic. de Finn. p. 678. Gud. 2. *omittit ne:* scribitur *nec-quidem* in uno Ox. et Rehd. De qua formula vid. nos ad Cic. de Div. I. 9. p. 42. I. 35. p. 175. I. 50. p. 248. ad Cic. de N. D. III. 26. 68. p. 219. ed. min. (in maiore enim minus accurate de ea re iudicavimus, fortasse ex Facciolati sententia:) ibiq. laudd. quibus add. Beier. ad Cic. de Off. III. 4. 17. p. 210. et censorem aliquem Jenensem (L. Z. 1821. Erg. Bl. 78. p. 240. Beier. ad Cic. de Off. I. 40. 159. p. 312. et ad Fragmm. Or. pro Tull. p. 31. *Mr.*

Quod si hoc aegre ferre sapiens soleret,] Pall. tert. quart. *quod si haec sapiens referre soleret.* quint. *quod si haec ferre sapiens soleret.*" *Gebh.* Ex ann. Ed. Dav. 1. haec addimus (dedit autem ibi Dav. idem quod Gebh.) „MS. Pet. *quod si aegre haec ferre.* — Norvic. *quod si haec referre*: quae quidem scriptura, licet vitiosa, verae tamen est proxima." Bouhierius: „Cod. Reg. et unus Leid. *quod si hoc aegre f.* Duo reliqui Leidd. *si hoc aegre referre,* ed. mea vet. *si aegre haec ferre.* Equidem cum Davisio facio, *quod si aegre ferre* corrigente." *Mr.*

Quod si aegre ferre] Vulgo, *quod si* hoc *aegre ferre.* Sed officit sensui pronomen; quare cum Bak. daret *hoc referre,* Eliens. vero sec. Pithoean. et Balliol. *haec referre,* nos veram lectionem non difficulter extudimus. Adspirationes enim vocibus aliquando perperam additas fuisse demonstravit Ianus Rutgersius Venus. Lect. cap. XIV. Quin et Librarios verba male divisisse, notum. Sic apud Iustinum Martyrem Orat. ad Graecos cap. 3. pro *τῷ ἐρωμένῳ αὐτὸν ΑΙΑΚΙΔΗΙ ΣΚΕΥΟΝΤΙ,* nos probabili coniectura rescribimus, *τῳ ἐρωμένῳ αὐτοῦ ΥΑΚΙΝΘΩΙ ΔΙΣΚΕΥΟΝΤΙ.* Hinc origo mendi satis patet. *D.*

Quod si aegre ferre sapiens soleret,] „Abest a duobus regiis vocula *hoc* post *quod si,* quam cum Davisio delevimus." *Lallem.* Eadem est sententia Ernesti, quam secuti sunt posteriores omnes. Videntur probam lectionem habere aliquot Oxx., habentque Edd. Sturm. Car. Steph. Boul. Brut. Sylb. et, Orellio teste, Lamb. In Asc. 1. est *quod si hoc ferre,* in Leod. *quod si quid aegre ferre*: quod est correctoris haud inepti. Reliquae Edd. habent, quod Gebh., idemque exhibent aliquot Oxx. Mon. 1. 2. Unus Ox. habet *Quid si haec aegre; alius quod si ferre,* duo *quod si haec aegre referre,* unus *quod si aegre ferre*: proxime ad veritatem Gud. Gud. 1. Duisb. *quod si haec referre.* Aug. *quod si haec aegre sapiens ferre.* Gud. 2. *quod si haec sapiens referre sapiens soleret.* Marb. *quod si aegre haec*

sapiens soleret, misereri etiam soleret. Abest ergo a sapiente aegritudo. Haec sic dicuntur a Stoicis concludun- 22.
turque contortius. Sed latius aliquanto dicenda sunt et diffusius: sententiis tamen utendum eorum potissimum, qui maxime forti et, ut ita dicam, virili utuntur ratione atque sententia. Nam Peripatetici, familiares nostri, quibus nihil

---

referre. Vind. 1. *quod si haec sapiens referre s.* Vind. 2. *quod si hoc referre.* Totus error inde ortus est, quod nesciebant librarii, *aegre ferre* idem esse quod *aegritudine affici.*

Haec si *dicuntur a Stoicis* — et *latius*] Vulgo, *haec* sic *dicuntur a Stoicis* — sed *latius.* Priorem mutationem ratam faciunt Reg. et Pithoean. Alteram excogitavit Cl. Bentleii solertia. *D.*

Haec sic dicuntur — Sed latius] Merito improbarunt Bentleianam correctionem Bouhierius et seqq. Sed Regium habere *si* pro *sic,* quod refert Dav., (quamvis collatio nostra taceat,) veri mihi fit simile, cum Gud. 1., Regio simillimus, idem exhibeat, cum quo consentit Gud. Post *Haec* unus Ox. addit *ergo.* Gud. post *concluduntur* omittit *que.* Ad v. *contortius,* quam explicat Beroaldus *implicatius, strictius, nodatius,* vid. Forcellin. Ed. Germ. h. v. et s. v. *contortio, contortulus* et *contortus.* Nostrum locum explicat: *concisa et vibrata oratione.* Turnebus Adversarr. XXVII. 6. p. 89: „quod breve, quod constrictum, quod collectum, quod compressum, quod Graeci plerumque συνεσταλμένον vocant: id ex eo esse apparet, quod subsequitur e vestigio: *sed latius aliquando dicenda sunt et diffusius.*" Add. Bardili in Hauffii Philol. I. 2. p. 33. *Mr.*

latius aliquanto dicenda sunt et diffusius:] *Aliquando* habent octo Oxx. Codd. Reg. Gud. 1. Mon. 1. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Sturm. In Cod. Mon. 2. scribitur *ac diffusius,* in Vind. 1. *atque diffusius,* in Vind. 2. *et effusius.* Tum Vind. 1. Aug. 1. *sententiis autem.* Pro *utendum* Aug. habet *dicendum est:* unus Ox. et Edd. vett. pleraeque exhibent *utendum est,* exceptis Vict. Rob. Steph. et Edd. inde a Gebh. In Vind. 2. et Rehd. scribitur *eorum utendum. Mr.*

eorum potissimum, qui —] Cod. Gud. *potissime.* In Gud. 2. desunt verba *qui maxime.* Pro *qui* Dav. in Ed. 2. *quia,* nulla plane ratione addita. Ern. autem „*Eorum,* scribit, intellige *Stoicorum:* eamque ob causam legendum videatur *quia,* ut edidit Dav. Sed non est necessarium: nam *qui* potest accipi pro *quia ii.*" Recte. Post *maxime* Gud. pergit *e forti.* Sequens *et* omittit unus Ox. alius habet *aut ut.* Mox Marb. et Gud. 2. *utantur.* In seqq. Cod. Duisb. *ratione atque prudentia vel sententia:* ubi vides librarium, cum se errasse vidisset, ne litura commacularet librum, veram lectionem addito *vel* adscripsisse, eoque scriptori consultum voluisse. *Mr.*

Peripatetici, familiares nostri —] Quos hic dicit familiares suos, ita laudat de Finn. V. 3: *Ex eorum scriptis et institutis cum omnis doctrina liberalis, omnis historia, omnis sermo elegans sumi potest; tum varietas est tanta artium, ut nemo sine eo instrumento ad ullam rem illustriorem satis ornatus possit accedere. Ab his oratores, ab his imperatores ac rerum publicarum principes exstiterunt. Ut ad minora veniam, mathematici, poetae, musici, medici denique, ex hac tanquam omnium artium officina profecti sunt.* Add. Kühnerum de Cic. in Philos. meritis p. 77. sq. — Pro *quibus* unus Ox. habet *qui. Nihil* saepius de personis dici, ubi exspectes *nemo,* recte monet FAWolfius in scholis. Addere poterat, hoc loco si *nemo* ter scriberetur pro *nihil,* defuturam esse Ciceronis elegantiam et urbanitatem. Verba *nihil gravius* desunt in Cod. Rehd. *Mr.*

est uberius, nihil eruditius, nihil gravius, mediocritates vel perturbationum vel morborum animi mihi non sane probant. Omne enim malum, etiam mediocre, malum est: nos autem id agimus, ut id in sapiente nullum sit omnino. Nam ut corpus, etiam si mediocriter aegrum est, sanum non est: sic in animo ista mediocritas caret sanitate. Itaque

---

mediocritates vel perturbationum] Fr. Fabric. ad h. l. *mediocritatem*, scribit, Lambinus cum aliis edidit: noster MS. *mediocritates*. Sic nominat, quas Peripatetici μεσότητας dicunt. Sic infra: *hic mihi afferunt mediocritates* [III. 31.] et in Lucullo [Acadd. II. 44. 135.] *mediocritates illi probant et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum.*" „Unus Leid. pro *mediocritates* habet *mediocritatem*. Utrumque probabile. Vid. Stob. Eclog. Phys. II. p. 191—193. Ed. Aurel. Allobr. 1609. f. m." *Bouhier.* „*Mediocritates* habent quatuor Pall. priores, Fab. Pith. Ed. Vict." *Gebh.* Legitur *mediocritatem* in Cod. Vind. 1. Edd. A. B. S. E. M. L. et nostra, exceptis Rob. Steph. Sturm. HWolf. et omnibus inde a Gebh. Quod vero Stoicos laudat, carpitque Peripateticos, in eo non semper sibi constat Cicero: siquidem de Off. I. 25. 89. scripsit: *nunquam iratus qui accedet ad poenam, mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et parum; quae placet Peripateticis: et recte placet, modo ne laudarent iracundiam, et dicerent utiliter a natura datam.* Quid? quod Stoicos alicubi a natura desciscere dixit. Contra Stoicos Lactantius Divin. Inst. VI. 15. *Stoici*, ait, *furiosi, qui eâ* [de affectibus loquitur] *non temperant, sed abscindunt, rebusque a natura insitis castrare hominem quodam modo volunt. Quod tale est, quale si velint aut metum detrahere cervis; aut venenum anguibus, aut iram feris, aut placiditatem pecudibus. Nam quae singula mutis animalibus data sunt, ea vero universa homini simul. — Homines prudentes non intelligunt cum vitio ex homine tollunt, etiam virtutem se tollere.* — Post *mediocr.* abest *vel* a Cod. Gud. Duo Oxx. habent *turbationum*, neglecto syllabae *per* compendio. Sequens *vel* omittit Duisb. et unus Ox. *Animi* abest a Cod. Gud. 2. *Mr.*

Omne enim malum, etiam mediocre, malum est] „Quamvis omnes ad unum Codd. exhibeant *magnum est*, miror tamen non offensos esse viros doctos sententiae absurditate. Quod enim mediocre est, magnum esse non potest. *Mediocria modica sunt* ait Varro apud Nonium Marcellum v. *modestia.* Equidem satis certus sum scripsisse Ciceronem, *etiam mediocre, malum est.*" *Bouhier.* Obsecutus est Bouhierio Lallemannus, ingeniosam merito eius coniecturam appellans: post hunc probavit eam Nissen., addens: „Sic post: *corpus etiamsi mediocriter aegrum est, sanum non est.* Repperunt deinde FAWolf. et seqq. Neque ego potui a me impetrare, ut libris obsecutus veterem sane errorem reducerem. *Mr.*

nos autem id agimus] Duo Oxx. *id dicimus*, unus cum uno Leid. et ed. vet. Bouh. itemque Codd. Marb. Aug. *id agamus*; quod placebat Bouhierio: nobis non item. Pergunt tres Oxx. Aug. Duisb. *ut in*, omisso *id*, quod etiam deest in Ed. Alt. fortasse operarum negligentia. Rehd. habet *ut in id.* Vind. 1. Aug. *sapientem.* In Gud. 2. legitur *ut ad insipientem nullum omnia. nam ut etiam corpus mediocriter aegrum est.* Mon. 1. 2. pro *nullum sit* habent *sit nullum.* In seqq. unus Ox. omittit *sanum* et *est*, alius *etiam*, Vind. 1. *est* post *aegrum*, cuius loco Gud. habet *sit*, ex correctione grammatici alicuius. *Mr.*

praeclare nostri, ut alia multa, molestiam, sollicitudinem, angorem, propter similitudinem corporum aegrorum, aegritudinem nominaverunt. Hoc propemodum verbo Graeci 23.
omnem animi perturbationem appellant: vocant enim πάθος, id est, morbum, quicunque est motus in animo turbidus: nos melius. Aegris enim corporibus simillima animi est ae-

---

Sic in animo ista mediocritas caret sanitate.] Ita marg. Lambb. et Goth. aliquot Oxx., ut videtur, Pall. quart. quint. Fabr. Pith. Marb. Reg. Gud. 1. Duisb. Aug. Mon. 1. 2. Edd. inde a Gebh. Sed ante Gebh. vulgo edebatur *sic ei in animo est ista* etc. Victorius autem edidit *sic in animo si est ista*, itemque Rob. Steph. Lall. Oliv. et sic Cod. Rehd. Unus Ox. *sic in animo est ista*. Gud. 2. omittit verba *caret sanitate:* in Gud. vero scriptum est *sanitate caret*. Beroaldus ad h. l. Seneca, ait, qui et ipse dogmatis Stoici assertor est, in hanc sententiam sic scribit: *Ego non video, quomodo salubris esse aut utilis possit ulla mediocritas morbi.* — Pergit Cod. Marb. *Itaque praeclari nostri.* Ad v. *ut alia multa* Ern. monet ea referenda esse ad praecedens *praeclare*. In seqq. Cod. Gud. exhibet *hoc propemodum Graeci verbo*: elegantiore scilicet verborum ordine. Unus Ox. omittit *appellant;* et mox verba *enim* usque ad *turbidus*, sed spatio relicto. Quinque etiam alii Oxx. et Aug. omittunt *πάθος*, sed cum spatio: eius loco Marb. habet *naon*, superscriptis literis *Gr.* In Gud. pro *vocant enim πάθος* scriptum est *chia!* Verba *id est* abesse ait Verb. in marg. a MS. nescio quo. Fortasse suspicatus est hoc vir doctus ex obiter lecta Gebhardi annotatione. Hic autem ex Pal. quint. enotavit lectionem *morbum, quibus quicunque et motus.* Gud. duo Oxx. pro *motus* habent *morbus.* Gud. habet etiam *perturbidus.* Aug. habet *motus est.* *Mr.*

morbum, quicunque etc.] Ad sententiam nostri loci facit locus de Finn. III. 10: *Perturbationes animorum, quae vitam insipientium miseram acerbamque reddunt — Graeci πάθη appellant: poteram ego verbum ipsum interpretans morbos appellare: sed non conveniret ad omnia: quis enim misericordiam, aut ipsam iracundiam morbum solet dicere? at illi dicunt πάθος. sit igitur perturbatio, quae nomine ipso vitiosa declarari videtur.* Cf. Gell. Noctt. Att. I. 26. extr. XIX. 12. Quinctilian. Inst. Or. VI. 2. p. 517. ed. Burmann. *Mr.*

Aegris enim corporibus simillima animi est aegritudo] Dav. in Ed. 2. nulla ratione addita scripsit *aegri enim corporis.* Et habet *aegri* unus Ox. Ad eam correctionem Wopkensius l. c. p. 107. „Analogia, ait, grammatica requirit, adsentior, *aegro enim corpori*, vel *aegri enim corporis*, ut numeri congruant. Sed quantumcunque sit illud facinus, noster haud ita fuit elegans, quin sic analogiae regulas saepe numero conculcaverit. Supra II. 22: *ut onera - simillime animus.* Infra IV. 10. *morbis corporum comparatur morborum animi similitudo.* V. 38: *motus animi leniuntur traductis animis ad voluptatem.* Sen. de Ira II. 16. *errat, qui animalia in exemplum hominis adducit.*“ Ad quae Handius: „Haec compositio nominum abstractorum, quae vocant, cum rebus plurali numero expressis frequens est etiam in Graeca lingua. Et sunt quaedam nomina huic usui accommodatissima, veluti illa a Wopkensio commemorata, *corpus, σῶμα*, de quo Elmslei. ad Eurip. Med. 1077. *animus, ψυχή, homo.*“ Probavit etiam Bouh. Wopkensii rationem. — Pro *animi est*, quod habent Codd. Reg. Gud. 1. Edd. Dav. Orell. in reliquis libris scribitur *est animi*, in Gud. Mon. 1. 2. *animi aegritudo est.* Unus Ox. omittit *est.*

gritudo: at non similis aegrotationis est libido, non immoderata laetitia, quae est voluptas animi elata et gestiens. Ipse etiam metus non est morbi admodum similis, quamquam aegritudini est finitimus: sed proprie, ut aegrotatio in corpore, sic aegritudo in animo, nomen habet non seiunctum a dolore. Doloris huius igitur origo nobis expli-

---

at non similis aegrotationis] „Mire variant in hoc loco nostri Codd. Secund. *aegritudo ac non similis aegrotatio.* tert. quart. *at non similes aegrotationes. Est libido immoderata.* quint. *at non similes aegrotatio est. libido enim immoderata* etc.“ *Gebh.* Duo Oxx. habent *a c non.* Vind. 1. *similes aegrotationes sunt.* Reg. Gud. 1. *at non similis aegrotationes.* Rehd. *at non similes aegrotationes.* Pergit Reg. *Est libido non imm. laet.* Rehd. *est libido imm. laet.* et sic item Vind. 1. In duobus Oxx. est: *aegrotatio est enim libido* non (unus omittit *non*) *imm. lib.* Marb. omittit *est* ante *lib.* Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. *Est libido non mod. laet.* Asc. 2. — *est libido, non mod. laet.* Omnes hae turbae ortae sunt ex defectu distinctionis, quo vera sententia latebat corrigendaeque scriptioni ansa data est. *Mr.*

elata et gestiens] Cod. Gud. *et elata et gest.* Cic. de Finn. III. 10. 35: *ego malo laetitiam appellare* [ἡδονήν], *quasi gestientis animi elationem voluptariam.* Infra IV. 6. 13: *cum autem inaniter et effuse animus exsultat, tum illa laetitia gestiens vel nimia dici potest.* V. 6, 16: *quid elatus ille levitate inanique laetitia exsultans et temere gestiens.* — Cap. seq. §. 24. *voluptas gestiens, id est praeter modum elata laetitia.* Et sic saepius iungit ea participia. *Mr.*

Ipse etiam metus non est morbi admodum similis] Pro *etiam* est *enim* in Edd. Junt. et HWolf., in Asc. 1. 2. *ēm*, posterior in marg. MS. habet *etiam*, idque etiam uncinis inclusum habet Ed. HWolfii. Pro *metus* in Aug. et uno Ox. est *motus.* Rehd. habet *non admodum similis est morbi.* Gud. 2. morbi *similis admodum similis.* Unus Ox. omittit *non est.* Post *quanquam* Reg. Gud. 1. et unus Ox. pergunt *aegritudine.* Tum Mon. 2. *non est finitimus.* Idem cum Mon. 1. *sed prope.* Gud. 1. *propriu* (sic). Duisb. omittit *ut.* Mox Gud. habet *sic in animo aegritudo. Mr.*

Sed proprie — nomen habet] Adducuntur a Nonio in *aegrotatio. D. nomen habet non seiunctum a dolore*] „Hoc quid sit equidem divinare nequeo. Ea quod non ad metum pertinent, sed ad aegritudinem, punctum ponendum ante *sed*, post sic legendum: *ortum habet non seiunctum a dolore*, i. e. eundem, quem dolor.“ *Nissen.* Non debebat desperare vir doctus de sententia lectionis, quae omnes obtinet libros. Aegritudinis nomen, ait Cicero, eiusmodi est, ut eius significatio a doloris significatione non sit seiuncta. — Cod. Rehd. habet *seiuncta dolore.* Tum Reg. Gud. 1. Aug. *doloris huius igitur*, quod recepi cum Or. et Tbn. cum vulgo legatur *doloris igitur huius*: ordine verborum magis consueto. Sed *igitur* tertio loco legitur etiam de Off. I. 31. 114: *Suum quisque igitur noscat ingenium.* De eadem particula quarto et quinto loco posita vid. nos ad Cic. de Div. I. 15. p. 73. II. 3. p. 303. In Gud. 2. et Gud. legitur *igitur doloris huius*: Rehd. *huius modi.* Duisb. *est explicanda* omissis verbis seqq. *id est.* Unus Ox. omittit verba *efficiens aegrit.* — *medici causa*: aberrante librarii oculo. Duisb. habet *aegritudinem* pro *aegrotationem.* Vocem *tanquam* omittit Gud. 2. Mox Rehd. habet cum Aug. *inventam esse*, Gud. 2. autem: *curationem curationem* (sic) *inventam esse.* Mox

canda est, id est, causa efficiens aegritudinem in animo, tamquam aegrotationem in corpore. Nam ut medici, causa morbi inventa, curationem esse inventam putant: sic nos, causa aegritudinis reperta, medendi facultatem reperiemus.

Est igitur causa omnis in opinione, nec vero aegritudi- 11
nis solum, sed etiam reliquarum omnium perturbationum: 24.
quae sunt genere quattuor, partibus plures. Nam quum b.
omnis perturbatio sit animi motus, vel rationis expers, vel

---

unus Ox. *repertam* pro *reperta*. Ad locutionem cf. Cic. de Finn. V. 6: *fons reperiendus est, in quo sint prima invitamenta naturae: quo invento, omnis* etc. Ubi vides Ciceroni utrumque verbum idem plane significare. Similiter Tacitus An. III. 5: *cuncta a maioribus reperta, aut quae posteri invenerint, cumulata.* Quem locum laudavit Hand. ad Wopkens. p. 25. *Mr.*

c. 11. *Est igitur causa omnis in opinione*:] Eadem sententia de iisdem rebus ita ponitur de Finn. III. 10. 35: *omnia ea sunt opiniones ac iudicia levitatis.* Unus Ox. incipit *Est ergo*: alius mox pergit *ne vero*: orto errore ex compendio *nc*: duo omittunt *solum*. Et dici non nunquam *non* sine *solum*, ante *sed etiam*, demonstravi ad Cic. de Legg. III. 7. p. 409 sq. Sed nostro loco minime cogito de delenda illa voce, cum duo illi Codd. [*ε. ξ.*] pessimae sint notae. Pergit Cod. Aug. *sed reliquarum etiam*: elegantius scilicet. *Mr.*

quae sunt genere quattuor] Sic noster de Finn. III. 10. 3: *omnesque hae* [perturbationes] *sunt genere quattuor, partibus plures, aegritudo, formido, libido, quamque Stoici communi nomine corporis et animi ἡδονὴν appellant, ego malo laetitiam appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam.* Camerarius hancce tabulam composuit, quam hic subiicere utile videtur:

Opinio, δόξα { *boni, ἀγαθοῦ* { *Praesentis, παρόντος. Laetitia, ἡδονή.* / *Absentis, ἀπόντος. Cupiditas, ἐπιθυμία.* ; *mali, κακοῦ* { *Praesentis, παρόντος. Aegritudo, λύπη.* / *Absentis, ἀπόντος. Metus, φόβος.*

Horatius has quattuor perturbationes uno versu complexus est: Ep. I. 6. 12:

Gaudeat, an doleat; cupiat, metuatne; quid ad rem? Mr.

partibus plures.] *Partes* nunc vocat, quas in dialectica species vel formas dixere. Ita et de Inventione [I. 22. 32.]: *Genus est, quod plures partes amplectitur.* — *Pars est, quae subest generi.* Conf. Topic. 6 extr. et 7. prc. Plures locos huc facientes congessit Weberus in Symbolis p. 206. *Mr.*

Nam quum omnis perturbatio sit animi motus] „Laërtius ex Zenone ita definit: *πάθος, ἄλογον καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησιν, ἢ ὁρμὴν πλεονάζουσαν.* Cicero vero, ut apparet, alios hoc loco, Zenonem vero in quarto libro est interpretatus.“ *Camerarius.* Locus Laërtii est in Zenone L. VII, 63. 110. Infra L. IV. 6. Cicero: *perturbatio*, ait, *est aversa a recta ratione contra naturam animi commotio.* Ex huius loci cum Graeco illo comparatione Bouhierius coniicit legendum esse: *cum omnis perturbatio sit animi motus rationis expers*, abiecto *vel*: videlicet ne Cicero dicat, esse aliquem animi motum rationem adspernantem, nec vero eundem rationis expertem. Idem sentiens *vel* uncinis inclusit FAWolfius, eiecerunt Schz. et Bill. Ernestus vero, qui item illa divisione per *vel* facta offenderetur, abiecta volebat verba *vel rationi non obediens*, cum ei viderentur esse interpretatio antecedentis, nec ab eo sensu quicquam differre.

rationem aspernans, vel rationi non obediens, isque motus aut boni aut mali opinione citetur; bifariam quattuor perturbationes aequaliter distributae sunt. Nam duae sunt ex opinione boni, quarum altera voluptas gestiens, id est, praeter modum elata laetitia opinione praesentis magni alicuius

---

Cui Nissenius ita oblocutus est: „Haec tria genera sunt motuum animi, quorum primo voluptas comprehenditur, quae proprie eam partem hominis attingit, quae expers est rationis: alteri subiecta cupiditas est, quae praefracte rationem aspernatur, tertio denique metus et aegritudo, quibus vires hominis adeo extenuantur, ut obedire rationi nequeat. Etenim duo haec genera animi motuum etsi sic conspirant, ut neutrum rationi obediat, ita tamen differunt, ut in altero contumacia, in altero imbecillitas inobedientiae sit causa. A vero igitur Ern. aberrabat, cum *vel rationem aspernans* delendum censeret." Quare servavi librorum lectionem. — In Cod. Aug. scribitur *rationis adspernans*: in Gud. 2. *rationem expernans*. *Mr.*

isque motus — aut mali opinione concitetur] „In aliis libris, consentiente MS., est *citetur*: quod eo magis retinendum puto, quia et aliis locis simplici huic verbo a suis compositis iniuriam factam video. Legimus apud Nonium: *Citare, incitare, provocare*. M. Tullius de Divinatione: *Quorum studium legendi meum* (*non* vulgo depravatum est) *scribendi studium vehementer in dies citat*. Ciceronis vero libri habent: *quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius in dies incitatur*." *Franc. Fabr.* Locus est de Div. II. 2. 5. p. 299. ed. nostr. ubi vid. Davis. „Sine ratione Dav. in Ed. 2. correxerat *excitetur*. *Citetur* in 3. restituit. *Citare* praeter Ciceronem, Cornelio quoque Celso aliisque bonae notae scriptoribus frequens fuit. Fortasse Davisius, si novam librorum de Div. editionem curavisset, idem verbum ibid. II. 2. restituisset." *Bouh.* „Ego pro Davisiano *excitetur*, correxerim *cieatur*, si tamen *citetur* non placeat: idque est verbum Ciceroni in haec re usitatius." *Ern.* Paullo insolentius dici *citetur* ait FAWolfius in Scholis, pro *concitetur*, *moveatur* nec tamen esse mutandum. Iam vid. Martini-Lagunae annott. ad Cic. Epp. ad Famm. I. 5. in Seebod. Jahn. et Klotz. Annall. Philoll. Suppl. II. 3. p. 373. *Concitetur* habent Lamb. Fr. Fabr. HWolf. in marg. In marg. MS. Asc. 2. nostrae pro *isque* est *iisque*. Gud. 2. omittit *mali*. Ad v. *citetur* vid. etiam Menkenii Obss. L. L. p. 104. Post *quattuor* Gud. omittit *perturbationes*, duo Oxx. vocem *aequaliter*. Verb. in marg. ex MS. nescio quo enotavit lectionem *distribuendo*. Duisb. habet *distributae*, omisso *sunt*. *Mr.*

Nam duae sunt ex opinione boni:] „Praeter locum libri IV. c. 6, qui huc pertinet, cf. etiam Stobaei Eclog. II. p. 176. Serv. ad Virgil. Georg. II. 499: ubi videtur uno verbo auctius legendum: *a malis similiter opinatis duas*" etc. *Bouhier.* Verba *nam duae sunt* desunt in uno Ox. Gud. et Gud. 2. Alius Ox. omittit *ex*, alius habet *opinio*. Post *ex opinione boni* in duobus Oxx. statim subsequitur *rationi non obtemperans*, quae verba infra suum locum habent iustum. Post *quarum* Ox. omittit *altera*: alius, praeter hoc, sequentia etiam usque ad *opinati magni boni*. Post altera Rehd. et Aug. habent *est voluptas*. FAWolf. in scholis cum verbis *voluptas gestiens* confert Graecum ἡσθησις. *Mr.*

praeter modum elata laetitia] „Vel hinc constat Stoicos esse parum constantes, ac verbis duntaxat eos a Peripateticis dissidere: nam quum adiiciunt *praeter modum* definitionibus, videntur *mediocritatem* et *modum* probare. Quin etiam his affectibus opponunt constantiam,

boni: altera, cupiditas recte vel libido dici potest, quae est

---

ut voluptati gaudium, cupiditati voluptatem, metui cautionem.“ *Comm. Anonym.* ap. Leod. a Qu. — Pro *alicuius boni* Cod. Rehd. habet *boni alicuius*. Post haec verba addit Mon. 1. *rationi non obtemperans*. Verba *altera* usque ad *non obtemperans* desunt in Cod. Gud. *Mr.*

altera vel cupiditas recte, vel libido dici potest:] „Cod. Gryph.: *altera cupiditas, quae recte vel libido dici potest.*“ *Brut.* „Cum Gryph. faciunt quinque Pall. Vatic. et Victor“ *Gebh.* „Uterque Manut. Lambin. et alii complures *altera vel cupiditas recte, vel libido dici potest:* at Codices tam manu exarati, quam typis olim excusi eam, quam J. Gebhardus exhibet, scripturam repraesentant, nec tamen illa omni vitio caret. Repono: *altera, cupiditas quae recte vel libido dici potest*. Utcunque est; monendum in quinque Pall. atque Ed. Ven. 1491. Erasm. Steph. post *obtemperans* hasce voces adiici *quae vel cupiditas recte vel libido dici potest*: in Petrensi vero pronomen non comparet. Nemo non videt eas esse supervacaneas et ex margine in textum irrepsisse: nisi forsan priora illa *cupiditas, quae recte vel libido dici potest*, in hanc suspicionem venirent. Quod si fuerit, ita constituendus est locus: altera [vid. ann. Dav. seq. ex ed. 3.] etc.“ *Dav. in Ed. 1.* Contra Davisianam coniecturam ultimam Wopkensius l. c. p. 293. probat vulgatam scripturam: eique assentit Handius dicens, verba *quae recte vel libido dici potest*, parenthesi includi [nimirum ne duae propositiones ab eodem pronomine relativo incipientes, sese excipiant.] *Mr.*

Altera cupiditas, quae recte vel libido dici potest, *quae est — non obtemperans. Ergo haec duo genera* etc.] Sic vulgo dant: at Pall. quinque, Reg. Pithoean. Med. Eliens. tert. Petr. et Bak. exhibent, *altera* cupiditas, quae recte vel libido dici potest, *quae est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans,* vel cupiditas recte vel libido dici potest. Liquido sane patet, voces, quae repetuntur, utroque loco non esse Ciceronianas; quare legi possit, *altera, quae est immoderata adpetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans, vel cupiditas recte vel libido dici potest. D.*

altera cupiditas — obtemperans] „Dav. e vestigiis MSS. bene, opinor, hunc locum transpositione refinxit.“ *Ern.* „Elegantem huius loci repraesentationem, quam Dav. proposuit, Bipp. imitati sunt. Ego vero, quem natura paullo timidiorem esse voluit, vulgato adhaereo, *vel* pro *etiam* dictum putans.“ *Nissen.* Davisii coniecturam receperunt FAWolf. Schz. Nobb. Manutianam coniecturam, quae item est Lambini lectio, receperunt Oliv. et Lall. *Mr.*

altera, cupiditas recte vel libido dici potest: quae est — non obtemperans. Ergo —] Sic dedi cum Or. et Tbn., probante Kühnero, servata scriptione vulgata, nisi quod cum illis post *cupiditas* eieci *quae*. Ceterum nec nostri Codd. carent interpolatione: Reg. Gud. 1. 2. Aug. Bern. [nisi quod hic habet *boni magni*] Mon. 1. 2. Vind. 1. unus Ox. Rehd. Duisb. [nisi quod hic post *obtemperans* novum addit *quae*] habent post *obt.* illud additamentum: *vel. cup. recte vel libido dici potest*: duo Oxx. addunt *vel cupiditas dici potest*. Duo alii omittunt verba *quae est* usque ad *obtemperans*. Marb. omittit omnia inde ab *altera* usque ad *magni boni*. In Ed. P. legitur: *magni alicuius boni rationi non obtemperans: altera cupiditas quae recte vel libido dici potest, quae est immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans. vel cupiditas recte dici potest*. Edd. A. B. S. E. C. Vb. Ven. nostr. Crat. Lamb. Asc. 1. 2. [sed hae quinque habent *vel*

immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non ob-
25. temperans. Ergo haec duo genera, voluptas gestiens et libido, bonorum opinione turbantur: ut duo reliqua, metus et aegritudo, malorum. Nam et metus, opinio magni mali impendentis; et aegritudo est opinio magni mali praesentis,

---

cupiditas recte vel cupido] Herw. exhibent quod in suis Codd. et Pall. esse ait Dav. In Edd. Leod. Sturm Boul. Sylb. Ald. Brut. Lambb. Goth. HWolf. Fr. Fabr. legitur: *altera vel cupiditas recte vel libido dici potest, quae est imm. — boni, rationi non obtemperans. Ergo.* — Ern. denique cum Grut. *altera cupiditas, quae recte vel libido dici potest: quae est immoderata app. opinati magni boni, rationi non obtemperans. Ergo* —. In marg. Lambb. et Goth. est coniectura: *opinati futuri magni boni.* Id vero recte intelligendum censet Bill. In correctione Davisiana illud quoque reprehendit Or., quod ex eius ratione vocula *recte* incommodum haberet locum. Cod. Mon. 2. omittit *opinati* post *appetitio.* Pro *Ergo haec* Cod. Duisb. *haec ergo,* in praecedd. autem: *quae vel cupiditas vel libido recte dici potest.* Aug. *Ego hoc.* Tum duo Oxx. *vel libido* pro *et libido. Mr.*

bonorum opinione turbantur:] „*Turbare* dixerunt ut *pulsare.* Plaut. *Quantas res turbo, quantas moveo machinas*! [Mil. Glor. III. 2. I.] Hoc tamen loco *turbantur* videri possit ita positum, ut a Virgilio *bellantur* [Aen. XI. 660.] ubi vid. Serv.; et a Cic. *punitur* [de Off. I. 25. ubi vid. interprr.] et *puniuntur.* [vid. Ern. Clav. Cic.] *Camerar.*

Bonorum opinione turbantur] Forsan legendum *turbant.* Lucretius II. 438.

Aut ex offensu cum turbant *corpore in ipso*
Semina.

Noster de Fin. lib. I. cap. 10. *At id ne ferae quidem faciunt, ut ità ruant, itaque* turbent, *ut, earum motus et impetus quo pertineant, non intelligamus.* Tacitus Annal. III, 47. *Si una alterave civitas* turbet. Vide et IV, 1. et Hist. I, 7. *D.*

bonorum opinione turbantur:] Probat Bouh. Davisii coniecturam, itemque Lallemannus. Nissen. vero ea verba explicat: „ad animum turbandum excitantur:" nullamque esse mutandae lectionis causam addit. Billerb. explicat: excitantur, quasi turbine ruunt; " Or. „nascuntur tamque turbide moventur," ut L. IV. 34: *ex qua concitantur perturbationes* i. e. *oriuntur cum turba.* Topic. §. 99: *Huic generi, in quo et misericordia et iracundia et odium et invidia et ceterae animi affectiones perturbantur, praecepta suppeditantur aliis in libris.* Vid. Beier. ad Cic. Topic. l. c. p. 436. ed. Orell. peculiaris aliquo Opp. Oratt. Cic. Unus Ox. habet *dolorum* pro *bonorum.* Gud. 2. a 1. m. *turbatur,* et sic etiam Cod. Aug. Sequitur in Cod. Rehd. *ut reliqua duo.* Post *metus* Gud. 2. omittit *et.* Cod. Mon. 2. habet *perturbantur.* Unus Ox. *nam* pro *ut. Mr.*

Nam et metus, opinio magni mali] Cod. Marb. *Nam metus.* Codd. Aug. Mon. 2. Vind. 1. *metus est opinio*: aliquot Oxx. *opinio est* cum Lamb. Fr. Fabr. Lall. Oliv. Tres Oxx. *praesentis* pro *impendentis.* Tum Ed. P. *et aegritudo autem est.* Verba *et aegritudo* usque ad *praesentis* desunt in duobus Oxx. Unus pro *et aegr. est opinio* habet *et quidem est opinio recens,* pergitque *magni morbi.* Post *praesentis* Cod. Mon. 2. pergit *Equidem.* Gud. habet *et quidem est recens.* In Ed. Rathii exciderunt verba *impendentis* usque ad *opinio talis mali.* In Cod. Aug. desunt verba *est opinio* post *et aegritudo.*

et quidem recens opinio talis mali, ut in eo rectum videatur esse angi: id autem est, ut is, qui doleat, oportere opinetur se dolere. His autem perturbationibus, quas in vita homi-

---

Gud. 2. omittit verba *impendentis et aegritudo est opinio magni mali. Mr.*

ut in eo rectum videatur esse angi] Omittitur *in* a Lamb. et Fr. Fabr. Cuius correctionis non alia est causa nec melior, quam si quis apud Cic. de N. D. III. 36. 87. in verbis: *in virtute recte gloriamur*, praepositionem abiectam vellet. Conf. Cic. in Catil. II. 9. 20: *qui se in — repentinis — pecuniis — insolentius — iactarunt:* ubi vid. Beneke p. 157. Pergunt Codd. Vind. 1. Aug. Marb. *videatur rectum esse. Mr.*

His autem perturbationibus] Cod. Duisb. *hiis*, Mon. 1. *Iis:* idque recipi vult Or. in ann. ad Wolfii scholas. Ego vero *His* servandum existimo, ut ad *His* intelligamus: *quas modo enumeravi;* in propositione autem, quae sequitur, relativa intelligo: *quas, ut equidem sentio, in vitam* etc. *Mr.*

quas in vita hominum] „*In vitam* Lamb., ut postulat latini sermonis ratio: ceteri vulgati omnes, quos viderim, *in vita;* quibus Gryph. liber adstipulatur." *Brutus.*

in vita] „Victorius haec sic edidit a MSS. plerisque constabilita. Lambinus, ut aliquid innovaret, reposuit *in vitam*: contra libros. Sed hanc eandem bigam vocum Pal. quint. non agnoscit: nec videtur necessaria." *Gebh.*

In vitam *hominum*] Vulgo *in vita*. Parum Latine. Nos igitur Lambini vestigiis insistimus. Balliol. quidem et Pal. quint. has voces praetermittunt; nec Gebhardo videntur necessariae. Qua in re fallitur: alioquin enim non dicit noster, in quem locum perturbationes, quasi furias, immittat stultitia. *D.*

in vita] „Nimis cupide Dav. haec latina non esse dixit, recepitque *in vitam* in Edd. posterioribus. Non raro optimi scriptores post *in* alium ponunt casum, quam quem exspectes: cuius rei multa exhibet egregius Giphanii Index in Lucretium [p. 359. q. v.] suntque ea satis frequentia in nostris iure consultis: v. c. Modestinus: *Res de domo sua in eodem Praetorio transtulit*, L. 34. §. 13. D. De Legat. II. Cicero ipse de N. D. I. 12: *imagines in deorum numero refert.*" *Bouh.* Eo ipso Ciceronis loco Lambinus invitis libris reposuit *numerum* eumque cupidius, quam debebat, secutus est Heindorfius, cum ad *referre* iungi possit, cum eadem constructione, praepositio *in*, cum qua in verbo *ponendi*. Ernestus Davisium secutus est. Wolfius in Ed. 1. servavit, *in vita*, in seqq. Accusativum praetulit: eumque secuti sunt Schz. Or. Nobb. Tbn. Billerbeckius Ablativum defendit dicens *immittere* absolute poni; *in vita* intelligendum esse während des Lebens: vocem *hominum* pendere a nomine *stultitia*, totumque locum ita explicandum: „perturbationibus, quibus homines in vita propter stultitiam furibundi quasi et insanissimi indulgent: quibus quasi turbine feruntur. Ita Ovid. Amor. II. 9. 28: *nescio, quo miserae turbine mentis agar.* Wolfius vero in scholis elegantiorem existimat accusativum. Orellio videtur omissio vocis *m* inde orta esse, quod plerumque absorberetur *m* finale in enuntiando: iungendumque esse *in vitam hominum*. Id certe verum est, iungi a Cicerone saepissime *vitam hominum*: sed quod ait de absorptione (si licet uti hoc vocabulo admodum dubio) literae *m*, id cur non saepissime factum deprehendamus quaero. Equidem Codicum lectionem restituendam censui, probantibus Kühnero et iam pridem Goerenzio ad

num stultitia quasi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est, si volumus hoc, quod datum est vitae, tranquille placideque traducere. Sed cetera alias: nunc aegritudinem, si possumus, depellamus. Id enim sit propositum: quandoquidem eam tu videri

---

Cic. de Legg. II. 14. 36. ubi, cum omnes Codd. exhibeant *in vita hominum altulisse*, Lambinus tamen, Dav. et Ern. correxerunt *in vitam*. Vid. nos ad eum locum de Legg. p. 269. ibiq. laudd. ubi et noster locus adhibitus est. *Mr.*

quasi quasdam furias immittit] Cod. Rehd. *furias quasdam*. De formula *quasi quasdam* vid. nos supra ad II. 4. 11. Scribitur *immittit furias* in Edd. P. A. B. S. E. M. L. et nostris ante Gebh. omnibus, exceptis Leod. Röh. Steph. Crat. Herw. In seqq. Cod. Aug. pro *opibus* habet *operibus*. De formula *omnibus viribus atque opibus* vid. Doederleinium Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 112 sq. In Cod. Marb. legitur *impugnandum est*. Mox unus Ox. *hoc quidem datum est vitae*. Duisb. omittit *est*. Pergit Mon. 1. *tranquillae placidaeque*. Gud. 2. omittit *que*. Unus Ox. habet *deducere traducere*. De usu verbi *traducendi* in hac formula vid. Schotti Nod. Ciceron. I. 7. p. 285. *Mr.*

Sed ceteras alias] „*Cetera* Gryph. Victor.“ *Brutus*. „*Cetera* habent, praeter Vict., quinque Pall. Fab. Pith. Vatic. et sic edidi.“ *Gebh.*

Sed ceteras *alias*] Sic recte veteres editi: refertur enim ad *perturbationes*. Vulgo *cetera*. *D.*

Sed ceteras alias] Ita quoque Ern. iisdem, quibus Dav., rationibus motus: nimirum quia intelligi potest *perturbationes*; et ita exhibent Edd. vett. Ernestum secuti sunt FAWolf. Schz. Or. Nobb. habentque eam lectionem Edd. vett. ante Gebh., quas contulit Or. Ex nostris vero Edd. Vict. Rob. Steph. Ven. Asc. 1. 2. Sturm. HWolf. Leod. Junt. Crat. Herw. ex recentioribus autem Grom. Lall. Oliv. Tbn. stant pro lectione *cetera*. Quam cum tueantur etiam omnes, ut videtur, Oxx. Reg. Gryph. Gud. 1. Aug. Marb. Mon. 2. Gud. Rehd. Duisb. fortasse etiam Leidenses, itemque Codd. a Gebhardo collati, neque absurda sit ea lectio, altera vero correctioni similior; postliminii iure reducendum existimavi *cetera*. Solus Gud. 2. habet *Sed haec alius*. De oppositione, quae est in *alias* et *nunc* vid. Handii Tursellinum I. p. 220 sq. Quod dicit *alias*, significat librum quartum. Sequitur in Codd. Ven. 1. et Aug. *nunc aegritudines*; tum unus Ox. *si possimus*. *Mr.*

Id enim sit propositum] Dav. in Ed. 2. nulla ratione addita edidit *fuit*. Quod cum vidisset Wopkensius, ita defendit, ut exempla proferret, ubi *enim* ponitur iuxta Coniunctivum. Quasi vero in ista particula sit Coniunctivi aliqua causa! Bouhierio quidem non magis placet *sit*, quod se probaturum fuisse ait, si nunc demum, nec vero a totius libri principio, illud sibi proponeret Marcus. Ipse vero coniecit *est propositum*: in capitis autem fine vult: *omni contentione, et velis, ut ita dicam, remisque fugienda*. Ernesto non necessaria videtur mutatio: neque mihi; non quod displicerent scriptiones Davisii et Bouhierii: sed iam non id quaeritur, an probaturi essemus vel *fuit* vel *est*, si alterutrum in libris esset; sed, an servari possit Coniunctivus, quem habent libri, salva et sententia et latinitate. Idque fieri posse contendo. Unus Ox. pro *sit* habet *si*. Gud. 1. omittit *eam*: eius vocis loco Marb. cum uno Ox. habet *etiam*. Vind. 1. *tibi videri*, omisso *tu*. Gud. 2. exhibet: *etiam tu videri tibi insipiens ea dedere quod ego* — In uno Ox. est *eam tam*. *Mr.*

tibi in sapientem cadere dixisti: quod ego nullo modo existimo. Tetra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda.

Qualis enim tibi ille videtur 12

26.

quod ego nullo modo existimo —] „Videlicet, ut Stoicus, negat in sapientem cadere aegritudinem sive tristitiam. Peripatetici vero, qui affectus non tollunt, sed temperant, dicunt; dolebimus, sed modice: concupiscemus, sed parce: irascemur, sed placabimur." *Bervald.* Pro *taetra* Cod. Mon. 2. habet *caetera*, facili lapsu, si quis, quod solebant scribae, ad sententiam non attenderet. Mox Gud. 2. *et misera et detestabilis*; unus Ox. *misera et detestabilis*. Gud. 1. *omne*, unus Ox. *omnique*. Marb. *contemptione*. Vind. 1. *et velis*, quod volebat Bouhierius. Unus Ox. *vel* pro *velis*. *Mr.* p. 196. a.

velis — remisque] Similis huic proverbio est versus Virgilii de ipsa navigatione, Aen. III. 563: *Laevam cuncta cohors remis ventisque petivit*. Cf. Erasmi aliorumque Adagia p. 119. ed. Wechel. Laudant alii Plaut. Asin. I. 3. 5: *remigio veloque — festina*. Sil. Ital. I. 568: proprie: *remis velisque impellite puppim*. De Off. III. 33. 116: *viris equisque, ut dicitur, — decertandum est*: ubi vid. Beier. p. 407; *Manibus pedibusque*, apud Terent. Andr. I. 1. 134. ubi v. Ruhnken. *Mr.*

c. 12. *Qualis enim tibi ille videtur*] Cod. Gud. 2. *Qualis ille videtar ille T.* Rehd. *ille libi*. Mon. 1. et duo Oxx. omittunt *ille*. „*Tantato prognatus* i. e. Thyestes, filius Pelopis, nepos Tantali, pronepos Iovis: de quo tragici poëtae tragoedias scriptitarunt, qualis est apud Senecam titulo argumentoque Thyestes. Verba haec sunt tragici poëtae veteris, sive is Accius sive Pacuvius sit, sive quispiam alius: qui inducebat Thyestem fractum, maerentem, aegritudine sese conficientem, postquam rescivit sibi appositos fuisse a fratre Atreo filios epulandos: qui apud Senecam exclamans rogat Iovem, ut ipsum telo trisulco petat, ut per pectus ipsius transmittat flammeam faecm: Apud Diomedem Grammaticum pro exemplo figurae, quae climax dicitur sive gradatio, referuntur verba hisce consimilia: cum ait: Apud nostrum etiam tragicum sic:

Iove prognatus est, ut perhibent, Tantalus:
ex Tantalo ortus Pelops, ex Pelope satus
Atreus, qui nostrum porro propagat genus." *Beroaldus.*

„Libris non addicentibus nihil quidquam in Cicerone mutaverim: dubium tamen non videtur, quin Tullius ad tragici cuiusdam versus respexerit, qui sic se habent apud Quintilianum:

Iove propagatus est, ut perhibent, Tantalus,
Ex Tantalo Pelope, ex Pelope autem satus
Atreus, etc.

Hos ex rhetore nobilissimo descripsit Diomedes lib. II. col. 448. Alia etiam quae praecedunt, ex eodem thesauro mutuatus est. — Quod paullo post sequitur, cothurnum olet. Steph.: *nactus est nuptiis*. Repono *nactu' st* nuptiis, ut sit — *Hippodamiam raptu nactu' st nuptiis*. Senarius est, nisi quod prima desit syllaba." *Davis.* in Ed. 1. [Vid. ann. Bentl.] „Placet Bentleiana ratio et in fine versus correctum *soeru*. Videntur autem hi versus ex eadem, qua sequentes, tragoedia sumpti, ex Ennii Thyeste." *Bouh.* In Ed. Quinctiliani Spaldingiana illi, quos laudant Ber. et Dav., versus ita scribuntur:

Iove propagatus est (ut perhibent) Tantalus,
Ex Tantalo ortus Pelops, ex Pelope autem satus
Atreus, qui nostrum porro propagat genus.

Tántalo prognátus, Pelope nátus, qui quondam á socru Oénomao rege Hippodameam ráptis nactu 'st núptiis?

Nostro loco aliquantulum conveniunt versus Euripidis in Oreste 5. 11: *Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος, —*
οὗτος φυτεύει Πέλοπα τοῦ δ' Ἀτρεὺς ἔφυ.
Ernestus, quasi neque Davisium neque Bentleium nosset, haec sibi videri ait e poëta sumpta. Sed omnia tamen ut prosariam, quam dicunt, orationem describi iussit, nec quicquam a vulgata lectione recessit exhibens: *Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quondam a socero Oe. r. Hippodamiam raptu nactus nuptiis.* Duo Oxx. *videretur* pro *videtur*. *Mr.*

Cap. 12. *Qui quondam a* socru] Vulgo *socero*. Sed Cl. Bentleius hos esse versus primus animadvertit, et *socru* bene reposuit: nam *socrus et masculino genere veteres dici posse voluerunt*, ut ait Nonius. *D.*

qui quondam a socru] *Qui* i. e. Pelops, non Pelopis filius, ut monet Kühnerus: qui laudat etiam Pindar. Olymp. I. 70. ed. Boeckh. *Socru* recepi ex necessaria Bentleii emendatione. Idem post Dav. fecerunt FAWolf. et seqq. *Mr.*

Oenomao rege Hippodamiam] Unus Ox. habet nonnisi *OE*, alius *EOnomao*, Marb. *Cenomao*. „Historia Pelopis notissima: qui curuli certamine superavit Oenomaum, eiusque filiam, nomine Hippodamiam, abduxit uxorem: qua ex re dolore affectus Oenomaus sibi mortem conscivit.“ *Beroald. Hippodameam* scripsi pro *Hippodamiam* ex antiquissimis Codd. Reg. et Gud. 1. cum Dav., quibus accedit Rehd. *Mr.*

Raptis nactu' st nuptiis] Sic etiam Lambinus. Vulgo *raptu nactus nuptiis*. Sed *raptis* est in Reg. aliisque Msstis. Vide Scholiasten ad Iliad. B, 104. *D.*

raptis nactu 'st nuptiis] Gebh. qui in antecedentibus ex Cod. Pith. enotavit *pronatus* pro *prognatus*, h. l. ex eodem et Pal. quint. recepit *raptu*. Ad v. *raptis - nuptiis* Bouh. confert alius poëtae locum de Or. III. 58. *inuptis nuptiis*. Receperunt tamen illud *raptu* Verb. Lall. Ern. Bip. *Rapus* habet Ed. P.; *raptus* unus Ox. Aliquot Oxx. Edd. A. B. S. E. C. V. L. Ven. nostr. Sturm. Asc. 1. 2. Rob. et Carol. Steph. Fr. Fabr. habent *nactus est*, nisi quod in marg. Lambb. scribitur Lambinum edidisse *nactu 'st*. Sola Ed. HWolfii habet *natus est*, operarum errore: reliqui libri *nactus*. Cod. vero Rehd. *raptus nactis* et supra lin. *ruptis nactus*. Solus Gud. 1. *nanctus*. In prima Ed., quam Koel. secutus est, FAWolfius tantummodo verba *raptis nactus est* [sic] *nuptiis* ut particulam versus exprimi curavit, reliqua ut orationem solutam. Davisius vero, Bentleium sequens, verba quoque sequentia, *Iovis iste quidem pronepos*, ut versus initium descripsit. Quod fecit etiam H. Planckius ad Ennii Medeam p. 120. ubi ita exhibentur:

Tántalo prognátu', Pelope nátu', qui quondám a socru
Oínomao rege, Hippodameam ráptis nactu 'st nuptiis:
Ióvis iste quidém pronepos —

Mihi vero quatuor ultima verba Marci esse videntur, dicentis: *Licet* (Thyestes) *fuerit Iovis pronepos, tamen tam abiectus* —, ut recte explicat Kühner. Pro *iste* duo Oxx. *est*. Gud. 2. habet *quidem iste*. Pergit Ven. Alt. *tam negocio abiectus*. Tum Cod. Aug. *tanquam est fractus*. Mon. 2. *tanquam fractus*. In Cod. Marb. inde a v. *rege* ita pergit scriba: *yppodamam ractis uactus nupciis — tamne fractus. Mr.*

Iovis iste quidem pronepos. Tamne ergo abiectus, tamque fractus?

Nolite, inquit, *hospitès, ad me adire! illico istim!*

Nolite, inquit, *hospites* etc.] „Scribo cum libris: *Nolite hospites adire ad me ilico istic.* Trochaicus est, in quem non cadit Iambus: itaque non puto eos recte sentire, qui verbis aliter collocatis ita legunt: *Nolite hospites ad me adire ilico istic:* nam in qnarta sede iambus esset.“ *Aldus.* „Iambici sunt, qui pro trochaicis fallunt: nam *nolite hospites* clausulam Iambici senarii existimo. *Adire ad me: ilico istic, ne contagio* solidus et integer versus videtur, ut et proximus *Mea bonis, umbrave obsit, tanta vis sceleris:* ubi supprimitur in ultima voce una syllaba in versu metiendo, ac *sceleris* pro dissyllabo auditur. *In corpore haeret* versiculi initium est.“ *Turnebus* Adv. 27, 6. „Ut Thyestes gravi dolore oppressus iubet omnes secedere: ita Oedipus apud Sophoclem miseriis plurimis oppressus iubet ad se adire Thebanos.“ *Gothofr.* „*Nolite, inquit, hosp. ad me adire ilico istic*: Sic Gryph. et Victorius, quam lectionem Manut. reprehendit offensus carmine, quod quum in quarta sede Iambum admittat, non consistit. Manutio suffragatur Lambinus et alii illum secuti. Sed quid si non semper sibi standum suis legibus poëtae veteres censent? hinc curtus, lacerus, discerptus, foede corruptus et depravatus Terentius.“ *Brutus.* „Sic Vict. et partim Pall. nam solus quint. *ista,* in cetera consonans. Gulielmus ex coniectura *ilico sistite.* Amplectar ego distinctionem meam et lectionem Pith. codicis:

Nolite, inquit, *hospites ad me adire, ilico istî;*

Ne contagio etc. *Gebh.* Dav. in Ed. 1. sic: „*adire ad me ilico isti:* Hunc ordinem ex Ed. Ven. 1491. Erasm. et Manut. recepi. Lamb. et Gebh. retinent *ad me adire,* cui quidem lectioni metrum, tam iambicum, quam trochaicum, non suffragatur. Postea vulgg. *ilico istic.* nos autem ex Pith. antiquum scribendi morem reduximus. Minucius Felix. Octav. c. 21: *Illî Vulcanum facit omnium principem*: sic ex MS. legendum, non *illic.* Plautus Amphitr. Prol. 133: *Quae illî ad legionem facta sunt:* Adi et Act. II. Sc. II. 112. 148. ac Capteiv. Act. II. Sc. II. 84. Jani Gulielmii coniecturam non moror. Gerh. Vossius Iambicos esse senarios statuens, ad Frag. Trag. p. 48. ita disponit: — — — *Nolite, hospites,* | *Adire ad me ilico istî, ne contagio* | *Mea bonis umbrave obsit: sceleris tanta vis* | *In corpore haeret* — Nec multo aliter Turnebus. At cum Cic. de Or. III. 41. eorum partem repetit, eandemque distinctionem ibi servat, quae in Codd. nunc obtinet, mihi trochaici trimetri videntur, numeris suis ita restituendi: *Nolite, hospites, adire ad me ilico, istî,*

Ne contagio mea bonis umbrave obsit:
Sceleris tanta vis in corpore haeret —

ubi deest pes ultimus, quia vox proxime sequens ad rem Tullii non faciebat.“ Sed vid. nunc Bentleii animadv. *Mr.*

Nolite, inquit, hospites etc.] „Viri critici cum suam de his versibus sententiam dixerint, liceat mihi meam quoque in medium afferre, cum, minore etiam verborum immutatione, usitatissimum veteribus tragicis metrum exhibeat addito choro ex III. 41. de Oratore:

. . . . . *Nolite, hospites, adire ad me, illico*
Istim, ne contagio mea bonis, umbrave, obsiet;
Tanta vis sceleris in corpore haeret, CH. *Quidnam est, obsero?*
Quid te adirier abnutas? . . . .

Sententia postulare videtur, ut *illico* cum sequentibus iungatur: *istic* autem mutavi in *istim:* ita enim loquebantur veteres Romani, ut

Ne cóntagió mea bonis umbrave óbsit:
[Meó] tanta vis sceleris in corpore haéret.

Tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter vim sceleris alieni? Quid? illum filium Solis nonne patris ipsius luce indignum putas?

---

vides ex Giphanii Indice in Lucretium s. v. *illim:* [p. 357 sq]. Non semel vidimus eiusmodi vocabula prisca a librariis semper fere mutata esse in usitatiora: unde etiam *obsiet* et *adirier* mutata sunt in *obsit* et *adiri.*" *Bouh.* „Clarum est voluisse Thyestem eos a se amovere, ne damnum caperent: quare putem scribendum esse: — *ad me adire. illico istinc,* sc. abite." *Ern.* „Hos versus, coniectura ductus, nisi certa, probabili tamen, sic rescribendos existinem:

Nolite, o hospites, adire; ite illico,
Ne contagio mea bonis umbrave obsiet,
Cum tanta vis sceleris in corpore haereat." *Nissen.*

„Vetus vocabulum *istim* iure Muretus Varr. Lectt. 12, 11. nostro loco restitutum voluit. Quare recepi." *FAWolf.* in scholis. Recepi item cum Schz. (qui vere divinasse ait Bouhierium, huic Thyestae orationi respondere chorum verbis illis, quae afferuntur de Or. III. 41.) Nobb. Or. Tbn. eam lectionem, quam, quod ad metrum, restituit Bentleius, addito illo vocabulo prisco *istim,* Wolfiique distinctione: uncinis autem septum addidi supplementum versus tertii Bentleianum. Librorum autem lectio haec est: unus Ox. habet *ire* pro *adire,* Marb. *venire.* Edd. P. A. B. S. C. M. L. et nostrae ante Gebh. omnes habent *adire ad me.* Pro *istim,* quod recepit etiam Bothius Poett. Scenn. p. 66, fere omnes habent *istic,* nisi quod tres Oxx. habent *ista,* duo cum Gud. 2. *istinc,* Mon. 2. *ilico isti restiterunt.* In Bern. quidem scriptum est *istic,* sed in rasura. Ed. P. *adire ad melico,* mox *nobis* pro *bonis. Mr.*

Ne contagio mea bonis —] „*bonis* i. e. viris, quales vos estis." *Ern.* Pergit Mon. 2. *umbra,* omisso *ve:* unus *umbra ne,* alius *umbra me. Mr.* „*Tanta vis sceleris in corpore haeret:* Trochaicus imperfectus: pedem enim desiderat, quem restituere sine libris MSS. nefas est. *Tanta vis sceleris meo in corpore haeret* legendum quandoque sum opinatus, quam opinionem nondum mihi venit in mentem cur abiicerem. Itaque eam protuli, hoc tamen animo, ut si quis contra dixerit, pugnare nolim. Versus in pedes ita dividendus esset: *Tanta — vis scele — ris me — o in — corpor' — haeret.*" *P. Manutius.*

Meo *tanta vis*] Metrum fecit, ut hanc vocem Cl. Bentleius addiderit: hos enim versus Bacchiacos esse primus monuit vir ille summus. *D.*

. . . tanta vis sceleris in corpore haeret] Codd. Bern. Gud. 2. unus Ox. *sceleribus corpore.* Pergit deinde Gud. *tu* omisso *-te,* unus Ox. *tuta,* Marb. *tu echiesta,* Gud. 2. *tui etiam condempnabis,* unus Ox. habet *damnaberis orbaberisque.* Sunt haec verba apostrophe Tullii ad Thyesten, quem accusat, quod in tanta aegritudine sit ob fraternum scelus. *Mr.*

Quid? Illum filium Solis] „Aeetam significat, quem una cum Perse progenitum ex Sole ferunt. Qui quum filiam Medeam rescivisset una cum Iasone clam abscessisse asportato aureo vellere, cum his, qui in promptu erant, militibus, insecutus abeuntes conflixit in litore, ubi a Meleagro occisus est. Medeam autem fugientem secum abduxisse tradunt fratrem Absyrtum: quae ut moraretur aliqua fraude patrem insequentem, fratrem interemit, atque ita divellit, divulsaque membra per agros dissipat. Aeeta cognitis filii membris,

Refúgere oculi: córpus macie extdbuit:
Lacrimae peredere húmore exsanguis genas:
Sitú nidoris bárba paedore hórrida atque

---

quae divulsa in itinere reperit, maerore et tristitia confectus extabuit: et ita inducebatur a tragico poëta. Nunc M. Tullius accusat Aeetam insolabiliter dolentem et aegritudine tabescentem ob casum filii et filiae scelus." *Beroaldus.*" „In antiquo est: *Quid? Aeeta filium Solis* etc." *Ursinus.* Ed. P. habet *Quid filium*, omisso *illum*. Cod. Aug. *illum Solis filium.* Rehd. omittit *Solem.* Duisb. habet *filium alienum solis nomine patris.* Gud. 2. omittit *ipsius.* Ed. C. habet *dignum* pro *indignum.* Unus Ox. omittit *putas. Mr.*

Illum *filium* Solis] Testatur Ursinus in suo vetere legi *Aeeta filium Solis.* Saltem Librarius scribere debuit *Aeetan.* Sed illa lectio, si revera talis usquam fuit, Glossematis est damnanda. *D.*

Refugere oculi etc.] De hoc soni artificio, ipsis vocabulorum vocalibus sententiam significantis, loquitur, quem non semel laudavimus, Maranta Quaestionn. Lucull. p. 208. „Posuit hosce versus Vossius in fragmentis Tragicorum incertis [p. 168. in Scriverii Collectann. vett. Tragg.] Est tamen, quod suspiceris eos esse ex Ennii [*Pacuvii*, ait Or.] Medo sumptos, cuius fabulae argumentum videtur esse apud Hyginum Fab. 27: quamquam ibi Medus, Medeae filius, interfecto Perse, qui Aeetae regnum occupaverat, ipse fit rex Colchidis. Sed cum Apollodorus Bibl. II. [I. 9. 28. 6. ib. Heyn. Obss. p. 93.] ab Aeeta recuperatum esse regnum referat, veri fit simile Medum non prius, quam illo mortuo, regnare coepisse." *Bouhier.* Verba *refugere oculi* FAWolfius in scholis explicat: Der Glanz seiner Augen ist dahin: sie sanken in die Augenhöhlen zurück. — Unus Ox. cum Ed. P. *in acie* pro *macie* exhibet; Gud. 1. *extabánt*; posteriori *a* superscriptum est *v. Mr.*

Lacrymae peredere — exsangues genas] „— Videtur ita ordinandus esse textus; *lacrymae peredere*, hoc est exhauserunt consumpseruntque *genas* oculorum humoris largitate. et ita leges *humore* — vel ita distinctum legito: *lacrymae peredere humorem*, ut sit unum colon. Mox sequatur, *Exangues genae situ nidoris*, alterum colon. quod placet, ut *genae* legas recto casu plurativo." *Beroald.* „Varie legitur hic versus in MSS. in uno enim est: *Lacrimis hument exangues genae situ liventes*, in altero *Lacrimae perdidere humorem*" etc. *Ursinus.* Est etiam *humorem* in uno Ox. Gud. 1. 2. [hic cum dist. maj.] Aug. Marb. [hi *perdidere*] Vind. 2. Mon. 1. 2. [hic *perdere*] Edd. Junt. P. A. B. S. E. Ven. nostr. In Cod. Duisb. est *genae. Mr.*

Situ nidoris] „*Situs*, ut ait Servius, est lanugo ex humore procreata, qui fit in locis carentibus sole. Donatus exponens illud Maronianum, ex VII. Aeneid. *Sed te victa situ verique effeta senectus*, sic scribit: *Situs est corruptio ex humore et diuturnitate contracta. — Solet autem in locis lutulentis odor quidam taeter et aspernabilis olfactantium nares offendere, qui et ipse situs dicitur.* Plinius L. XXI. pessimum esse crocum ait, quod *situm* redolet. In quem sensum duci posset ista sententia, ut *situs nidoris* significetur ὑπερβολικῶς non solum squalor et decoloratio, sed et odor inamabilis, qualis ex re ambusta sentitur. *Nidorem* enim poni pro odore epularum et culinae satis claret. — Verum etiam ponitur pro putore ustrinae et rei ustulatae, ut apud Virgil. XII: *Illi ingens barba reluxit, nidoremque ambusta dedit:* quo significatu hic accipi videtur." *Beroald.* „Pro eo quod legitur *situ nidoris*, reperi, ut ita dicam, in mysticis libris *situ li-*

Intónsa infuscat péctus illuviè scabrum.

Haec mala, o stultissime Aeeta, ipse tibi addidisti: non inerant in iis, quae tibi casus invexerat, et quidem inveterato

---

ventes, ut ad *genas* referatur. — Eam igitur lectionem malui testatam relinquere, quam tacitam praeterire. *Atque* autem, quod mox excipit, priore sui syllaba absorbetur a fine antegressi versus." *Turnebus* Adversarr. 27, 6. — Dav. in Ed. 2. dedit post *genas*, pro *situ nidoris*, Bentleii coniecturam *Titinnit auris*: suam tamen in annotatione addit *Situ 'st in ore:* quae placet Bouhierio. Hic vero neque Turnebi codici admodum confidit, et vocem *exsangues* versu praecedente iam idem, quod *situ liventes*, significare monet. *Mr.*

Situ nidoris] Quid sibi velint ea verba, nescio. Nonnulli Codices *situ liventes*, ut ad genas referantur; prout testis est Turnebus Advers. XXVI, 6. Reg. Pithoean. Med. et Bak. *situ nitoris*. Unde reposuerim, *situ 'st in ore*, quo squallor foetidus denotetur. Cl. autem Bentleius legit, *Titinnit auris*; quae coniectura videtur admodum probabilis. *D.*

Situ nidoris] „Bentleius corrigit: *Titinnit auris*, alii aliter. Non est tanti, in talibus se torquere." *Ern.* Mirum certe viri critici iudicium. Lallemannus recepit *situ liventes:* (sc. genas:) addens: „Ita cum Turnebi MSS. regius optimus." Sed neque de Turnebi MSS. res admodum certa est, neque optimus regius ita exhibet. Is enim cum antiquissimo Gud. 1. itemque Gud. 2. Aug. Marb. Rehd. Bern. duo Oxx. habet *nitoris:* ut mihi illud *liventes*, quod reperisse se ait etiam Ursinus, cum Orellio, correctio, eaque ingeniosa, Itali cuiusdam seculi XV. esse videatur. Gud. habet *niteris*, unus Ox. *indecoris*, unus *mucoris*, unus *victoris*, Mon. 2. *in toris*, reliqui omnes *nidoris*. Bothius l. c. p. 278. coniecit *situm vide oris:* idem in seqq. delevit *atque*. Receperunt quidem illud *situ liventes* FAWolfius et, qui post eum hos libros ediderunt, omnes. Mihi vero in optimorum librorum lectione, quamvis manifesto vitiosa, aliud quid cum Or. latere videtur. Quare non potui a me impetrare, ut, recepta illa lectione plus quam dubia, vulnus obtegerem potius, quam sanarem. Neque ex aliis coniecturis aliqua eiusmodi est, ut recipienda videatur. Quare nec moror Nissenii coniecturam. Is enim ad v. *situ nidoris* haec: „Ordo est: Barba paedore horrida infuscat pectus scabrum situ nidoris atque intonsa illuvie. *Sed intonsa* ad barbam potius referendum videtur. Ita vero *situ nidoris* ferri nequit: placet autem maxime *sic humido oris*. In *pectus* ultima litera resecanda." Neque nunc quidquam tribuo meae coniecturae, quam olim feci, *Ei* [i. e. hei] *tumidi oris barba* etc. Ad. v. *situ* vid. J. H. Voss. ad Tibull. p. 270. *Mr.*

Intonsa infuscat etc.] Unus Ox. *intunsa*, alius *vitiosa*. Cod. Duisb. *infusca*. Mon. 2. *offuscat*. Cod. unus Ox. *in lumine* pro *illuvie*. Rehd. et Aug. *scabrum os*. Sequitur in Rehd. *set hacc mala*, in duobus Oxx. *sed haec mala*, unus Ox. cum Mon. 1. omittit *o*, alius Ox. duas voces *o stultissime*. Pergunt Aug. Ven. 1. 2. Mon. 1. 2. Duisb. unus Ox. Edd. Junt. Asc. 1. *Oeta*, et sic etiam MS. in marg. Asc. 2; unus Ox. Marb. Gud. 2. *tota*, Gud. ridicule *poeta*; Reg. *eota*, Gud. 1. *aeota*. Brutus cum in Cod. Gryph. item reperisset *tota*, coniecit: *tute*: haud absone: sed alio ducunt scriptiones Reg. et Gud. 1. Unus Ox. pro *ipse* habet *specie*. *Mr.*

non inerant in iis] *Nec* pro *non* habet Cod. Duisb. Cod. Aug. habet *non inhereant*. *Erant* unus Leid. quatuor Oxx. Mon. 1. Edd. P. A. B. S. E. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Boul. Fr. Fabr. Brut.

malo, quum tumor animi resedisset: (est autem aegritudo, ut docebo, in opinione mali recentis:) sed maeres videlicet regni desiderio, non filiae: illam enim oderas, et iure fortasse: regno non aequo animo carebas. Est autem impudens

---

Sturm. Ald. Sylb. HWolf. Car. Steph. Scripsi autem *in iis* pro *in his* ex MS. in marg. Asc. 2. Gud. Duisb. Col. [*kiis*] Edd. Leod. M. Ald. Boul. Brut. Car. Steph. HWolf. Sylb. Lambb. Goth. idque in Annott. praetulerunt etiam Or. et Kühner. Solus Mon. 2. habet *nonne inherant in his.* Bouhierius coniecit *non enim erant in his:* quod necessarium non est. Pergit unus Ox. *quae ipse tibi*, aberrante librarii oculo ad lineam antecedentem. Cod. Mon. 2. habet *casus invenerat.* Aug. *innexerat*, unus Ox. *invinxerat*, Marb. *invexerant.* Tum Mon. 2. *Equidem* pro *et quidem. Mr.*

quum tumor in animo resedisset] „Residere in animo tumorem eum dicimus, qui haeret ac remanet. Sed quum constet, aegritudinem vetustate tolli, infra *Aeetae malo inveterato tumor eius animi resederat*, id est, remissus aut sedatus erat, conquieverat. Probo igitur libri MS. lectionem, quam edidit Cratander, et Manutius in quibusdam suis: *Quum tumor animi resedisset.* Sic in Bruto: *Nam et contentio nimia vocis resederat, et quasi deferbuerat oratio*, ubi vulgo *reciderat* legitur. Caelius Ep. 2. Lib. 8. ad Ciceronem: *Marcelli impetus resederunt, non inertia, sed, ut mihi videbatur, consilio.*" *Fr. Fabr. Quum tumor animi resedisset*] „Lectionem tenui Victorii (qui cum Codd. nostris omnibus fulcit etiam lectionem *inerant*) Pall. pr. sec. quart. quinti ut et Fab. Pith. missa vulgata *animo resedisset.*" *Gebh.*

quum tumor animi resedisset] Cod. Aug. *timor.* Alios ait habere Brutus *animo.* Sic ex nostris Edd. Sturm. Boul. Lambb. Goth. Car. Steph. Sed in Lamb. et Fr. Fabr. legitur *in animo.* De locutione *tumor animi* eiusque sententia vid. disputantem Menckenium in Obss. L. L. p. 987: qui ex nostris libris laudat III. 31. *erat enim in tumore animus.* IV. 31: *ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere.* — Scribitur *residisset* in uno Ox. et Gud. 2., *recedisset* in Aug. In Gud. post verbum additur *se conficiens. Mr.*

est autem aegritudo — mali recentis:] „Haec sine dubio insititia sunt, et ex alio loco huc temere et casu translata." *Ern.* „Ut tu stulto stultior sis, qui de inveterato malo tantopere maereas. Haec addita propter antecedentia videntur. Ea quidem abesse possunt: sed talia multa reperiuntur, quae cum abesse possunt, tum, ubi adsunt, apta sunt." *Nissen.* FAWolfius in scholis non quidem spuria haec esse existimat, sed suae oblitum esse personae, quam induxerat, Ciceronem, quasi aliquid seorsim dicentem. In eadem, qua Wolfius, sententia est Or. — Duo Oxx. omittunt *autem.* Gud. 2. habet *uti docebo aegritudo.* Mon. 2. *vel docebo*: facili permutatione formarum *vt* et *ut.* Pro *mali recentis* Cod. Vind. 1. habet *mali praesentis. Mr.*

Sed maeres videlicet regni desiderio,] „Erat enim ipsi aureum vellus pignus regiae dignitatis, quo erepto regnum amissum iri in fatis erat." *Neidius.* Abest *videlicet* a Codd. Mon. 2. Gud. 2. Post *desiderio* unus Ox. addit *et opinione.* Post *regno* addunt *enim* Edd. Junt. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Sola Ed. HWolfii habet: *Regno autem* (*enim*) *non aequo* etc. In seqq Gud. 1. a pr. m. pro *se* habet *sed.* Gud. 2. *conitientis*, Marb. *coicientis*, tres Oxx. *conficiens*, unus *licebat* pro *liceat. Non* abest a Codd. Aug. et Gud. 2. *Mr.*

luctus maerore se conficientis, quod imperare non liceat li-
27. beris. Dionysius quidem tyrannus, Syracusis expulsus, Corinthi pueros docebat: usque eo imperio carere non poterat. Tarquinio vero quid impudentius? qui bellum gereret cum iis, qui eius non tulerant superbiam. Is, quum restitui

---

liberis] „Bifariam potest accipi, vel quod privatus fuerit filia, neque iam in eam imperium habuerit: vel quod non liceat imperare liberis civibus.“ *Comm. Anon.* ap. Leod. „*Liberis* mihi suspectum est: servorum enim regem esse non in usu erat. Quod si quis etiam servorum rex fuisset, ut nunc est Turcarum imperator, non minus risissent Stoici cum qui maereret amisso in servos regno, quam in homines liberos. Suspicor igitur Ciceronem scripsisse *Iberos*. Iberia enim fuit alterum Colchidis nomen. Quod quum ignorarent librarii, *liberos* inde fecerunt.“ *Bouhier.* Merito hanc coniecturam inutilem esse censuit Schz. *Liberi*, si ad sententiam attendas, ne ambiguum quidem est: significat nihil aliud quam homines libertate fruentes. *Mr.*

Dionysius — Corinthi pueros docebat] Idem tradunt Valerius Maximus lib. VI. cap. IX, 6. ext. Lucianus in Gallo Tom. II. pag. 178. aliique plurimi. Inter eos sic Iustinus XXI, 5. *Novissime*, inquit, *ludimagistrum professus, pueros in trivio docebat, ut aut a timentibus semper in publico videretur, aut a non timentibus facilius contemneretur.* Ast ab Aeliano V. H. lib. IX. cap. 8. dicitur ἐν Κορίνθῳ πολλαῖς καὶ ποικίλαις χρησάμενος βίου μεταβολαῖς, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀπορίαν τελευταῖον δὲ μητραγυρτῶν καὶ κρούων τύμπανα καὶ καταυλούμενος δέ, τὸν βίον καταστρέψαι. Ei praeivit Athenaeus lib. XII. pag. 529. *D.*

Dionysius quidem tyrannus] Minorem intelligit, maioris filium. Monet FAWolf. in scholis, hoc non ad aegritudinem pertinere, sed tantummodo ad verba *quod imperare non liceat.* Pergunt duo Oxx. *Syracusus.* Ad v. *Syracusis expulsus* Gernhardus Comm. Gramm. Part. VI. (in Seebodii N. Archiv. I. 4. p. 50.) participium *expulsus*, ait, praeter tyranni vocem appositione, quam dicunt, adiunctam, eam Dionysii conditionem describit, qua demum indicata Dionysius dici poterat Corinthi pueros docuisse. Dixerat enim paullo ante G. multos esse locos, quibus participium ad substantivi casum, quem verbum regit, ita se applicet, ut nihil possit coniunctionis inter verbum finitum et Participium intercedere. Pro *usque* unus Ox. et Marb. *isque.* De usu formulae *usque eo* in Epiphonemate vid. Tursellin. de Particull. p. 1089. ed Schwarz. De simili usu vocis *adeo* vid. disputantem Handium in Tursellino I. p. 150 — 154. Coniunctas vides has particulas apud Virgil. Aen. XII. 646: *usque adeone mori miserum est?* ubi vid. Servium p. 73. ed. Burmann. T. IV. Eum usum non intelligens librarius Cod. Gud. 2. correxit *is qui eo imperio* etc. In Cod. Duisb. scribitur *carere imperio.* In seqq. Gud. 2. *qui impudentius.* Pergunt quatuor Oxx. Mon. 1. 2. Edd. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *qui quum bellum gereret*, Ed. P. *qui eum bellum geret.* Solus Cod. Gud. *qui bellum gerens.* In seqq. pro *cum his*, quod habent multi libri, cum haud paucis scripsi *cum iis.* Unus Ox. omittit *eius. Mr.*

Is quum restitui in regnum] Cod. Rehd. *isque quum*; Aug. *restituit.* Post *regnum* pergit Gud. 2. *vejengentium*, omisso *nec*, Mon. 2. *nec Vegentiorum*, Marb. *nec Veientum*: quam formam ne quis praeferat vid. K. L. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 249. — Duo Oxx.

in regnum nec Veientium nec Latinorum armis potuisset, Cumas contulisse se dicitur, inque ea urbe senio et aegritudine esse confectus.

Hoc tu igitur censes sapienti accidere posse, ut aegritudine 13
opprimatur, id est, miseria? Nam quum omnis perturbatio
miseria est, tum carnificina est aegritudo. Habet ardorem b.
libido, levitatem laetitia gestiens, humilitatem metus: sed
aegritudo maiora quaedam, tabem, cruciatum, afflictationem,

---

venientium, quorum alter cum Gud. 1. Marb. Mon. 2. habet *Latiorum*. Ern. nomen *Latinorum* explicat *Clusinorum*. Pergit Vind. 1. *potuisset armis*. Unus Ox. habet *posset*. *Mr.*

Cumas contulisse se dicitur] Scripsi *contulisse se* cum Dav. ex Codd. Marb. Reg. Vind. 2. Gud. 1. Aug. Gud. Duisb. Neque adversantur Gud. 2. Mon. 2. in quibus deest *se*, errore ex scriptione CONTULISSE orto. Rehd. habet *se Cumas*. Reliqui *se contulisse*. Unus Ox. omittit *ea*. Gud. 2. exhibet *in qua urbe*. Gud. 2. Marb. *ex aegritudine*. Verba *esse conf.* usque ad *ut aegr.* desunt in duobus Oxx. Pro *esse* scribitur *fuisse* in Edd. P. A. B. S. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. In Vind. 1. legitur *confectum*. *Mr.*

Cumas contulisse se dicitur] Vide Livium II, 21. et Dionysium Halicarnasseum VI, 21. At *in oppido Tusculo quatuordecim annos privatam vitam quietus habuit, et cum uxore consenuit; optabiliore fortassis exitu, quam socer eius, extinctus*, si fides Augustino C. D. III. 15. *D.*

c. 13. *accidere posse*] Cod. Gud. 2. *accedere*. Cod. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. *posse accidere*. Pro *id est* unus Ox. habet *et*. Monet Goerenz. ad Cic. Acadd. 1. 2. 6. *id est* poni et nostro loco et aliis haud raro pro *nihil aliud est, quam* — Conf. eundem ibid. I. 8. 32. p. 51. De constructione particularum *quum — tum*, videlicet quando prior cum Indicativo, quando cum Coniunctivo iungenda sit, ad h. l. Kühnerus ait se monuisse ad IV. 1. 1; nec vero prius hoc fecit, quam ad V. 39. 113. Docet ibi Indicativum poni, quum istis particulis sola partitio indicetur, Coniunctivum, si praeterea significetur prius membrum concessiva aut temporali ratione cum altero cohaerere. *Mr.*

Nam quum omnis perturbatio misera est] „*Miseria est* habent omnes libri vulgati et bona pars manu scriptorum: et ita malim legi, quam *misera est*: et sic olim legi iusseram." *Lambinus*. Ego autem lectionem *misera est* nusquam reperi nisi in marg. Ed. Asc. 2. In Codd. Rehd. Gud. legitur *est miseria*. Pergit Aug. *tunc*, Mon. 2. *tum*. Posterior cum uno Ox. Vind. 1. 2. et MS. nescio quo ap. Verb. habet *carnifica*. Infra V. 27. 78. legitur *quamvis carnificinam prius subierint* (Aegyptii), *quam* etc. In seqq. pro *laetitia* unus Ox. repetit *libido*: alius pro *sed* habet *si*. Codd. Vind. 1. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. V. HWolf. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *quaedam maiora*. *Mr.*

cruciatum, afflictationem, foeditatem] „Victorius sic edidit, pro quo pugnant Pall. prim. tert. quart. Pith. Vat. Vulgo *afflictionem*. Sunt omnino haec ex veteri poëta desumpta." *Gebh.*

afflictationem] Ita antiquissimus noster Gud. I, qui plerumque cum Reg. conspirat, Pith. (qui, monente Orellio, fortasse unus idemque est cum illo) ex ipso autem Reg. in collatione nostra nihil enotatum est: praeterea duo Oxx. Aug. Mon. 1. Vind. 1. 2. Rehd. Gud. Pall. 1. 3. 4. Vat. Edd. Vict. Rob. Steph. marg. Crat. marg. Lambb. et Goth. Fr. Fabric. marg. HWolfii (qui merito lectionem *affectionem*

foeditatem: lacerat, exest animum, planeque conficit. Hanc nisi exuimus sic, ut abiiciamus, miseria carere non possu-
28. mus. Atque hoc quidem perspicuum est, tum aegritudinem exsistere, quum quid ita visum sit, ut magnum quoddam malum adesse et urgere videatur. Epicuro autem placet,

---

ineptam esse ait). Reliqui libri *afflictionem*. Lectio *affectionem* in nullo nostrorum comparet. Unus Ox. omittit *foeditatem*. In Ed. autem Fr. Fabr. haec est annotatio: „*affectionem*] Erratum hoc est operarum: tu *afflictionem* repone. Cratander in ora libri *afflictationem* adscripsit, itaque Manutius iam in contextum recepit. Libro seq. afflictatio in partibus aegritudinis numeratur." *Mr.*

Lacerat, exest animum planeque conficit.] „Inobservatus latitat senarius, ut opinor, alicuius poëtae in his verbis: modulus quidem pedum et numerus versum adiudicat." *Turnebus* Adv. 26, 6. Probat hanc suspicionem Bouh. Nissenius vero „Versus, ait, senarius est. Sed multi eiusmodi priscis excidere, nec opus, ut haec poetae tribuantur, sicut Bouhierius volebat." In quo duo sunt, quae mireris. Primum quod non vidit Niss. poeticum colorem non in numeris tantum versusque modulo apparere, sed in vocibus ipsis earumque et forma et ordine. Deinde quod credidisse videtur, haec verba plane ut scripta sunt, senarium conficere. Quasi vero senarius tragicus hanc mensuram habere possit: ⏑⏑⏑, — — | ⏑⏑—, — — | ⏑—, ⏑⏓: ut exscriptus est in Ed. Tbnr. Talem, opinor, versum Turnebus in his verbis non agnovit. Si versus fuit, quod nobis quoque veri videtur simile, haec vel similis eius forma fuit:

Heu lacerat, exest animum, plane conficit. Cf. tamen Herm. Elem. Doctr. Metr. p. 99.

Ceterum etiam nonnihil variant libri, praesertim in secundo verbo. Unus Ox. habet *lacerati*, in alio sequitur *enim animum*, in Gud. 2. *ex se animum*, in Mon. 2. et MSS. nescio quibus apud Verb. *exedit*, alii ap. Verb. *excedit*, et sic noster Duisb.; in Gud. denique est *exestuat* (sic). In seq. duo Oxx. *haec*, unus *nam* pro *hanc*. Tum cum uno Ox. Gud. 2. Aug. *nisi exuamus:* posterior pergit *sic vel sive abiciamus*. Unus Ox. omittit *ut*. *Mr.*

Atque hoc quidem perspicuum est,] „Sic quinque Pall. Fab. Pith. Vat. nec longe Victorius: *atqui hoc*. Vulgo *at hoc quidem*." *Gebh.* Victorianum *Atqui* recepit FAWolf. nec vero quemquam praeter Koelium obsequentem habuit: Kühnerus vero id factum merito improbat, cum h. l. non sit assumptio in conclusione: addens *atque* saepissime in enuntiati principio, adiuncta fere vocula *quidem*, ita poni, ut transitum ad rem novam denotet. Ceterum scribitur *at* in Aug. et uno Cod. Ox. Edd. P. A. B. S. E. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Crat. Car. Steph. (hic vero ex vet. Cod. enotavit *atque*) Brut. Boul. Lambb. Goth. Sylb. *Atque* habent Codd. reliqui, Edd. Leod. et HWolf. Gebh. Ern. rell. (praeter FAW.) Victorianum *Atqui* reperi etiam in Edd. Herw. et Sturm. Sequens *tum* in Cod. Gud. 1. supra lin. a 2. m. adscriptum est. Unus Ox. habet *aegritudine;* alius *assistere* pro *existere*. *Mr.*

quum quid ita visum sit, ut — videatur] De eiusdem verbi repetitione, paucis interiectis, vid. quae collegit exempla et quos laudat Ochsner. ad Olivet. Eclogg. Cic. p. 6. Ed. 3. Pro *quid* duo Oxx. *quod* cum Mon. 1. Sed Mon. 2. omittit *quid*. Pergit Gud. 2. *ita vita visum sit:* sed *vita* punctis notatum est. Unus Ox. pro *ut magnum* habet *ita*. In seqq. unus Ox. omittit *placet*. *Mr.*

opinionem mali aegritudinem esse natura, ut, quicumque

opinione mali aegritudinem esse, non natura:] „Aliter in omnibus libris: ego *non* addidi ex ingenio. *Opinione* sumpsi a scripto Sigonii libro. Confirmat correctionem nostram quod infra legitur, *Simulque iudico malum illud opinionis esse, non naturae*. et: *vides ergo, opinionis esse, non naturae malum*. et: *Ex quo intelligitur, non in natura, sed in opinione esse aegritudinem*. et: *Non natura exoritur aegritudo, sed iudicio, sed opinione*. Nec dissimile illud de corporis, non animi, dolore lib. III. de Fin. *Opinio fuit, non natura, vim doloris aut maiorem aut minorem.*“ *P. Manut.* „Mihi magis placet, ut habet manuscriptus, *opinione mali aegritudinem esse natam*. Ex voce enim *natam* imperitus librarius fecit *natura.*“ *Ursinus.* „Manutii exempla omnia sunt *ἀπροσδιόνυσα*. Tullius enim hic non suam, sed Epicuri sententiam exponit. Epicuro autem placet opinionem mali aegritudinem esse natura, hoc est, si quis se in malis esse arbitretur, ut is in aegritudine sit, naturam ferre. Sic enim Cicero ipse hanc Epicuri sententiam interpretatur infra. Ergo a libris omnibus standum.“ *Fr. Fabr.*

Epicuro autem placet, opinione mali, aegritudinem esse natura:] „Ita Gebh. [Ern. et, Oliveto teste, Lamb.] Manifestum est, Ciceronem hic Epicuro tribuere sententiam a superiore nonnihil differentem: quamquam est una eademque. Davisius ex aliquot Codd. dedit *opinionem mali*. Hoc vero Epicuri sententiae plane adversatur. Diceret enim, opinionem mali aeque naturalem esse homini, quam aegritudinem: cum tamen ex Epicureorum sententia malum sit plane in nostra imaginatione (opinione): ita ut, si forte contigerit, ex nostra opinione expellere imaginem mali, nihil plane mali sentiamus. Est igitur, quod suspicemur scripsisse Ciceronem: *Opinione malum, aegritudinem esse natura*. Idem plane dicit infra c. 15.: *Iudico malum illud opinionis esse, non naturae*. Et c. 27: *vides opinionis esse, non naturae malum*. Et c. 33: *Quicquid esset in aegritudine mali, id non naturale esse, sed voluntario iudicio et opinionis errore contractum.*“ *Bouhier*. Lallemanno placet Manutii ratio. *Mr.*

Opinionem *mali, aegritudinem esse natura*] Paullus quidem Manucius reponit, *opinione mali aegritudinem esse, non natura*, quod passim doceat Cicero, aegritudinem opinioni, non naturae, ortum debere. Sed hoc est viri doctissimi *παρόραμα*, licet eius coniecturam diserte repraesentent Eliens. tert. et Petrens. nam, quod vidit etiam Fr. Fabricius, haud suam, sed Epicuri sententiam refert Tullius. Epicurus autem *censet, necesse esse omnes in aegritudine esse, qui se in malis esse arbitrentur*, quemadmodum ait noster infra cap. XV. ac proinde lectio, quam recepimus, non est movenda. Hinc est quod sapientem *λυπηθήσεσθαι* statuat, cum Stoici, qui aegritudinem non naturae, sed voluntati tribuunt, id omnino negent. Vide Laertium X, 119. Eadem fuit Cyrenaicorum sententia. Laertius II. 91. *Καὶ λυπήσεσθαι μέντοι καὶ φοβήσεσθαι· ΦΥΣΙΚΩΣ ΓΑΡ ΓΙΝΕΣΘΑΙ.* Fulv. tamen Ursinus ex suo Msto legit, *opinione mali aegritudinem esse natam*. Inepte. Quis enim dubitavit, quin ex malo seu praesente seu exspectato nasceretur, si qui esset, animi dolor? In eo vero discrepabant inter se Stoici et Epicurei, quod hi fieri non posse censuerint, quin aegritudinem suscitarent mala; Stoici autem hanc voluntarie susceptam esse contenderint. *D.*

opinione mali aegritudinem esse natura] „E Cyrenaicorum sententia apparet, sensum in his esse debere: simulac malum quis quid esse opinetur, aegritudinem sequi. Qui in his verbis cum non sit,

intueatur in aliquod maius malum, si id sibi accidisse opinetur, sit continuo in aegritudinem. Cyrenaici non omni

---

facile adducor, ut veram lectionem esse credam: *opinione mali aegritudinem inesse natura.* Quae quidem ratio sequentibus *non omni malo aegritudinem effici* similior est, quam Davisii *opinionem mali* etc., quod receptum est a Bipp. " *Nissen.* Orellio videtur scriptio *opinione* mansisse apud Gebh. et Ern., qui soli eam servarunt, ex falsa lectione P. Manut. postr. Ablativus, ait FAWolfius in scholis (*opinione*) a Ciceronis usu abhorret: Ursini libro fides non est habenda. Sententia est: omnes homines naturâ (φυσικῶς) in aegritudine esse, quum opinantur magnum malum sibi accidisse: ipsam igitur mali opinionem esse aegritudinem. Recte monet Kühn. quod h. l. dicitur *naturâ esse*, infra c. 15, 31. ita dici: *necesse esse omnes in aegritudine esse, qui se in malis esse arbitrentur.* Est autem lectio, quam exhibet Davisius, quamque nos servavimus, in Codd. quatuor Oxx. Marb. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Bern. Mon. 2. Edd. vett. Orellii nostrisque omnibus. Quatuor autem Oxx. et Mon. 1. habent *opinionem mali aegritudinem esse natura*, unus: *opinionem mali aegritudinem esse naturae.* — Mox Duisb. *intuetur.* Rehd. omittit *in.* Duo Oxx. habent *magnum malum.* Rehd. *sibi si id*: elegantiore scilicet verborum ordine. *Mr.*

Sit continuo in aegritudinem.] „Similem locum supra restitui. Sic autem legendum ducunt [docent?] Pal. tert. Vatic. Vulgo *in aegritudine.*" *Gebhard.* Idem in Crepundiis I. 5. p. 347 sq. ed. Schminck. plura eius usus exempla affert ex Quinctiliano [I, 1.] qui (sermo Latinus) *pluribus in usum* est; ex Plauto (Amphitr. I. 1. 25.) ex Cicerone notum illud *esse in potestatem*; ex Senec. de Benef. II. 8. *omnes iussit reddere in senatum.* Bouhierius se aliquot codicum auctoritate non permoveri ait, ut credat Ciceronem, in his libris consuetum loquendi morem servantem, hoc loco ab eo descivisse, praesertim cum Cod. Reg. et unus Leid. eaque, quam tractabat, Ed. vet. ablativum defendant. *Mr.*

Sit continuo in aegritudine] Pithoean. Pal. tert. et Vatic. *in aegritudinem*; atque ita Gebhardus edidit. Vide Agellium I. 7. *D.*

Sit continuo in aegritudine] „Melius erat *in aegritudine* quam *in aegritudinem*: estque in MS. Guelf. ut et edidit Dav. Sed et accusativus sic dicitur." *Ern.*

sit continuo in aegritudinem.] Ita dedi, non quo insolita captarem et rara, sed quia sic optimi antiquissimique habent libri, Reg. (nam verum non est, quod ait Bouh.) Pith. Vat. Gud. 1. 2. duo Oxx. neque abest haec constructio a Ciceronis usu: vid. nos ad Cic. de Legg. III. 17. 37. p. 452. add. G. J. Vossium de Constr. c. 65. p. 251 sq. Garaton. ad Cic. in Verr. II. 27. p. 228. id. in Philippic. V. 12. p. 144. ed. Wernsd. III. 4. p. 13. XII. 2. p. 427. Moebium ad Cic. Or. pro Leg. Man. XII. 33. p. 42. ed. alt. ibiq. Laud. Obbarium in Seebod. Krit. Bibl. 1828. 15. p. 118. A. Grotefend. Lat. Gramm. I. p. 130 sq. A. Schott. Nod. Ciceronn. p. 284. Liv. II. 14. ib. interpr. Cic. Divin. in Caecil. 21. Kritz. in Jahn. Annall. 1829. II. 1. p. 51. verba *in potestatem esse* explicat: *in potestatem* [venire et in ea] *esse*: et sic etiam noster locus explicari potest. Vid. etiam Moebium ad Caes. de B. G. IV. 12. p. 210. aliosque ad eum locum interpretes: itemque Burmannum ad Quinctil. VI. 2. p. 523. Solus Cod. Aug. habet *si continuo. Mr.*

Cyrenaici non omni malo etc. Cyrenaicorum sententias ex ipso Cicerone collectas habes in Gedikii Hist. Philos. Ant. p. 104 — 113.

malo aegritudinem effici censent, sed insperato et nec opinato malo. Est id quidem non mediocre ad aegritudinem augendam: videntur enim omnia repentina graviora. Ex hoc et illa iure laudantur:

Ego quum genui, tum moriturum scivi, et ei rei sustuli.

— Pro *effici* est *fieri* in Mon. 2. uno Ox. Vind. 2. Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. I. 2. Junt. In Cod. Gud. 1. est *aegritudine;* in Gud. 2. et uno Ox. *affici*, in Gud. est *nolunt* pro *censent*. Mon. 2. *censet*. Aug. *inspirato*. *Mr*.

sed insperato et nec opinato malo.] „Sic, ut emendavit Lamb., legitur in Gryphii exemplari. In aliis vulgatis copula *et* male abest." *Brutus*. „*Et nec opinato* vetus codex, item MSS. Suffridi, Pall. sec. tert. quint. Vatic. Vulgo *et* omittunt." *Gebh*. Habent *et* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. quatuor Oxx. Edd. Fr. Fabr. et Sylb. et inde a Gebhardo omnes. Cod. Mon. 2. habet *et nec inopinato*. Plane nostro loco similis est ad hanc lectionis varietatem infra III. 19. 45: *omnia repentina et nec opinata esse graviora*, ubi Codd. plerique recte exhibent *et nec. op*. Editi ante Gebh. plerique vel *nec opin*. vel *et inopinata*. Recte de vocibus *nec opinatus, nec opinans, nec opinus* praecipit laudatque Kühnerus Ruhnkenium ad Terent. Andr. I. 2. 9. Pro *est id* unus Ox. *et id*. Duisb. omittit omnia inde ab *Est id* usque ad *augendam*. Pro *mediocre* unus Ox. *me dicere*. *Mr*.

Ex hoc et illa iure laudantur:] Ed. P. *ex hac*. Unus Ox. *vite* pro *iure*: voluit *rite*. Ad v. *laudantur* Nissen. addit: sc. praemeditatio mali, quae exemplo inest. Ad v. *et illa* laudat Or. quatuor alios locos, quibus *et* ponitur pro *etiam* (quod plerumque a Ciceronis more abhorrere dicitur): III. 8. 63. *itaque et Aeschines* etc. [nisi forte hic locus iis adnumerandus est, de quibus dixi ad Cic. de Rep. I. 3. p. 16. p. 609.] IV. §. 73: *probe et ille*, ad Q. Fr. I. 1. 10. *simul et illud Asia cogitet*. ib. 12. *simul et illud cogita*: excitat idem FAWolfium ad IV. §. 8. qui in brevioribus plerumque formulis (*et mihi, et ille* et similibus) *et* ita apud Ciceronem legi contendit. Quod duo Oxx. pessimae notae h. l. *et* omittunt, nihil curandum est. De ea re iam sufficiat laudasse Creuzerum ad Cic. de N. D. I. 39. p. 179. ed. Cr. et nostr. maj.; nos ad Cic. de N. D. I. 5. 12. p. 12. ed. min. Weber. Übungsschule d. Lat. Stils p. 12. Beier. in censura Lips. 1825. 122. p. 1010. et ad Cic. pro Scauro p. 195. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 12. 40. Beier. in Jahnii Annall. 1827. I. 3. p. 24 sq. Jacob. in Allg. Schulztg. 1828. II. 110. p. 108 sq. Klotz. Quaest. Tull. p. 7 — 12. p. 105 — 109; nos ad Cic. de Div. I. 18. p. 91 sq. et ad I. 53 p. 264. itemque ib. ad I. 20. p. 103. I. 55. p. 275. ad Cic. de Fato 3. p. 574. O. M. Müller de Vi et Usu verbb. Latt. p. 9. Sed laudandus instar omnium, qui de ea re accurate praecepit, nec nostri loci oblitus, Otto in Excurs. ad Cic. de Finn. p. 381. *Mr*.

Ego quum genui,] His verbis in Cod. Marb. superscriptum est *s. thalamon*. „*Morituros* habent Gryph. Vict.: *moriturum* Manut. Lamb. alii fere vulg. omnes." *Brut*. „*Morituros* recepi cum Vict. quam habet lectionem et vetus Cod. quatuor Pall. Vat. Fabr. Pith. Vulgo cum quinto Pal. *moriturum*." *Gebh*.

Moriturum *scivi*] Vulgo *morituros*; ego vero lectionem quam suppeditant Pal. quint. Med. Balliol. Bak. et veteres editt. recipiendam censui; nec, nisi fallor, immerito. Nam quod patet ex huiusce libri cap. 24. haec loquitur Telamo, qui duos quidem filios, Aiacem

Praeterea ad Troiam quum misi ob defendendam Graeciam,
Sciebam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.

---

et Teucrum, misit, ut bello interessent Troiano. Aiax ob Achillis arma sibi negata gladio se transiecit; alterum vero exsulare iussit pater, quia fratris mortem, Ulyssea versutia praematuram, ferro non vindicarit. Haec veterum testimoniis non fulcio, quippe quae Mythologis et Poetis sunt decantatissima; (vide modo Scholiasten ad Aeschyli Persas vs. 896.) ex his tamen liquet haud esse, cur de binis natis, tanquam fato functis, verba faciat Telamo. Eius etiam, quam propugno, scripturae locuples vindex est Seneca Cons. ad Polyb. cap. 30. *Quanto*, inquit, *ille iustior qui, nuntiata filii morte, dignam magno viro vocem emisit:* Ego cum genui, tum *moriturum* scivi — *Deinde adiecit rem maioris et prudentiae et animi*, et huic rei sustuli. Caecus est, qui non videt hunc versum philosopho in mentem fuisse; memoriaque Iusto Lipsio Tullii locum non suppeditavit, cum de Xenophonte vel Anaxagora statuerit agi. Lapsus etiam est Aeg. Menagius, qui pariter haec de Xenophonte dicta putat ad Laërtii II, 55. *D.*

tum moriturum] „Nihil certius Davisiana lectione *moriturum*, quam habet etiam unus Leid. *Ei rei*, ut monosyllaba ex more veterum poetarum, servare possumus: fortasse tamen ex Seneca *huic rei* corrigendum." *Bouh.* Non potui obsequi h. l. codicibus optimis vetustissimisque: iis enim vetustior est et Seneca et res ipsa, quam satis exposuit Davisius. Et habent singularem *moriturum* quinque Oxx. Mon. 2. Edd. vett. ab Or. collatae (exceptis P. et V.) nostrae, praeter Rob. Steph. Sturm. Brut. Sylb. HWolf., omnesque post Dav. et Ern. Pro *tum* unus Ox. *tunc.* — *Ei rei* i. e. ei sorti, vel morti. De *rei* et *ei* monosyllabis vid. Forbiger. ad Lucret. III. 931. Grotefend. Lat. Gramm. II. §. 82. b. *Mr.*

Praeterea ad Troiam quum misi ad defendendam Graeciam] „Videtur legendum *praeterea tum ad Troiam quum misi* etc. In proximo versu autem pro *scibam* libri veteres habent *sciebam*, et ita legendum, ut versus ratio constet. ne hoc quidem dissimulabo in libris veteribus scriptum esse *ob defendendam Graeciam*, ubi vulgati habent *ad defendendam Graeciam.* [Gothofr. p. Lemaer. 114: „omnes veteres Codd. *ob def. Graec.* et ita Lamb."] *Lambinus* in Ed. 1566. Sed idem in curis sec. haec: „Non est legendum *praeterea tum ad Tr. cum misi* etc. ut olim putavi. Sunt enim trochaici. In proximo versu autem pro *scibam* libri veteres habent *sciebam:* quod non placet. ne hoc quidem dissimulabo etc." Iam haec una recentior Lambini, et re vera melior annotatio satis est argumenti, merito dolere viros doctos, quod, quum nuperrime recuderentur Lambini emendationes Tullianae, *δεύτεραι* illae *φροντίδες*, revera *σοφώτεραι*, plane neglectae sunt ab editore in libro ceteroquin operoso et laborioso. — Unus Ox. habet *propterea*, pergit Marb. *ad tidiam.* Unus Ox. omittit *quum*, alter habet *eum.* Aug. *cum ad troiam misi ad def. Mr.*

ob defendendam Graeciam,] „*Ob* praepositione antiquos usos esse pro *ad* testis est Festus: quare non debet hic *ob* in *ad* contra auctoritatem librorum mutari." *Fr. Fabr.* Habent *ad* duo Oxx. Mon. 1. et, ut dixi, Aug. praeterea Lamb. (1566.) Boul. Ald. Brut. Car. Steph. Sylb. Unus Ox. *ad bene def.* Rehd. *defendendum. Mr.*

Sciebam] „Non erat Lambini omnium librorum auctoritate insuper habita *scibam* scribere: exstat enim (*sciebam*) in quinque Pall. ed. Vict. Fab. Pith." *Gebh.*

Haec igitur praemeditatio futurorum malorum lenit eo- 14
rum adventum. quae venientia longe ante videris. Itaque 29.

Scibam *me in mortiferum*] Sic Ennius apud Festum in *obsidio*,

Scibas *natum ingenuum Aiacem, cui tu obsidionem paras.*

Apud Plautum, Terentium, aliosque multa sunt huiusmodi quibus congerendis non immorabor. Vide Charisium Inst. Gram. lib. II. col. 157. Fatendum tamen in Mstis hic legi *sciebam me in mortiferum bellum*, molesteque fert Gebhardus, D. Lambinum scriptis Codicibus non paruisse. Si redivivus factus querelas suas repeteret, eas sane flocci non facerem; cum probe norim, metrum Trochaicum, quam propugnat lectionem non admittere. *D.*

Sciebam] „Ita Cod. Reg. unus Leid. et plerique reliqui itemque nostra ed. vet. et omnes fere seqq. Ad quae non attendit Dav. cum reciperet *scibam* diceretque formam *sciebam* non admittere metrum. *Sciebam* enim apud poetas veteres eandem, quam *scibam* habet mensuram, ut pluribus exemplis comprobavit Giphanius in Indice Lucretiano v. *scibam* [p. 423: *sciebam*, ait, episynaloepha quadam fit disyllabon, ut in *fiat* diximus.] et Chr. Wassius De licent. Vet. Poët. c. 9. p. 113. Nihil igitur necesse est corrigere h. l. *scibam*, quod voluit Dav. post Lamb. et Vossium de Tragg. Vett. p. 44. Eodem modo restituendum censeo *sciebas* apud Festum v. *obsidio*, qui versus est ex eadem Ennii tragoedia. [v. ann. Dav.]“ *Bouhier.*

sciebam] Ita scripsi Codd. obsecutus omnibus, quotquot ad meam notitiam pervenerunt, itemque Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. P. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. itemque ex recentioribus Grut. Verb. Ern. Alt. Oliv. Equidem συνίζησιν esse existimo, qualis est apud Horat. Epod. XII. 7.

Qui sudor vietis et quam malus undique membris.

Cf. Ruddimanni Prosod. p. 48. — Cod. Mon. 2. omittit sequens *in*. Duo Oxx. habent *immortiferum*. *Mr.*

c. 14. *Haec igitur praemeditatio*] Cod. Aug. *haec enim pr.* Duisb. *haec recordatio*. Pergit unus Ox. *facinorum malorum.* Gud. *lenit adventum eorum.* Ad sententiam totius loci faciunt, quae attulit Wyttenbachius ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 745. ed. Ox. p. 66 sq. ed. Lips. T. II. ubi etiam de Graecorum, quos in seqq. in Latinum convertit Cicero, versuum lectione monuit. — In seqq. Gebhardus ex Cod. Pal. quart. enotavit *quae evenientia.* Quo verbo si usus esset Cicero, scripsisset *eventura.* Post *longe* Cod. Rehd. et Ed. vet. Bouh. habent *ante praevideris*, unus Leid. *ante videras*, unus Ox. *ante videtis*, unus *anteveneris*, unus omittit *ante videris. Mr.*

Itaque apud Euripidem a Theseo dicta laudantur:] Unus Ox. omittit *itaque.* Gud. 1. *Euripiden a thesseo*, Gud. 2. *Euripiden thesea.* Unus Ox. *teseo.* „Haec transtulisse de Posidonio Ciceronem, intelligi potest ex iis, quae Galenus refert lib. IV. de Hipp. et Plat. dogm. quae ad horum et intellectum et explicationem plurimum momenti allatura sunt.“ *Camerarius.* Iam vid. J. Bakii Posidon. Reliq. Doctr. p. 204. Baguet. de Chrysippo p. 294. sq. Valckenarii Diatrib. in Eurip. p. 28. Muret. Var. Lect. V. 12. p. 111. ed. Ruhnk. Victorii ad h. l. annot. haec est: Graecos Euripidis versus, quos hic Cicero elegantissime interpretatur, reperi apud Plutarchum in Consolatione ad Apollonium: eos hic apponere volui: nec enim in his, quae exstant, eius poëtae fabulis memini hos unquam legisse: et valde utile esse puto, huiuscemodi locos a Cicerone conversos cum Graecis conferre. Digni autem sunt illi, qui a prudentissimis et clarissimis auctoribus

apud Euripidem a Theseo dicta laudantur: licet enim saepe facimus, in Latinum illa convertere:

Nam qui haec audita a dócto meminissém viro,
Futúras mecum cómmentabar miserias:
Aut mórtem acerbam, aut éxsilí maestám fugam
Aut sémper aliquam mólem meditabár mali;

---

vehementer laudentur et ad vitam instituendam adducantur. sapiens enim est eorum sententia, ut merito iudicet Cicero illo ripidem protulisse ex Anaxagorae opinione et mente. Sic Plutar καλῶς γὰρ ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ Θησεὺς παρασκευάζεσθαι φαίνεται τὰ τοιαῦτα· ἐκεῖνος γάρ φησιν· Ἐγὼ δὲ [v. reliqua in ann. Dav.]" eundem modum laudari debet illa Aeneae (apud Virgil. L. VI. Ae praecogitatio futurorum:

— — — — — *non ulla laborum,*
O virgo, nova mi facies inopinave surgit:
Omnia percepi atque animo mecum ante peregi." *Leod.*

Locus est Aen. VI. 104—106. ibi vero nunc recte legitur *praece percepi.* In seqq. fuit cum pro *licet* coniicerem *libet. Mr.*

Licet enim, ut saepe facimus.] Récte monet Kühn. ante *licet* mente supplendum esse: quae in latinum sermonem conversa habent: idque significari particula *enim* (ut supra l. 6. 11.) qu haud raro ponitur ut aliquid intelligatur modo, cui responde *Fecimus* pro *facimus* est in Cod. Vind. 1. Edd. A. B. S. E. Asc. 1. 2. In Cod. Aug. est *ea* pro *illa.* Ad locutionem co Cic. de Off. II. 24. ubi v. Gernhard. p. 271. *Mr.*

Nam qui haec audita etc.] Cod. Aug. *qui hoc.* Laudat hos ut probet Ciceronem in carminibus plurimum valuisse, Mara Lucullianis Quaestionibus III. p. 231. et Schottus Nodorr. Cic. p. 331. Non optime explicat Bill. verba *haec audita* verbi *praecepta.* Ad sententiam commode confert FAWolf. in scholis infra, C. 28. ubi item leguntur versus Euripidei a Galeno servat.

Nam qui haec audita] Euripidis verba leguntur apud Pluta Cons. ad Apollon. pag. 112. *D.*

Ἐγὼ δὲ τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν
Εἰς φροντίδας νοῦν συμφορᾶς τ' ἐβαλλόμην,
Φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς, [Dav. πάτρης
Θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς·
Ἵν, εἴ τι πάσχοιμ', ὧν ἐδόξαζον φρενί,
Μή μοι νεαρὸν προσπεσὸν μᾶλλον δάκῃ.

Eosdem versus, pauculis mutatis, exhibet Galenus lib. IV. de Hipp. et Plat. cap. VII. Tom. V. pag. 151. ed. Charter. *D.*

Futuras mecum commentabar miserias] Unus Ox. *commem* Alius *mortem arcebam.* Quod sequitur *aut* in Cod. Gud. 1. n a 2. manu additum. Idem habet *maestem. Mr.*

mortem acerbam] „θανάτους ἀώρους. Scolii auctor apud naeum XV. 50. p. 696. n. 1:

ἄτερ ἄλγεων καὶ στάσεων
καὶ θανάτων ἀώρων.

ubi consulendus magnus interpres. Addo Alciphron I. 35. *Schuch.* Cod. Mon. 2. habet *fugam maestam.* Ad *exilii fugam* exilium, confert FAWolfius in scholis Virgilium Ecl. I. 4: *N triam fugimus. Mr.*

aliquam] „i. e. *aliam aliquam.*" *FAWolf.* in scholis: ad qu „Ita, ait, vel potius quasi dictum sit *alius quis* vox *aliquis* ind

Ut, si qua invecta diritas casú foret,
Ne me imparatum cúra laceraret repens.

---

tracta saepe debet intelligi (vid. Addenda ad Timaeum Opp. Cic. IV. 2. p. 607:) quidquid obloquatur Ellendt. ad Brut. p. 209. Est haec autem eius vocis prima significatio: alterâ demum, neglecta plane adiectivi pronominalis (*alius*) sententiâ, fit Pronomen Indefinitum." Vid. nos ad Cic. de Rep. III. 14. p. 369. Add. Borgers. ad Cic. Paradox. p. 48. ibiq. laudd. Goerenz. ad Acadd. II. 10. p. 61. et II. 13. 41. p. 78. O. M. Müller. Cur. Sec. p. 125. Sed cf. etiam Hoffmann. in Jahnii Annall. 1828. II. 1. p. 46: qui ad Ellendtii partes aliquantum se applicat. — Unus Ox. habet *mollem* pro *molem*. Pergit Duisb. *mali meditabar*. *Mr.*

Ut, si qua — ne — laceraret] De constructione vid. Wagner. de Partic. *ut ne* in Seebod. N. Archiv. III. 4. p. 79. Duo Oxx. *inventa duritas invecta duritas* (sic). Vind. 2. *inventa duritas* (a pr. m. erat *diritas*) eodem modo Aug. duo Leid. Mon. 1. In Gud. 2. est *et* pro *ut*. Bouh. in lemmate, nescio utrum consulto, an casu, *si quo — casu*. Idem tamen coniicit *si qua — diritas casus*, quia *diritas* absque obiecti illo Genitivo non significet, quod vult Cicero. *Mr.*

Si qua invecta diritas casu foret] Recepit FAWolfius Bouhierii coniecturam *casus*, eumque secuti Schz. Bill. improbantibus Or. et Kühnero. Imo optime, ait ille, *casu invecta diritas*. Mihi quoque nimis cupide Wolfius illam coniecturam amplexus esse videtur. Ceterum v. de voce *diritas* novam Forcellini Ed., quae in Germania prodiit. — Fro *foret* unus Ox. habet glossam *fuisset*. Pergit Mon. 2. *inopinatum cura ne me*, ubi rursus glossa in contextum irrepsit sermonem. Unus Ox. pro *ne* habet *nec*. Idem cum Gud. 2. omittit *cura*. Edidit hosce versus G. Dindorf. in Fragmm. Eurip. ex Theseo n. V. p. 93. laudans Galenum Kühnii Vol. V. p. 418. In ultimo versu pro *νεαρὸν* edidit *νεωρές*. *Mr.*

Ne me inparatum cura laceraret repens] Henr. Stephanus Castig. in Cicer. pag. 33. reponit, *ne me imparatum cura laceraret recens*. „Quam castigationem, inquit, homini linguae Graecae ignaro nescio „quam facile probaverim; at Graece docto ita legendum esse statim „persuaserim, magnam inter *ἕρπον* et *νεαρὸν* non ignoranti esse dif„ferentiam." Haec ille, quem sequitur D. Lambinus. At hoc insigne est *παρόραμα*, *repens* enim penultima brevi, non *ἕρπον* sed *αἰφνίδιον*, ut hoc in loco, denotat. Sic infra cap. XXII. *Quamquam hostium* repens *adventus magis aliquanto conturbat quam exspectatus*. [In Ed. 2. laudat, loco Senecae, Terentianum Maurum Praef. v. 10:

Sed ne corpoream repens Labem accerseret otium.]

Seneca Troad. vs. 426.

Quis te repens *commovit adflictam metus?*

Iterum Medeae vs. 971.

— *Quid* repens *adferí sonus?*

Tacitus Ann. VI, 7. *Quid* repens *aut vetustáte obscurum*. Ubi pariter ab Ursino Muretoque perperam emendatur *recens*. Ita saepe locutus est Livius, et passim Poetae, quorum nonnulla testimonia collegit Nic. Heinsius ad Ovidii Metam. XII, 61. *D.*

cura — repens.] Or. ad Wolfii scholas ut exemplum vocis *repens*, quum est participium paenultima producta, laudat Horat. Epist. II. 1. 256: *repentes per humum*. Haud rarum idem nostrum adiectivum apud Tacitum esse ait nec raro in *recens* corruptum: et nostro quoque loco a pr. m. in Cod. Rehd. qui item voci *imparatum* superscriptum habet *insperatum*. *Mr.*

apud Euripidem a Theseo dict[illegible] [illegible] dicit, id de se i
saepe facimus, in Latinum i[illegible] [illegible]tur Anaxagorae: qu

Nam qui haec au[illegible] [illegible] *Sciebam me genu*[illegible]
Futuras mecum
Aut mortem
Aut semper

[illegible] *audisse dicit,*] „Ita Victo[illegible]
[illegible] *viro se audisse.*" *Gebh.* I[illegible]
[illegible]llius. Sed habent etiam Edd. [illegible]
[illegible] abesse refert) Boul. Brut. Goth. [illegible]
[illegible] *docto Theseus.* Scribitur *se au*[illegible]
[illegible] B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. [illegible]
[illegible] Cod. Rehd. supra lin. *discit,* Gud. *d*[illegible]

vehementer lauder[illegible]
sapiens enim est[illegible]
ripidem protuli[illegible]
καλῶς γὰρ ὁ [illegible]
τὰ τοιαῦτα· [illegible]
eundem m[illegible]
praecogit[illegible]

Loc[illegible]
pe[illegible]

[illegible] *Euripides:*] *De se ipse* dedit Dav.
[illegible]: contra Ernestus: ut suopte ingenio
[illegible]que male *de se ipse* correxit Dav. „I[illegible]
[illegible] Wolfius in scholis: „id quum ipse ab Anaxa[illegible]
[illegible] Euripides. Laudat Or. Anaxagorae Fragmm.
[illegible] 1827. p. 20. Cf. etiam p. 21. Cod. Gud. 2. om
[illegible] *ipse* habet Duisb. *Erat* pro *fuerat* ex Ed
[illegible] habet Cod. Duisb. In Cod. Vind. 1. omnia de[illegible]
[illegible] loco usque ad v. *elevetque aegritudinem* c. 16. prc.
[illegible] hoc non est, quod post Schaubachii librum, quem modo
[illegible] aliquid addamus. Cf. tamen Schotti Nod. Cic. p. 329.
[illegible] scribitur *annuntiata,* in Gud. *sorte* pro *morte:* quod
[illegible] correctoris. Gud. 2. omittit *filii,* contra Vind. 2. auget C[illegible]
[illegible] exhibens *morte filii sui.* *Mr.*

Sciebam me genuisse mortalem. Quae vox etc.] Pro *declarat* Gu[illegible] Idem *is,* alii *his* (ut Dav. qui in hoc vocabulo fere sen[illegible] nos *iis,* quod vel invitis libris scribendum fuit. Gud. om[illegible] Aug. habet *haec esse.* In seqq. plurimae Edd. vett. ha[illegible] *quibus:* sola P. ex omnibus ab Or. collatis habet *quibus,* ad q[illegible] scriptionem Gebh. „Elegantissimam, ait, hanc lectionem repon[illegible] Pall. prim. secund. tert. quint. Fab. Pith. Sic Terent. Phorm. *o*[illegible] *mihi cogitata sunt,* alias illepidius *a quibus non fuerint.*" Videtu[illegible] memoria laudasse Terentium Gebhardus. Est enim Phorm. II. [illegible] locus ille notissimus, qui ita se habet: *Cedo senem: iam instru sunt mi in corde consilia omnia.* Est autem prava lectio *a quibu*[illegible] uno tantum Cod. Ox., sed in nostris Edd. ante Grut. omnibus. [illegible] 2. et quinque Oxx. habent *fuerunt* pro *fuerint.* Duo Oxx. *cognita cogitata:* quod est correctoris, qui Dativum ad v. *cogitata* non [illegible] coqueret. De constructione loci, videlicet de Dativo cum Pas[illegible] vid. Otto Excurs. ad Cic. de Finn. p. 374. *Mr.*

Sciebam me genuisse mortalem] Unum solummodo filium mem[illegible] noster; cum quo paria faciunt Galenus lib. IV. de Dogm. Hipp[illegible] et Platon. cap. VII. Valerius Maximus lib. V. cap. X. 3. ext. [illegible] tarchus Cons. ad Apoll. pag. 118. περὶ ἀοργησίας pag. 461. περὶ εὐθυ[illegible] pag. 474. Dion Chrysostomus Orat. XXXVII. Symmachus lib. [illegible] Epist. 6. Hieronymus Epit. Nepot. pag. 21. denique Simpliciu[illegible] Epict. cap. XXII. pag. 125. His accensendi sunt Hierocles in [illegible] Carm. XVII. Arrianus Epict. lib. III. cap. XXIV. pag. 342. et [illegible] bellius Pollio in Gallienis cap. XVII. qui hoc quidem ἀπόφθεγμα ferunt, sed auctoris nomen tacent. Ast Aelianus Var. Hist. lib. [illegible] cap. 2. duorum filiorum meminit. Ἀναξαγόρᾳ τις τῷ Κλαζομ[illegible] σπουδάζοντι πρὸς τοὺς ἑταίρους προσελθὼν ἔφη τεθνηκέναι οἱ τοὺς Α[illegible] ΠΑΙΔΑΣ, οὕσπερ οὖν καὶ εἶχε μόνους ὁ Ἀναξαγόρας· ὁ δὲ μηδὲν δι[illegible] ραχθεὶς, εἶπεν, Ἤιδειν θνητοὺς γεγεννηκώς. Eius verba repetit Stob[illegible]

talem. Quae vox declarat iis esse haec acerba, quibus fuerint cogitata. Ergo id quidem non dubium, quin quae mala putentur, sint improvisa graviora. Ita amquam non haec una res efficit maximam aegritutamen, quoniam multum potest provisio animi et paratio ad minuendum dolorem, sint semper omnia mini humana meditata. Et nimirum haec est illa prae-

---

Serm. CVI. pag. 571. et quoad numerum Praenestino Sophistae favet Diogenes Laertius lib. II. §. 13. ubi nonnulla Menagius; ut et Gatakerus ad Antonini IV, 5. Nos multo uberiora dedimus. Illum vero iure mireris quod, cum verba Plutarchi ex libro de ira cohibenda protulisset, meminisse Plutarchum libro περὶ ἀοργησίας moneat. Quasi liber *de ira cohibenda* diversus esset ab eo περὶ ἀοργησίας. Sed forsan calami lapsus est pro libro περὶ εὐθυμίας. *D.*

Ergo id quidem non est dubium,] „*Ergo id quidem non dubium,* Sic Gryph. belle et venuste verbo desiderato, quod vulgati habent.“ *Brutus.* In marg. Lambb. et Goth. Lambinus quoque *est* omisisse dicitur. Id ex suis solam fecisse Ed. P. refert Or. ex nostris ante Gebh. omisit nulla. Post eum Edd. Ox. et Oliv. itemque Lall. In Gud. 2. omissum est *id. Est* habere videntur aliquot Oxx. Unus pro *quin* habet *an:* quod debetur correctori insulso. Pro *quae mala* Gud. habet *mala quae:* elegantius scilicet. *Mr.*

Quae mala putentur] Vulgo *putantur.* At quod recepimus volunt Reg. Pithoean. Med. Bak. et Balliol. *D.*

quae mala putentur] „Sic MS. Guelf. Vulgo male *putantur.*“ *Ern.* Quasi vero non ita exhiberent Codd. plerique, neque iam pridem ita editum esset in Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Crat. Herw. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Junt. HWolf. Dav. Sed dici vix potest, quam parum curaverit Ern. libros veteres et scriptos et editos, quorum certe larga ei fuit copia. Verb. ex MS. nescio quo in marg. habet *putent*; Duisb. quatuor Oxx. *putantur,* Aug. *putemur.* Post Ern. omnes *putentur.* In seqq. Mon. 2. *haec non una.* Duo Oxx. omittunt non. Aug. habet *efficiatur magnam aegritudinem:* idem mox *multo potest — ad diminuendum.* Unus Ox. *multum prodest,* quod est correctoris: unus Ox. *praevisio:* alius omittit hanc vocem. Cod. Marb. habet *tamen cum ante multum. Mr.*

sint semper omnia homini humana meditata.] Vind. 2. omittit *omnia.* Mon. 2. habet *homini omnia,* inverso ordine. Ad v. *meditata* Bouhierius: nisi forte *praemeditata* scribendum, ut est in Ed. mea vet. Respicit ea, quae sunt huius capitis initio: *Haec igitur praemeditatio futurorum malorum* et quae leguntur c. 15: *fieri praemeditata leviora.* Credo etiam paullo inferius legendum esse *praetractatas humanas res:* quae est sententia Burmanni, quam lubens amplector. Saepissime in librorum compendiis confundi *prae* et *per* notissimum est.“ Habent *praemeditata* duo Oxx. Sed etiamsi plures haberent, eam tamen lectionem in glossis ponendam existimarem. Eadem verbi forma eadem sententia et passiva significatione *meditatus* saepe apud Ciceronem legitur: multo rarius *praemeditatus:* illud est de Off. I. 8. extr. ubi v. Heusinger; hoc cap. seq. *nec fieri praemeditata leviora. Mr.*

Et nimirum haec est illa praestans] Cod. Aug. *hoc est.* Rehd. omittit *illa.* Ad v. *et perceptas* Gebh. haec: *Et* sic praemittunt Vict. Pall. quinque, duo germani seu coniurati Fab. Pith. Porro pro *perceptas* non poenitet in Crepundiis asseruisse ex Pall. pr. sec. *prae-*

stans et divina sapientia, et perceptas penitus et pertractatas res humanas habere: nihil admirari, cum acciderit: nihil, antequam evenerit, non evenire posse arbitrari.

Quamobrem ómnis, quum secúndae res sunt máxume, tum máxume
Meditári, secum opórtet, quo pacto ádvorsam aerumnám ferant.
Pericla, damna; péregre rediens sémper secum cógitet

---

ceptas." Est locus in Crepund. p. 330. Abest illud *et* ante *perceptas* Cod. Rehd. ab Edd. M. L. Sylb. Boul. Brut. Car. Steph. Goth. Ald. Oliv. Lall. Quod autem attinet ad illud *praeceptas*, de eo Ern. haec: „Pro *perceptas* bene *praeceptas* Davisius [videlicet cum Gebh., in Ed. 1.]. nam refertur hoc ad provisionem animi, quam paullo ante dixit. Burmannus etiam volebat *praetractatas*, probante Buherio. Sed id necesse non est." Ut ad posterius primum respondeamus, recte FAWolfius in scholis vocabulum Tertullianum e Cicerone exulare vult. Prius autem, *praeceptas*, non tam mireris a Gebhardo in Crepundiis commendatum esse, quippe qui haud raro somniat, quam ab Ernesto probatum: cum iuxta positum *penitus* (quod casu in Gebhardi Crepundiis excidit) eum futilem esse istam emendationem docere potuerit. Ceterum legitur *praeceptas* in aliquot Oxx. in uno *praeceptis*. Duisb. habet *et pertractatas penitus*. Scripsi autem cum Dav. *res humanas* pro *humanas res* ex Codd. Reg. (sine dubio) Gud. 1. 2. Aug. Marb. Gud. Rehd. Vind. 2. Mon. 2. *Mr.*

nihil admirari,] Cod. Gud. 1. *ammirari*, ut scribere solebat Beierus. Ad sententiam vid. interpretes Horatii ad tritum illud, quod est Epist. I. 6. 1.

Nil admirari prope res est una, Numici,
Solaque, quae possit facere et servare beatum.

In seqq. Cod. Aug. habet *nihil cum antequam*. Tum Mon. 2. *non evenire non posse*. *Mr.*

Quamobrem omnis] Longus est ad h. l. Bouhierius in restituendo hoc loco Terentiano vel potius corrumpendo, cum inde trochaicos octonarios extorquere velit. Quod consilium cum plane irritum fuerit, omittere eius disputationem, quamvis operosam et satis doctam, satius duxi. Ad sententiam conf. Wyttenbach. ad Plutarchi Consol. ad App. T. II. p. 67. ed. Lips. *Mr.*

Quamobrem omnes] Iambici sunt octonarii ex Terentii Phorm. Act. II. Sc. I, II. desumpti. *D.*

omnis, quum secundae res sunt maxume,] Gud. 2. omittit *omnis*. Marb. habet *quibus* pro *quum*. Duisb. habet *res secundae*. Ad v. *sunt maxume, tum maxume* Gebhardus: „Ita Vict. Manutius Nep. Pall. pr. sec. quint. Alias *tum maxime* defit." Pro *sunt* Cod. Vind. 2. *fiunt*, in marg. *al. sunt*. Post *sunt* abest *maxume* a Cod. Mon. 2. Verba *tum maxime* desunt in Codd. Mon. 1. Duisb. quatuor Oxx.; Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. cum Cod. Mon. 2. faciunt, cum posterioribus Boul. et Sturm. Solus Cod. Gud. 2. habet *maxime tunc secum meditari*. Vind. 2. habet *tum meditari*. Rehd. *secum meditari*. Gud. *em.* (?) *meditari*. Unus Ox. omittit *tum*. Alius habet *aerumnas vel* pro *aerumnam ferant*. Gud. et Aug. *adversus*. Aug. et Gud. 2. *erumpnam*. Mon. 2. *ferunt*. *Mr.*

Pericla, damna; peregre rediens semper secum cogitet] „Hoc modo rescribunt quinque Pall. (solus quartus *iens*) Fabr. Pith. In edit. illa forma:

Aut filî peccatum, aut uxoris mórtem, aut morbum filiae:
Communia esse haec; né quid horum umquam áccidat animó novom:
Quicquid praeter spem evéniat, omne id députare esse in lucro.

Pericla, damna, exilia. peregre rediens semper cogitet." *Gebh.* Scribi in plerisque Codd. *pericula* non est, quod moneamus notatis libris singulis. *Mr.*

Pericla, damna; peregre rediens semper secum *cogitet*] In Terentianis exemplaribus ita legitur hicce versus,

Pericla, damna, exsilia; *peregre rediens semper cogitet.*

Quin et eadem versu abhinc secundo dant, *Communia esse haec*; fieri posse; ut *ne quid animo* sit *novum*. Ad hanc formam editos a se Tullii libros redegerunt Manucius, Lambinus, et, quod mireris, ipse Victorius. Temere prorsus, et praeter id quod postulat fides; nostram enim lectionem tuentur Pall. quinque, Fabr. Pith. Reg. Med. Eliens. pr. sec. tert. Petrens. Bak. Balliol. aliique omnes, ut puto, Masti. Certe praestantissimus Bentleius, in suis ad Terentium notis, Poetae Codices, non Ciceronis, esse vitiatos statuit, eamque sententiam validis firmat argumentis. *D.* [In Ed. 2. Dav. dixit: Multo certe probabilius est, memoriae nimium tribuisse Ciceronem, quam sanctos librarios aberrasse.]

Pericla, damna etc.] Habent illud *exilia,* omisso *secum,* Edd. M. L. Brut. HWolf. Rob. Steph. Sturm. Ald. Sylb. Leod. Lambb. Goth. Asc. 2. Car. Steph. Boul. Lall. Oliv. et, ut videtur, aliquot Codd. Oxx. Non omissnm est *secum,* et tamen positum *exilia,* in Edd. A. B. S. E. C. Junt. V. Ven. nostr. Asc. 1. In marg. Crat. est *iens.* Non habet *exilia* Ed. P. Habere multos libros, et scriptos et editos, filii pro *filî,* quisque exspectabit. *Mr.*

Communia esse haec: ne quid horum unquam accidat animo novom:] „Victus veritatis vi et consensu librorum haec ita scripsi ex Pall. quinque Fabr. Pith. denique Vaticano. Vulgo: *communia esse haec; fieri posse; ut ne quid animo sit novom.*" *Gebhard.* In eadem sententia fuit iam A. Schottus Nod. Cic. III. 22. p. 339. qui se credere ait Ciceronem aliter ea tempestate legisse, quam vulgo legimus apud Terentium. Eam tamen lectionem habent aliquot, ut videtur, Oxx. Edd. V. M. L. marg. Crat. Ald. Rob. et Car. Steph. Sturm. Boul. Brut. HWolf. Goth. Sylb. Leod. Lall. Oliv. — In Cod Mon. 2. pro *haec: ne* est *hoccine.* Scribitur *accidat unquam animo* in Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. et Cod. Mon. 1. Nissen. ad haec: „In *unquam* syllaba posterior non eliditur. Tertium versum cum ad Terentii Edd. conformarint Bipp. auctore Bentl. [errat Niss.; Bipontini eam lectionem, ut multa, ex Lallemanni vel Oliveti Editione habent:] sine causa id factum puto, cum Ciceroni, memoriter citanti, omnino liceat, non a sensu, sed a verbis abire, quod quinto etiam versu factum." „Pro *eveniat* solus Rath., operarum, ut videtur, errore, *eveniet.* Pro *animo* in Gud. scriptum videtur *omnino.* Unus Ox., omisso *omne,* habet *id disputato*: alius item omittit *id* et exhibet *id disputatio;* usus omittit *deputato,* Rehd. habet *debet putare esse lucro.* Ed. P. omittit *esse.* cum Ven. Alt. Ad sententiam confer Senecam Epist. XII. p. 41. ed. Elzev. *Ille beatissimus*

15 31. Ergo hoc Terentius a philosophia sumptum quum tam commode dixerit; nos, e quorum fontibus id haustum est, non et dicemus hoc melius et constantius sentiemus? Hic est enim ille vultus semper idem, quem dicitur Xanthippe

---

est et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine exspectat. Quisquis dixit, Vixi, quotidie ad lucrum surgit. Mr.

c. 15. *Ergo hoc Terentius a philosophia sumptum tam commode dixerit;*] „Ita legendus hic locus ex manuscripto, a quo abest *cum* ante *tam*, et recte." *Ursinus.* Dav. in Ed. 2. probavit Ursini sententiam abiecitque illud *quum*, quod in tertia restituit. Illam ante oculos habuit Ern. cum scriberet hanc annotationem: „*Cum* delevit Dav. Ita oratio fit elegantior et efficacior." „*Cum* si deleveris cum Dav., *dixit*, ni fallor, legendum erit." *Nissen.* Errare Nissenium non est quod doceam: quamvis etiam FAWolfius in scholis dicat, abiecto *quum* (quod ipse ut supervacaneum additamentum abiecit in Ed. 1.) exspectari usitatiorem scriptionem *dixit*. Non nego sine damno sententiae, imo eleganter, abfore *quum*. Sed primum Codicis Ursiniani admodum parva est fides, neque maior Codicis Ox. D. et nostri Marb. est auctoritas: deinde, cum sit *quum* in libris optimis et antiquissimis, non quaeritur, an addenda sit ea vox, sed an ferri possit. Ferri autem posse nemo infitias iverit. *Mr.*

Ergo hoc Terentius — quum tam commode dixerit;] Cod. Gud. 1. a pr. m. *haec*, a sec. *hoc*. Gud. 2. omittit *hoc*. Aug. habet *haec*. Duo Oxx. *in philosophia*. Scribi ab aliis *e philosophia* legimus in marg. Edd. Lambb. Goth. Verb. Eius autem nos lectionis in nostris libris nullum reperimus vestigium. Cod. Gud. habet *commodum*. Quod ad constructionem consimiles nostro loco laudat locos Goerenzius ad Cic. de Finn. II. 33. 110. p. 286, unde facile existimes virum doctissimum abesse velle illud *quum*, iam ab Ursino proscriptum. Neque ego, ut dixi, ei ita patrocinor, ut abesse non posse contendam: ferri posse dico. In Gud. 1. est *comtam* a 1. m. Sed literae *o* superscriptum est *u*. *Mr.*

nos, e quorum fontibus id haustum est, non — sentiemus] Unus Ox. *nos id e*. Gud. *nosse quorum*. Bouh. ex sua Ed. vet. enotavit *nosne e quorum* et paullo inferius *et sentiemus constantius?* Cod. Gud. 2. *nos e graecorum fontibus est, non et dicemus melius*. Mon. 2. *nonne et* cum duobus Oxx.; Gud. *non etiam dicemus*. Duisb. *non dicemus*. Verb. in marg. ex MS. nescio quo *nonne dicemus*. Unus Ox. pro *hoc* habet *sed*. Gud. *et constantius et sentiemus*. Ultimum verbum omittunt duo Oxx. Ad v. *dicemus* vid. Klotz. ad Cic. Cat. maj. p. 73. *Mr.*

Hic est enim ille vultus semper idem] „Leod. a Quercu putat legendum *Hinc est enim*. *hinc*, id est ex hac praemeditatione. De Socratis vultu semper eodem praeter eos, quos interpretes citant, legendus est Aelianus lib. 9. Var. Hist. c. 7." *Fr. Fabric.* Refert Verb. Davisium edidisse *hinc*, quod certe in Edd. 2. et 3. non fecit: fortasse in prima. Habent autem *hinc* quatuor Oxx. Edd. Lall. et Oliv. Nec vero ita edidit, Leod. a Qu. In ann. tantum coniecturam protulit. Cod. Gud. habet *enim est*. Rehd. omittit *ille*. Ad verba *est enim* vid. Gernhard. ad Cic. Lael. 15, 52. p. 113. Ad v. *quem* pro *et hunc* vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 22. 12. p. 230. Unus Ox. omittit *enim*. *Mr.*

Hic est enim ille vultus] Dionysius Halicarnasseus apud Stobaeum Serm. CVI. pag. 572. [108. Gaisf. T. III. p. 339.] *Ἡ Ξανθίππη ἔφη μυρίων μεταβολῶν τὴν πόλιν καὶ αὐτοὺς κατασχουσῶν, ἐν πάσαις ὅμοιον τὸ Σωκράτους πρόσωπον, καὶ προϊόντος ἐκ τῆς οἰκίας καὶ ἐπανιόντος*

praedicare solita in viro suo fuisse Socrate: eodem semper se vidisse exeuntem illum domo, et revertentem. Nec vero ea frons erat, quae M. Crassi illius veteris, quem

---

θεάσασθαι· ἥρμοστο γὰρ δηλονότι πρὸς πάντα ἐπιεικῶς· τοιγάρτοι οὐδὲν πώποτε ἐλύπησεν αὐτόν. Idem narrant alii; quos cum laudarit eruditissimus Gatakerus ad Antonini I, 8. actum non agam. Adde tamen Ciceronem Offic. I, 26. *D.*

Hic est enim ille vultus,] Ridiculam ad h. l. sed elegantem caelibatus commendationem legere potest apud Beroaldum quisquis est eiusmodi deliciarum amator. — „Parum, ait Bouh., haec cohaerent cum praecedentibus: quare, quamquam nihil significant libri, mihi hic aliquid excidisse videtur." Cui recte Nissenius *Enim*, inquit, pertinet ad id, quod omissum est, *constantius dico*, et e prioribus facile intelligitur. Eam vim vocis *enim* Buh. non assecutus deesse nonnihil putavit." Ad sententiam cf. Turnebum ad Cic. de Legg. I. 9. p. 558 sq. ed. nostr. et Cr. Add. Beier. ad Cic. de Off. I. 26. Cod. Gud. 2. omittit vocem *idem*. *Mr.*

quem dicitur Xanthippe praedicare solita] De Xanthippe Socratis uxore a veteribus certatim vituperata et vexata, non est quod moneam. Minus fortasse notum est exstare eius mulieris defensionem Socratisque accusationem speciosam, quae inscribitur: Socrates nec officiosus maritus nec laudandus paterfamilias: in diss. exhibitus a M. F. *Mertz.* et F. W. *Sommer.* Auct. 4. Lips. 1716. Nuperrime autem eam defendit C. Th. Schuch, vir doctissimus, cui nostra editio nonnihil ornamenti debet, in Annalibus Scholasticis (Allg. Schul-Zeitung) 1830. II. 113. in Commentatione, quae inscribitur Rettung der Xanthippe. *Mr.*

eodem semper se vidisse exeuntem illum domo] Unus Ox. *eadem*, quod est correctoris qui non intelligeret constructionem, vocemque eam accommodatam vellet voci *domo*: unus habet *eodem eodem*. Habent *eodem vultu semper* Edd. A. B. S. E. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Sturm. Ald. HWolf. Car. Steph. et Cod. Rehd. Glossis refertus: non habent *vultu* Codd. et Gruteri et Davisii et nostri, itemque reliquae Edd. Miram ad h. l. fecerat animadversionem grammaticam Ramshornius Gr. Lat. §. 159. 2. f. not. iam refutatus ab Hoffmanno in Jahnii Annall. 1828. II. 1. p. 44: quam utrum in Ed. 2. correxerit R. nescio. Optime Kühnerus ad v. *eodem semper se vidisse* „E verbo *praedicare*, ait, eliciendum est participium *dicens*." Ceterum scribitur in Cod. Gud. 1. *solita et in viro:* sed *et* a 2. m. punctis notatum. Gud. 2. *viro solo fuisse*. Gud. 1. *Socratam*, supra lin. *—en.* Aug. *Socratem semper eiusdem vultu se vidisse.* Rehd. omittit *se;* unus Ox. *illum*. Locus Gatakeri a Davisio laudatus est p. 9 sq. ed. Traj. ad Rh. 1697. f. m. T. II. De ratione loci grammatica iam vid. disputantem Stuerenburg. ad Cic. pro Archia p. 81. *Mr.*

Nec vero ea frons erat, quae M. Crassi illius veteris,] „Melius tres Pall. priores *eadem frons.*" *Gebh.* Est illud *eadem* in quinque Oxx. Gud. Duisb. Gud. 2. Marb. Mon. 1. 2. et vet. Cod. Caroli Steph. Edd. P. A. B. S. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. Sturm. Quod vero ait Gebh. *eadem* melius esse, falsum est. Post *quae* Cod. Rehd. additum habet *fuit*. Pro *M.* unus Ox. *modo*. Praenomen omittunt Marb. et Gud. Ad rem v. Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 30. 92. p. 649. *Mr.*

quem semel ait in omni vita risisse Lucilius,] „Lucilius, Hieronymus et alii prodiderunt Crassum semel tantum in tota vita risisse:

semel ait in omni vita risisse Lucilius: sed tranquilla
serena: sic enim accepimus. Iure autem erat semper ide
vultus, quum mentis, a qua is fingitur, nulla fieret mut
b. tio. Quare accipio equidem a Cyrenaicis haec arma co
tra casus et eventus, quibus eorum advenientes impet
diuturna praemeditatione frangantur: simulque iudico, m
32. lum illud opinionis esse, non naturae. Si enim in re esse

---

quod factum est quum vidisset asinum carduos comedentem, dixisse que ob id, *similem habent labra lactucam*. factum hoc dictumque l pidissimum festivissimumque risu subsequutus est. Pedianus Asconi hoc sensu exponit Crassum semel risisse in vita: ut intelligas raro paene nunquam risisse." *Beroaldus*. Conf. annot. ad Lucilii Fragm ed. Bip. p. 182 sq. In Cod. Aug. est *Lucilius risisse*; in Marb. uno Ox. *Lucius*. De Lucilio Satirarum scriptore vid. Baehrium strum in Hist. Litt. Rom. §. 102. p. 156 sq. — Pergit Cod. Au *sed tranquille et serene. Mr.*

Quem semel ait in omni vita risisse Lucilius] Alii Crassum n omnino risisse confirmant. Plinius H. N. VII, 19. *Ferunt Crassu avum Crassi in Parthis interempti, nunquam risisse; ob id Agelastu vocatum.* Solinus cap. 1. *Crassus avus eius, quem rapuerunt bella Pa thica, quod nunquam riserit, Agelastus* [ἀγέλαστος] *cognominabatur.* nosse cupias auctorum nomina, qui hoc Poetae dictum memoriae tr diderunt; adeas oportet Lucilii reliquias a Fr. Douza collectas p. 2 quibus adde Joannem Sarisberiensem Policr. VIII, 8. pag. 558. *D.*

Sic enim accepimus.] Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. *accipimu* Asc. 1. sola *excepimus*. „*Iure* h. l. est: convenienter rerum nat rae. aliter esse non poterat: sed sic esse debebat: non ergo erat m randum." *Ern.* In Cod. Aug. scribitur: *semper erat idem vultu* Marb. omittit *a* ante *qua*. Tres Oxx. omittunt *is*. Gud. 2. hab *frangitur*. Gud. 1. a 1. m. *fieri*, 2. m. superscripsit — *et*; Aug. h bet *commutatio*. Unus Ox. Mon. 1. Gud. 1. a pr. m. Ed. P. *quide* pro *equidem*: eius loco Gud. habet *etiam*. De Cyrenaicis respi c. 13. §. 28. Aug. pro *arma* habet *omnia esse. Mr.*

quibus eorum — impetus diuturna praemeditatione frangantur Eorum omittit unus Ox. Cod. Mon. 2. habet *ineptus* pro *impetu* Vind. 2. et Mon. 2. pergunt *praemeditatione diurna*. Duisb. hab *meditatione*. Ad constructionem FAWolf. in scholis: „structura or tionis mira: Ablativus ita adiungitur, ut nobis quidem non licer adiungere. Sunt enim *arma* illa ipsa praemeditatio diuturna, ad qua spectat *quibus*: quasi dictum sit: quibus armis, id est, praemedit tione diuturna, eorum impetus frangantur." — Unus Ox. habet *si mulque indico*, alius *simulque iudicio*. Mon. 2. *similique iudic* Gud. *simulque malum iudico illud*. Gud. 2. omittit *esse* post *opi nionis. Mr.*

Si enim in re essent] „Manutius existimat rectius esse: *Si enim in re esset.*" *Fr. Fabric.* „Cum verbum sit referendum ad *malum* quod praecedit, legendum videtur *esset*, quod reperi in uno Cod Leid. Neque dicat aliquis hoc non convenire sequentibus: *cur fieren provisa leviora*. Vult enim: si malum esset in re, cur casus provi vel mala provisa minus nos commoverent? Quod vero est *mal essent* in nonnullis libris: glossa est librariorum ad vocem *provisa*." *Bouhier.* Bentleii sententiam vid. in eius annotatione. *Mr.*

Si enim in re *essent*] Aut paullo ante cum praestantissimo Bent leio legendum *simulque iudico mala illa*, aut hic ex Eliens. sec. re

cur fierent provisa leviora? Sed est iisdem de rebus quod dici possit subtilius, si prius Epicuri sententiam viderimus: qui censet necesse esse omnes in aegritudine esse, qui se in malis esse arbitrentur: sive illa ante provisa et exspectata sint, sive inveteraverint. Nam neque vetustate minui mala, nec fieri praemeditata leviora: stultamque etiam esse

---

scribendum, *si enim* in re mala *essent*. *In re* enim proba est loquendi ratio, nec ullo modo tentari debet. Noster Tusc. III, 20. *Cogitatio igitur diuturna nihil esse in re mali, dolori medetur.* Vide etiam Fam. IX, 22. Fin. V, 30. et Senecam Epist. XCII. *D.*

Si enim in re essent, cur fierent provisa leviora?] „Facile repetes *mala*. Buh. etiam *esset* volebat. Sine causa, nec id sequentibus congruit. Saltem deberet esse: *cur fieret provisum levius?* Similiter IV. 10. 24: *Tum existit et morbus et aegrotatio et offensiones eae, quae sunt eis morbis aegrotationibusque contrariae.*“ *Nissen.* Optime rem expedivisse videtur Kühnerus dicens: vocem *provisa* substantivi vices sustinere, ut sit *ea quae provisa essent*; facile autem cogitatione suppleri *mala*, idque ipsum vel in abstracto *malum illud* latere: veram igitur esse iudicandam lectionem *esset*. Et habent *esset* octo Oxx. Gud. 2. Bern. unus Leid. Edd. Lall. Oliv. Dav. in Ed. 1. FAWolf. Koel. Nobb. Schz. Or. Tbn. Pro *in re* Aug. habet *iure*, Mon. 2. *in re mala*. Unus Ox. habet *cum* pro *cur*. Tum Gud. 2. *leniora*, Rehd. a pr. m. *meliora*. Pergit Gud. 2. *Sed est is idem de rebus*. Unus Ox. et Rehd. *Sed est idem de r.* supra *idem* scriptum est *his*. Gud. habet *sed est isdem de his rebus*. De loco pronominis relativi post aliquot vocabula, quae sequi debebant, ut h. l. *iisdem de rebus quod dici possit*, vid. nos ad Cic. de Rep. I. 10. p. 45: ad verba: *de isto altero sole quod nuntiatum est:* ibiq. laudd. quibus adde de Div. II. 64: *Dii erga homines mente qua sint.* Pro *possit* Cod. Marb. *potest* cum tribus Oxx. Unus habet *iisdem quod*, omissis vocibus *de rebus*. Aug. *dici solent subtilius*. *Mr.*

qui censet necesse esse, omnes in aegritudine esse,] Deest prius *esse* in uno Ox., posterius in alio et Marb. Idem cum uno Ox. habet *arbitrantur*. De verbo *esse* h. l. parvulis intervallis ter redeunte vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 31. 99. p. 272. — Cod. Mon. 2. *sive aut illa*. Gud. omittit *illa*, unus Ox. pro *ante* habet *animi* ex perperam lecto compendio *āe*. Unus Ox. Gud. 2. et Marb. *inveteraverunt* in Gud. 2. etiam syllaba *ve* excidit vocis initio. *Mr.*

Nam neque vetustate minui mala,] „Adversus hanc Epicuri sententiam est illa Servii Sulpicii invulgata sententia [ap. Cic. ad Famm. IV. 5.]: *Nullus est dolor, quem longinquitas temporis non minuat ac conterat.* Seneca quoque in libro de Consolatione ad Marciam *Dolorem*, inquit, *dies consumit, licet contumacissimum et quotidie resurgentem. longinquitas enim et dies medicina est tarda quidem, sed tamen magna, inveterati doloris.* [Locus est c. 8. prc.] Cicero tamen in Epistolis ad Atticum de exilio suo querens ait: *Dies non modo non levat luctum hunc, sed etiam auget: nam ceteri dolores mitigantur vetustate, hic non potest non et sensu praesentis miseriae et recordatione praeteritae vitae continue augeri.*“ *Beroaldus.* Locus Ciceronis est ad Att. III. 15. prc. *Mr.*

nec fieri praemeditata leviora:] Ed. Lamb. *neque*. Unus Ox. *praemeditationem*. Mon. 2. *praemeditate*. Rehd. *meliora*. Ad seqq. Beroaldus: „Subscribit huic Epicuri sententiae Seneca, qui in Epistolis moralibus ait: *Illud tibi praecipio, ne sis miser ante tempus,*

meditationem futuri mali, aut fortasse ne futuri quide
satis esse odiosum malum omne, quum venisset: qui aut
semper cogitavisset, accidere posse aliquid adversi, ei fi
illud sempiternum malum: si vero ne futurum quidem
frustra suscipi miseriam voluntariam: ita semper angi,
33. accipiendo, aut cogitando malo. Levationem autem aeg

---

cum illa, quae velut imminentia expavisti, forte nunquam ventura s Quaedam nos magis torquent, quam debent: quaedam ante torqu quam debent: quaedam torquent, cum omnino non debeant. Is profe qui praemeditatur futurum malum, iam inde ex animo fit miser, a quam fato fiat miser: praesens autem tempus futuri metu perdere sine dubio stultum. Hoc est, quod intelligi voluit maximus poetar cum ait:

— — — Cur ante tubam tremor occupat artus?

[Virg. Aen. XI. 424.] *Quid dementius, quam angi futuris, et in m esse ante malum? arcessere sibi miserias, quas optimum est diffe si discutere non possis?" Mr.*

stultamque etiam esse etc.] „Huc assumi poterunt illa de pri Finium: *Stulti malorum memoria torquentur, sapientes bona praete renovata grata recordatione delectant. Est autem situm in nobis, u adversa quasi perpetua oblivione obruamus et secunda iucunde et s viter meminerimus.*" *Camerarius.* Locus est de Finn. I. 17. extr. Cod. Gud. legitur *stultaque etiam meditatio.* Aug. omittit *eti* Gud. 2. habet *esse etiam,* inverso ordine. In fine post *futuri qui* Gud. habet additum *est:* et in hoc quidem quod ad structuram sec consentit. *Mr.*

Meditationem *futuri mali*] Eliens. pr. sec. *praemeditationem. praemeditationem futurorum malorum* et *praemeditationem rerum fu rarum* dixit huiusce libri capp. 14, 16. Sed optimi libri non a cunt, nihil itaque moveo. *D.*

meditationem futuri mali,] Probat Bouh. *praemeditationem,* q reperit in duobus Codd. Leidd. Idem habent unus Ox. Rehd. (p misso *eam*) Edd. P. Junt. Asc. 2. Ven. Alteri. Recte Or. ad W scholas consulto ait vitasse h. l. Ciceronem nomen compositum *p meditatio,* quod aliis locis aptum existimavit. Post *fortasse* C Gud. 2. et Duisb. habent *nec* pro *ne,* consueta confusione formar *ne* et *nc.* Tum unus Ox. *esse odio summum omne.* Idem n omittit *autem.* Rehd. habet *semper excogitavisset.* Gud. *cogitas* Idem omittit *posse* et, paucis interiectis, *malum.* Pro *fieri* duo O *fieret.* Aug. omittit *illud,* Gud. 1. 2. et Mon. 2. habent *nec futur quidem.* Ab uno Ox. abest *sit.* Mon. 2. exhibet *suscipit.* Gud. vocem *voluntariam* non habet nisi a 2. m. additam. In uno Ox. gitur *angi animum,* omisso *aut:* ubi haud inepta glossa extrusit ram Ciceronis manum. Vocem *malo* non habet Gud. 2. Eius l unus Ox. et MS. in marg. Verb. itemque. Duisb. habent *mala.* Al Cod. in marg. Verb. et noster Marb. *malum;* in uno Ox. est *m cogitando.* Pergit Cod. Mon. 2. *Levationem aegritudinis autem.* P *ponit* Rehd. addit *s.* quod est compendium vocis *sive.* De const ctione vid. Otto ad Cic. de Finn. p. 408 sqq. *Mr.*

avocatione a cogitanda molestia] *Avocatione* intellige *avoca animo.* Unus Ox. habet *evocatione.* Marb. omittit *a,* Mon. 2. ha *cogitando molestias.* Gud. 2. *patere autem censet.* Unus Ox. *c sent.* Gud. *animum rationi censet.* Gud. 2. *omnia rationi po* (omisso *animum*). Abest etiam *animum* ab uno Ox. Rehd. habet *se*

tudinis in duabus rebus ponit; avocatione a cogitanda molestia, et revocatione ad contemplandas voluptates. Parere enim censet animum rationi posse, et, quo illa ducat, sequi. Vetat igitur ratio intueri molestias: abstrahit ab acerbis

---

posse. Agnoscis, opinor, glossatorem, qui nollet a lectore oscitante minus recte intelligi Ciceronem. De omisso *in* ante *avocatione* vid. Doeleckii librum: Dtsch. Lät. Gramm. p. 103. *Mr.*

Vetat igitur nos *intueri molestias*] Vulgo, *vetat igitur* ratio *intueri molestias.* At hoc de Epicuro, non de ratione, dicitur; quapropter aut recipiatur praestantissimi Bentleii emendatio; aut vox illa pro librariorum additamento habeatur; eaque prorsus omissa, legatur *vetat igitur intueri molestias. D.*

Vetat igitur ratio intueri molestias:] „Non animum adverterunt Bentleius et Dav. ipsum nos iubere Epicurum in his rationem sequi. Modo enim legimus: *Parere enim censet animum rationi posse* etc. Recte igitur procedit sententia, si statuis Ciceronem scripsisse: *Vetat autem ratio intueri molestias.* Librarii cum nonnunquam confuderint *enim* et *autem*, ut probavit Davis. ad Cic. de N. D. III, 38, quis dubitet eos etiam confudisse *autem* et *igitur?*" *Bouhier.* „*Ratio* mihi h. l. suspecta est, et glossatorem sapere videtur. nam *vetat* videtur ad Epicurum pertinere, unde et post additum est *ille*: *quibus ille praeteritarum* etc. Sic et visum Bentleio, qui pro *non* dedit *nos.*" *Ern.* Voluit, opinor, Ern. dicere Bentleium pro *ratio* dedisse *nos.* Nissen. ad h. l. „Oratio, ait, obliqua in rectam mutatur, uti saepius. Id ipse Cicero innuit his verbis: *haec nostro more nos diximus.* Sed *rationis* vox suspecta Bentleio, Ern. Bipp., non mihi. Nam haec omnia animus melius, quam Epicurus, efficere dicitur." Schützius in Opuscc. p. 216.: „Bentleii et Ernesti suspicio nobis nullo modo probatur. Nam his verbis: *Vetat igitur ratio intueri molestias* etc. declarare cupit Cicero, quid secundum Epicurum sit rationi parere. Quod fieri non poterat, nisi ostenderetur, quid eo auctore ratio nos facere vel iuberet vel vetaret. Hoc igitur illis verbis breviter explicare aggreditur. Ac saepe ea vis est particulae *igitur*, ut non concludendi, sed declarandi exponendique munere fungatur. Ut ergo hic repeteretur *rationis* vocabulum, quamquam paullo ante positum, factum est propterea, quod eo omisso lector incertus erat futurus, utrum illa verba *vetat, — abstrahit, — cecinit, — impellit et incitat, ad rationem*, an ad *Epicuri* personam referenda essent." Optime Kühnerus, Non de universa, ait, ratione hoc loco dicitur, sed de Epicuri ratione, h. e. de ratione, qualis est ex Epicuri sententia. Epicurus enim docebat, homines, duce natura s. ratione, abhorrere a rebus molestis acerbisque, sectari et expetere voluptates. Satis, opinor, defensa est librorum lectio, neque opus est aliquid addere, nisi supervacaneam etiam esse Buhierii emendationem, *igitur* in *autem* mutantis. *Mr.*

abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem.] Unus Ox. omittit *ab*; „Fab. *habentem aciem.* Pal. tert. *habentem.* omnino legendum *hebentem.* Sic apud Fabium: *intra vaginam hebens gladius:* ut quidem nos restituimus in Crepundiis." *Gebhard.* „*Hebetem aciem ad miserias contemplandas*: Paullus Manutius ex V. C. *hebetat aciem.* Non accedo, quippe recepta constructio vindicem habet Coelium, qui lib. VIII. ad Ciceronem ep. 13. sic loquitur: *Non est enim pugnax in vitiis, neque hebes ad id, quod melius sit, intelligendum.* — J. Gebhardus ex scriptione Codd. *habentem* non absone coniecit *hebentem.* Sed nec incommoda est vulgata lectio, quam nostri summo consensu repraesentant." *Dav. in Ed. 1.* Vides ex annot. proxima eum in Edd.

cogitationibus: hebetat aciem ad miserias contemplandas a quibus quum cecinit receptui, impellit rursum et incita

---

seqq. sententiam suam mutasse. Refert Manutii emendationem etian Fr. Fabricius. *Mr.*

Hebetat *aciem*] Vulgo, *abstrahit ab acerbis cogitationibus* hebe tem *aciem*. At Manucius ex Vet. Codice reponendam vidit eam, quar recepimus, lectionem. Quin et ita diserte repraesentat Eliens. ter Virgilius Aen. II, 604.

— *Quae nunc obducta tuenti Mortales* hebetat *visus tibi* — Seneca Herc. Fur. vs. 1043. *Visusque moeror* hebetat. Idem Cons ad Polyb. cap. 37. *Haec utcunque potui, longo iam situ obsoleto e* hebetato *animo, composui*. Vide et de Vit. beat. c. 15. Ammianum Marcellinum lib. XXV. c. 7. ac. Macrobium Somn. Scip. 1, 3. *D.*

Hebetem aciem ad miserias contemplandas.] „Non potest fer haec lectio. Quod si enim oculorum acies hebes esset ad miserias ho minum contemplandas, non admodum indigeret homo consolation philosophiae: non enim eas cerneret. *Mentis acies, se ipsam intuen nonnunquam hebescit: ob eamque causam contemplandi diligentiam amil timus*: ita Cicero supra I. 30. *Hebentem*, quod est in Codd. nonnulli eandem ob causam reiiciendum: ea vero lectio nos ad veram repe riendam ducit, quae, ni fallor, est *haerentem*. Iungitur nonnunquan *haerendi* verbum cum *ad*, v. c. Cic. de N. D. II. 54: *ad radices lii guae haerens stomachus*. Davisius inde a secunda Ed. secutus est l brum, in quo reperit *hebetat aciem ad miserias contemplandas*. Se nemo unquam dixit *hebetare oculos ad videndum*, ut sit i. q. ne cer nere possint." *Bouhier*. „Vitium est sine dubio in *hebetem*, quo nullum sensum commodum hic habere potest. Bentl. et Dav. e M: reposuere *hebetat*, non male. Buherius melius e vestigiis MS. *haeret tem*; quamquam alias Cicero hoc verbum, tropice cum dicit, iung praepositioni *in* cum Abl." Ern. „Mihi quidem melius videtur *heb tans*, aut, nisi hoc audacius sit, *intentam*." *Nissen*.

Hebetat aciem ad miserias contemplandas:] Recepi Manutii l ctionem cum Dav. FAWolf. Koel. Schz. Or, probante etiam Kühner qui explicat: Ratio de Epicuri sententia nos iubet aciem avertere miseriarum contemplatione, s. nos vetat immorari miseriis contemplan dis." Sed, ut fatear, quod est, certam ego eam lectionem non est existimo: quamquam nec placet vulgata. Quodsi enim *hebetem* scr psisset Cicero, huno, opinor, verborum ordinem praetulisset: *hebeta ad miserias contemplandas aciem*. Receptam a nobis lectionem nulla habet ex nostris Codd. — *Hebetem* habent septem Oxx. Gud. I Aug. Bern. Marb. (*ebetem*) Gud. Rehd. Mon. 1. Vind. 2. *Hebentem* e in Codd. Mon. 2. Gud. 2. Duisb. *Habentem* exhibent duo Oxx. — I Cod. Rehd. est *ad contemplandas miserias*. *Mr.*

a quibus quum cecinit receptui] Similiter Quinctil. Inst. O XII. 11. p. 1107. ed. Burm. *Quare antequam in has aetatis insidia veniat* [orator], *receptui canet, et in portum integra nave pervenie* „Pal. quart. Fabr. Pith. Vat. *cecidit receptu*. Pal. sec. *cecidit, rec ptum impell.* tert. *c e c i d i t receptui*." *Gebh*. De locutione et constru ctione vid. Menckenii Obss. L. L. p. 830. — *Cecidit* habent quinqu Oxx. (in quorum uno supra lin. est *cecinit*) Gud. 1. Aug. Marb. Reg Mon. 2. Unus Ox. habet *ceciderit*. Pergunt Reg. Rehd. duo Oxx Aug. Mon. 2. *receptum*, Marb. Gud. 2. Duis. *receptu*. In Gud. 1. rec *ptumpellit*: sec. manus literis *um* superscripsit *i*. Mon. 2. habet *pelli* Gud. 2. *interpellit*. *Mr.*

impellit rursum] „Unus Leid. *retrorsum*. Sed nihil mutandum

ad conspiciendas totaque mente contrectandas varias voluptates, quibus ille, et praeteritarum memoria et spe consequentium, sapientis vitam refertam putat. Haec nostro more nos diximus: Epicurei dicunt suo. Sed, quae dicant, videamus: quo modo, negligamus.

Principio male reprehendunt praemeditationem rerum 16

34.

p. 198.

Rursum est i. q. contra." *Bouh.* Pro *conspiciendas* est *inspiciendas* in Cod. Duisb., *concipiendas* in uno Ox. et Gud. 2. Idem Ox. cum alio et Aug. *contractandas*. *Mr.*

contrectandas] „i. q. contemplandas [hoc non simpliciter dixerim] ψηλαφᾷν Graecis. Artemidor. I. 28. Moses V. 28. 29. Hiob. V. 14. 12. 25. Jesaj. LIX. 10. Bretschneider. Lex. N. T. s. v. Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 260. 254. ed nov." *Schuch.*

quibus ille et] „Sic Gryph. Vict. Manut. Alii *quibus et ille*." *Brut.* „i. e. propter memoriam et spem. Sed facilior est lectio Davisii [nimirum in Ed. 2; tertiam, quamvis iam 1730. prodierit, non videtur inspexisse Ern.] *quarum*, si modo a libris esset." *Ern.* „Quodsi ad *vetat* Epicurus esset intelligendus, hoc loco non scripsisset Cicero *ille*. Habes autem hic plane eosdem ablativos singulares, veluti in appositione positos, quales supra notavi §. 31: *quibus* [nimirum] — *diuturna praemeditatione* —." *FAWolf.* in scholis. — Habent *et ille pr.*, referente Orellio, Lamb. et Brut. Quid habeat Lamb. 1566. nescio. Brutus non habet: sed refert alios (nescio, quinam) ita legere. *Mr.*

et praeteritarum] Aug. omittit *et*. Mon. 2. habet *et priorum*. Pal. quint. habet *referclam* Duisb. *vitam sapientis refertam*. Unus Ox. *putant*. Ad v. *nostro more* Comm. Anon. ap. Leod. a Qu. „Hoc ideo, ait, dicit, quod Epicurei omnem orationis elegantiam, adeoque dialecticen contemnebant." Cod. Ox. unus *duximus* pro *diximus*: duo cum Mon 1. 2. et Gud. 2. *Epicuri*: quae scriptio orta est ex *Epicurii*, quod est in vetustissimo Gud. 1. Post eam vocem Gud. 2. addit glossam *autem*." Duo Oxx. habent *dicant* pro *dicunt*: unus *suo more*. *Mr.*

Sed, quae dicant, videamus: quomodo, negligamus.] „Vitiosam interpunctionem correxi [sic enim interpungebant, inepte prorsus et incommode: *sed quae dicant* (Epicurei), *videamus quomodo negligamus.*]. hoc tantum, quo facto hic locus planus factus est. Dicebat paullo ante, se Epicuri sententiam suo more persecutum esse, quam Epicurei suo exprimunt. *Sed quae dicant*, inquit, *videamus: quomodo dicant, ne laboremus*." *Lambinus.*

Quae dicant videamus; quo modo, neglegamus] Ita locum nos cum Erasmo, Manucio Lambinoque distinximus. Vulgo, *quae dicant, videamus quo modo negligamus*. Inepte prorsus et incommode. *D.*

sed quae dicant, videamus: quomodo, negligamus.] Mireris certe ante Lambinum neminem veram loci distinctionem reperisse: magis vero mireris, frugibus inventis ad glandes rediisse editores. Exhibent enim Ern. Nobb. Tbn. *sed, quae dicant, videamus, quomodo negligamus*. Eaque distinctio Nissenium defensorem nacta est. „Davisius, ait, incisum post *quomodo* (sc. dicant) posuit. Speciose, non vere. Nam vulgata dispunctio sequentibus bene convenit." Unde nihil discimus, nisi quod dudum sciebamus: nihil tam ineptum esse, quod non laudatores habeat suos. — Scribitur autem *quae dicat* in Mon. 1; *quae dicunt* in Codd. Mon. 2. et Duisb. *Mr.*

c. 16. *Principio male reprehendunt*] Nulla ratione addita, sed

futurarum. Nihil est enim, quod tam obtundat elevetque aegritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod non accidere possit; quam meditatio conditionis humanae; quam vitae lex, commentatioque parendi: quae non

---

Bentleii, ut opinor, auctoritate permotus, Dav. in Ed. 2. edidit *reprehendit*, nulla plane necessitate urgente. Gud. 1. habet *repraehendunt*. Aug. *reprendunt*. Mox idem *futurarum rerum*. Idem cum Gud. et duobus Oxx. omittit *enim*. Gud. omittit etiam *tam*. *Mr.*

obtundat] „Hebetet, infringat, debilitet et obtusam reddat aegritudinem. Alias obtundere est aliquid, ut docet Donatus, saepe odiose repetere: translatum a fabri malleo. Terent. *ne me de hac re obtundas saepius* [Adelph. I. 2. 33.]. Obtusum dicimus ingenium, hebes, crassum et sine acumine. Sic aegritudo obtundi dicitur, quando retusa debilitataque non fodicat neque vires pungendi habet: sicut ferrum obtusum dicitur, quod mucronatum non est neque acute perforat.“ *Beroald.*

Elevetque *aegritudinem*] Forsan *allevetque; ut aerumnam dictis* allevans infra cap. 29. Lucceius apud nostrum Fam. V, 14. *Non intelleges duplicari sollicitudines, quas* elevare *tua te prudentia postulat.* Lego *allevare*, quemadmodum fere dant duo Mssti Gulielmiani. Absurde vero Balliol. et Eliens. sec. *enervetque:* nam nulli sunt aegritudinis nervi. Eliens. tert. et Petrens. *levetque*, et ita passim noster. Vide modo capp. 18, 25. et Fam. V, 16. *D.*

elevetque aegritudinem] „Non erat, quod coniiceret Dav. *allevetque*, quod minorem etiam vim habet, quam *elevet.*“ *Bouh.* „MSS. duo apud Davis. *levetque*. bene. MS. Guelf. *tam obtundat elevet*. fortasse fuit *obtundat et levet.*“ *Ern.* Neuter horum virorum vidit ipsum Dav. in Ed. II. habere [quod dedit Ern.] *levetque:* quamquam in lemmate annotationis ibidem scripsit *elevetque*. Duo Oxx. habent *levetque*, itemque Marb.; duo Oxx. et Rehd. *enervetque*, et ita Dav. in Ed. I. Verb. Lall. Oliv. In Gud. 2. est *alienetque*, in Aug. ut in Guelf. quem inspexit Ern. Mon. 2. habet *relevetque aegritudine*. Ed. P. omittit *quam*. Unus Ox. habet *perpetuo*. Idem cum Rehd. in seqq. omittit *non*. In Cod. Mon. 2. est *nihil est quod tam abscidē* [sic!] *possit*. In Edd. fere omnibus legitur *accidere non possit*, ordine magis consueto: sed *non accidere possit* recipiendum videbatur cum Dav. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Vind. 1. 2. Marb. Mon. 1. Idemque sine dubio habent etiam complures alii, praesertim Oxx. Sed neglexerunt verborum ordinem ii homines, quibus illorum Codd. conferendorum cura erat mandata. Mox Duisb. *conditionis humanae meditatio*. Cod. Aug. *quam quae vitae lex. Mr.*

commentatioque parendi] Cod. Marb. *commentumque p.* Unus Ox. *commentum parendi*: alius *conditionis commentatio p.* Unus Ox. *commentatioque patiendi.* Nostra verba recte explicat Kühn.: cogitatio instituta de necessitate vitae vel naturae legi parendi. — Nec vero negligenda, quamquam non recipienda, fuit lectio *commentatioque pereundi*: ut legisse videtur Beroaldus, cuius haec est ad verba *meditatio conditionis* annotatio: „Repete illud: nihil est, quod tam obtundat aegritudinem, quam meditatio conditionis humanae; nihil ita obtundit aegritudinem, quam vitae lex: quae est ipsa ratio, id est iugis cogitatio *pereundi*, vel, ut alii Codices habent, *parendi*, scilicet necessitati intervenientium infortuniorum. Nam, ut inquit ille, *Durum: sed levius fit patientia Quicquid corrigere est nefas* [Horat. Od. I. 25. 19 sq.]. Ait Cleanthes: *Ducor, parens celsique dominator poli, Quocunque placuit: nulla parendi mora est: Adsum*

hoc affert, ut semper maereamus, sed ut numquam. Neque enim qui rerum naturam, qui vitae varietatem, qui imbecillitatem generis humani cogitat, maeret, quum haec cogitat: sed tum vel maxime sapientiae fungitur munere. Utrumque enim consequitur, ut et considerandis rebus humanis proprio philosphiae fruatur officio, et adversis casibus triplici con-

---

impiger: — Dixit M. Tullius in Epist. ad Au. Caecinam [VI. 6. prop. fin.] *Levat dolorem communis quasi legis et humanae conditionis recordatio.*" Ego autem reperi *pereundi* in Edd. Ven. nostr. et Asc. 1. Qui primus scripsit *commentatio pereundi* recordabatur Socraticae illius *μελέτης θανάτου*, quam aliter Cicero Latine convertere solebat. *Mr.*

quae non hoc affert, ut etc.] Cod. Rehd. omittit *hoc*. Mon. 2. habet *maereamur*. Vind. 2. *sed ut nonnunquam* et ita Ed. Cam. Voluisse autem hic videtur, quod habent Vict. et Rob. Steph. *non unquam*. In seqq. Cod. Gud. exhibet *qui et imbecillitatem*. Mox Aug. et Mon. 2. cum uno Ox. *quum hoc cogitat*. Verbum *vel* omittit unus Ox.; duo vocem *sapientiae*, unus habet glossam *sapientis*. Ad h. v. FAWolf. in scholis: *πράττειν τὸ ἔργον τῆς φιλοσοφίας*. Mox Cod. Mon. 1. *utrumque enim sequitur;* et sic etiam Ed. P. et duo Oxx. Tum Codd. Marb. Gud. 2. *uti cons. rebus*, Rehd. *ut in consid. rebus*. Duisb. *ut et hoc cons. rebus*. Mon. 2. *ut ex cons. rebus*. Unus Ox. *considerans*. Pro *philosophiae* unus Ox. *philosophi:* nec vero is, qui tertia abhinc linea pro *sapientiae fungitur munere* exhibet *sapientis fung. mun. Mr.*

philosophiae fruatur officio,] „*Fruatur* legitur etiam in MS. (Col.), pro quo Manutius *fungatur* reposuit, annotans, hoc usitatius esse, quam illud." *Fr. Fabric.*

Fungatur *officio*] Vulgo *fruatur*, quo modo Romanos locutos esse non arbitror. Igitur Manucii Lambinique seu libros seu coniecturam sum secutus; et ita diserte repraesentant Balliol. et Eliens. sec. *D.*

fruatur officio] „Quamvis Manutii ac Lambini coniectura, qua *fungatur* pro *fruatur* statuunt, uno et altero codice sustentetur; non tamen reiicere lectionem editam audeo, tanquam Romani sic nunquam locuti essent. *Frui officio proprio philosophiae* est illius officii emolumentis potiri. Sic de Amicitia (4, 15.) *recordatione nostrae amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar, qui cum Scipione vixerim* h. e. cum aliquo fructu et iucunditate recordor amicitiae nostrae. Isto modo *victoria frui* est victoriae emolumentis frui, apud Florum II. 6." *Wopk. Fruatur* habet Cod. Reg. et tres Leidd. cum mea Ed. vet. et reliquis libris. Dav. dedit *fungatur*; praeter necessitatem. Ut enim dicebatur *fungi epulis, gaudio* etc. ita dici potuit *frui officio* et *munere*." *Fungatur* recepit Lall. idque esse etiam in Cod. Vat. refert. Ernestus vero: „Pro *fruatur*, ait, dedi *fungatur*, quod in aliquot libris scriptis a Dav. repertum est, a me in Guelf. et est ante *sapientiae fungi munere*. Frustra obloquitur Wopkensius." Handius vero ad Wopk. p. 112. „At illud ipsum *fungatur*, ait, ab iis restitutum est, qui paullo ante legerant *sapientiae fungitur munere*. Est enim *frui officio* amplius, officio fungendo delectari et consideratione rerum frui. Sic Seneca Epist. 93. 7: *omnium rerum cognitione fruiti sumus*." Laudat praeterea Or. Wakefieldium ad Lucret. 3, 201. [*corpora — mobilitate fruuntur:* ubi in multis Codd. et Edd. est *feruntur*]. Idem cum FAWolfio Handii sententiam verissimam existimat. Ego iis assentio, quia et optimi et antiquissimi et plurimi Codd.

solatione sanetur: primum, quod posse accidere diu cogitaverit

fidem faciunt, *fruatur* profectum esse a Cicerone. Quod si verum est, iam non id quaeritur, quid nos scriberemus, vel quid faciendum esset, si omnes, vel illi certe, quos diximus, in *fungatur* consentirent sed utrum Cicero salva sua elegantia *fruatur* scribere potuerit, an secus? Kühnerus vero in alia omnia abit, offensus et voce *proprio* si serves *fruatur*: et hoc ipsum *fruatur* a delicatiore quodam correctore inductum esse existimans, qui repetito paucis interiectis eodem verbo offenderetur. Vides non deesse rationes sententiis plane contrariis defendendis. Habent autem *fungatur* Codd. Aug. et tres Oxx iique infinita pravarum lectionum mole insignes [D. E. ξ.] Edd. Dav Lall. Ern. Bip. Nobb. *Mr.*

Adversis casibus *triplici consolatione* sanetur] Haec loquendi rati videtur dura nec Tullio digna. Quare Cl. Th. Bentleius legit *adversus casus triplici consolatione armetur*. Supra cap. XV. *Quare accipio equidem a Cyrenaicis haec* arma contra casus *et eventus*. Reg. e Pithoean. *sanentur*. Forsan *adversi casus triplici consolatione sanentur*. *D.*

et adversis casibus triplici consolatione sanetur] Non tantum non necessariam, sed falsam etiam esse Bentleii coniecturam *adversus* [i. e contra] *casus* iudico, cum *adversis casibus* sint Ablativi absoluti, a quos intelligendum sit οὐσι. In eandem sententiam disputat Kühn laudans Brenium ad Corn. Nep. Themist. VIII. 2. p. 31. Heldium a Caesar. B. Civ. I. 85. p. 91. August. ad eiusd. B. G. II. 9. p. 119 Add. Hand. Tursellin. I. p. 402. Wyttenbach. ad Cic. de Legg. III 16. p. 452. ed. nostr. et Cr.; nos ad Cic. de Rep. I. 19. p. 85; no ad Cic. de Div. II. 67. p. 535. Cic. pro Sext. 13. *hoc homine:* item que in Verr. I. 10. De Or. III. 1. 2. *illo senatu;* Acadd. II. 31: *ho tranquillitate.* Hosce Ablativos cum non magis concoqueret scripto Codicis Rehd. dedit *in adversis casibus.* Idem et Mon. 2. cum un Ox. exhibet *satietur,* pro *sanetur.* Ad sententiam confer Wyttenb ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 118. B. T. II. p. 97. ed. Lips In Gud. 1. est *sanentur.* Improbavit Bentleii rationem etiam Bou hierius. *Mr.*

Primum, quod posse accidere diu cogitaverit;] Obsecutus es Dav. in Ed. 2. Bentleio, qui ex uno Cod. recipiendum ei suaser *cogitavit*: nimirum quia mox sequitur *quod — intelligit — quo videt:* isque, eandem ob causam, obsequentem habuit Ernestum; a cuius se partes applicuerunt Bip. Schz. Nobb. Tbn. nimirum nil mot eo, quod Bentleio opposuit Wopkensius p. 108—111, quarum pagi narum maximam partem occupat exemplorum farrago, quibus Mod variantur. Quasi vero variandorum modorum non ubique sint ve esse possint causae! Ita autem principio disputationis Wopkensius „Toleranda videtur modorum permutatio, cum praesertim indicativ a subiunctivo tam longe remoti sunt, ut nil mirum sit, si memoria vitio in eam inciderit Cicero.“ Ad quae optime Handius: „Memoriae nil iuvat, sed ratio. Quamquam ex his, quae attulit W., exemplis [v. c. de Finn. I. 10. ad Famm. VI. 17. de N. D. II. 16. et 38. Tusc IV. 37. de Div. II. 25. et 72. de Finn. V. 17. Acadd. II. 46. Tusc I. 32.] colligi potest, quantum distent volubilis ac mutabilis sermonis formae a grammaticorum regulis restrictis. Qui ita variantur modi non destituuntur explicatione, sed regularum necessitatem excedun per licentiam loquentibus permissam. Id non semper animadvertun critici. Exemplis adde haec ex poetis: Plaut. Amph. Prol. 17: *cuius iussu venis, et quam ob rem venerim, dicam.* Propert. II

quae cogitatio una maxime molestias omnes extenuat et diluit: deinde, quod humana humane ferenda intelligit: postremo,

---

30. 29: *canere antiqui dulcia furta Iovis: ut Semela est combustus, ut est deperditus Io: denique ut ad Troiae tecta volarit avis.* — — In sententiis, quae causam vel conditionem indicant, — utraque ratio facile commutatur, vel certa re posita, vel admixta dubitatione.“ Nec vero audiendus Kühn., qui *cogitaverit* futurum exactum esse contendit. Ter quidem Cicero posuit *quod:* primum autem intellexit vel intelligi voluit: *quippe qui* vel *quum;* alterum et tertium posuit pro *quia* vel *eo, quod.* In Cod. Mon. 2. est glossa: *primum tum accidit, quod posse accidere diu cogitaverit. facilius fert cum accidit.* Verburg. quoque refert Davisium [in Ed. 1.] in libello Lectionum Variarum annotasse, Codicem Norvicensem post *cogitaverit* addere *facilius fert cum accidit.* Unus Ox. habet *primum quidem posse accidere cum diu cogitaverit.* Vides librarium coniunctivum addita glossa vel sibi vel aliis sive explicare sive excusare voluisse. Indicativum nullus plane nostrorum librorum exhibet. Pergit unus Ox. *quae cognitio.* Gud. omittit *una:* quo omisso superlativus in voce *maxime* valde debilitatur. Vid. nos in Symbolis Critt. ad Cic. II. 7. p. 11. et Symbb. Critt. I. 5. p. 9. *Mr.*

molestias omnes extenuat et diluit] „Omnes fere vett. codd. habent *et deluit:* unde quidam facere conantur *et delenit.*“ *Lamb.* cur. sec. „*Et deluit* Gryph. quomodo legendum videtur. Saepe autem in hoc variare vulgata exemplaria ab antiquis animadvertas.“ *Brut.* „In nullo reperi Lambini *deluit.*“ *Gebh.* Cod. Mon. 2. *miserias* pro *molestias.* Cod. Gud. Edd. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. Crat. Herw. Rob. Steph. Junt. habent *omnes molestias.* — *Deluit* habent Codd. Marb. Gud. 2. Ceterum habere haec verba poeticum colorem, facileque, si quis hariolari velit, numeris suis restitui posse, ut exeat senarius Iambicus, animadvertisse mihi videor: Potuit videlicet apud poetam, abiecto *et,* scribi:

Molestias omnes extenuat, diluit. Mr.

quod humana ferenda intelligit:] „*Humane* Gryph. Victor.“ *Brut.* „*Humane*] Sic Victorius edidit: et sic habetur in Pall. sec. tert. quint. Primus *humanae.* Praefero lectionem Vaticanam *quod humana humane ferenda,* utpote liquidissimam et propriam Ciceroni infra c. 27. *Gebh.* „Unius Codicis auctoritate viri critici correxerunt *humana humane ferenda.* Sed sufficit lectio Codicis Reg. aliorumque fere omnium meaeque Ed. vet. *humana ferenda.* Ita plerumque Cicero: vid. Epp. ad Att. XV. 20: *sed humana ferenda;* infra V. 6: *qui omnia humana — tolerabilia ducat.*“ *Bouh.*

Quod humana *humane*] Vulgo mediam vocem praetermittunt, quam, iubente Vatic. simul ac sermonis elegantia restitui. Plutarchus Cons. ad Apoll. pag. 102. *Ἀνθρωπίνως φέρειν τὸ συμβεβηκός.* Idem pag. 118. *Πείθοντες τὰ κοινὰ τοῦ βίου συμπτώματα κοινῶς φέρειν καὶ τὰ ΑΝΘΡΩΠΙΝΑ ΑΝΘΡΩΠΙΝΩΣ.* Respexisse videtur ad illud Menandri:

Ἀνθρωπίνως χρὴ τὰς τύχας φέρειν, ξένε.
Τὰ κοινὰ κοινῶς δεῖ φέρειν συμπτώματα.

Extat apud Stobaeum Serm. CXXIII. pag. 615. Vide Fam. lib. VI. 1. *D.*

Humana humane] „Ita e Vatic. Gebh. et Dav. Alii alterutrum omittunt.“ *Lallem.* „Dav. addidit *humana.* sane bene. Sic et MS. Vat. itaque et ipse addidi.“ *Ern.* Hic vero operas inobedientes habuit: nam in contextis nihil legitur nisi *humana ferenda:* in annot. autem subiecta dicitur alios *humane* omittere: quod ipse commisit.

quod videt malum nullum esse, nisi culpam: culpam autem

Nissenius probat errorem ab Ern. invito commissum. Olivetus dedit *humane*, probat autem *humana*. Davisium secuti sunt Bip. et Schz.; Wolfius, Koel. Or. Nobb. Tbn. receperunt *quod humana ferenda intelligit*. Wolfium Billerb. ait ideo reiecisse *humane*, quia haec sit depravata Codicum lectio pro *humana*, *humane* autem iam insit in v. *ferenda*: eius igitur vocis delendae auctores esse et brevitatem et elegantiam. Ipse in scholis ait sufficere *humana ferenda*, ut sit i. q. omnia esse ferenda, quae homini accidere possint. Or. et Kühn. laudant locum ex Epp. ad Att. a Bouh. excitatum. Videtur etiam ei lectioni patrocinari velle Or. adhibito loco, quem laudavit Dav. Famm. VI. 1: *omnia humana placate et moderate feramus*: sed id ipsum est id quod diceretur *humana humane feramus*. Ego autem rationibus ponderatis omnibus servandum duxi *humana humane*, tum quod Vat. ita exhibet, tum quod in scriptione Cod. Pal. pr. *humanae* utrumque vocabulum latere videtur. Accedit, quod fluctuat lectio inter utrumque vocabulum, facileque librarii, si casu bis eodem modo scriptae essent voces [*humana humana*, vel *humane humane*] alterutram non corrigendam, sed eiiciendam esse existimare poterant. Praeterea Davisii quoque rationes non habent nihil momenti. Librorum nostrorum lectio haec est. *Humana* habent Gud. 1. 2. Bern. Mon. 2. Vind. 1. unus Ox. Edd. A. B. S. E. C. M. L. et nostrae, praeter eas, quas dixi, omnes. In reliquis libris est *humane*. Pro *quod* unus Ox. *quidem* Cod. Aug. *ferendas*, Mon. 2. *intelligat*. *Mr.*

postremo, quod videt malum nullum esse, nisi culpam:] „Perperam vulgo legitur *iubet*.“ Hac autem sententia saepe est usus, nihil esse malum nisi culpam; quam et solam praestandam sapienti dicit. Ut Papirio scribens [ad Famm. IX. 16.]: *nihil esse sapientis praestare nisi culpam*. Et sic scribit Sextio lib. V. [17.] *homines sapientes turpitudine, non casu et delicto suo, non aliorum iniuria commoveri*. et paullo ante [ib.]: *Ut et communem incertumque casum, quem neque vitare quisquam nostrum, neque praestare ullo pacto potest, sapienter ferres* etc. Culpam autem eam intelligemus, cuius nomine aliquis accusari posse videatur: id est ἁμάρτημα ἴδιον, seu malum cuius sibi aliquis auctor ipse fuit. Itaque sic Plutarchus in Consolatione [ad Apollon. 114. c.]: τὸ γὰρ μὴ δι' αὐτὸν κακῶς πράττειν ὁ μὲν Κράντωρ φησίν οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας, ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι φάρμακον εἶναι ἀλυπίας μέγιστον.“ *Camerarius*. „Quod latini *culpam* vocant, id nos hodie *malum morale* et κατ' ἐξοχήν *peccatum* dicimus. Hinc non possum equidem causam expiscari idoneam cur Bentl. voluerit *nisi culpa*. Fam. IX. ep. 17: *nihil esse sapientis praestare, nisi culpam*. Vid. lib. XII. 23. V. 21. VI. 1. [*simus igitur ea mente, ut nil in vita nobis praestandum, praeter culpam, putemus: eaque cum careamus, omnia humana placate et moderate feramus.*] Illud *delictum* dicitur lib. V. Ep. 17: *Sapientes turpitudine, non casu, et delicto suo, non aliorum iniuria commoveri*.“ *Wopkens* l. c. p. 112.

quod videt malum nullum esse, nisi culpam] Recepit Dav. in Ed. 2. Bentleio obsequens *nisi culpâ*. Quod ita amplexus est Bouh. ut vituperaret Davisium, quod in Ed. 3. vulgatam omnium librorum lectionem restituerit. „Quid enim? ait, Egone credam ita contra proprietatem loquendi peccasse Ciceronem? *Culpa* mali causa est, nec vero malum ipsum.“ Quod refellere non opus est. Ad sententiam adde superioribus Cic. ad Famm. VII. 3: *Sed tamen vacare culpa magnum est solatium: praesertim cum habeam, quibus me sustentem* etc. quem locum cum aliis laudavit Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apol-

nullam esse, quum id, quod ab homine non potuerit praestari, evenerit. Nam revocatio illa, quam affert, quum a contuendis nos malis avocat, nulla est. Non est enim in nostra 35.

---

on. p. 114. c. Ed. Lips. T. II. p. 78. Iam videamus de lectione. *Iubet* pro *videt* est in Edd. Junt. C. [sed in marg. *videt*] Asc. 2. [sed marg. MS. *videt*]. Scribitur *nullum malum* in Cod. Vind. 2. Edd. P. A. B. S. E. M. L. Fr. Fabr. et nostris ante Gebh. omnibus, exceptis Rob. Steph. et Leod., qui sequuntur Victorium et Codd. Gud. omittit *esse*. In Gud. 2. desunt verba *culpam autem nullam esse*. Cod. Aug. habet *nisi per culpam* pro *nisi culpam*. Vides librarium vel correctorem in eadem sententia fuisse, qua Bentl. et Bouh.; eum vero alio remedio consultum voluisse Ciceroni, erranti scilicet. Operarum sine dubio errore Grut. edidit: *culpam autem malum esse*, pro *nullam esse*: quem errorem graviter castigavit Gronovius. *Mr.*

quod ab homine non potuerit praestari,] „*Praestare* verbum est Iurisconsultorum, quod significat cavere et satisfacere: qui identidem scribunt *praestandum esse dolum: praestandam noxam et alia* consimilia. A. Gell. ait: *pileatos servos venum solitos ire, quorum nomine venditor nil praestaret.* [N. A. VII. 3. p. 389. ed. Gron. ibiq. interprr.] Id ab homine praestari posse dicitur, quod in hominis potestate est, ut fiat vel non fiat: sed mala multa, quae eveniunt, quae ab homine praestari non possunt, ea non habenda esse dicunt in malis, neque culpae affinia. Alias *praestare* est excellere ac superare." *Beroald.*

Non potuerit praestari] Eliens. sec. *praecaveri*. Sic infra c. 22. *Cum videtur* praecaveri *potuisse*. Nec diffitendum est illam vocem huic loco belle convenire: sed nec male se habet lectio vulgata. Noster Fam. V, 17. *Casum quem neque vitare quisquam nostrûm nec* praestare *ullo pacto potest:* hoc est, facere ne contingat. Vide et lib. VI. Ep. 1. et lib. IX. Ep. 16. Immo cum haec minus usitata sit loquendi ratio; quin a Tullii manu fuerit vix dubito: doctior enim est, quam ut librariis tribuatur. *D.*

non potuerit praestari,] Verbo *praestari* in Cod. Reg. superscriptum est *praecaveri*. Duisb. habet *poterit*. Ante *praestari* in quinque Oxx. Rehd. Mon. 1. additur: *ut non eveniret*: Eadem verba post *praestari* adduntur in Edd. Junt. Asc. 2. A. B. S. E. C. Ven. nostr. [in hac editione vera Ciceronis vox, *evenerit*, glossemate extrusa est:] HWolf. Confert Kühn. Cic de Or. I. 24. 113: *istam culpam, quam vereris, ego praestabo.* Plura exempla suppeditant Lexica. *Mr.*

Nam revocatio illa, quam affert, quum a contuendis nos malis avocat, nulla est] „Legendum videtur *avocatio*, ut pagina superiore [15, 33.] *avocatione a cogitanda molestia.*" *Lamb.* „Lambinus ex capite XV. nostrum locum corrigens non animadvertit ibidem statim subsequi: *et revocatione ad contemplandas voluptates:* utrumque h. l. refutat." *Bouh.* Lambinianum illud *avocatio* licet damnet Gulielm., tamen praefert Vaticanus." *Gebh.* Neque, etiamsi plures adderent codices, necessaria erat illa correctio: non magis, quam Ernestina, quae sequitur: „*Affers*, ait Ern., edidi pro *affert*, sensu et contextu postulante. Nam et post est: *Et tu oblivisci iubes* etc. Similiter dedi *avocas*. MS. Guelf. autem habet *affertur*." *Mr.*

affert — avocat] Plane supervacaneam esse Ernesti coniecturam non est quod hodie multis doceam. *Affert* sc. adversarius h. l. Epicurus. Quam saepe similiter Cicero dicat *inquit*, ubi *inquis* exspectes, de eo monuimus supra ad I. 39. 93. ubi vid. laudd. Haesisse autem h. l. iam alios vides ex lectione Cod. Aug. qui exhibet *quae affertur.*

potestate, fodicantibus iis rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio vel oblivio. Lacerant, vexant, stimulos admovent, ignes adhibent, respirare non sinunt. Et tu oblivisci iubes; quod contra naturam est; qui a natura datum auxilium

---

Unus Ox. omittit *a* et proximum *est*. Cod. Aug. habet *malis nos* pro *nos malis*. Gud. omittit *enim*. Cod. Aug. exhibet *a nostra*. *Mr.*

fodicantibus] „Pal. pr. *foditantibus*: quod est a *fodare*, sicut casci illi, teste Festo, dixerunt pro *fodere*.“ *Gebh.*

Fodicantibus *his rebus*] Inepte Gebhardus ex Pal. pr. venditat *foditantibus*. Adfertur autem locus a Nonio in *fodicare*. *D.*

fodicantibus] Habent etiam *foditantibus* Codd. Mon. Rehd. et duo Oxx. Dedi *iis* pro *his* (ut cum Reg. scripsit Dav.) et ratione postulante et compluribus libris adstipulantibus, quos enumerare nil attinet, cum vel sine libris ita fuerit corrigendum. — Pro *opinemur* est *opinamur* in uno Ox. Vind. 2. Ed. C. contra quos opus non est coniunctivum defendere. Pro *oblivio* Gud. 2. a pr. m. *opinio*. Mox *Et* ante *tu* est commemorantis aliquid, quod fieri indignetur. V. Matthiae ad Or. pr. Marc. 14, 42. *Mr.*

stimulos adhibent, ignes admovent] „Hic est ordo verborum in regiis quatuor MSS. Aliter vulgati: *stimulos admovent, ignes adhibent*.“ *Lallem.* Cum Codd. illis facit etiam noster Gud. Nec vero quidquam mutandum. Quae vero sunt inde a *lacerant* usque *ad adhibent* et ipso verborum tenore et numero poëticum quiddam redolent, quod facile iambicis rhythmis restitui possit: v. c.

Heu lácerant, vexant, iámque stimulos ádmovent,
Iamque ignes adhibent, réspirare nón sinunt.

Unus Ox. habet *ignem* pro *ignes*. In seqq. unus Ox. omittit *tu*, alius *iubes*. *Mr.*

quia natura datum est auxilium, extorqueas inveterati doloris!] „*Quia* inveni in melioribus Pall. tert. quart. Pith. Vatic. Hanc lectionem recepi in contextum: at illud *extorqueas* etiam reliqui tres Pall. amplius asserunt. Vulgo: *quod a natura datum est auxilium, extorques invet.* inoffenso quidem cursu, prout magistelli capiebant; sed vereor an legitime.“ *Gebh.* Dav. in Ed. 2. ex Bentleii correctione edidit: *Et tu oblivisci iubes, quod contra naturam est, quo a natura datum auxilium extorqueas inveterati doloris! Mr.*

Quod contra naturam est, qui a *natura datum auxilium extorques inveterati doloris*] Vulgo, *quod contra naturam est?* quia *natura datum* est *auxilium*, extorqueas *inveterati doloris?* Ex quo sensus quidem commodus extundi non potest. Ita tamen Reg. et Pithoeannisi quod illi *qui a natura*. Med. habet *qui a natura datum auxilium extorqueas*. Eliens. pr. *quia a natura datum auxilium extorques*; unde nos literula tantum deleta legimus, *qui a natura datum auxilium* extorques *inveterati doloris?* Victorius, Lambinus, alii, repraesentant, *quod a natura datum est auxilium, extorques, inveterati doloris?* Non incommode quidem; sed ad primam vocem quod attinet, omnes refragantur Mssti. *D.*

quia natura datum est auxilium etc.] „Haec cum sensu destituantur, satis ad veri similitudinem correxit Dav. *qui a natura datum aux. extorques inv. dol.* Sed cur non legamus, ut est in aliquot Codd. v. c. in duobus Leidd. et mea ed. vet. *quod autem a natura datum est auxilium* etc. Haec quidem lectio et propius accedit ad vulgatam et magis etiam arguit ridiculam Epicuri inconstantiam, qui malis praesentibus oblivisci nos iubens tamen inutile dicebat solatium, quod sensim affert oblivio mali praeteriti.“ *Beul.*

extorqueas inveterati doloris? Est enim tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam affert longinquitas et dies. Iubes me bona cogitare, oblivisci malorum. Diceres aliquid, et magno quidem philosopho dignum, si ea bona esse sentires, quae essent homine dignissima.

Pythagoras mihi si diceret, aut Socrates, aut Plato: 17 36. b.

quod a natura datum est] „Sic Edd. Junt. Ald. Vict. Lamb. MS. Guelf. addit *autem*. aliae *quia natura d. e.* quod male revocavit Gruterus.“ *Ern.* „*A natura* respicit illud *contra naturam*. Ergo, propter *iubes* malim *extorques*. Davis. et Bipp. *qui a natura* cet. quod non placet.“ *Nissen.*

qui a natura datum auxilium extorqueas] „Ita constanter Codd. nostri cum uno e Davisianis. Vulgo: *quod* etc.“ *Lallem.* Post *naturam* omittitur *est* in uno Ox. Pro vulgato *quod a* habent *quod autem a* duo Oxx. Mon. 1. Aug. Bern. (sed in marg.) Unus Ox. *quod aut.* — *Qui a* (vel, quod eodem ducit, *quia*, cum in vetustissimis Codd. voces non separarentur) habent tres Oxx. Bern. Gud. 1. 2. Marb. Duisb. Reg. In Rehd. est *quia a*; in Gud. *qui qđ* [i. e. *quidem*] *a*; in Mon. 2. *Est autem a natura datum.* Post *datum* omittunt *est* Codd. Duisb. Mon. 2. *Extorqueas*, quod nulla Ed. habet ante Gebh., quodque receperunt. Lall. Ern. sqq., habent quinque Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Bern. Unus Ox. *extorquens*, alius *extorquendi*. Pro *inveterati* Cod. Mon. 2. habet *inveteratum*. Receperunt Davisianum *qui a* Edd. FAWolf. Koel. Bip. Schz. Or. Tbn. Mireris sane non vidisse Gebhardum, qui dedit *quia - datum est*, et Ernestum, qui scripsit *quod - datum est*, hos igitur non vidisse, receptis illis coniunctionibus verba *inveterati doloris* plane contra Ciceronis morem esse posita. Commode explicat Kühnerus: *et tamen tu, qui a natura datum auxilium inveterati doloris* (sc. ut supra c. 15, 31. legimus, Epicurus negabat *vetustate minui mala*) *extorqueas, oblivisci iubes?* (*quod contra naturam est*). Idem proximum *enim* respicere monet ad verba *a natura datum*, eorumque rationem reddere. *Mr.*

Est enim tarda illa quidem medicina,] Cod. Gud. *quidem illa*, Aug. *medicina quidem*. Utrumque prave. Vid. nos supra ad I. 3. 6. Ad v. *magna* unus Ox. habet supra lin. *magis*. *Mr.*

Longinquitas et dies] Dies longinqua, seu longum tempus. Ἐν διὰ δυοῖν. Vide Servium ad Georg. II, 192. Aen. I, 61. et J. Fr. Gronovium in Livii I, 32. *D.*

longinquitas et dies.] Confert Or. locum ex epistola Sulpicii apud Cic. ad Famm. IV. 5. ubi est *longinquitas temporis*. De figura ἓν διὰ δυοῖν, quae hic obtinet, vid. C. L. Rothii C. Corn. Taciti Syncnyma et per figuram ἓν δ. δ. dicta (8. Norib. 1826.) p. 23. — Post *cogitare* duo Oxx. habent *et oblivisci*. Mon. 2. *dicere aliquid*. Unus Ox. *dicens aliquid*. Idem cum Rehd. omittit *quidem*. Cod. Vind. 1. habet *ea quidem bona*. *Mr.*

si ea bona esse sentires] Sic Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Gud. Marb. Mon. 1. Edd. Dav. Or. Tbn. In reliquis est *sentires esse*: nisi quod Duisb. omittit *esse*, et Gud. 2. habet *si bona esse ea sentires*. Tum Mon. 2. *homini*, Aug. *in homine*. Paullo superius ad locutionem *diceres aliquid* i. e. quod alicuius momenti esset, confer Graecam locutionem λέγειν τι, de qua v. Hermann. ad Vigerum p. 731. n. 113. coll. p. 152. b. *Mr.*

c. 17. *Pythagoras mihi si diceret,*] „Ita Pall. pr. sec. quart.

Quid iaces? aut quid maeres? aut cur succumbis cedisque fortunae? quae pervellere te forsitan potuerit et pungere,

quint. MSS. Suffrid. Vatic. sed ne quid dissimulem, in quarto sic scriptum offendi: *mihi etiamsi.* Alius *mihi sic diceret.*" *Gebh.* Wopkensius l. c. p. 112. servari quidem voluit *si*, sed credidit esse σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, quo sic loquatur Cicero, quasi in antecedentibus dixisset: *Esset hoc, quod iubes, aliquid, et magno quidem philosopho dignum . . . . Pythagoras modo esset, et non Epicurus ille voluptarius, qui mihi diceret.* — Accedit ei Bouh. dicens *si* poni pro *crederem et probarem, si* etc. Sed Handius ad Wopk. „Bene, ait, intellexerat Wopk., quo modo Latini conditionem addiderint sententiae affirmandae. Hoc tamen in loco non animadvertit, ut sensus ille, quem exponit, exsisteret, et verba haec cum superioribus coniungi possent, necessario praecedere debuisse coniunctionem: si Pythagoras mihi diceret. Quare dictionem hanc potius ad anacolutha referemus. Deest enim apodosis, quae substitui facile potest." In eandem fere sententiam disputans Nissenius „Oratio, ait, anacoluthos quidem est: sed primo talia exempla alibi occurrunt, deinde ipse Cicero oblitus est, non se sed alios loqui, et aliorum orationem suam facit, quod apparet e verbis *a me quidem paullo ante appellata frugalitas.*" Recte Wolfius in scholis: „Apodosis, ait, est §. 37: *ad haec bona me si revocas.*" Accuratius tamen Kühn.: Est ἀνανταπόδοτον, in libris philosophicis et epistolis Ciceroni non infrequens. Oratio plena hoc fere modo conformata esse deberet: *Pythagoras mihi si diceret aut Socrates, aut Plato: quid iaces? aut quid maeres? — — parerem et sequerer;* at subito abrupto orationis tenore supressaque apodosi, Epicurum appellans, novam exorditur protasin: *ad haec bona* etc." Codd. Aug. et unus Ox. *Pyth. etiam mihi:* alius Ox. *Pyth. mihi diceret.* Scribitur *si* [quod longe praestat Davisiano *sic* ex aliquot Edd. vett. et uno Cod. revocato] in Codd. octo Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Gud. Mon 1. Bern. Marb. Vind. 1. 2. MS. marg. Asc. nostrae 2. Edd. Grut. Lall. Oliv. Verb. Alt. FAWolf. Koel. Schz. Or. Cod. Duisb. habet *sic diceret mihi*: reliqui *mihi sic diceret*, quod est correctoris, qui, quomodo ἀνανταπόδοτον intelligeret, non haberet, vel talem in Cicerone locutionis negligentiam non concoqueret. *Mr.*

Pythagoras mihi sic *diceret*] Vulgo *si.* Male; nam deest ἀπόδοσις. Nos igitur Eliens. tert. ac editionibus Ascensii, Manucii, Victorii, Lambinique fidem dedimus. At Balliol. voculam controversam nescit, et abesse potest sine sensus detrimento. *D.*

aut Socrates] Desunt haec verba in Gud. 2. In Mon. 2. scriptum est *aut Scrioles, aut Plato quod iacet aut quod neres.* Pergit Gud. *aut quid succumbis.* Tum Aug. *aut cedisque.* Mon. 1. *caedisque. Mr.*

que pervellere te] „*Quae ut te pervellere.* Victorius." *Brut.*

quae pervellere te forsitan potuerit, non poterit certe vires frangere] „Malebat Bentleius: *quae ut pervellere* etc. Emblema minus necessarium. Acad. II. 32: *Haec sint falsa sane, invidiosa certe non sunt.* c. 24: *An dissolvit? id enim mihi quidem non videtur: sed dissolverit sane: certe tam multa non collegisset . . . . nisi videret his resisti non facile posse.* de Fato 4: *sic affectio astrorum valeat, si vis, ad quasdam res: ad omnes certe non valebit.* de Divin. II. 55: *quae delectationis habeant, quantum voles: auctoritatem nullam debemus — commentitiis rebus adiungere.*" *Wopkens.* p. 113 sq. — Quod in lemmate Wopk. scripsit *non poterit*, tenendum ita edidisse Davisium in Ed. prima. *Mr.*

on pótuit certe vires frangere. Magna vis est in virtutibus: eas excita, si forte dormiunt. Iam tibi aderit princeps ortitudo: quae te animo tanto esse coget, ut omnia, quae ossint homini evenire, contemnas et pro nihilo putes. derit Temperantia, quae est eadem moderatio, (a me qui-

---

Quae ut *pervellere te*] *Ut* vulgo deest. Sed Ascensius et Victorius vocem suppeditarunt orationi necessariam, eamque Cl. Bentleius nmittendam viderat. *D.*

quae pervellere te forsitan potuerit] Ex Codd. nostris nullus habet illud *ut* post *quae*, sed habent Edd. Asc. 2. (nec vero 1.) Leod. ld. C. V. M. Rob. Steph. Cam. Lall. In Vind. 1. legitur *quae te pervellere fortasse poterit*. Est etiam in Cod. Rehd. et uno Ox. rsitan *poterit*, in Gud. *forsitan voluerit*. Ad constructionem uae — *forsitan potuerit* monet Hand. ad Wopk.: Grammaticis nostris otandus est ille coniunctivi usus, in quo, omissa coniunctione, conessiva sententia eandem rationem recipit, quam conditionalis proriam habet." Post *pungere* Duisb. addit *te*. *Mr.*

non potuit certe vires frangere.] Habent *non poterit* quinque odd. Oxx. Rehd. Vind. 1. [hic ex corr.] Duisb. Davisius, ut dixi, a Ed. 1. quam solam inspiciens Ern. ad h. l. notavit Futurum haere Davisium (qui tamen in 2. et 3. Perfectum restituit) idque fatum haud improbat, quamquam et vulgatum bene habeat. Verb. quoue dedit *poterit*: sed *potuerit certe* habent Lamb. Goth. Boul. Car. teph. Brut. Ald. Sturm. HWolf. M. In praeteritis pro *pungere* en. nostra habet *pugnare*. *Mr.*

Magna vis est in virtutibus:] Beroaldus ad h. l. „Sententia est: ortunam vellicare quidem posse, sed frangere penitus non posse irtutum sepimenta: quas ait excitandas esse, sicut vigiles somno onniventes excitari solent, ad impetum hostium supprimendum reandendumque. *Hoc*, ut inquit optime Seneca, *adversus virtutem ossunt calamitates et damna et iniuriae, quod adversus solem potest ebula.*" Est hic locus Ep. 92. med. Unus Ox. habet *excitare si orte*, Gud. 2. *excitare forte*, omisso *si*. Gud. 1. h. l. et paullo inerius, a pr. m. *adherit* pro *aderit*, unus Ox. *fortitudo que Mr.*

quae te animo tanto esse coget] „Scribendum *cogat*, ut est in uno Leid. Hoc satis apparet ex seq. *non patiatur*." *Bouh.* „*Cogat* dedi ro *coget*. nam ita elegantia latinitasque postulat et series orationis: am post, post idem *aderit*, est *quae — patiatur*." *Ern.* Eam conecturam Schützius non esse necessariam iudicat. Certe, cum utraue scriptio, pro scriptoris sententia, utrum magis an minus certo liquid affirmare velit, vera esse possit; non est quod Ciceronem ogamus, ut vel priore loco magis dubitanter loquatur vel postiore confidentius. Proxime scribitur *quae possunt* in uno Ox. ug. Duisb. Vind. 1. Edd. S. E. *Possent* habent Edd. P. A. B. C. en. nostr. Asc. 2. Junt. In Cod. Aug. in antecedd. legitur: *quae anto animo esse cogitet*, omisso *te*; in Gud. item inverso ordine *anto animo*. Mon. 2. *nihil* pro *nihilo*. Verba *quae est eadem moderatio* omittuntur in duobus Oxx. (E. ξ) qui plerumque in pessimis rroribus concordant. Unus Ox. habet *moderare* pro *moderatio*. *Mr.*

A te quidem paulo ante] Vulgo *me*: quod recte mutavit Cl. Bentleius. Respicit enim noster ad huiusce libri cap. VIII. Illic autem ullius, hic vero Pythagoras aut Socrates aut Plato loquitur. *D.*

(*a me quidem paullo ante appellata frugalitas*)] „Bentleius eumque secutus Dav. correxerunt *a te*, videlicet quia hic loquatur vel Pythagoras, vel Socrates, vel Plato, loco autem c. 8., qui hic signifi-

dem paullo ante appellata frugalitas;) quae te turpiter et nequiter facere nihil patiatur. Quid est autem nequius aut turpius effeminato viro? Ne Iustitia quidem sinet te ista facere, cui minimum esse videtur in hac causa loci; quae tamen ita dicet,

---

catur, ipse Cicero. Sed debent haec intelligi quasi item ab ipso Cicerone dicta: quod nisi esset, quomodo statim posset alloqui ipsum Epicurum, qui seculo integro minor fuit natu, quam illorum natu minimus." *Bouh.* „Non erat, quod mutaret quidquam Bentl. cum saepius Cicero ea, quam induit, persona oblitus ex sua ipsius sententia loquatur. An vero minus ridicule sive Socrates sive Plato Ciceroni ea in memoriam revocasset, quae ipse paullo superius vel dixerat vel scripserat?" *FAWolf.* Imo peius erat, si quod est, peccatum Ciceronis: quod quidem satis excusatur parenthetica (sit venia verbo) illius vocis mentione. Scriptor Cod. Rehd. nunquam non paratus ad corrigendum Ciceronem, omissis vocibus *a me*, exhibet *ante quidem paullo appellata frugalitas*. Gud. *a me autem paullo* etc. Vind. 1. *nominata* pro *appellata*. *Mr.*

quae te turpiter et nequiter facere nihil patiatur.] Coniunctivum cur patiar, cum in libris et optimis et plurimis legatur, supra ad *coget* exposui. Ceterum habent *patietur* unus Ox. Vind. 1. Edd. FAWolf. Koel. Sch. Or. Scribitur *turpiter nequiter* in Edd. A. B. S. Asc. 1.; abest *et nequiter* ab Rehd. uno Ox. et Ed. P. Alius Ox. habet, *quae te autem turpius et nequius*. Unus omittit *te*. Gud. Duisb. et Marb. exhibent *nihil facere*: unus Ox. *quidquam* pro *nihil*. *Mr.*

Quid est autem nequius aut turpius effeminato viro?] Edd. P. A. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Junt. *aut nequius*. Pergit unus Ox. *et turpius*. Gud. habet *turpius et nequius*. Marb. *effemineato*. Gud. 1. a pr. m. *ecfeminato*, ut scripsit Dav. more antiquo, in reliquis parum sibi constans, ut fere omnes qui hodie tales formas sectantur. Pro seq. *Ne* est *nec* in duobus Oxx. Vind. 1. Edd. P. A. B. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Scribitur *te sinet* in Cod. Duisb. Edd. Lamb. Fr. Fabr.; *sinet te* in Edd. P. S. E. HWolf. Gebh. sqq. ex Codd. tantum non omnibus; nisi quod Vind. 2. habet *te quidem sinet*. Omittunt *te* Edd. A. B. C. V. M. et nostrae (excepta HWolf.) omnes ante Gebh. itemque Cod. Rehd. *Mr.*

Cui minimum esse videtur in hac causa loci] Vulgo *loqui*, quod ex suis Msstis invexit Gebhardus. Quin et ita dant Reg. Pithoean. Med. ac Balliol. Sed Cl. Bentleius editorum veterum lectionem revocari debere merito statuit. *D.*

cui minimum esse videtur in hac causa loci] „Lectio *loci* pro *loqui*, quae purior est et speciosior." *Beroald.* „*Loci* cum vulgatis Victorius. Fabr. *cui minimus esse videtur — locus*. Ceterum quinque Pall. Pith. *cui minimum esse videtur in hac causa loqui*. quam veram esse lectionem evincunt sequentia: *quae tamen ita dicet*." *Gebh.* „Revocavi vetus et rectum *loci*, quum *loqui* satis inepte a Gebhardo et eum secutis sit receptum, quod etiam Bentl. in Emm. ad h. l. observat." *Verburg.* „Mea Ed. vet. et Cod. Reg. itemque tres Leidd. (quorum unus etiam habet *minus* pro *minimum*) exhibent *loqui*: quorum librorum auctoritatem cur spernamus, non video causam idoneam." *Loci* restituit ex Edd. vett. Ernestus addens: Sensus est: cuius officium ad hanc causam non videtur pertinere. *Loci* sine dubio verum est, quamvis in antiquissimis (fortasse ex antiqua illius vocabuli pronuntiatione) legatur *loqui*. Est tamen *loci* in tribus Oxx. Rehd. Edd. ante Gebh. omnibus praeter S. E. Ven. nostr. In Codd.

upliciter esse te iniustum, quum et alienum appetas, qui ıortalis natus conditionem postules immortalium, et gravi- :r feras, te, quod utendum acceperis, reddidisse. Pruden- 37. ae vero quid respondebis, docenti, Virtutem sese esse con-

---

ud. Duisb. Mon. 2. (hic habet etiam *videatur*) legitur *minimus* — *cus*, in Mon. 1. et Aug. *nimium* — *loqui*, in Gud. 2. *minimus* — *qui* cum Cod. Marb. Unus Ox. pergit *sed quae tamen:* duo *ista* ro *ita:* unus hanc vocem plane omittit. Duisb. habet *dicit* pro *dicet.* ro *esse te* est *te esse* in Codd. Aug. Duisb. Mon. 1. In Gud. *tete see. Mr.*

quum et alienum appetas] Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. ec. 1. 2. HWolf. *et quum:* invitis Codd. Ad sententiam Camerarius: Egregia, ait, sententia in Epistola est ad Torquatum lib. 6. [ep. 1.] *Hoc debes tu, cum de tuis cogitas, aut praecipuam aliquam fortunam ostulare, aut communem recusare.* Huc illa pertinent de Plutarchi onsolatione: *οὐ γὰρ μόνον, ὥς φησιν Εὐριπίδης, τὰ χρήματα οὐχ ἅπα κέκτηνται βροτοί, ἀλλ' ἁπλῶς τῶν ἀνθρωπίνων οὐδέν. Διὸ αὶ ἐπὶ πάντων λέγειν χρή·*

τὰ τῶν θεῶν ἔχοντες ἐπιμελούμεθα,
ὅταν δὲ χρῄζωσ', αὖτ' ἀφαιροῦνται πάλιν·

ὃ δεῖ οὖν δυσφορεῖν, ἐὰν, ἃ ἔχρησαν ἡμῖν πρὸς ὀλίγον, ταῦτα ἀπαιτῶ-ιν." Locus est p. 116. A. p. 404. Ed. Lips. Gud. 2. omittit *appe-as. Mr.*

Mortalis natus] *Θνητὸς ὤν.* Sulpicius ad Ciceronem lib. IV. am. Epist. 5. *Visne te, Servi, cohibere, et meminisse hominem te ese natum?* Sic etiam Phaedrus III, 8. Seneca de Const. Sap. cap. 6. actantius Div. Inst. III, 19. alii. Elegantem tamen hanc formulam nobus Apuleii locis exemisse videntur Librarii. Sic lib. I. Met. ag. 22. *Proclamares saltem suppetiatum, si resistere* vir tantus *mu-ieri nequibas.* Lege *vir natus.* Iterum pagg. 27, 28. *Tu autem, in-uit,* vir, *ut habitus et habitudo demonstrant,* ornatus (forte *natus*) ccedis *huic fabulae?* Certe sic alibi loquitur doctus ille scriptor. Vide Apol. pagg. 411, 423. *D.*

conditionem postules immortalium] Unus Ox. *conditiones.* Laudari potest ad sequentia operis nostri I. 39. 93: *natura dedit usuram itae, tanquam pecuniae, nulla praestituta die.* — Pro *acceperis* Duisb. et Mon. 2. *acceperas. Mr.*

dicenti virtutem sese esse contentam.] „Partim Victorio, partim Pal. secund. Pith. Fab. Vat. debes hanc lectionem: nam in integram, ille *se* minus praestat. vulgo *virtute se esse contentam.* Sed istud etiam scias, *docenti* restare in Pall. tert. Pith. Fab. non *dicenti.*" *Gebh.*

Quid respondebis? docenti] Sic Reg. Pithoean. Balliol. Eliens. ert. aliique Codices. Vulgo *dicenti. D.*

quid respondebis, dicenti —] „Nil esse video, cur MSS. sequemur illos, qui *docenti* pro *dicenti* agnoscunt. Prosopopoeia certe lurior non est, quam quae lib. V. c. 7. *ullam a philosophia vocem missam esse elatiorem.* de Finn. I, 4. *quid a singulis philosophiae disciplinis diceretur, persecuti sumus.* Vid. III. 19. Acad. II. 45: *revo-at virtus, vel potius reprehendit manu: pecudum illos motus esse dicit:* ua loquendi formula dicitur ibidem, *Tu . . . tanquam hominem eum eetia* [l. *cum belua*] *copulabis?*" *Wopkens.* p. 114. Bouhierius quoque, quum *dicenti* reperisset in tribus Codd. Leid. idem praetulit. *Docenti* autem restituit FAWolf. eumque secuti Schz. Koel. Or. Tbn. uorum primus monet in scholis, gravius ita dici praecipere Pruden-

tentam, quo modo ad bene vivendum, sic etiam ad beate! quae si extrinsecus religata pendeat, et non et oriatur a

---

tiam. Handius contra mirari se ait, quod Or. *docenti* praetulerit: laudatoque loco de Finn. I. 14. 46. [*quid est, cur dubitemus dicere et sapientiam propter voluptatem expetendam, et insipientiam propter molestias esse fugiendam?*] monet *dicere* interdum id significare, quod *statuere, praecipere*. Nec vero erat, quod miraretur vir doctissimus. Non enim id quaeritur, quid *dicere* interdum significet, et quodnam verbum videretur praeferendum, si utriusque eadem esset auctoritas: quamquam ne tum quidem reprobandum erat *docenti*. Id quaeritur, utrum lectio Codd. Reg. Gud. I. 2. Bern. Aug. Marb. Duisb. Rehd. Mon. 2. trium Oxx. MS. in marg. Asc. nostrae 2. triumque Gebhardi optimorum, Edd. P. S. E. Junt. utrum, dico, horum omnium librorum lectio ita sit reprobanda, ut ferri nequeat? Sola Ed. Ven. nostr. exhibet *ducenti*, operarum, sine dubio, errore pro *docenti*. De verborum *dicendi* et *docendi* permutatione v. Forcellin. Ed. Germ. v. *dico*. *Mr.*

Virtutem sese esse contentam.] *Virtute sese esse* legitur in duobus Codd. Oxx. Mon. 1. Edd. S. E. HWolf. *Virtute se esse* in Vind. 1. marg. Asc. 2. Ven. nostr. Asc. 1. Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Leod. Sylb. Lamb. Goth. A. M. marg. C. *Virtutem se esse* in Codd. Gud. Mon. 2. Vind. 2. Edd. P. B. C. V. Asc. 2. Rob. Steph. Junt. Sturm. In Rehd. est *virtutem se ipsa contentam*. Aug. *se virtutem contentam*, Gud. 2. *contemptam*. — In seqq. pro *sic etiam* (quod auget sententiam, nec idem tantum est, quod simplex *sic*) Edd. fere omnes et nonnulli Codd. habent *sic et*, errore ex similitudine compendiorum orto: sed tuentur *etiam* Codd. nostri omnes, exceptis duobus Oxx., habentque Edd. P. FAWolf. Or. Tbnr. Ceterum hanc sententiam in quinto huius operis libro probat. Paucis verbis eam comprehendit Silius Italicus Punic. XIII, 663. in versu, qui in proverbium fere abiit:

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces. Mr.

quae si extrinsecus religata pendeat,] i. e. a fortuna rebusque externis. Conf. Horat. Sat. II. 7. 86 sqq.

Fortis et in se ipso totus, teres atque rotundus,
Externi ne quid valeat per leve morari,
In quem manca ruit semper fortuna. —

Ubi vid. interprr. Add. versum Virgilii iuvenis in Viro Bono. 5:

Securus, mundi instar habens, teres atque rotundus.

In Gud. 2. legitur *qui se* pro *quae si:* in uno Ox. *relegata. Mr.*

Et non et *oriatur*] Vulgo *et non oriatur*. Penultimam vocem ex Eliens. tert. mutuam sumsimus. *D.*

et non et oriatur a se] Alterum *et* recepi cum HWolf. Dav. Lall. Oliv. FAWolf. Schz. Or. Tbn. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. (quamquam hic calami lapsu habet *et non adoriatur*) Gryph. quorum librorum summa est auctoritas: accedunt, ut videtur, quinque Oxx. Unus habet *ut non*. Scribitur *ex se* in Cod. Gud. et Edd. ante Gebh. omnibus excepta P. quae habet *a sese*. Codd. reliqui omnes *a se*. Solus Aug. habet *et non exoriatur a se*. Ceterum vid. de h. l. etiam Wopkensium Lectt. Tull. p. 218. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 24. 78. p. 239. — In seqq. Cod. Aug. exhibet *complexa sit et nihil quaerat*. Cod. Vind. 1. *nihil intelligo*. Idem cum duobus Oxx. et Rehd. omittit *re*. *Tanto opere* scripsi cum Or. ex Codd. Gud. Rehd. Edd. A. B. Ven. nostr. Duo Oxx. omittunt *videatur*. Cod. Gud. 2. exhibet *aut re tanta expetenda videatur. Mr.*

se et rursus ad se revertatur, et omnia sua complexa nihil quaerat aliunde; non intelligo, cur aut verbis tam vehementer ornanda, aut re tanto opere expetenda videatur — ad haec bona me si revocas, Epicure, pareo, sequor, utor te ipso duce, obliviscor etiam malorum, ut iubes, eoque facilius, quod ea ne in malis quidem ponenda censeo. Sed traducis cogitationes meas ad voluptates. Quas? Corporis, credo, aut quae propter corpus vel recordatione vel spe cogitentur. Numquid est aliud? rectene interpretor sententiam tuam? Solent enim isti negare nos intelligere, quid 38.
dicat Epicurus. Hoc dicit, et hoc ille acriculus, me audiente p. 199.
Athenis, senex Zeno, istorum acutissimus, contendere et ma- a.
gna voce dicere solebat: eum esse beatum, qui praesentibus

---

ad haec bona me si revocas] Scribitur *si me* in Codd. Mon. 1. Rehd. Edd. Lamb. Fr. Fabric. In Marb. *si revocas me*. In seqq. in Ed. Rathii expressum est *de ipso duce*: tum unus Ox. et Mon. 1. *oblivis car et*, unus Ox. *oblivis car*, omisso *etiam*. Unus Ox. ante *ea* omittit *quod*. Aug. post *ponenda* addit *esse*. Pro *Sed* unus Ox. habet *Sed et*. Gud. 2. omittit *meas*. Unus Ox. exhibet *corpori*. Quod sequitur *credo*, h. l. et saepissime apud Cic. *εἰρωνικῶς* positum, est tamen ubi sine ironia dicatur. Vid. nos ad Cic. de Legg. II. 24. p. 349. ad Cic. de Rep. I. 3. p. 19. ad Cic. de Div. I. 5. p. 25. Nunc adde Jahnii Annall. Philoll. 1831. III. 1. p. 88 sq. *Mr.*

aut quae propter corpus etc.] Cod. Marb. *ut quae*. In seqq. Ed. Junt. *cogitatur*. Mon. 2. *cogitantur*. Gud. 1. a pr. m. *cogitemur*, supra lin. *nt*. Tum sola Ed. Alt. *numquid est illud?* Cod. Marb. *rectene interpretetur*. Unus Ox. *sententiam suam*. Ad v. *Solent enim isti negare* etc. laudat Kühn. Cic. de Finn. II. 4. 12. ubi nunc vid. F. V. Otto, p. 89. Vocem *isti* omittunt Edd. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. Ceterum de eo, quod dicat Epicurus et quo modo intelligi voluerit, vide disputantem P. Gassendum in Philos. Epicur. Syntagm. p. 415 sqq. (Hag. Com. 1659. 4.) — Verbum *dicat* omittit unus Ox. Ad locutionem *dicat — dicit* vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 10. 36. p. 57. Verba *Hoc dicit* omittuntur in Codd. Gud. 2. Mon. 2. *Mr.*

et hoc ille acriculus, — senex Zeno,] Cum de hoc loco tot sint virorum criticorum sententiae, ut in nimiam molem excresceret haec annotatio, si omnes enarrare vellem, nec vero eas pro editionis nostrae consilio, verbo tantum attingere liceat, eas sententias in Excursum conieci, hoc loco de scriptione tantum librorum monens. Scribitur autem *agriculus* in Codd. Reg. Gud. 1.; *egriculus* in Gud. 2. Marb. Gud. (hic *egriculus ille*); *agricolus* in Rehd. (supra lin.) Mon. 2. tribus Oxx.; *egricolus* in uno Ox.; *graeculus* in Codd. Rehd. (a 1. m.) Mon. 1. Aug. Vind. 1. quinque Oxx.; Edd. inde a Gebh., qui *acriculus* (quae est coniectura Turnebi) se in Vatic. reperisse ait, receperunt *acriculus; Graeculus* habent Edd. P. A. B. S. E. C. V. M. et nostrae ante Gebh. omnes. Solus Rehd. omittit *hoc* ante *ille*, et cum uno Ox. vocem *senex* ante *Zeno*. Gud. 2. post *acutissimus* inserit glossam *indagator*. Unus Ox. habet *Stoicorum* pro *istorum* ex prava glossa. Vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 5. 16. p. 20. *Mr.*

Me audiente Athenis, senex Zeno] Vulgo, *me audiente, Athenis senex Zeno*. Nos, ipsa re duce, distinctionem mutavimus. *D.*

eum esse beatum, qui etc.] Ad sententiam cf. Cic. de Finn. I. 18. — *Eum* omittit *unus* Ox. In Aug. est *qui praesentibus cum et*

voluptatibus frueretur, consideretque se fruiturum aut in omni aut in magna parte vitae, dolore non interveniente: aut, si interveniret, si summus foret, futurum brevem; sin productior, plus habiturum iucundi, quam mali: haec cogitantem fore beatum, praesertim si et ante perceptis bonis contentus esset, nec mortem nec deos extimesceret.

---

volupt. frueretur. Unus Ox. *consideret*, omisso *que*. Gud. 2. *confidereque*. Gud. *consideretque esse se fr.* Marb. *se futurum* pro *se fruiturum*. Unus Ox. *ut* pro *aut*, ante *in*. Rehd. *magna in parte vitae*. Duisb. *in magna vitae parte*. Post *interveniente* Mon. 1. omittit *aut si interveniret*. Rehd. habet *aut si intervenerit*. Gud. 2. *aut si intervente*: volebat scriptor, quod habet Marb. *aut si intervenient e*. Habet unus Ox. *si non summus foret*. *Mr.*

si productior] „Si *longior* sit dolor. Columella [III. 10. prc.] flagellum vocat *productissimum*, quod longissimum est in vitibus et procerissimum." *Bero.*

Sin *productior*] Vulgo *si*. Nos Reg. Pithoean. et Eliensi tertio paruimus, nec non loquendi modo, quem Cicero solet adhibere. *D.*

sin productior] De consimili Stoicorum sententia vid. nostras Symbolas ad Cic. I. c. 6. p. 9. Scripsi autem *sin*, pro vulgato *si*, ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Gud. Bern. Vind. 1. sex Oxx. et sic post Dav. dederunt FAWolf. Schz. Nobb. Or. Tbn. Unus Ox. habet glossam *si vero*. Probat *sin* receptum a Davisio Bouhierius, seque idem in uno Leid. et sua Ed. vet. reperisse confirmat. Pergit unus Ox. *plus habituri*. Marb. *iocundi*. *Mr.*

haec cogitantem fore beatum] Unus Ox. habet glossam *hac cogitatione*. In Cod. Mon. 2. est *nec cogitantem*: quod possit deberi acumini monachi alicuius, qui persuadere vellet lectoribus scripsisse Ciceronem eum fore beatum, qui a cogitando se plane abstineat. Sed ortus est error ex similitudine literarum *h* et *n*, vel potius *H* et *N*, quae diu obtinuit. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. VI. 580. — Ad sententiam vocis *beatum* cf. Gernhard. ad Cic. de Amic. XIII, 46. p. 101. coll. p. 276. *Mr.*

praesertim si et ante —] Monet FAWolf. in scholis in propositione secundaria (im Nebensatze) semper poni *praesertim si*, nunquam *praecipue si* vel *in primis si*. Quod refert Verb. in marg. Codicem Reg. habere *si et ante*, alios *si ante*: hoc nihil est. Nullus, quod sciam, praeter unum Ox. liber omittit *et*. Sed sunt qui habeant *cum et ante*, marg. C. unus Ox. Rehd. Habet item *cum* ille Ox. qui omittit *et*. In Codd. Reg. et Gud. 1. deest *si*: quem defectum in Cod. Reg. perperam cum legisset Verburgius relatum a nescio quo, eum, quem dixi, errorem commisit. *Mr.*

Ante perceptis *bonis*] Sic Reg. Pithoean. et Med. Vulgo *ante* praeceptis *bonis*. *D.*

ante perceptis] „Ita Cod. Reg. et mea Ed. vetus: et bene sic correxit Dav." *Bouh.* „Sic Edd. vett. Aldi. aliae male *praeceptis*, ut Junt. quod repetiit Gruterus." *Ern.* Habent probam lectionem *perceptis* Codd. nostri Reg. Gud. 1. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 2. septem Oxx. Edd. S. E. C. V. M. Rob. et Car. Steph. HWolf. Ald. Brut. Sturm. Sylb. et MS. in marg. Asc. nostrae 2. In Gud. 1 est *contemptus*: sed literis *mp* superscriptum est *n*. Gud. 2. omittit *esset*. *Mr.*

nec mortem nec deos extimesceret.] „Addidi, quod ab editis exulat, *nec mortem*: erat enim in membranis. Et vero M. Tullius sic

Habes formam Epicuri vitae beatae, verbis Zenonis 18
xpressam, nihil ut possit negari. Quid ergo? huiusne vitae 39.
ropositio et cogitatio aut Thyesten levare poterit, aut
eetan, de quo paullo ante dixi, aut Telamonem, pulsum

---

isputatione pridie habita auditori, mortem esse contemnendam, i veritatis extorserat." *Schott.* Nod. Cic. p. 339. „Auctior est duabus rimoribus vocibus Ed. Vict. Pall. quinque MS. Suffrid. Fab. Pith." *Gebh.* abent *nec mortem* Codd. omnes: sed absunt eae voces a multis Edd., idelicet Asc. 1. Car. Steph. Sturm. Ald. Boul. Brut. Sylb. L. A. In d. HWolf. est *nec mortem, deos* omisso altero *nec.* In fine cap. no Oxx. *timeret* pro *extimesceret.* Sed non finiunt caput h. l. plerique, sed pergunt usque ad *nihil ut possit negari*: incommode. *Mr.*

c. 18. *Habes formam Epicuri vitae beatae*] „Legendum fortasse st *habes formulam.*" *Lambinus.* Unus Ox. habet *fortunam* pro *formam.* Cod. Aug. *Epicureae* pro *Epicuri*; offendebatur nimirum librarius duobus Genitivis, quorum prior pendet a posteriore. Sed tales on admodum sunt infrequentes, quamquam iis Ernestus quoque offendi solebat: v. c. ad IV. 13. 29: *ex totius valetudinis corporis consensatione*, ubi deleri voluit *corporis.* Conf. Goerenz. ad Cic. de Legg. I. 17. 42. p. 169. Madvig. Emendd. in Cic. libros philos. I. p. 199. J. Creuzer. ad Cic. de Rep. I. 28. p. 119. Ed. nostr., nos ad Cic. de ep. II. 5. p. 203. Ochsner. in Indic. ad Cic. Eclogg. Ed. 3. p. 471. dd. Orell., V. Cl., ad Cic. in Verr. V. 50. 131. p. 75. Ed. peculiar. ips. 1831. Beier. ad Cic. de Offic. II. 22. 78. p. 153. ad II. 8. p. 58. in rimus ad I. 14. 43. p. 107. Creuzer. ad Cic. de N. D. II. 63. p. 474. d. Cr. et nostr. maj. Quod autem est in Cod. Duisb. *habes formam, itae beatae, Epicure,* ex eadem offensione ortum videtur. Ne vero ni necessarium videatur cum Lambino legere *formulam,* is conferat ic. de Finn. IV. 8. 19: *Habes, inquam, Cato, formam eorum de quibus loquor, philosophorum*: de Finn. V. 4, 9: *sed est forma eius disciplinae, sicut fere ceterarum, triplex.* Vocem *formula* vides Acadd. 4. 17: *sed utrique, Platonis ubertate completi, certam quandam disciplinae formulam composuerunt.* De constructione *nihil ut possit* et §. 42. *quivis ut intelligat* vid. supra ad II. 4. 12. *Mr.*

Quid ergo? huiusne vitae propositio et cogitatio] Formula *Quid ergo?* ait Beier. ad Cic. de Off. III. 20. p. 336, in qua fere subauditur *videtur,* est eius, qui e superioribus aliquid colligit. Vid. ib. udd. Sequentia explicat FAWolf. in scholis: *si talis vita proponatur.* Duisb. omittit *ergo,* Gud. omittit *vitae.* Verb. ex MS. nescio uo affert lectionem *huius vitaene.* Aug. habet *proposito.* Est in dd. C. W. Junt. Asc. 2. Rob. Steph. *propositum,* cuius lectionis in odd. nullum est vestigium. Est sine dubio editoris alicuius, qui ffenderetur usu proprio vocis *propositio,* quamquam recentioribus ninus noto, quo significat ipsum proponendi actum vel, quod soloece icunt, *ipsum τὸ proponere.* Gebh. existimabat illam esse Victorii mendationem. Sed cum sit *propositum* iam in Edd. Junt. (1514.) et sc. 2. (1520.) puer ille quindecim annorum fuit, quum primum ita deretur. In Cod. Vind. 2. scribitur *ac cogitatio.* Scribitur *thiestem* a Codd. Marb. Gud. 2. *Thyestem* in Gud. 1. Rehd. Edd. Ven. nostr. Junt. HWolf. Sequitur *aut Oetam* in Codd. Marb. Aug. Gud. 2. quatuor Oxx. Vind. 1. 2. Mon. 1. Edd. Junt Asc. 1. Unus Ox. et Duisb. habent *et etiam.* De Thyeste et de Aeeta vid. supra III. 12. 26. *Mr.*

De quis paulo ante] Vulgo *de quo.* Sed veram lectionem reposuit doctissimus Bentleius: nam de Thyeste et Aeeta dixerat supra cap. XII. *D.*

patria, exsulantem atque egentem? in quo haec admiratio fiebat:

Hiccine est Telamo ille, modo quem glória ad caelum éxtulit?
Quem ádspectabant? cúius ob os Graii óra obvertebánt sua?

---

de quo paullo ante dixi] „Placet Davisii Bentleiique lectio *de quibus* v. *de quîs*," *Bouh.* „Aut *de quibus* legendum cum Bentleio, aut *quos*." *Nissen.* Hoc vero est Ciceronem corrigere: fortasse Aeetae tantum recordabatur, vel consulto relativum ad unum, eumque proximum, solum spectare voluit, quamvis de utroque cogitaret, lectoresque cogitaturos extimaret. Post *dixi* unus Ox. pergit *ut* pro *aut*, Duisb. eam vocem plane omittit. Scribitur *Thelamonem* in Codd. Marb. et Mon. 2. Ad *pulsum patriâ* intellige *Aeginâ*. Verba *atque egentem* absunt a duobus Oxx. et Mon 1. Ad locutionem *in quo haec admiratio fiebat*, paullo insolentiorem FAWolfius laudat Cic. de Finn. 1. §. 4. *in quo admirer:* de qua vid. Goerenz. p. 5. et nunc ad eund. locum Otto p. 5. Neidius explicat: „de cuius immutata conditione quidam mirabundus dicebat." *Mr.*

Hiccine est Telamo ille] „Sic legendum, non *Telamon*. Atque ita veteres esse locutos, auctores sunt literati Grammatici." *Turnebus* Adversarr. XXVII. 6. p. 89. Idem dicit Camerarius. „Lege cum Lambino *Hicine*. Ita enim et trochaicus constat, nec est necesse ordinem verborum immutare, ut Manutius fecit. Posteriorem versum de se usurpat Cicero Epist. ult. Lib. 9. ad. Famm." *Fr. Fabric.* Cod. Reg. *Heccine*, Gud. I. *haecine*. *Mr.*

Hicine est ille Telamo] Versus sunt Trochaici, quos ex Ennii Telamone mutuatus est noster. Eorum ultimum repetit lib. IX. Fam. Epist. 26. *D.*

Hiccine est Telamo ille,] Ita scripsi ex vera Grotefendii (Gr. II. §. 188.) observatione, cum Edd., exceptis Dav. FAWolf. et Or., omnibus, itemque Codd. Oxx. Aug. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. nisi quod plures habent *Telamon*. H. Planckius ad calcem Medeae Q. Ennii nostros versus ita scripsit p. 106:

Heiccine est Telamo olle, modo quem gloria ad cailum extoli? Quem aspectabant, quoius ob os Graiei ora obvertebant sua? Ollei . . . simol animus re cum concidit . . . . Pergit Codd. Rehd. *quem mod* Aug. *modo quem ad celum, cuius alios Grai ora obvertebant su* Pro *adspectabant* habent *exspectabant* sex Oxx. Rehd. Gud. Duis Mon. 2. (hic praecedente *omnes*). Edd. P. A. B. S. E. C. M. Ver nostr. Asc. 1. 2. Junt. exhibent *spectabant*. In Mon. 2. scribitu *cuius ad os Gretia ora vertebat sua*. Gud. 1. *Grai*, Gud. *gra* Rehd. *greci*. duo Oxx. et Aug. *graviora obv. Mr.*

cuius ob os etc.] „In laudem Telamonis hoc dictum est a tragico poëta, quod tanta fuerit Telamonis virtus et gloria, ut Graeci ad illius os spectandum omnes ora converterent. De Alcibiade proditum est, quod in illum universa civitas Atheniensium oculos, in illum suspensa ora converterat, Alcibiadem quasi de caelo missum contuentes admirabantur. Quin etiam Cicero noster, gloriosior impendio, gloriatur idem sibi accidisse, quod Telamoni, ut esset cunctis ex admiratione spectabilis; usurpatque hunc versum de semet ipso. Sic enim scribit in Epistola ad Papirium Paetum: *In eo igitur, inquis, convivio Cicero ille, quem spectabant, cuius ob os Graii ora obvertebant sua.* *Ob os* autem significat *ad os*. Antiquos enim usos esse *ob* prae-

Quod si cui, ut ait idem, *simul ánimus re cum cóncidit,* 40.
i gravibus illis antiquis philosophis petenda medicina est,
ion ab his voluptariis. Quam enim isti bonorum copiam

---

ositione pro *ad,* testis est Ennius, qui ait *Acherontem obibo.* item:
Omnes occisi obcensique in nocte serena:
e. *accensi.* Dicebatur quoque *obmoveo* pro *admoveo, obiacent* pro *diacent, obiurare* pro *adiurare,* et complura hoc genus." *Beroald.*
ocum Ennii v. in ej. Anall. XIV. 3. ed. Lips. (1825.) p. 153. ibiq.
nnot. Vocem *cuius* omittit unus Ox. alius habet *quovis,* quod ortum
st ex scriptione antiqua eaque proba: *quoius.* Pergit unus: *Quid*
i *cui.* Aug. habet *aut* pro *ait.* Unus Ox. omittit *simul.*

Simul animus re cum *concidit*] Vulgo *cum re.* Codices *rem condidit. D.*

simul animus re cum concidit] Ita scripsi cum Dav. in Ed. 2. et
, quamquam nullus plane sic exhibet Cod. MS. Est enim *cum re*
ncidit in duobus, ut videtur, Oxx. Vind. 1. 2. Gud. Rehd. Mon. 2.
dd. E. C. V. M. L. et nostris, excepta Ven. (in hoc enim est: *si-*
ul petenda medicina est, omissis mediis. Sed cum in optimis libris
t *simul animus rem condidit,* veluti Reg. Gud. 1. 2. quatuor
all. Gryph. Aug. Bern. duobus Leidd. Mon. 1. Duisb. quatuor Oxx.
t Ed. P., facilius credas eum errorem ortum esse ex scriptione *re*
um concidit. Duo Oxx. habent etiam *rem condidit,* omisso *animus.*
nus *rem condit.* Cod. Bern. in marg., Marb. Edd. B. S. *animus re*
ncidit, ut dedit Dav. in Ed. 1. reprehensus eo nomine a Bentleio.
landem lectionem reperit etiam Bouh. in sua Ed. vet., quae, ut
on semel monui, sine dubio est eadem, quae Orellii Ed. P. — Cod.
al. quart. habet *recondidit.* Solus Brutus lectioni *simul animus*
em condidit, quam repererat in Gr., eam sententiam inesse existima-
at, ut significet: *concepit altius. Cum re* est i. q. cum re familiari
t fortunis. *Mr.*

concidit, a gravibus illis] Post *concidit* adduntur in Codd. Ven. 1.
ug. Mon. 2. haec: *quod felicitatem exaggerat habere non casu sed*
genio partas opes: idque additamentum editum est etiam in Edd.
sc. 2. C., ad quod Camerarius „Hoc, ait, in Venetis libris non ex-
tat, et antiquitatem certe tamen resipit, ut equidem inducere non
usim." Ego vero, si Ciceronis haec sunt, aliunde hoc loco ea il-
ata esse existimo. Cod. Gud. habet *medicina est petenda philosophis.*
lon. 2. *est medicina. Mr.*

a gravibus illis antiquis philosophis] Pythagoram intelligit, So-
ratem atque Platonem, de quibus locutus est principio capitis XVII.
ouhierius, qui in uno Cod. Leid. reperisset *a gravioribus,* id re-
eptum volebat. Offendebatur fortasse duobus adiectivis ita uni sub-
tantivo appositis, ut exspectes coniungendi particulam v. c. *anti-*
uis que vel *iisque antiquis:* si vero *gravioribus* scriberetur, intelligi
oc posse existimabat quasi sit participium: *qui graviores sunt.* Sed
on est necessarium. Antiqui philosophi unam quasi notionem fa-
iunt; additur ὑπιόστον, cui statim oppositum adiungitur: qui sunt
raves, nec vero, ut hi, voluptarii. *Mr.*

Non ab his voluptariis] Reg. Pithoean. Eliens. tert. Med. et
ak. *si non ab his voluptariis.* Legendum videtur, *sed non ab his*
to. *D.*

non ab his voluptariis] Habent *si non* Gud. 1. 2. duo Oxx. Marb.
st ed. vet. Bouh. *et non* Cod. Mon. 2. *sed non* Aug. et unus Ox. Quis
in his lectionibus aliud quid, quam glossas agnoscat, easque plane
supervacaneas: in scriptione autem *si non* vel pessimam vel cor-
ruptam? *Voluptuariis* habent Vind. 1. et unus Ox., alius *voluptatis,*

dicunt? Fac sane esse summum bonum non dolere: quamquam id non vocatur voluptas; sed non necesse est nunc omnia: idne est, quo traducti luctum levemus? Sit sane summum malum dolere: in eo igitur qui non est, si malo ca-

---

quod ortum est ex scriptione VOLUPTARIS. Pergit Gud. 2. *Quam isti bonorum copiam putant?* supra lin. *dñt*; est autem illud *putant* glossa verbi *ducunt*, quod habet unus Ox. Ed. A. *dicuntur*. *Mr.*

Fac sane esse summum bonum non dolere] „De constructione vid. Valckenar. ad Herodot. VII, 184. T. VI. 2. p. 14. ed. Schwgh. Creuzer. ad Cic. de N. D. I. 30. p. 135. *Schuch.* Add. Crzr. ad Plotin. V. 6 1. p. 533. Scribitur in Edd. ante Gebh. *summum bonum esse*, et sic est in Codd. Vind. 1. Gud. Duisb. Sed reliqui nobiscum faciunt, nisi quod Rehd. omittit *esse*, Gud. 2. habet *non dolore*, Mon. 2. *indolere*, novo verbo efficto ex Ciceroniano substantivo *indolentia*. Quod ad sententiam haec fusius disputantur in libro secundo de Finibus. In seqq. cur Cicero non dixerit *quamquam ea non vocatur voluptas* pro *quamquam id* —, facile est ad intelligendum. Cod. Aug. male *id vocatur non voluptas*. *Mr.*

sed non necesse est nunc omnia —] Sunt haec quasi παρενθέτως posita. Ad constructionem orationis cfr. Cic. de N. D. I. 8. 19: *Longum est omnia*: ubi, ut nostro loco, intelligendum est *persequi*. Neque ibi debebam probare in Ed. maj. *ad omnia*. Sed cf. Ed. maj. p. 34. et Wolfii sententiam ib. p. 813; coll. Ed. min. p. 16 Plene loquitur Corn. Nep. Attic. XI. 3: *difficile est omnia persequi*: videlicet in stilo historico. Cod. Mon. 2. post *omnia* habet glossam *dicere*, quam sane mireris non in plures transiisse. In proximis Gud. 2. habet *quo contraducti*. Rehd. *luctum luemus*. Unus Ox. *Sic sane*. *Mr.*

In eo igitur qui non est, si malo careat, continuone —] Distinctio post *igitur* iam sublata a Davisio, ab Ernesto reducta, merito delenda fuit, ut intelligas: *qui igitur non in eo est* — De relativo post plura verba posito vid. nos ad Cic. de Rep. I. 10. p. 45. Add. de Div. II. 63. 130: *dii erga homines mente qua sint*. Haesit tamen h. l. Bouh. primum quia verbis *in eo* non praecedat *dolor*, deinde, quia verba *si malo careat* otiosa essent: coniecit igitur: *In eo igitur, quod non est, qui malo careat, cont.* etc. ut sit sententia: an τῷ μὴ εἶναι in dolore statim fruimur summo bono? Sed recte Anonymus apud Olivetum: „Hoc ait Cicero: ex eo, quod dolere sit summum malum, non esse consequens, quod in remotione doloris, vel in non dolendo, sit summum bonum: quoniam, qui in dolore non est, etiamsi malo careat, non idcirco fruitur summo bono. Si quis haesitat in hac phrasi, *qui non est in eo*, quaeritve quo referatur pronomen *eo*, respondebit ex Prisciano Fr. Sanctius Minerv. III 6: *vim nominis rei ipsius habet verbum infinitum*. [Ed. Perizon. V. p. 421.] Tam igitur potest referri pronomen *eo* ad verbum *dolere*, quod antecedit, quam referretur ad nomen *dolor*, si hoc usus fuisset Cicero.“ Cod. Marb. habet *sine malo careat*. Dav. in Ed. 2. dedit *etsi malo careat*, sine dubio ex Bentleii sententia: Codex enim habet nullus. Sed non est necessarium. Verba *si malo careat* Ciceronis more habent quasi ἐπεξήγησιν antecedentium. Quod vero est in duobus Oxx. *in eo genere qui non est*, id est hominis, qui in eodem, quo Bouh., dubio haereret, et ita, egregie scilicet, rem expediri posse existimaret. Quod vero h. l. dicitur *malo carere*, contra sententiam, quam proprie inesse dixit *carendi* verbo ipse Cicero supra 1, 36, 88, de eo vid. eum ipsum locum, quem modo excitavi, ibique nostram annotationem.

eat, continuone fruitur summo bono? Quid tergiversamur, 41.
picure? nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu
lem, quum os perfricuisti, soles dicere? Sunt haec tua
erba, necne? In eo quidem libro, qui continet omnem

---

ergit Cod. Duisb. *fruiturne continuo*, unus Ox. *continuo non*: alius abet *fruatur* pro *fruitur*. *Mr.*

Quid tergiversamur, Epicure?] De significatione verbi *tergiversari* vid. Gesnerum in Thesauro et Beierum ad Cic. de Off. III, 33. 18. p. 410. quos laudat Kühn. Vocabulum per se non admodum perpicuae sententiae non explicatur si legimus apud Grammaticos, veres *tergiversatorem* dixisse etiam *bovinatorem*. Vid. tamen Forcelini Lex. s. v. *bovinari* et *bovinator*. Cod. Rehd. exhibet *nos eam*. ug. *eam non*, Duisb. *eam dicere nos*. Gud. *dicere veritatem voluatem*. In Ed. 2. Davisius coniecit *quam tu item* v. *itidem*: a qua oniectura merito se abstinuit in Ed. 3. In Ed. Junt. est *quam ut lem*: operarum errore. *Mr.*

quum os perfricuisti] i. e. cum pudorem sequestrasti et verecundiam deposuisti. — — Qui invereundi sunt et erubescere videri olunt, hi solent os et frontem perfricare ad ruborem digerendum t sanguinem ad interiora repellendum. Hinc facta est locutio proerbialis de inverecundo, ut dicatur: *perfricuit os, perfricuit faciem, erfricuit frontem*, pro eo, quod est: pudorem omnem penitus abiecit, xpulit. Plinius: *Perfricui faciem, nec tamen perfeci* [Hist. Nat. raefat. p. 4. Bip.] Epigrammatista: *Etsi perfricuit frontem posuitque udorem* [Martial. XI. 277.] *Beroaldus.* „Quid sit *perfricare os* et *fronem* Erasmus copiose explicat: Graecos eodem mode usurpare τρίψαι καὶ παρατρίψασθαι μέτωπον, Victorius VIII. 4. Varr. Lectt. demontrat.“ *Fr. Fabric.* Conf. Erasmi et all. Adagia p. 316. Scribitur *cum os perstrinxisti* in Codd. Fab. Duisb.; *cum nos fricuisti* in lud. 2; *cum ad nos perfricuisti* in Marb.; *cum os perfruisti* in lon. 2; *cum nos perfricuisti* in uno Ox. *Mr.* Calvus ap. Quintil. IX. 25. Petron. c. 132. Graece ap. Strabon. p. XIII. 900.“ *Schuch.*

Sunt haec tua verba, nec ne?] Ad sententiam cf. Cic. de Fin. II. 3. 7. ib. Goer. p. 121. Ad locutionem Jahnii Anall. 1828. II. 3. . 257. 1829. II. 4. p. 412. Admonentur videlicet nostro loco Grammatici, non interrogationibus tantum, quas dicunt, indirectis locum abere *nec ne*. Pro *tua* unus Ox. habet *duo*. In seqq. Gud. 2. omitit *quidem*, et paullo inferius cum duobus Oxx. *enim*. Quem signilcat librum, is inscriptus erat περὶ τέλους, ex quo sunt, quae ann. proxima excerpsit ex Diogene Laërtio Davisius. Post *continet* nus Ox. omittit *omnem*. Gud. post *enim* omittit *iam*. Mon. 2. habet ec *quis* pro *ne quis*. Rehd. *putet me fingere*. *Mr.*

Nec equidem habeo quod intelligam bonum illud,] „In interpretatione loci ex Epicuro περὶ τέλους omittit Cicero secundum genus voluptatum, τῶν δι' ἀφροδισίων: nisi quis velit Cicoronem id comprehendisse generali adiectione illa: *sive quae aliae voluptates in toto homine gignuntur quolibet e sensu*.“ *Fr. Fabr.* Ad locutionem Dav. in Ed. 1. haec adnotaverat: A. Gell. N. A. XIV. 1. *Exercendine autem, tune ostentandi gratia ingenii, an quod ita serio iudicatoque existimaret, non habeo dicere.* Idem XVII. 20: *habesne nobis dicere* etc. Sueton. Aug. 58: *Quid habeo aliud deos immortales precari.* Cf. Cic. ad Famm. I. 5. ad Att. II. 22. Lactant. Div. Inst. IV. 3. *quid — haberent exsistere?* Frontin. Strateg. I, 4, 3: *per quas transire habebat.* Posthac vidisse videtur haec non plane cum huius loci structura convenire. Illud magis necessarium erat mo-

b. disciplinam tuam, (fungar enim iam interpretis munere, ne quis me putet fingere:) dicis haec: *Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahens eas voluptates, quae*

---

nere, Ciceronem in convertendis ex Graeco sermone locis magis etiam, quam alibi solet, ad Graecam locutionem accedere, nonnunquam etiam iis uti vocabulis, a quibus in ceteris scriptionis partibus abhorret. Ita, ut hoc utar, *habeo quod intelligam* plane respondet Graeco ἔχω τί νοήσω. Sic infra scripsit *ebullire virtutes*, a qua locutione, utpote a pedestri sermone paullo alieniore, alibi abstinere solet. Nam quod ait de Finn. V, 27. *dixerit hoc Epicurus semper beatum esse sapientem: quod quidem solet ebullire nonnunquam* — hoc, inquam, item de Epicuro dicit, significare videtur fuisse quoddam verbum Graecum, quo adversarii Epicuri, multa eiusmodi blaterantis, in eius ignominiam uterentur, sive illud fuerit παφλάζειν sive ἀποβράζειν sive φλναρεῖν. cf. nos de Cicerone interprete ad Cic. de Rep. I. 14. p. 63. Similiter in fine Somnii Scipionis contra suum usum dicit *animos — corporibus elapsos circum terram — volutari:* nimirum ut latine vertat Graeca Platonis ex Phaedro: ἡ ψυχὴ — κυλινδουμένη. — In Cod. Marb. est *nec quidem ab eo*, in Mon. 2. Rhed. Ed. P. *nec quidem habeo*, Gud. 1. *abeo*, sed *h* supra lin. additum. Gud. 2. *nec quid habeo.* Pro *bonum* habent *summum bonum* unus Ox. Duisb.; in Rehd. est *bonum ullum*, supra lin. *illud.* Habet item *bonum ullum* Cod. Mon. 2. *illud* omittunt Edd. Lamb. et Fr. Fabr. Sola Ed. P. habet *bonum quidem illud.* Schützius in Opuscc. p. 217. mavult *bonum aliud.* Non male: sed sine libris nihil audendum, quamdiu ferri potest librorum lectio. *Mr.*

Nec equidem habeo quod intellegam bonum illud.] Eliens. sec. *illum.* Sic apud nostrum de Fin. II, 3. Epicurus *testificatur ne intellegere quidem se posse, ubi sit aut quid sit bonum* ullum, *praeter illud, quod cibo et* potione *et aurium delectatione et obscoena voluptate capiatur.* Vide quae nos ibi diximus. Fateor tamen *illud* Graecis melius respondere, quapropter vulgata lectio non est movenda. Diogenes Laertius lib. X. §. 6. Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τί νοήσω ταγαθόν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ ΧΥΛΩΝ ἡδονάς, ἄφαιρῶν δὶ τὰς δὶ ἀφροδισίων καὶ τὰς δὶ ἀκροαμάτων καὶ τὰς διὰ μορφῆς. Melius et integrius, excepto initio, leguntur apud Athenaeum lib. VII. pag. 208. Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι ταγαθόν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ ΧΥΛΩΝ ἡδονάς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις. Idem tamen pag. 278. F. Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι ταγαθόν, ἀφελὼν μὲν τὴν διὰ ΧΕΙΛΩΝ, ἀφελὼν δὲ τὴν δι' ἀφροδισίων ἡδονήν. Et lib. XII. pag. 546. Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι ταγαθὸν ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ τῶν ΧΕΙΛΩΝ ἡδονάς etc. Utrobique reponendum ΧΥΛΩΝ vel ΧΙΛΩΝ, quod abunde docent res ipsa et Ciceronis versio, ne laudata Diogenis et Athenaei testimonia memorem; non enim labiis gustamus, sed τὸ μὲν πρῶτον γλώττῃ παραδίδομεν (πάνθ' ὅσα προσέδωδήν) τῇ ΧΙΛΟΥΣ δικαζούσῃ πρὸς ἐπίκρισιν, εἶτα τῇ φάρυγγι. ut verbis utar Philonis de Opif. mundi pag. 8. Hoc quidem in loco noster τὰς δι' ἀφροδισίων ἡδονὰς non est interpretatus, at infra cap. 38. *corporum complexum* verecunde reddit. *D.*

detrahens eas voluptates] Cod. Rhed. *voluptates illas.* Duisb. *eas voluptates.* Aug. *illas voluptates.* Unus Ox. *eas voluptates* quae ubi perperam sequens *quae* adhaesit, Marb. *precipiuntur*: supra lin. — *er.* Pergunt Edd. A. B. S. E. C. V. M. Ald. et omnes ante Gebh. *detrahens eas etiam*, quod proxima linea suo loco est, hoc, alien-

sapore percipiuntur: detrahens eas, quae auditu et cantibus; detrahens eas etiam, quae ex formis percipiuntur oculis, suaves motiones, sive quae aliae voluptates in toto homine gignuntur quolibet sensu. Nec vero ita dici potest, mentis laetitiam solam esse in bonis. Laetantem enim mentem ita novi, spe eorum omnium, quae supra dixi, fore ut natura iis po-

---

In seqq. Nissenius coniecit scribendum: *quae audita e cantibus*, cum sit in seqq. *quae ex formis percipiuntur oculis*. Tales nascuntur coniecturae, si externam tantum orationis conformationem respiciunt viri critici. Ea certe coniectura nihil ego vidi minus necessarium: eius autem formulae, quae affertur ad demonstrandam coniecturae si non necessitatem, tamen probabilitatem, plane alia est ratio. Quid enim planius illa locutione quasi per ἓν διὰ δυοῖν dicta: *auditu et cantibus?* Iam vero quam inepta esset locutio: *quae formis percipiuntur et oculis*, vel inverso ordine: *quae oculis percipiuntur et formis!* Tune feras Ciceronem, pedestri oratione utentem, loco aliquo scribentem, ut Virg., Georg. II. 192: *pateris libamus et auro — ?* Quod igitur in altera ῥήσει necessarium fuit scriptori, idem tu, ut in priore etiam faciat eum coges? Ceterum verba *detrahens eas* usque ad *cantibus* desunt in uno Ox. *quae* ante *auditu* in Gud. 2. In Cod. Gud. omittitur in seqq. *etiam*, Vind. 1. cum Aug. habet *etiam eas*, duo Oxx. *ea etiam*. Post *percipiuntur* Cod. Mon. 2. inserit quartum *detrahens*. Cod. Rehd. habet *suavissimas*. Scriptor enim illius Codicis, sui suaeque doctrinae plenus, cum scriptum reperisset prisco more *suavis*, ut est in Cod. Gud. 1., mutilam esse dimidia sui parte eam vocem putans, liberaliter de suo addidit, quod deese existimabat. Cod. Mon. 2. Tertulliano adeo Ciceronem beat vocabulo *motationes*. Voluptariam saltationem Ionicam intelligendam esse monet FAWolf. in scholis. *Mr.*

sive quae aliae voluptates in toto homine] Cod. Rhed. *voluptatesque*. Gud. *in toto corpore:* ubi habes glossam eiecto scriptoris vocabulo. *Tanto* pro *toto* est in uno Ox. Idem omittit *quolibet*. Scribitur *quolibet e sensu* in Cod. Mon. 1. Edd. P. A. S. E. C. V. M. L. nostrisque ante Gebh. omnibus, excepta Leod. Ad v. *mentis laetitiam solam esse in bonis* addit Nissen. sc. *cum iis fruitur*: coniicitque legendum esse *solum*. Illud bene: hoc non plane necessarium. Post *mentem* deest *ita* in Codd. Gud. 2. Mon. 2. Codd. Gud. et Rehd. habent *ita noto in spe. Ita*, ait W. in scholis, est: ea conditione vel ratione. *Mr.*

spe eorum omnium, quae supra dixi, fore ut etc.] i. e., ait W. in scholis: spe fore ut natura potiens iis omnibus, quae supra dixi etc. Pro *fore* Gud. 1. a. 1. m. *forte*. Marb. omittit *fore*. Quod sequitur *natura iis potiens* habent paucissimi libri, quamquam verissimum est. Legitur *naturalis potiens* in Codd. Reg. Marb. Gud. 2. Mon. 1. uno Ox.; *naturali potius* in Codd. Vind., Aug. Duisb. tribus Oxx. Edd. A. S. E. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. et marg. Asc. 2. *naturalibus potens* in uno Ox, *naturalis patiens* item in uno Ox., *natura potius* in Ed. B., *naturali potiens* in Vind. 2.; *vel natura vel potius* habet Cod. Mon. 2. Reliqui libri nobiscum faciunt, nisi quod nonnulli habent *his*. Veram lectionem iam Beroaldus coniectura assecutus est. In seqq. Aug. *hec* pro *haec*. Mon. 2. *Atque equidem his verbis*. Est *iis verbis* in Codd. Duisb. (hiis) Mon. 1. Edd. S. E. Pergit Mon. 1. *quis ut*. Mon. 2. et Ed. P. *quivis*, omisso *ut*; duo Oxx. *quis non*. Gud. 2. *quis*, omisso *ut*; duo Oxx. *nolit* pro *novit*; Gud. 2. *novit*: repererat for-

42. *tiens dolore careat.* Atque haec quidem his verbis: quivis ut intelligat, quam voluptatem norit Epicurus. Deinde paullo infra: *Saepe quaesivi*, inquit, *ex iis, qui appellabantur sapientes, quid haberent, quod in bonis relinquerent, si illa detraxissent; nisi si vellent voces inanes fundere: nihil ab iis potui cognoscere; qui si virtutes ebullire nolent et sapientias, nihil*

---

tasse scriptor in libro suo *nov'it* i. e. *noverit.* Mon. Junt. *quaesivit*, operarum errore. Ed. P. *aliquot* pro *inquit. Mr.*

Appellabantur *sapientes*] Sic Reg. Pithoean. Eliens. sec. tert. et Petrens. Vulgo *appellantur. D.*

qui appellabantur sapientes,] Edd. ante Ern. fere omnes *appellantur*, exceptis P. et Dav., itemque duo Codd. Oxx. Rehd. Gud. unus Leid. Sed reliqui imperfectum tuentur. Fr. Fabr. *qui haberent*; sed in marg. habet *quid. Mr.*

quid haberent, quod in bonis relinquerent,] „*Quod in bono relinquerent.* Gryph." *Brut.* „Pall tert. quart. *quod homini rel.* quint. *quod quidem in bonis relinquerent.*" *Gebh.* Unus Ox. *quid* in *bono*; quinque et Mon. 1. Reg. *quid in bonis.* Gud. cum Gryph. facit, itemque Aug. In Gud. 1. legitur *quid in boni*, in Gud. 2. *quod hic boni reliquerint.* — *Nisi si* habent optimi libri Reg. Gud. 1. 2. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Aug. Duisb. Gud. quinque Oxx. Edd. A. B. S. E. C. V. M. Ald. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. Leod. Gebh. seqq. Reliqui omittunt *si*, duo Oxx. habent *si*, omisso *nisi.* In Mon. 2. legitur *voces vellent. Voces fundere* ne quis poëticum existimet, moneo frequentissimum esse Ciceroni *fundendi* verbum de *vocibus* et *verbis* (veluti de Finn. IV. 4. 10.), de *versibus* (supra, I. 44. 107.) de *oraculis* (de Div. II. 11. 27. ibiq. nostr. ann. p. 336.). De vocibus *nisi si* earumque usu vid. Tursellinum de Particul. p. 252 — 254. ed. Schwarz. vel potius J. A. Ernesti. Pro *ab iis* Gud. 2. exhibet *nihil aliud. Mr.*

Ebullire volent,] „Nonius Marcellus in dictione *ebullire* legit *volunt:* et pro *eam viam qua efficiantur* legit *vim qua fiant.*" *Comm. Anonym.* ap. Leod. a Qu. „*Ebullire* dicit Cicero per translationem pro effundere, frequenter loqui, iactare. *Turneb.* Advv. XXV. 14.

Ebullire volent] Ita quidem laudat Nonius in *ebullire.* Sed eius et Codicum Tullianorum consensus haud faciet, quin locum corruptum esse putaverim; non enim intelligo, qui virtutum et sapientiarum iactatio in causa esse possit cur Epicureum bonum agnoscant Philosophi. Immo vult Epicurus harum rerum speciosa nomina praepedire, quo minus corporeas voluptates pro solo bono habeant sapientes. Rescribo itaque, *qui si virtutes ebullire nolent et sapientias.* Noster Fin. V, 27. *Dixerit hoc idem Epicurus semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam.* Hinc liquet illi verbo Metaphoricam *iactandi*, seu *fastuose prae se ferendi* potestatem inesse. Certe reliquis philosophis, ut putabant Epicurei Ἄρεσται

ΚΟΜΠΟΙ ΚΕΝΟΙ ψοφοῦσιν ἀντ' ὀνειράτων.

Verba sunt Alexidis apud Athenaeum lib. VIII. pag. 336. Similiter Iupiter apud Lucianum in Timone pag. 76. ait oportere se ἐκφοβήσαμενον τὰ ὦτα καθῆσθαι ἢ ἐπιρριβῆναι πρὸς φιλοσόφων ἈΡΕΤΗΝ τινά καὶ ἀσώματα καὶ λήρους μεγάλη τῇ φωνῇ συνειρόντων. Hinc illa καύχησιν σοφιστικήν obiicit Epicurus ipse. Vide Laertium lib. X. §. 7. *D.*

ebullire volent] „Bene Bentl. et Dav. corrigi voluerunt vel *si — nolent* vel *nisi — volent.* Posterius ego praetulerim." *Bouh.*

ïud dicent, nisi eam viam, qua efficiantur eae voluptates, quas ꝑra dixi. Quae sequuntur, in eadem sententia sunt: to-

---

ebullire nolent] „Sic scribendum fuit necessario ex sensu, aut, placuit Buherio, *nisi — volent*. Sed illud magis placet.“ *Ern.* Nisseri et Billerb. defensiones vulgatae nil moramur. Illud moneo, firari Davisianam emendationem Codd. Gud. Duisb. Rehd. Marb. ɔd. Gud. 2. omittit *si*. Aug. habet *quasi si:* in qua corruptione aliis latere suspicetur *qui nisi — volent*, quod placebat Bouhierio. ec ego, si libri addicerent, me hanc, prae illa, scriptionem amexurum fuisse diffiteor. Unus Ox. habet *vellent*. *Nolent* post Erstum eceperunt Edd. omnes. *Mr.*

et sapientias,] Dav. in Ed. 1. refert habere unum Norvic. *etiam ꝑientes*. Pluralem ponit, ait W. in scholis, tum quia plures philoꝑhi ita loquebantur, tum ad eos irridendos “ Posterius ego potiꝭmum crediderim. Ceterum attendendum etiam ad id, esse haec verba Graecis conversa, ubi fortasse idem pluralis fuit ironicus. In conꝛrsionibus autem sibi aliquid contra usum licere existimasse Ciceꝛnem paullo superius monuimus. Verb. ex MS. nescio quo attulit ctionem *dicerent*; ego in Aug. reperi *diceret*. cfr. Foertsch. ad Vossii ristarch. 1. de Analogg. p. 465. De pluralibus Abstractorum vid. llendt. ad Cic. Brut. §. 285. Kritz. ad Sallust. Cat. XIV. 5. XV. 4. *Mr.*

Nisi eam vim] Sic Lambinus ex Nonio. Vulgo *viam*. *D.*

nisi eam vim qua efficiantur eae voluptates quas supra dixi.] ꝭic restitui ex Nonio, qui ita legit in verba *ebullire*“ *Lamb.* [I. 100. Mercer. 26, 25. ubi nunc sic legitur: *qui si virtutis* (virtutes) *ebullre volent et sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam vim, qua fiant ꝛtrae voluptates, quas supra dixi.*“] *Klein.* „Equidem nolim mure ex Nonio *eam viam* in *eam vim*, quippe qui fallitur in laꝺndo Cicerone. Non de *vi* loquitur Tullius, qua excitentur voluptaꝭ, sed de *via*, quae nobis eas conferat, sensus videlicet.“ *Bouhier.*

nisi eam viam] Nimis cupide arripuerunt falsam Nonii scriꝺionem Lamb. et Dav., non hoc solum vocabulo depravatam, sed ibus, ut vides ex ann. proxime antecedente: sive quod ipse Nonius ravos Ciceronis Codices habuit (quod ex haud paucis locis apparet): ve quod ne inspecto quidem Cicerone ex memoria eum laudavit llaci. Unus Ox. habet *vitam*. Gud. 1. a 1. m. *quae* Unus Ox. ficiuntur. Marb. et Edd. P. A. B. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. ae. 1. 2. Junt. *hae* pro *eae*; Aug. *Voluptates hae*. Mon. 2. *eff. esse* ɔluptates. Gud. 2. *eff. et voluptates*. Pergunt Codd. Vind. 1. Mon. 1. ahd. *Et quae sequuntur*. Duisb. *quae secuntur*. Gud. 2. *quae ciuntur*. *Mr.*

in eandem sententiam sunt,] „Ita longe rectius legitur [a Lamꝺino], quam ut est in aliis: *in eadem sententia sunt*.“ *Fr. Fabr.* ɔecepit eam lectionem Dav. in Ed. 2. Bentleium sine dubio suasoꝛm habens: reprehensus eo nomine a Bouhierio. *Mr.*

In eadem sententia *sunt*] Lambino placet *in eandem sententiam*; ꝭne quidem usitatior est loquendi ratio. *D.*

in eadem sententia sunt] Plane supervacanea est Lambini conꝛtura: nec adeo verum est, quod ait Dav., usitatiorem loquendi ꝛtionem esse: *sunt in eandem sententiam*. Nam aliud est *loqui in ꝛndem sententiam*, aliud *esse in eandem sententiam*. Illud quidem ꝺaus usitatum est, quod legitur supra III. 11 25. *quas in vita hoꝛinum stultitia — immittit*; insolentius etiam illud, quamquam plura ꝛntant exemplа, *esse in potestatem*, v. c. de Legg. III. 17. 37. ubi ꝛid. nostr. annot. Necessarius esset Accusativus in locutione *in ean-*

tusque liber, qui est de summo bono, refertus est et verbis
43. et sententiis talibus. Ad hanccine igitur vitam Telamonem illum revocabis, ut leves aegritudinem? et, si quem tuorum afflictum maerore videris, huic acipenserem potius quam aliquem Socraticum libellum dabis? hydrauli hortabere ut

---

dem sententiam dicta sunt. In seqq. Cod. Rehd. omittit verba *qui est*, supervacanea scilicet. *Mr.*

refertus et verbis et sententiis talibus.] „Ita quinque Pall. Fabr. Vatic. Vulgo *refertus et sent. et verb. talibus est.* Delet quoque *est* Victor.“ *Gebh.*

Refertus et *verbis et sententiis talibus*] Bene quidem Eliens. tert. *refertus* est *et verbis.* Malim tamen *refertus* est *verbis et sententiis talibus*, ut reliquis libris accedamus quam proxime. *D.*

refertus est et verbis et sententiis talibus] Mihi quidem *est* abesse non posse videbatur cum Dav. et Bouh. Quare recepi ex Codd. Eliens. tert. Rehd. Duisb. Mon. 2. Neque eiiciendum videbatur *et* ante *verbis*, quod habent et optimi et plurimi, quodque ipsum fuit causa, cur in plerisque excideret *est*. Hoc vero verbum in fine periodi, quamquam habent Edd. P. A. B. C. M. L. S. E. nostraeque ante Gebh., excepta Rob. Steph., omnes, non placet. *Sententiis* ante *verbis* ponunt item contra libros Edd. ante Gebh. fere omnes, exceptis S. E. HWolf. *Refertus verbis* habet Aug.; *refertus est talibus et verbis et sententiis. Mr.*

Ad hanccine igitur vitam etc.] Cod. Gud. 1. *hancine.* Tum Duisb. *revocabis illum.* Ad dictionem cf. Cic. de Off. III. 21. 84. *rationem ad veritatem revocare.* De Div. II. 70. 145: *haec ratione explicari et ad naturam facile revocari possunt.* Mox unus Ox. *si quem eorum tuorum.* Pro *afflictum* Nonius habet *affectum* [p. 550. ed. Mercerii 1614. et Lips. 1826.] nullo libro addicente, ut rursus memoriter locum laudasse videatur vel obiter inspectum. Pro *maerore* Vind. 1. habet *dolore*, quod est scribae in describendo plura verba simul excipientis, deinde ad sententiam, postquam oblitus est veri vocabuli, scribentis. Is est fons multarum lectionum variarum, minus adhuc, quam debebat, observatus. Aug. habet *morere*, Marb. pro *videris* habet *vinculis.* Adscripserat fortasse aliqui vel lector vel glossator vocibus *afflictus maerore*, propter ea, quae sequuntur, verba *in vinculis*, nimirum ut aliquem librum Socraticum in vincula coniectus legat: idque additamentum non plene receptum extrusit verbum necessarium. *Mr.*

huic acipenserem potius quam aliquem cet.] „Ludit Epicurum: tanquam ex eius doctrina potior sit piscis ad sanandam tristitiam, quam libellus philosophicus. Est autem acipenser piscium nobilissimus habitus apud antiquos. unus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat: de quo Plinius, Macrobius, Sammonicus Serenus, Martialis, Horatius, alii: de quo et nos scripsimus in appendice Tranquilli commentariorum, explicantes corrigentesque illud Lucilianum: *acipensere cum decumano.*“ *Beroald.* Plinius H. N. 9, 26. eum piscem suo tempore non amplius in honore esse miratur. Vid. Heindorf. ad Horat. Sat. II. 2. 47. p. 263. qui laudat Salmasium Exercitt. Plinn. p. 1316. Quam ille editionem laudet, nescio: in optima certe (Traj. ad Rh. 1689. f. m.) est p. 940 sq. — Ceterum in vocabulo librariis tam parum cognito ab iis peccari nemo mirabitur. Scribitur in Cod. Aug. *et hinc accipiens erē potius*, in uno Ox. *accipiens rem*, in Gud. 2. *aucupens rem.* Marb. *hinc accipiens rem*; Rehd. *ancipiterem*; Edd. Ven. nostr. et Junt. *accipenserem.*

udiat voces potius quam Platonis? expones, quae spectet,

αὐλῶν hortabere ut audiat voces] „Sic habent Veneti Codices: ermanici *hydraulorum*. Antiquiores, quoscunque vidi, *hydrauleos* etinent: quam puto multo sinceriorem esse lectionem. nomen autem oc est nobilissimi instrumenti musici, cuius Ctesibius Alexandrius epertor fuisse traditur, ita appellati, quod eius fistulae ab aqua flaum acciperent. nam in aquam ima parte versae erant, qua commota t perturbata ab adulescentulo quopiam in illa spiritus effundebatur, ui suavissimum sonum edebat. Describitur hoc accuratissime a Vitruvio, et omnino valde simile fuisse perspicitur ei, quod nunc nos ommuni omnium musicorum instrumentorum genere vulgo *Organum* ppellamus, nisi quod in nostro nullus aquae est usus. Athenaeus ibro quarto *Δειπνοσοφιστῶν* diligenter et ipse de eo agit, et suavem ucundumque admodum sonum edere tradit. Adducit praeterea Aritoclis ex libro *περὶ Χορῶν* disputationem quandam, inter quae reerri debeat instrumentum hoc: inter eane, quae musici appellabant *μπνευστα*, an inter ea, quae *ἔντατα* dicebantur. Nam quia ex utroque enere constare videbatur, de hoc magna quaestio erat. Docet autem bi ille eius formam et nonnulla alia, quae qui scire volet, apud eum oterit legere.“ *Victorius.* „*Αὐλῶν hortabere*] *Ὑδραύλεως* Veneti.“ *Turner.* „In aliis Codd. legitur *hydraulum*, ut ita intelligantur orana musica, quae aquae et aëris expressione melodiam efficiunt. a quibusdam legitur hydrauleos.“ *Comm. anonym. ap. Leod. a Qu.* „*Hydrauli*] *αὐλῶν* male in impressis hactenus lectum est. *ὑδραύλεως* lim edidit Victorius, multo melius: nos *hydrauli* litteris latinis ex Gryph. exemplari excudendum curavimus: in eo enim una modo deiderata vocali, *u*, *hydrali* legitur. Neque vero haec una Graeca ox apud Ciceronem literis Latinis scripta invenitur.“ *Brutus.*

Hydrauli] „Secutus sum maiorem partem hanc scripturam agnocentium. ita vet. cod. ms. Suffridi, Gryphii liber, Pal. tert. Pith. *HYΔPAΔI*, quart. *hyarali*, quint. *HYΔρααι*. Vatic. *hydraulis*. Lamb. *hydraulei*. Vict. *Ὑδραύλεως*. Vulg. *αὐλῶν*.“ *Gebh.* „Vulg. *αὐλῶν*. Froben. *αὐλοῦ*· Norvic. *Sirenum*. At ad eam, quam sequimur, (*hydrauli*) scripturam ducunt plerique Codd. manu exarati (v. Gebh. annot.) Testatur quidem P. Victorius, antiquiores libros, quoscunque viderit, *hydraulus* nomen retinere; quod perinde est; tam enim *ὕδραυλις*, quam *hydraulus*, instrumentum musicum denotat, in quo

> — — — *resonante diu Tritone canoro,*
> *Pellit opes collectas aquae, victusque movetur*
> *Spiritus, et longas emugit buccina voces:*
> *Carmineque irriguo magni cortina theatri*
> *Imparibus numerosa modis canit arte regentis,*
> *Quae tenuem impellens animam subremigat undam.*

ut ait Corn. Severus in Aetna v. 292. Haec organa descripsere Vitruvius X. 13. et Athenaeus Deipnos. IV. 23.“ *Davis.* in Ed. 1. „*Hydrauli* si legitur in nonnullis Codd., corrupta est scriptio. Latini enim dicebant *hydraula*, non *hydraulus*. Quid? quod haec vox Ciceronis tempore nondum videtur habuisse formam latinam. In plerisque Codd. sunt h. l. literae graecae, quamquam corruptae. Regius habet *ΥΔPAΔI*. Ed. mea vetus habet spatium vacuum, literis videlicet Graecis explendum. Victorius autem cum se reperisse testetur *hydrauleos*, videtur a Cicerone profectum *ὑδραύλεως*.“ *Bouhier.*

ὑδραύλεως] „Turnebus Adversarr. XIX. 5. Victorio assentiens legit *hydraulae* [*hydrauli* est apud Turnebum p. 129. Sed volebat Vict. *hydrauleos*.]. Nam sat scio, inquit, Graece *αὐλῶν* non dixisset

florida et varia? fasciculum ad nares admovebis? incendes odores? et sertis redimiri iubebis et rosa? si vero aliquid etiam, — tum plane luctum omnem absterseris.

---

in oratione Latina, quum ei Romana vox non deesset, *tibia*: et acrior est tibiae sonus, quam ut maerore afflictum, et aegritudine oppressum delectare aut mulcere possit. Hydraulae autem sonus suavissimus est et dulcissimus." *Fr. Fabric.* „*Hydrauli* constanter Regii Codices." *Lallemannus.*

Hydrauli] Ad hanc scriptionem cum proxime accedant optimi, neque nimis longe discedant alii, eam recepi cum Sylb. Bruto et recc. inde a Gebhardo, nisi quod Lall. et Oliv. receperunt *ὑδραύλεως*. Habent autem tres Oxx. et Mon. 2. vacuum spatium, duo *hyarili*, unus et Mon. 2. 1. *χυθάρας*, unus *hyaralai*, Gud. 1. *hVAralı*. Gud. 2. *hydrali*. Marb. Aug. *hialari*. Gud. *hidrale*. Duisb. *hyarali*. Rehd. *idrali MXAPAAI siranarum*. Ed. P. *αγλαΐων*. A. B. S. Ven. nostr. Junt. *aulen.* Asc. 1. *αυλον*. Cod. Vind. 1. Asc. 2. C. M. Ven. Alt. HWolf. Leod. Sturm. *αὐλῶν*, marg. C. *hydraulonem*, E. *αὐλοῦ*, in marg. *αὐλῶν*, V. L Rob. Steph. et, quos dixi, Lall. Oliv. *ὑδραύλεως*. Ad rem laudat W. in scholis Gesneri Chrestom. Plinian. Ed. 1776. p. 389. [p. 403 — 405.] et Wernsdorf. ad Poët. Lat. Min. T. II. p. 395. Add. Js. Vossii librum admodum rarum De Poëmatum Cantu et Viribus Rhythmi p. 99 — 106. ubi accuratam habes organi hydraulici et descriptionem et imaginem; et Hoffmanni Lex. Univ. v. *Hydraula*. Ern. in Clav. Cic. Schütz. in Lex. Cic. — Pergit unus Ox. *hortare*. Tum Marg. *vocem* Verb in marg. ex MS. nescio quo et Vind. 2. *Platonis expositiones:* posterior pergit *Qui exspectat*. Alius MS. in marg. Verb. Marb. Gud. 1. Mon. 1. 2. duo Oxx. *exponens*. Unus Ox. *expones ponensque*. Tum Mon. 1. 2. *quae expetat*. Marb. Gud. 2. tres Oxx. Bern. *quae exspectat*. Gud. et unus Ox. *quae expetet*; unus Ox. *quae expectet*. Bern. in marg. ab al. m. *quae spectet*. In Ed. Ern. operarum errore expressum est *quae flectet* pro *quae spectet*. Hunc errorem a Schützio fideliter repetitum esse, quamvis sententiam extorquere possis plane nullam, [unde valde se torsisse refert Nissen., deinde vero cum gratiis, ut ait, accepisse Bipontinorum *spectet*:] hoc inquam, nemo admodum mirabitur, qui huius editionis indolem noverit. Sed quis credat Nobbium quoque ita dormitasse in editione elegantissima eaque „studiose recognita," idemque lectionis monstrum exhibere Editionem Teubneri „ad optimorum librorum fidem emendatam?" *Mr.*

florida et varia?] Ad v. *florida* eiusque sententiam h. l. propriam v. Menckenii Obss. L L. h. v. p. 409. Vocem *varia* omittit Cod. Mon. 2. Tum Rehd. *incendi*, duo Oxx. et Aug. *incendens*. *Odores*, pro *suffimentis*, non semel dixit Cicero: *incendere thus odoresque* in Verr. Act. II. Lib. IV, 35, 77. — Quod sequitur *et* ante *sertis* abesse dicitur a vet. Cod. in marg. Edd. Lambb. Goth. Verb. Nostri habent omnes. FAWolfius et Or. ut supervacaneum uncinis incluserunt. Ego in tanto librorum consensu nolui videri Ciceronem correxisse. — Pro *redimiri* Cod. Aug. *redimitis*. *Mr.*

redimiri iubebis et rosa?] „Placet MSS. lectio Pall. prim. quart. Pith. *videbis*; noto hellenismo: nam videntur haec ex poëta vetere huc inserta." *Gebh.* Habent *videbis* duo Oxx. Marb. Sed non audiendus Gebh. In vocibus *sertis et rosa* poëticum aliquid inesse facile largior Gebhardo. Plane convenit hoc *ἓν διὰ δυοῖν* cum eo, quod ipsi paullo superius laudavimus ex Virg. Georg. II. 192: *pe-*

Haec Epicuro confitenda sunt, aut ea, quae modo ex- 19
44.

ris libamus et auro i. e. pateris aureis, ut nostro loco: *sertis et osa* est *sertis rosaceis. Mr.*

si vero aliquid etiam —] „Amicus meus homo doctissimus mault, ut legatur *si vero aliquam admoveris, luctum plane absterris:* aut: *si vero amorem admoveris, luctum plane absterseris.* ed vulgata lectio magis placet, qua Tullius verecundissime et *κατὰ ποσωπησιν*, quae turpia erant, notavit, *τὰ ἀφροδίσια*, quo invisiorem edderet Epicurum ob impudentiam.“ *Ursin. Si vero aliquid etiam*] ta Veneti libri. quae mihi lectio propter *ἀποσωπησιν* honestam proatur: praesertim cum ita aiat Lib. II. de Finibus: [c. 10.] *Eam voluptatem*] *autem ita persequitur, quae palato percipiatur, quae auibus: caetera addit, quae si appelles, honos praefandus sit.*“ *Camerais.* „Non laudo Pith. Cod. mutationem: *etiam aliquid.* nostrum enustissimum est. Plaut. Trucul. *Mane iam fiet aliquid.*“ *Gebhard.* Plaut. Trucul. II. 4. 15.] „Ed. mea vetus post *etiam* cum aliquot liis addit *admoveris*, quod ego verbum cum Dav. in glossis pono.“ *Bouh.*

Si vero aliquid etiam] Eliens. sec. *si* venereum addideris *aliquid iam.* Ven. 1491. aliaeque veteres editt. *si vero etiam aliquid admoeris.* Ea sane manifestaria sunt glossemata; nec locus aut talibus ibris, aut aliis etiam coniecturis, eget; nam, quod recte monuerunt amerarius et Ursinus, est honesta *ἀποσιώπησις*, qua *τὰ ἀφροδίσια* odeste reticentur. Vide Donatum ad Terentii Eun. Act. III. Sc. , 26. et Servium ad Virgilii Eclog. III, 8. *D.*

si vero aliquid etiam, tum] „Si autem maxime aliquid his rebus rofeceris. *Tum* mihi non satis aptum videtur, putoque aut *tum tu*, ut *tunc* potius.“ *Ern.* — *Si vero aliquid etiam* sc. absterseris. einceps malim: *nondum plane luctum omnem absterseris.* Sic est, uo *haec* in seqq. referatur.“ *Nissen.* „Horum verborum sententiam um facetissima cavillatione coniunctam non assecutus est Ern. Est aec: *Si vero aliquid etiam,* sc. quod dicere nolo, *addideris, tum lane luctum omnem absterseris*: h. e. tum putabis te omnem ei uctum prorsus abstersurum esse. Nolebat Cicero apertius dicere e voluptate Venerea, quam in abruptis illis verbis *si vero aliquid iam* intelligi volebat, ut salsius Epicuri rationem rideret. Nimium cum ab iis voluptatibus, quae auditu, visu, odoratu, gustu periperentur, exempla petiisset, supererat, ut etiam ex earum genere, uae tactu sentiuntur, aliquid assumeret. Sed hoc quale esset, consecturae auditoris potius relinquere, quam disertis verbis enuntiare alebat. Conferantur ea, quae seq. capite extremo dicit: *Eripiamus uic aegritudinem. Quomodo? Collocemus in culcita plumea: psaltriam dducamus: hedychrum incendamus: aliquid videamus et cibi.* Hic itur *psaltriam* nominat. Cur? Nimirum quia qui psaltrias aut itharistrias epulis adhibebant, plerumque non tantum audiendi voptatem, sed aliam quoque minus liberalem ex iis quaerebant: illam icet, quam secundo loco nominabat Epicurus, cum *saporem* et *orporum complexum* et *ludos atque cantus*, et *formas eas, quibus oculi ecunde moverentur*, in causis voluptatum numerabat. Cf. c. 20. Itaue aposiopesis illa: *si vero aliquid etiam* — ita fere supplenda idetur: si vero aliquid etiam voluptatis addideris, v. c. si puellam dduxeris, quacum se oblectet, tum plane luctum omnem absterseris.“ chütz. Opuscc. p. 217 sq. Nissenii non minus ineptam esse explinationem, quam Ernestinam, nemo est quin videat. Addo, quod in bss. apposuit Or. p. 175. ed. pecul., p. 391. Ed. Opp. T. IV. „Simlia huic sunt Menandri illa in *Κυβερνήτας* ed. Meinecke p. 103.

pressa ad verbum dixi, tollenda de libro; vel totus liber
p. 200. potius abiiciendus: est enim confertus voluptatibus. Quae-
a. rendum igitur, quemadmodum aegritudine privemus eum, qui ita dicat:

Τἀργύριον εἶναι μειράκιόν σοι φαίνεται
οὐ τῶν ἀναγκαίων καθ' ἡμέραν μόνον
τιμὴν παρασχεῖν δυνατόν, ἄρτων, ἀλφίτων,
ὄξους, ἐλαίου, μείζονός τ' ἄλλου τινός.

ubi res venerea item tecte significatur." De sententia loci nihil, opinor, restat dubii. *Aliquid* est *aliud quid*, quod non semel apud Ciceronem reperitur, et paullo superius a nobis expositum est. Commode laudat Kühn. cap. 19, 44, et IV. 24. 53. itemque Terentii locum Andr. II. 1. 25: *num quidnam amplius tibi cum illa fuit?* ad sententiam loci. Vid. nos ad Cic. de Rep. III. 14. p. 369 sq. Add. Borgers ad Cic. Parad. p. 48. Goer. ad Acadd. II. 10. p. 61. Sed cf. etiam Hoffmann. in Jahnii Annall. 1828. II. 1. p. 46. Librorum lectio non admodum discrepat. Cod. Gud. 2. *si vero etiam tunc aliquid plane luctum omnem exterseris.* In Cod. Bern. quasi ad significandam veram loci sententiam, post *etiam* punctum positum est. Rehd. *si vero etiam aliquid tum* (supra lin. *nō*) *tu plane.* Mon. 2. *si venerium etiam aliquid admoveris nunc plane* — Gud. *abterseris omnem.* Edd. A. B. S. E. Asc. 1. Junt. *si vero etiam aliquid admoveris.* Edd. Asc. 2. HWolf. C. *Si venereum etiam aliquid admoveris.* Ven. nostr. *si veneraeum et aliquid admoveris.* Unum addo: ne quis dubitet *aliquid* h. l. ita intelligendum esse, ut diximus, is reputet ipsum Ciceronem eo omnem sustulisse dubitationem, quod addidit *etiam.* Est enim *aliquid etiam* plane i. q. *aliud quid praeterea*, sc. quod aecedat iis, quas dixi, voluptatibus. De voce *etiam* post id vocabulum posita, ad quod pertinet, vid. Jahnii Annall. Philoll. 1831. III. 1. p. 77. *Mr.*

Haec Epicuro' confitenda sunt,] Dav. vel potius Bentleius, in Ed. 2. *Haec, Epicure, conf. sunt.* Ad quam emendationem Wopkensius p. 115: recte, non opus esse, ait, ut librorum scriptionem refingas. Neque enim, si antecedentia inspicias, ad Epicurum sine ulla deflexione dirigitur oratio; quod facile evincunt ista: *atque haec quidem his verbis: quivis ut intelligat, quam voluptatem norit Epicurus.* Si sequentia verba conferas, terminari illud Epicuri alloquium facile videbis. — Pergit Cod. Marb. *ut* pro *aut.* Gud. 1. item *ut* habet a pr. m., Gud. omittit *ea*, Gud. 2. *aut ea.* De constructione quod ad *aut* et in seqq. *vel* pertinet, tenendum: *aut* poni, ut opponantur *confitenda* et *tollenda; vel* sequi ut *tollenda* corrigatur quasi et augeatur addito *abiicienda.* Vid. Doeleckii Gramm. Germ. Lat. p. 137. Eundem cf. ad sequentia *tollenda de libro*, p. 82. Pro *quae modo* Unus Ox. Ed. P. habent *quomodo.* Eadem Ed. pro *vel* habet *ut*, frequenti errore; eiusdem vocis loco idem, quem dixi, Ox. habet *id.* In Cod. Aug. legitur *quae non expressa:* orto errore ex permutatis compendiis *mō* et *nō.* Mox Mon. 2. *potius abitiendus.* Gud. 2. *abicundus.* Dav. in Ed. 2. refert Bentleium pro *voluptatibus* voluisse *verbis illis.* In quo tamen ei non, ut in ceteris fere omnibus, paruit. Merito. Pro *aegritudine* unus Ox. habet *voluptate.* Usus verbi *privandi* de rebus incommodis, idem est, qui paullo superius in *carendi* verbo. Similiter dixit Or. de Lege Agr. I. 4. 13: *privari iniuria*: similiter de Finn. I. 11. 37: *quum privamur dolore — gaudemus*: — *dolore omnis privatio recte nominata est voluptas.* Verba *eum, qui* ad Telamonem spectant, qui in tragoedia Ennii exilium suum deplorat

— Pol, mihi fortuna mági' nunc defit, quám genus.
Námque regnum súppetebat mi: út scias quanto é loco,
Quántis opibus, quibu' de rebu' lápsa fortuna óccidat.

Quid? huic calix mulsi impingendus est, ut plorare desinat? aut aliquid eiusmodi? Ecce tibi ex altera parte ab eodem poëta:

---

quod ob fratrem Phocam a se interfectum pulsus erat. Pro *privemus* Cod. Gud. 1. habet *privemur*. *Mr.*

— *Pol, mihi fortuna* cet.] Edd. V. et Rob. Steph. *mi* pro *mihi*, quod versu seq. magis necessarium erat scribere, quam hoc: quamquam cum Nissenio plane abesse malim. Bothius, ut refert Or., Poët. Scenn. p. 48. hos versus ex Ennii Hecuba sumptos esse existimat, itemque proximum, qui sequitur; quem ego cum illo ex Andromacha sumptum puto. Rehd. habet *nunc magis*. Vind. 2. cum Aug. *nunc* omittit. Pro *defit* est *deficit* in Cod. Marb. quae est glossatoris scriptio. Duisb. Aug. et Rehd. habent *desit*: in posteriore supra lin. scribitur *deest*, videlicet ut Grammaticae satisfiat. Habent etiam *desit* Edd. A. B. Ven. nostr. Junt. Asc. 1; sed P. *desii*. De forma *defit* vid. nunc novam Forcellin. Ed. Germ. T. II. p. 25. c. ubi et plures poëtarum locos collectos habes, et observationem virorum criticorum (Drakenborchii in primis ad Sil. 9, 335.) *desit* saepe pro *defit* ab imperitis librariis scriptum esse. Versu seq. errorem typographicum Edit. Ern. *quanto loco* pro *quanto e loco* fideliter repetiverunt Bipp. In Gud. 2. est *quanto duco:* nimirum posteaquam semel literae *e* et *l* in unam (*d*) errore scribae alicuius coaluerant, ortumque inde erat *doco*, prudentior scilicet alius inde verbum latinum *duco* eruit. Verba *quibus de rebus* omittit unus Ox. Codd. Ven. habent *quibus que de rebus*. *Mr.*

lapsa fortuna occidat] Scribitur *lassa* in Codd. Vind. 1. et Mon. 2; in Duisb. *elapsa*. „*Accidat* dedi, non *occidat*, ut vulgo scribitur. Habent enim *accidat* Codd. Pall. tert. quart. Fabr. Vat. Ed. Vict.“ *Gebh.* Tuentur autem *occidat* Codd. Reg. Rehd. Vind. 1. Mon. 1. quinque Oxx. et Edd. vett. ante Gebh., exceptis V. Rob. Steph. Ex recc. habent FAWolf. Or. Tbn. itemque Lall. et Oliv. Bene W. animadvertit poetica dici licentia *occidat* pro occiderit. Bill. vero *occidat* melius convenire verbis *quanto e loco* contendens, quam *accidat* sc. *mihi*, in errore versatur. *Accidere* enim apud poëtas non raro est i. q. cado, adeoque i. q. decido: quod cum ex aliis locis patet tum ex illo Ennii notissimo: *Utinam ne in nemore Pelio securibus Caesa accidisset abiegna ad terram trabes!* qui legitur de N. D. III. 30. 75. et de Fato 15, 35. ubi nos quidem nuperrime edidimus loco posteriore *cecidisset*, sed magis nunc probamus, quod priore loco in Ed. min. dedimus cum Heind. *accidisset*. Vid. nunc etiam novam Forcellini Ed. Germ. p. 25. Ennii Medeam Ed. Planck. p. 74 sq. ibiq. laudd. De formula *Ecce tibi* v. O. M. Müller. Cur. Sec. p. 88. *Mr.*

calix mulsi] „Mulsum est potio pretiosa ex vino melleque confecta, cuius mentio est apud scriptores omnes. [Vid. in primis Plin. H. N. XXII. 24.] Graeci mulsum vocant *οἰνόμελι* et *μελίκρατον*. *Impingendus* dixit quasi illidendus et nolenti ingerendus: impingere enim significat vim quampiam.“ *Beroald.* „Mulsum appellamus confectionem ex melle et vino: est et mulsa ex aqua et melle: illud oenomel vocatur, hoc hydromel.“ *Comm. Anon. ap. Leod.* Cod. Gud. 2. *impiguendus*, Marb. *impinguendus*. Duisb. omittit *est*. Tum unus Ox. *ut* pro *aut*. Pro *eiusmodi* Cod. Vind. 1. et MS. in marg. Asc. 2. nostrae habent *huiusmodi:* idem habet Gud. 2. a 1. m. sed in marg. correxit altera *eiusmodi*. Mox Duisb. *ex eodem poëta*. Aug. *in* alt. parte. *Mr.*

pressa ad verbum dixi, tollenda de libro;
p. 200. potius abiiciendus: est enim confertus volv . .
a. rendum igitur, quemadmodum aegritudi . . *nunc*
qui ita dicat:

Τἀργύριον εἶναι μειράκιόν σοι φο . . iptum est in
οὐ τῶν ἀναγκαίων καθ' ἡμέραν . . ıectorem defun
τιμὴν παρασχεῖν δυνατόν, ἄρα . . n in vocibus *op*
ὄξους, ἐλαίου, μεῖζονός τ' ἄ . .)d Cod. Mon. 2. l

ubi res venerea item tecte signi . . arum maiuscularu
opinor, restat dubii. *Aliquid est* . . ine. Vid. Baringii
Ciceronem reperitur, et paullo . . uisb. *sue*, supra lin.
mode laudat Kühn. cap. 19, 6 . . *ctortuae*. Gud. 2. *hector*
cum Andr. II. 1. 25: *num* . . *s*. omittit *huic*. *Mr.*
sententiam loci. Vid. nos . . Ern. *Hic*, errore typographic
Borgers ad Cic. Parad. 7 . . unc quoque repetiverunt Bipp. M
etiam Hoffmann. in Je . . , si res indigeret, exemplo, nihil
non admodum discre . . qui „ad optimorum librorum fidem
plane luctum omnem . . inspicere praeter eum, quem exscribe
dam veram loci s . . num librum, sive manu exaratum sive
si vero etiam . . *debemus* Cod. Marb. habet *debes*. Duo Oxx.
nerium eti . . glossam supervacaneam *dicens*. *Mr.*
terseris om . . *praesidii, aut exsequar? quidve nunc exsilio aut*
aliquid ad . . Vetus Cod. *quove nunc auxilio exsitii aut fuga*
aliquid . . versus: nisi forte *quove nunc exsilio aut fuga*
mover . . vel potius: *Qua nunc exilii fuga freta sim?*
dum
lisse
i.
br
y

Aut mortem acerbam aut exilii maestam fugam,
Aut semper aliquam molem meditabar mali." *Schott.*
Cic. p. 330 sq.

quove nunc auxilio aut fuga] „*Exilio* habet manuscriptus, ut opinor. Paullo post *deformati auro atque abiete crisp* vulgatis deest vox *auro*. Infra *auro eboreque instructum re* pro *auro ebore instructam regifice*, quod non ita placet." *Ur*

quove nunc auxilio aut fuga] „Fabr. Pall. pr. sec. tert. *auxilio exsilii*: unde Schottus lib. II. Nodorum cap. 22. *quov* [vid. eius emend. paullo superius]. Illud *exsilii* est a male p mente ac manu." *Gebh.*

urbe orba] „Est paronomasia sive agnominatio, quae fit s tudine aliqua vocum et vicinitate quadam verborum; ut: *quis aut lucus* — ut: *ex oratore arator* — ut: *deligere oportet, quem diligere.*" *Beroaldus.*

Quid petam praesidî etc.] Tres versus priores sunt Cretic trametri, quibus suos numeros veramque lectionem reddidit acut Bentleii solertia. Vulgo sic ferebantur:

Quid petam praesidî aut exsequar? quove nunc auxilio aut
Freta sim? arce et urbe orba sum: quo accedam? quo appl

Sed Reg. Pithoean. aliique Codices habent *auxilio* exilii *aut* Balliol. vero diserte *auxilio* exilii aut *fugae*. *D.*

Quid petam praesidî cet.] Bouhierius meros ex his versibu cudit Trochaicos octonarios, non motus Bentleii et Davisii ratio neque ipso Cicerone, qui de Or. III. 47. 183. primum horum suum Creticum appellat. Potest, ait, enim secutus esse Cicero maticorum morem, qui ex notis versibus vel versuum partibus buscunque metrorum exempla componebant: veluti Diomedes ex duobus Horatii pannis hunc Iambicum procudit:

o éxilî aút fugae fréta sim?
urbe órba sum: quo áccidam? quo ápplicem?
ae pátriae domi stant: fráctae et disiectaé iacent:

, non ebur neque aureum — [Epod. I. Od. II, 18.] ita constituo hosce versiculos: [Nolui eos de-ane cecidisse videatur eius opera. Illud mo-*ue abiete crispa* idque ita explicare: sine iosissimis, quibus erant ornata et templa Non felicius cessit horum versuum resti-ic missum faciamus. Hermannus in Elem. nosce versus constituit:

práesidi, aut éxsequar, quóve nunc
.ilio éxsili aút fuga fréta sim?
- et urbe órba sum: quo áccidam? quo ápplicem?

cf. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 97. Ed. Lugd. B.; p. 152. .otsch. Lips. 1831. Ennii Annall. IV. 27. p. 69. ed. Lips. 1825. aer. et Orell. ad Cic. Orator. §. 93. p. 65. Bentleii emendationem receperunt post Davisium FAWolf. et recc. Ernestus, ut saepissime, quasi neque Bentleius neque Dav. operam impendissent his libris, Gebhardum cum pridem vulgatis secutus est.] *Mr.*

Quid petam praesidî, aut exsequar?] Cod. Aug. *ut* pro *aut*. Duisb. mire *quo nuncve* pro *quove nunc*. Gud. 2. *auxilio exilii freta sim aut fuga*. Mon. 2. *auxilio ab exilio*. — *Fugae* recepi cum Dav. FAWolf. recc. ex Davisii Ball. uno Ox. et Cod. Aug. non optimis illis quidem: sed cum mutatio sit minima et facile consulto a librariis Genitivus in Ablativum mutari potuerit; nolui nimis esse religiosus. Servarunt tamen *fuga* Hermannus l. c. et Bothius Poëtt. Scenn. p. 35. Iidem ediderunt sine libris *aut auxilio*. *Exili* vel *exilii* habent Codd. fere omnes (solo, quem laudavi, excepto Mon. 2.) Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 2. In Cod. Vind. 1. est *freta sum*. Pro *accidam*, quod metrum flagitat, quodque receptum est a FAWolfio et recc. in omnibus fere Codd. est sive glossa sive correctio *accedam*: solus Cod. Bern. a 1. m. habet veram scriptionem *ascidam*, (sc. ad cuius genua supplex accidam?) quam tamen manus secunda obliterare studuit corrigens *accedam*. Ad v. *quo applicem* intellige *me*: ut saepissime *vertere* et *habere* struuntur. Vid. Menkenii Obss. L. L. p. 61 sq. *Mr.*

Cui nec arae patriae domi stant] „In hocce Trochaico pes, ut videtur, unus est supervacaneus. Legerim itaque:

Cui nec arae patriae stant: fractae et disiectae iacent:

Voce *domi* prorsus exturbata.“ Dav. Ed. 2. Sed idem in Addendis: „Cum vox *domi* vel pro una syllaba possit numerari, vel eius ultima haeat corripi; non est, cur hunc versum male se habere statuamus. Vid. Chr. Wasium de Senar. c. XV. p. 219 sq.“ Accedit FAWolf. licens *arae patriae* magis latine dictum esse [videlicet, quam *patri'* i. e. *patriae*, quod volebat Bentl. et ipse W. in Ed. 1. scripserat inque recepit Bill.] et *domi*, vel ante *st*, ultimam posse corripere *arae* abest a duobus Oxx.; unus habet *arce*: alius habet *fretae* pro *fractae*, Vind. 2. *stratae*, Vind. 1. *et fractae*. Marb. et Duisb. *fracta et disiecta*. Aug. *ne arae*. Gud. 2: *disiectae*: idem pro *arce et urbe* habet *arce turbae*. In seqq. Duisb. *toti*, unus Ox. *torti* pro *tosti*. Pro *alti*, quod solum verum est, mireris et plurimos libros et optimos habere *alii*: quod occupat etiam Edd. P. A. B. S. E. C. (haec in marg. *alti*) Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *Alti* habent tantummodo res Oxx. Rehd. Gud. et fortasse etiam Ven. 2. et Reg. Sed ex silen-

Fána flamma déflagrata, tósti alti stant párietes,
Déformati, atque ábiete crispa —
Scitis, quae sequantur: et illud in primis:
O páter, o pátria, o Priami dómus!
Saeptum áltisonó cardine templúm!
Vidi égo te, adstánte ope bárbaricá,

---

tio collationum horum Codd. nihil certi colligere licet. Regius sine dubio cum nostro Gud. 1. habet *alii*. Gud. 2. omittit *stant*: eius loco unus Ox. habet *sunt*. *Mr.*

Deformati atque abiete crispa] Quod, incerta fide, Urs. ex Cod. nescio quo protulit *auro* post *def.*, in nullo libro comparet. Mon. 2. habet *deformate atque abiecte crispe*. Est etiam *abiecte* in Gud. 1. (sed *c* puncto notatum) et uno Ox., alius cum Aug. *abiecti*: sed prior iuxta scriptum habet *e*: alius Ox. *abiecta*. Marb. *abiectae*. Ad. v. *abiete crispa* Beroaldus: „Intelligit lacunaria s. laquearia, ex abiegnis trabibus texta, fuisse deformata flammis et exusta. Materies enim, ut ait Plinius in XVI. abieti pulcherrima est in trabibus. praecipua autem dos est crispantibus et intorto quodam discursu venarum pretiosa." Ern. contra: „*abiete crispa*: Quales sc. trabes abiegnae esse solent, cum sunt adustae, non plane combustae." Nissen. vero: „Versus mancus: intelligo *destituti*, aut simile quid, nisi malis: *deformatique abiete crispa*: ut *deformare* sit privare. Nam abietem crispam ad ornatum templi pertinere cum Buher. opinor." *Mr.*

abiete crispa] i. e. ait Forcellin., igne corrugata: quae est etiam Wolfii sententia in scholis: a quibus non discedit Kühnerus. Neque ego ab Ernesti interpretatione discesserim. — Pro *scitis* multi habent *scis*. Sed *scitis* est in Codd. Reg. Duisb. (supra lin.) Vind. 1. 2. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. Aug. Bern. Marb. tribus Oxx. Mon. 1. 2. Edd. V. Rob. Steph. Sturm. Gebh. et seqq. Gebhardus ad h. l.: *Scitis* Victoriana Pall. tert. quart. quint. Pith. Vatic. Alii *scis*." Idem in antecedd. ex Pal. quint. enotavit *alti*, ex Pith. *costi alii*, ex Vat. *et tosti alii*, ex Fab. *toti alii*. *Mr.*

et illud in primis] Codd. Reg. Gud. 1. 2. *et illam primis*. Marb. Vind. 2. duo Oxx. *et illum in primis*. Unus Ox. *et illum versum in primis*. Versum, qui sequitur, anapaesticum imitatus est Virgilius Aen. II. 241:

O patria, o divum domus Ilium et inclyta bello
Moenia Dardanidum.

Quod animadvertit etiam Servius, adscribens h. l. *Versus Ennianus*. Pergunt duo Oxx. et Mon. 2. *O septum*: alius habet *altissimo*. Gud. *carmine* pro *cardine*. „Turnebus Adversarr. XIX. 15. *templum* h. l. significare Priami regiam. Nullum huius significationis addit exemplum. Firmatur tamen eius sententia iis quae dicit Serv. ad Virgil. XI. 235. [p. 621. ed. Burm.] Potest etiam dici imitatus esse vel nostrum locum, vel priorem Virgilii, Silius Ital. Punic. I. 598 sq.

O patria, o Fidei domus inclyta, quo tua nunc sunt
Fata loco! Mr.

Vidi ego te, adstante ope barbarica,] Mirum est multos habere libros *adstantem*, ut ad *te* referatur. Sed *adstante* tuentur Gud. 1. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. et unus Ox. *Ego* omittit Aug. Tacet nostra collatio Cod. Regii: sed Verb. in marg. ait Regium habere *adstantem*. Sententiam loci explicat Forcellin. v. *asto* p. 262. versu Virgiliano: *Priami dum regna manebant*: Aen. 2, 22. idemque v. *Barbaricus* p. 311: *dum staret* regnum Phrygum incolume. Bene. — *Tectis* omittit unus Ox.; Vind. 2. habet *elatis* cum uno Ox., pro *cae-*

Tectis caelátis, láqueatis,
Auro, ébore instrúctam régificé.

poetam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphonis contemnitur. Sentit omnia repentina et nec opinata 45.

---

tis. Aug. *eboreque* pro *ebore.* Post *instructam* Rehd. addit *domum.* o *regifice* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. tres Oxx. (quorum duo hant *estructam*) exhibent *regificem.* Refert Bouh. Davisium in uno d. reperisse *instructum* (fortasse id significaverat in Ed. 1. quod iam ex marg. Verb. colligo:) idque necessario fuisse recipiendum. imirum propter *templum.* Sed hoc vocabulum non est nisi apposio verborum *o Priami domus.* Idque sine dubio significare voluent W. et Or., alterum huius loci versum parentheseos signis includntes. Causam probo: factum probare non possum. — Pergit Cod. ud. 1. *o poetam aegrum:* unde vides vel optimos codices pessimas minunquam habere lectiones. *Mr.*

ab his cantoribus Euphorionis] „Euphorion poëta fuit Chalcinsis, quem transtulit Gallus, qui ob id sic loquitur apud Virgilium Bucol. ludicro: *Ibo et, Chalcidio quae sunt mihi condita versu,*
Carmina pastoris Siculi meditabor avena.
uintil. in X. *Quid Euphorionem frustra transibimus? quem nisi obasset Virgilius, nunquam certe conditorum Chalcidico versu carinum fecisset in Bucolicis mentionem.* Habebat autem hic Euphorion ıösdam ita deditos sibi amatores, ut eum praeferrent Ennio et reliis poetis, eiusque poemata studiose cantarent, posthabitis aliorum ematibus. *Cantores* h. l. significari puto scenicos fabularum actos, ut apud Horatium: *Si plausoris eges aulaea manentis et usque sseuri donec cantor, vos plaudite, dicat.*“ *Beroald.* Loci a Ber. lauti sunt Virg. Ecl. X. 50 sq. Quinctil. X. 1. Horat. A. P. 154. ad ıos vid. interprr. Adde nos ad Cic. de Div. II. 64. p. 524. ubi Euıorio non minus, quam nostro loco carpitur. *Mr.*

Cantoribus Euphorionis] Vide sis Js. Casaubonum ad Suetonii ib. cap. LXX. et Cl. Salmasium Exerc. Plin. p. 856. *D.*

cantoribus Euphorionis] Casaubonus ad Sueton., quem laudat w., p. 60. Ed. Wolf. „Cicero, ait, *cantores Euphorionis* appellat mines, qui mollium id genus scriptorum lectione oblectantur.“ d tota illa annotatio legenda. Locus Salmasii ad Solinum est 601. Ed. Traj. Add. Mencken. Obss. L. L. p. 93. et in primis Meickium de Euphorione p. 35 sq. 42 sqq. Adiungere libet ex A. eichert. Poett. Latt. Hostii etc. Vitis et Rell. (Lps. Tbn. 1830. 8.) 122: „Studiorum depravationem rei publicae interitu subinde inlescentem deplorat iam Cicero, summus ille veterum vatum admirar et vindex Tusc. III. 19: ubi laudatis Ennii versibus gravitatis et blimitatis plenis cum quadam indignatiuncula exclamat: *O poëtam regium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur.* tem locum etsi praeclare explicavit Meineckius de Euph. Chalc. ta et Scrr. p. 33 sq. ibique docuit respici a Cicerone Euphorionis egos, mollioris argumenti poëmata, tamen non possum, quin a ctissimo viro, quum *Euphorionis cantores* de illius elegorum vel terpretibus vel imitatoribus accipit, discessionem faciam: nondum im me eorum poenitet, quae de istiusmodi cantoribus disserui in ogr. de Horatii Obtrectat. §. 3.“ Unus Ox. habet *cantoris.* Gud. 2. *ribus.* Add. ad rem C. J. Grysar: Üb. d. Röm. Bühne im Zeitter des Cicero: Allg. Schulztg. 1832. II. 45. p. 357. *Canto*s esse ait *actores,* coll. Cic. pro Sext. 55. *Mr.*

Sentit omnia repentina et nec opinata esse graviora.] Sic

Fána flamma déflagrata, tósti [illegible] opibus, quae vide-
Déformati, atque ábiete cris [illegible]
Scitis, quae sequantur: et illud
O páter, o pátria, o Pr [illegible]
Saeptum áltisonó car [illegible]
Vidi égo te, adstá [illegible] *turpari.*

---

tio collationum horum C [illegible] Steph. Asc. 2. Junt. omittunt *et:* non dubio cum nostro Gud [illegible] *opinus* et *opinatus* esse i. q. *non*, unus Ox. habet *sunt*. [illegible] *esse nec.* Vid. Ruhnken. ad Terent. Andr.

Deformati atq [illegible] 28. — Edd. A. B. S. E. M. L. [referente nescio quo prot[illegible] Edd. Lambb. et Goth. Lambinus ex v. c. edidisse habet *deforme* [illegible] Ven. nostr. Asc. 1. Car. Steph. Brut. Sturm. (sed c punctr [illegible] glossam *et inopinata*. Refert recte iuxta scri[illegible] Sylb. habent [illegible] locum a Lambino etiam Gebhardus, cuius item *abiete cri* [illegible] hunc locum conspirant: nisi quod Vaticanum cum Vict. facere trabibu[illegible] cum nostris [illegible] scriptionem se etiam in Cod. Col. reperisse testatur ait P[illegible] Mr. dos [illegible] *Exaggeratis igitur regis opibus*] „*Regiis* habet antiquus liber: Er [illegible] pro *quid adiungit?*“ *Ursinus.*

c [illegible] *Exaggeratis igitur* regiis *opibus*] Sic Med. Balliol. et Bak. Vulgo *regis*. D.

Exaggeratis igitur regiis opibus] Unus Ox. *Exaggeramus*, alius *ex aggregatis*. Scripsi *regiis*, quod habent aliquot Davisii Codd. cum *Dav.* et Or. cum Ursini quoque liber antiquus accedat, praesertim *cum* ex scriptione veterum librorum REGIS (*regiis*) facillime oriri *potuerit regis*. Similiter infra IV. 1. 1. in verbis *regiis institutis* peccatum est in Edd. A. B. quae exhibent *regis inst.* Monet Or., *aliorum* erroribus animadversis, *exaggeratis* non esse dativum, ita a v. *adiungit* pendentem, ut poëta dicatur exaggerasse opes regias: sed Andromachen intelligendam esse, a qua illae opes erant exaggeratae. Pro *adiungit* habent *adiungitur*, praeter Cod. Urs., duo Oxx. Aug. et Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. *Mr.*

Haec omnia vidi inflammari,] Conf. ad sententiam Passeratii Orationes p. 339 sq. Ceterum iam supra iidem, qui h. l., versus a Cicerone adhibiti sunt I. 35. 85, ubi vid. nostr. annot. Addo nunc secundum horum versuum nuper a viro quodam docto in Alliterationis (quam dicunt) exemplis, nec a veteribus alienis, laudatum esse in Allg. Schulztg. 1828. II. 50. p. 404: *Priamo vi vitam evitari.* — Unus Ox. habet *Priamum*, alius et Duisd. *Priamoque*, omisso *vi*. Abest etiam *vi*, a proxima videlicet syllaba absorptum, a duobus Oxx. Mon. 2. Marb. Gud. 2. Aug. Rehd. ridicule *eructari* pro *evitari*. Idem cum Vind. 1. *Iovis autem aram*. Gud. 1. *sanguinē* (sic). Gud. 2. *sanguine sedari turpari*. Orta est haec lectio absurda ex glossa corrupta, quae recepta est in orationis seriem. Verbo enim *turpari* paullo insolentiori superscripserat aliquis *foedari*: quod ineptia scribarum in *sedari* mutatum est. — Unus Ox. omittit *turpari*. Tum Gud. 1. a I. m. *carnem* pro *carmen*. Pro *enim et* duo Oxx. habent *mihi*. *Et* post *enim* omittit Gud. 2. In Vind. 1. et Mon. 1. scriptum est *et modis et verbis*: minus probabili verborum ordine. Verba *et verbis* desunt in uno Cod. Ox. *Modos* ad mensuram in musicis spectare docet Schütz. in Lex. Cic. h. v. n. 2. Add. C. J. Grysar: üb. d. Zustand. d. Röm. Bühne im Zeitalter d. Cicero; Allg. Schulztg. 1832. II. 40. p. 319. *Mr.*

Eripiamus — adducamus] Haec habet velut ex Ciceronis Tusc. IV. Nonius in *culcita*. Sed emendandi sunt eius Codices. *D.*

larum carmen: est enim et rebus, et verbis, et modis b.
e. Eripiamus huic aegritudinem. Quo modo? collo- 46.

---

mus huic aegritudinem] Unus Ox. *Eripiamus quidem huic.* *culcita*, Nonio probatam, multi habent Codd. Plures tatur, *culcitra:* ita enim septem Oxx. Aug. Duisb. Mon. 2. a. B. S. E. C. M. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Ald. Sturm. HWolf. Illam formam commendant antiquissimi Codd. et efert Oudendorp. ad Sueton. Tib. 51. Nec tamen altera plane improbanda. Pergit Cod. Duisb. *adducamus psaltriam.* Gud. *psaltriam ducamus.* Marb. *psaltriam advocamus. Mr.*

Edricum incendamus] „Corrigo *cedrum*: in deliciis enim uretur cedrus inter odores, iuxta illud Maronianum:

Urit odoratam nocturno in lumine cedrum.

Similiter apud Homerum Calypso urit cedrum scissilem odoris causa. Sic enim ait in V. Odysseae: — *τηλόσε δ'ὀδμὴ Κέδρου τ'εὐκεάτοιο θύου τ'ἀνὰ νῆσον ὀδώδει δαιομένων.*“ *Beroaldus.*

Cedrum incendamus] „Aliter habent veteres libri, nec manuscripti tantum, sed etiam primarum impressionum. *hedychrum* enim, non *cedrum*, retinent, quae vox cum aliquando ignotior sit, sublata fuit culpâ, ut puto, eorum, qui cuncta, in quae non passim incidunt, depravata esse censent. Cum enim non multo ante legissent: *incendes odores et sertis redimiri iubebis.* et lib. etiam V: *aderant unguenta, coronae, incendebantur odores*; sic semper crediderunt esse legendum, cum verisimile sit, aliquando etiam Ciceronem orationem variare voluisse. Non possum autem cogitare, quo modo hoc nomen in antiquioribus omnibus exemplaribus integrum inveniatur et unde huc obrepserit, nisi legitimum sit huius loci. Non enim est vulgi verbum, ut facile credi debeat huc ab aliquo inculcatum; sed et Graecum et elegans. Solum non parum scrupuli affert, quod inter unguenta potius, quam odoramenta, *Hedychrum* a medicis recensetur: unde ita appellatum volunt quod gratam aspectu suavemque et nitidam cutem redderet, ac bonitatem coloris praestaret. *Victorius.*“ *Hedychrum* reposuit Vict. sine quidem causa, ut opinor. — Hedychrum *unguia* quaedam est rotularum seu orbiculorum medicorum, quam alii appellant *σκευασίαν ἡδυχρόου*, quod eleganti et iucundo colore sit. Etsi autem aromatica multa ad hanc capi praecipiuntur, inter ea tamen, quae urantur, ad odores, non refertur. Quare *cedrum* reponamus. nam haud etiam scio, an non tam antiquum hoc vocabulum *ἡδυχρόου* sit, ut Cicero usus illo esse videatur.“ *Camerar.* „Quid, si pro *hedychrum* faciamus *cedrum ac thyum?* indicantibus libris veteribus correctionem et confirmante Homeri versu ex Odyssea V. [60.]“ *Urs.* „In cod. ant. legitur *edricon*, ut fortasse legendum sit *hedycrum*. Sic enim a Galeno appellabatur quaedam compositio, quae creditur theriacen: ut fortasse eodem vocabulo appellata fuerit concretio quaedam odorata. reposuit Ber. *cedrum*, cum vocabulum non intelligeret.“ *Comm. An. ap. Leod.* „*Hedrychum incendamus, demus scutellam*] „Institimus Victorii editionis (?): quam comprobat Pal. Pr. *adducamus . . . edricum incendamus, demus scutellam.* secund. *demus edricum, incendamus scutellam dulcinolae pot.* tert. *daemus hedrycum, incendamus scutellam.* quart. *damus hedrum incend.*“ *Gebh.* Dav. Ed. 1. post locum Dioscoridis in ann. ita pergebat: „Adisis et Grm. Barbarum Coroll. c. 12. Ut eum scrupulum tollamus, notandum MSStos Pal. sec. tert. quart. Norvic. Petrens. excepta, quam [ex Viens.] memoravi, lectionis discrepantia, ita voces ordinare: [v. ann. sq.] unde commode reponi posse credo: *psaltriam adducamus, de-*

cemus in culcita plumea; psaltriam adducamus; demus

mus hedychrum, intendamus scutellam dulciculae potionis, hoc est, *porrigamus*. J. Gebh. dedit *hedrychum*: quod mutavimus: illi enim vocabulo nulla subest potestas." Ad quae Buhierius: „Cod. Reg. *hedrycum incendamus scutellam* etc. duo Leidd. *demus hedricum, incendamus scutellam* etc. mea Ed. vet. *demus hedricum. Intendamus scutellam* etc. Davisius tam commode demonstravit legendum esse: *demus hedychrum, intendamus scutellam* etc. ut nemo non possit accedere eius viri correctioni." *Mr.*

Hedychrum *incendamus*] Ph. Beroaldus legendum coniecit *cedrum incendamus*, quam odoratam esse et uri solitam constat. Vide Cl. Salmasii Exerc. Plin. pag. 950. Inde factum, ut Camerarius, Manucius, et Lambinus hanc certatim laudarint coniecturam. Et sane Pal. quart. *hedrum*: Eliens. pr. *cedricum* repraesentat. At cum reliqui fere Codices *hedricrum* vel *hedychrum* retineant, id legitimum esse huius loci vidit Pet. Victorius; nam recte monet, haud esse vulgi verbum, sed et Graecum et elegans. Se tamen non expediit vir eruditissimus, quod *Hedychrum* inter ea, quae urantur ad odores, non recenseatur, sed inter unguenta. Dioscorides lib. 1. cap. 61. Καὶ τὸ καλούμενον δὲ ἡδύχρουν, σκευαζόμενον δὲ ἐν Κῷ, τῆς αὐτῆς ἔχηται δυνάμεως τε καὶ σκευασίας τῷ ἀμαρακίνῳ· εὐωδέστερον δὲ τυγχάνει. Plurimi Codices ordinem verborum mutant; exhibent enim, *psaltriam adducamus, demus hedychrum, incendamus scutellam dulciculae potionis*, etc. Nec causam video, cur reiiciatur ista lectio: nisi quod, cum Reg. Med. et Pithoean. habeant *damus hedrycrum*, lubens rescripserim, *ungamus hedychro*. *D.*

demus hedychrum: intendamus scutellam dulciculae potionis:] Ern. nihil mutavit: recepit adeo Gebhardi stribliginem *hedrychum*. Wolf. dedit ut nos scriptum exhibemus locum. Or. praetulit: *hedychrum intendamus, scutellam dulciculae potionis:* ut v. *intendamus* (quod praeter Ed. vet. Bouh. praebet etiam Cod. Bern.) utrumque Accusativum (*hed.* et *scut.*) regat. In alia scribendi vel corrigendi ratione: *hedychrum intendamus, demus scutellam*, quae est lectio multorum Codd. V. Gebh. [sed hic habet *hedrychum*] Lall. Ern., nisi quod habent *incendamus:* in hac igitur lectione *demus* ei vel e geminatione, vel ex interpolatione fluxisse videtur: idque magis etiam valere ait de tertia lectione Ed. vet. Bouh., expressa, ut ei videtur, e Cod. Vat.; quam nos post Wolf. Schz. et Kühn. recepimus. Primum enim ex collatione Cod. Reg. nostra non satis certum est, an re vera absit *demus* v. *damus* ante *hedychrum* (coll. *hedrychrum*): et habent illud *damus* eo loco Gud. 1. (Regio simillimus) Gud. 2. Marb. Bern. Mon. 1. 2.; Duisb. vero ibidem *trademus:* deinde illud incommodum accidit, quod unum illud verbum utrumque Accusativum regere cogitur, quasi *scutellam dulciculae potionis* sit appositio vocis *hedychrum*. — Addo Codicum lectiones: Unus Ox. *cedricum*, alius *hedicum*, alius cum Gud. 2. Mon. 1. *edricum;* alius *editum*, duo *herdrycrum*: reliqui *hedychrum;* Gud. 1. *aedricrum;* Aug. *hediculum;* Gud. *heidricam;* Duisb. *hedrycum;* Marb. et unus Ox. *phedricum;* Mon. 2. *hedericum calamum odoriferum incendamus scultellam.* Gud. *incedamus.* Mon. 1. *dulciculae.* Gud. 2. *scite illam* (pro *scutellam*). Ven. nostr. post *adducamus* pergit: *calamum odoriferum incendamus.* Junt. Asc. 1. 2. Car. Steph. Sturm. Lamb. Goth. HWolf. Leod. *cedrum inc.;* Vict. Rob. Steph. Brut. Sylb. cum recc. (praeter Gebh. et Ern.) *hedychrum.* Unus Ox. (qui habet *hedicum*) pergit *demus: incendamus:* quod nostrae etiam favet scriptioni. *Demus* ante *scutellam* habent fere Edd. vett.

ıedychrum; intendamus scutellam dulciculae potionis; aliquid videamus et cibi. Haec tandem bona sunt, quibus aegritudines gravissimae detrahantur! tu enim paulo ante ne intel-

---

ımnes itemque Gebh. Dav. Ern. Nobb. Tbn. Sola Ed. A. habet *cetricum incedamus*. Sola Junt. *scutelam*. *Mr.*

aliquid videamus et cibi] „Sic olim restitui ex Prisc. L. II. imo III. c. 5. §. 30. p. Putsch. 612. Krehl. T. I. p. 127:] quam restitutionem postea nostri omnes veteres Codd. comprobarunt.“ *Lamb.* „Ita Gryphianus liber, ut in aliis fere omnibus, ita in hoc cum Victorii Editione congruens.“ *Brut.* Rectissime sic Vict. et Lamb. item Pall. quart. quint. Fabr. Pith. Vatic. Alias *provideamus*. inepte. Sic Terent. Heautont. *Lenius vinum videre* [III. 1. 50.] Exempla plura coacervat Gifanius in Obss. L. L. quae videantur.“ *Gebh.* [V. Gifanii Obss. Ling. Lat. p. 250. (Ed. Frcf. 1624. 8.)] Est etiam *videamus* in MS. Col.“ *Fr. Fabr.*

Dulciculae potionis: aliquid videamus] Multi Mssti *provideamus*, quod ab iis manavit, qui alterius verbi potestatem non ceperint. De ea vide Petr. Victorium in lib. XIV. ad Attic. Epist. 21. Priscianus lib. III. col. 612. *Cicero in III. Tusc.* Dulciculae potionis aliquid videamus; ut hunc locum aliter interpunctum legerit ille Grammaticus. *D.*

videamus] Habet quidem Ed. mea vet. *provideamus*. Sed cum plurimi libri exhibeant *videamus*, et Priscianus ita legerit, hoc servandum. De hoc usu verbi *videndi* cf. interprr. ad Ovid. de Art. I. 587.“ *Bouh.* Habent *provideamus* Edd. ante Gebh., exceptis P. V. Rob. Steph. Lamb. Ex Codd. nonnisi Mon. 2. Vind. 1. Coniecit Olshausen, *ei* pro *et*: quod placet Ottoni in Exc. ad Cic. de Finibus p. 383. qui universe de usu vocis *et* pro *etiam* apud Ciceronem accurate disputat. ib. p. 379 — 387. De eo, qui hic obtinet, usu verbi *videndi* Bill. laudat Epp. ad Famm. VII. 20: *mea negotia videbis*. Unus Ox. pro *cibi* habet *ubi*. Mox Gud. 2. *detrahebantur*. Cod. Gud. habet *tu autem* pro *tu enim*. Vind. 2. *nec* pro *ne*. Hoc *ne* unus Ox. omittit. In marg. Lambb. et Goth. est coniectura: *ne intelligere quidem te alia*. *Mr.*

ne intelligere te quidem alia ulla dicebas] „Rectius ita ex Fab. et Vatic. quam ut cum fastidio iteretur *bona*. alias est in Pall. sec. tert. quart. *multa*, ut et in Pith.“ *Gebh.* Gebhardum secuti sunt omnes insequentes: ante eum edebatur *alia bona*; quod est in quatuor Oxx. Aug. Mon. 1. 2; in Vind. 1. est *alia ulla bona*; in Codd. Reg. Vind. 2. Gud. 1. 2. Gud. Rehd. Marb. et tribus Oxx. est *alia multa*. Pergunt Aug. et Marb. *Revocare*. Tum Mon. 2. *ergo* pro *igitur*. Pro *oportere* est *oportet* in sex Oxx. Aug. Duisb.; duo Oxx. *oportet eum a maer.* Gud. Mon. 2. unus Ox. Ed. Ven. nostr. *oportet eum maerorem*. Vind. 1. *oportere eum a maerore*. Reg. Gud. 1. 2. *oportet ea maerore*. Rehd. *oportet eam maerore*. Est etiam *oportet* in Codd. Leid. et in Ed. vet. Bouh. *Oportere eum maerorem* est in Edd. P. A. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Junt.; sola Ed. HWolfii *oportere e maerore*. Ex hac varietate Bouh. coniecturae esse locum existimavit: *Revocari igitur eam a maerore ad cogitationem bonorum, conveniret mihi cum Epicuro*. Debebat certe, si hariolari vellet, coniicere: *revocandum igitur esse animum* etc. Scribitur in Ed. C. *ad cognitionem*. Post *bonorum* plene distinguitur in Edd. Grut. Gron. Verb. Ern. Nobb. Tbn. Magis placet distinctio minor vel plane nulla, ut est in reliquis. Verba *mihi cum Ep.* usque ad finem capitis exciderunt in Codd. Rehd. Gud. 2. Ulti-

ligere te quidem alia ulla dicebas. Revocari igitur oportere a maerore ad cogitationem bonorum, conveniret mihi cum Epicuro: si, quid esset bonum, conveniret.

20 Dicet aliquis: Quid? ergo tu Epicurum existimas ista voluisse, aut libidinosas eius fuisse sententias? Ego vero minime. Video enim ab eo dici multa severe, multa praeclare. Itaque, ut saepe dixi, de acumine agitur eius, non de moribus. Quamvis spernat voluptates eas, quas modo

---

mum tantum verbum omittit unus Ox. — Gud. 1. a 1. m. *quid esse bonum.* In fine cap. Cod. Aug. habet *cum veniret. Mr.*

Dicet aliquis: Quid? ergo tu Epicurum] Pro *dicet* Gud. 1. a 1. m. *dicit.* Interrogandi signum, a recc. inde a Gebh. fere omnibus post *ergo* positum (quod fecit etiam C. Beier. in Philol. Paedag. Lit. Bl. 1827. II. 24. p. 209.), cum FAWolfio et Edd. vett. posui post *Quid*, quod faciendum esse vidit etiam Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 3. 7. p. 120. Quamquam illo de Finn. loco recentissimus editor restituit *Quid ergo?* monens ita distinguendum esse, ubi aliquid ex superioribus colligitur. Quod ut illo loco concedo: est enim ibi i. q. *Quid ergo vis amplius?* Nostro loco ea, quam dedimus, distinctio melius convenire videtur. Unus Ox. pro *Quid* habet *Amo. Mr.*

Cap. 20. *Tu Epicurum* existumas] Vulgo *existimabas*, et ita quidem plerique codices. At sequendas fuisse Manucii Lambinique editiones res ipsa docuit, ut et Msti Balliol. auctoritas. *Dav.*

ergo tu Epicurum existimas] Bouh. in uno Leid. reperit *existimabis:* idque satis probabile existimavit. Idem se Ernestus aliquando coniecisse refert. Recepit tamen, et post eum omnes recc., cum Davisio *existimas* ex Cod. Ball. et Edd. Ald. Man. Lamb. Accedunt Edd. Boul. Sturm. Car. Steph. Brut. Sylb. Fr. Fabr. HWolf. in marg. Neque adversatur Cod. Mon. 2. in quo est *extuma.* Rehd. habet *existimabis.* Vind. 2., si fides collationi, *existimas.* — Pro *ista* Bouh. coniecit *ita:* idque receperunt Lall. et Oliv. Pro *fuisse* duo Oxx. habent *esse* Gud. *sententias fuisse.* De Epicuro eiusque philosophia Or. ad Wolfii scholas laudat Gassendum. Sunt autem eius viri libri tres huc pertinentes: primus est De Vita et Moribus Epicuri, libri octo. Ed. alt. Hagae Com. 1656. 4; alter: Syntagma Philosophiae Epicuri tribus partibus comprehensum. Hag. Com. 1659. 4; tertius: Animadvv. in L. X. Diogenis Laërtii. Lugd. Bat. 1665. III. Partes f. m. — Pro *video* unus Ox. in seqq. *vidi.* Vind. 2. et Gud. *multa dici.* Pergunt duo Oxx. *severa et multa.* Verba *de acumine* melius explicat Leod. a Qu.: „Nam totus est plumbeus et hebes in philosophia:" quam Bill., qui exponit: von seinen philos. Subtilitäten. Gud. 2. omittit *eius.* Pro *agitur eius*, quod habent Codd. fere omnes, sed ante Gebh. nonnisi Vict. et Rob. Steph., est *eius agitur* in rell. Edd. vett. itemque in Codd. Duisb. Aug. et Mon. 2. Pergunt duo Oxx. *et non*: ut solent semper assuere librarii in oppositione, sono satis significata, particulas. *Mr.*

Quamvis spernat voluptates eas] Codd. Reg. Marb. *quamvis aspernant.* Gud. 1. (a 1. m. *sperant*) et 2. Aug. *spernant.* Mon. 2. *aspernatur.* Edd. Lall. et Oliv. *aspernetur;* quod, si fides collationi, habent etiam duo Oxx. In uno certe legisse videtur Dav. qui in Ed. 1. idem dedit, hac annotatione addita: „Vulgg. ex glossa *spernat voluptates:* nos adscititia illa lectione reiecta, veram ac genuinam (*aspernetur voluptates*) fide Msti Norvic. reduximus." Ascivit inde *aspernetur* Verburgius. Vind. 1. habet *eas voluptates.* Duisb. omittit

laudavit; ego tamen meminero, quod videatur ei summum bonum. Non enim verbo solum posuit voluptatem, sed explanavit quid diceret: *Saporem*, inquit, *et corporum complexum, et ludos atque cantus, et formas eas, quibus oculi iucunde moveantur.* Num fingo? num mentior? Cupio refelli. Quid enim laboro, nisi ut veritas in omni quaestione explicetur? At idem ait, *non crescere voluptatem dolore detracto; summamque voluptatem, nihil dolere.* Paucis verbis tria 47.
magna peccata: unum, quod secum ipse pugnat. Modo enim,

---

eas. Sed cave litem moveas pronomini. Cod. Mon. 2. *laudavi ego.* Marb. *laudant.* unus Ox. *laudari.* Pergit Gud. 2. *ego tamen cum meminero.* Tum Dav. in Ed. 2. dedit *quid*, addens vulgo legi *quod.* Bouh. vero: „Lege potius *quid videatur*, ut est in uno Leid. et mea Ed. vet. Idem etiam nuper dedit Dav." Accedit Mon. 2. qui exhibet *quid ei videatur.* Sed nihil mutandum. *Ei* omittit unus Ox. Pergit Mon. 2. *non ergo verbo solo.* Est etiam *solo* in uno Ox. Gud. et Gud. 2. *Mr.*

sed explanavit quid diceret:] „Ita impressi repraesentant: nobis auctor fuit Codex optimus, ut hanc editionem voculâ faceremus auctiorem." *Dav. in Ed. 1.* [Dedit enim, eumque secutus Verb., *sed etiam explanavit*: idemque fecerunt Lall. et Oliv. ex duobus Oxx. In Ed. 2. Dav. dedit *sed et explanavit*: in tertia omisit illud additamentum. Non semel autem Cicero scripsit: *non solum — sed* (pro *sed etiam, sed adeo*). Vid. Creuzer. ad Cic. de Legg. III. 8. p. 410. ed. nostr. et Cr., nos ad Cic. de Legg. III. 11. p 430. Add. Goerenz in Jahnii Annall. Philoll. 1826. I. 2. p. 336. Cf. Beneck. ad Cic. Cat. III. 10. 24. p. 234. Kritz. ad Sall. Catil. 18. p. 88 sq. — Apud Cic. de Or. I. 8. extr. post *non solum — sed* sequitur *et — et.* Pro *explanavit* Cod. Mon. 2. habet *explicavit. Mr.*

et formas eas] Cod. Aug. *ac formas.* Unus Ox. omittit *et.* In seqq. duo Oxx. et Rehd. *non fingo, non mentior.* Duisb. *non fingo, num mentior?* Aug. *nun fingo, nun mentior* (sic!). Verba *nisi ut veritas* omissa sunt in Cod. Gud. 2. In seqq. idem cum uno Ox. *et idem ait.* Aug. omittit cum uno Ox. verba *dolore detracto summamque voluptatem.* Ad verba *non crescere voluptatem* Beroaldus haec: „Sicut Stoici dicunt virtuti non esse locum incrementi: ita dicebat Epicurus voluptatem crescere non posse, ubi detractus esset dolor. Contra Plato ait voluptatem maiorem expetibilioremque fieri addita alia voluptate: et ex hoc colligit voluptatem summum bonum esse non posse, cum id summum sit bonum, cui nihil addi possit. Hoc idem tradit Aristoteles in X Ethicorum." Erat in Epicuri *κυρίαις δόξαις*: *οὐκ ἐπαύξεται ἡ ἡδονὴ ἐν τῇ σαρκὶ, ἐπειδὰν ἅπαν τὸ κατ' ἔνδειαν ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ, ἀλλὰ μόνον ποικίλλεται.* — In marg. Edd. Lambb. et Goth. est coniectura haud spernenda: *summamque esse voluptatem* — neque absurda est lectio, quam ex uno Leid. commendavit Bouh. *summamque esse, nihil dolere.* Sed manifesta est glossa in Cod. Mon. 2. *Paucis verbis habes tria magna peccata.* Ad v. *modo enim W.* in scholis intelligit *dixerat*; ad *nunc autem* supplet *dicit.* — Codd. Gud. et Aug. habent *ipse secum*: posterior *repugnat*, Duisb. *expugnat.* Idem omittit *enim* post *modo.* Refert Verb., Dav. post *suspicari* omittere *quidem*: sine dubio in Ed. 1; nam in seqq. non omisit. Ceterum in Gud. 2. abest ea vox: idem cum Marb. pro *se* habet *si*, Mon. 2. *quisquam* pro *quicquam.* Aug. *boni*: unus Ox. *quidquam bonum. Mr.*

ne suspicari quidem se quicquam bonum, nisi sensus quasi titillarentur voluptate: nunc autem, summam voluptatem esse, dolore carere. Potestne magis secum ipse pugnare? Alterum peccatum, quod, quum in natura tria sint, unum, p. 201. a. gaudere; alterum, dolere: tertium, nec gaudere nec dolere;

nisi sensus quasi titillarentur voluptate] „Sic est legendum, et haec est vera et sincera scriptura. Nam quod quidam libri veteres ex nostris habent *nisi sensus, qua sitit hilarentur voluptate* etc., quis non videt eam scripturam esse corruptam, et haec verba *qua sitit hilarentur*, si suo ordine et suo situ syllabae legantur, et si literae, ut debent, iungantur et disiungantur, efficere hanc nostram lectionem *nisi sensus quasi titillarentur* etc.? Nam adspirationis nota addita et *l* detracta non me movent, omnino, ut semel dicam, sic legendum, ut semper edidi: et qui aliter iudicant, nihil sapiunt, nihil vident." *Lambinus.* Haec paullo vehementius dicta sunt contra Brutum, qui ad h. l. haec scripsit: *quasi titillarentur*: haec vulgata lectio: quam etiamsi retineo, minime tamen contemnendam puto, quae in Gryphii libro habetur, *nisi sensus, qui sint, hilarentur voluptate.* Hoc modo certe locutus est Cicero etiam lib. II. de Finibus [c. 3.] *Omnes enim*, inquit, *iocundum motum, quo sensus hilarentur, Graece ἡδονὴν, latine voluptatem vocant.*" Melius certe Br. respexisset ad Cic. de Finn. I. 11: *nam si ea sola voluptas esset, quae quasi titillaret sensus, ut ita dicam* etc. coll. III. 1. *Mr.*

Quasi titillentur] Vulgo *titillarentur:* quod ob Latinitatem Cl. Bentleius mutavit. *D.*

quasi titillarentur] Restitui imperfectum coniunctivi, quod praestat etiam praesenti, a Bentleio et Davisio contra Codices inducto. Scribitur in Gud. 2. *qui sint ilarentur*: tertiae vocis principio *ti* superscriptum est. Gud. 1. habet a 1. m. *quasi titularentur*; sed syllabae *tu* superscriptum *i*; unus Ox. *qua intitillarentur*; Marb. *quasi titilarentur*; Rehd. *quando titillarentur*. Parvus est error Goerenzii, qui ad Cic. de Legg. I. 17. 47. et de Finn. I. 11. 39. et III. 1. 1. *titillationem* esse ait i. q. Graecis γαργαρισμός, et *titillare*, γαργαρίζειν, pro γαργαλίζειν et γαργαλισμός. Sed non excusandus Bill. qui eum errorem ad h. l. temere describendo suum fecit, et auxit adeo, quum operarum negligentiâ novum plane et inauditum verbum γαργαρύζω procudi sineret. Ceterum vid. Davis. et Creuserum ad Cic. de N. D. I. 40. p. 183. nos ib. in Ed. min. p. 71. Add. Tittmannum ad Zonarae Lex. Gr. p. 423 sq. *Mr.*

Nunc autem, summam voluptatem esse, dolore carere.] Unus Ox. omittit *autem.* Cod. Gud. 2. habet *voluptatem summam esse.* Verbum *esse* omittunt Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. I. 2. Junt. Cod. Marb. a pr. m. *dolere carere.* Duisb. *dolere*, omisso *carere*, quod verbum abest etiam ab uno Ox. Alius contra post *carere* additam habet glossam ex antecedentibus: *summam voluptatem nihil dolere.* Pergit Gud. 2. *potesne.* Rehd. *magis ipse secum.* Tum quinque Oxx. Mon. 1. Edd. P. marg. Crat. M. L. Ald. Asc. 1. Sturm. Brut. Car. Steph. Boul. Sylb. Goth. HWolf. *alterum est peccatum.* Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. *alterum est vitium.* — In ante *natura* omittit Cod. Rehd. et Ed. P. *Quum* abest a Gud. 2. Scribitur *tria sunt* in Codd. Marb. et Gud. 1; sed posterior *i* litterae *u* superscriptum habet. Mox Rehd. *tertium nec dolere nec gaudere.* Gud. 2. *nec dolore.* Aug. omittit *hic. Mr.*

hic primum et tertium putat idem esse,] Consentiunt in hoc ordine Codd. MSS. Editiones non item: P. *hic idem primum et tertium*

rimum et tertium putat idem esse, nec distinguit a
dolendo voluptatem. Tertium peccatum commune cum
isdam, quod, quum virtus maxime expetatur eiusque
scendae causa philosophia quaesita sit, ille a virtute
ium bonum separavit. At laudat saepe virtutem. Et 48.
im C. Gracchus, quum largitiones maximas fecisset et

---

esse. Reliquae omnes ante Gebh. *hic putat primum et tertium esse.* In seqq. Cod. Aug. *nec distinguit ante dolendo:* perpelecto compendio *a. n.* Marb. *a dolendo.* Mox Verb. ex MSS. quo *tertium peccatum est commune.* Gud. omittit *cum* ante *dam;* duo Oxx. *quum* ante *virtus.* Duo Oxx. omittunt *maxime.* Mon. 2. Gud. 2. Aug. unus Ox. *maxime expectatur.* Mox, elere scilicet ordine, Rehd. *quaesita sit philosophia.* Aug. cum : *philosophia inventa est. Ille a virtute.* — Pro *separavit* et Gud. 1. *speravit:* sed posterior supra lin. veram habet lem. Ern. ad h. l.: „Discrepat hoc a superioribus *putat, distinct* sequente *laudat.*“ *Mr.*

t laudat saepe virtutem] Sic Reg. Pithoean. Eliens. tert. Bak. lliol. Vulgo, *ac laudat,* et *saepe, virtutem. D.*

t laudat, et saepe, virtutem] „Recte Dav. delevit *et* inde ab iubentibus aliquot libris, quibus accedit unus Leid. et ed. mea “ *Bouh.* Non audirem neque hunc virum neque Davisium, si esset, quod dicunt Bouh. et Or. aliquot tantum Codd. omit*t.* Sed abest illud *et* (quo aegre careo, nam est elegantissimum) nibus fere MSS. ita ut nescias, an etiam exulet in paucis, unde enotatum est. Quid? quod fieri potest, ut in paucos illos, in reperitur, ex editis libris (quod haud raro animadvertere illatum sit. Octo Oxx. Reg. (quamvis taceat nostra collatio) Leid. Vind. 1. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Mon. non habent *et,* abest praeterea ab Ed. Leod. Quod vero Gebh. is nihil enotavit, id negligentia eius factum esse certus sum. cum non id agamus, ut in Ciceronem elegantias inferamus, t ad librorum optimorum fidem eius orationem exhibeamus tagualis certe ab eo profecta esse possit; invitus quidem delevi *et* (quod, si in libris esset, optime tuerentur loci a Beiero laud de Off. II. 16. p. 111. add. nos ad Cic. de Div. I. 18. p. 93.) elevi tamen: quamvis dicat W. in scholis hoc pessime factum a Dav. quem et ipse vituperarem, nisi res ita se haberet, ut Gud. 2. pro *At* habet *Ac.* Aug. *At saepe laudat. Mr.*

t quidem C. Gracchus, quum — aerarium, verbis tamen defenaerarium] „*Quidem* h. l. est alienum. an transpositum est ex dentibus, legendumque aut *et quidem saepe* vel *et saepe quiErn.* „*Quidem* alienum putabat Ern. Ego vero explico per *li causa.*“ *Nissen.* Saepe quidem haec particula infertur cum ibus propriis in exemplis inferendis, ut supra non semel mois v. c. ad I. 22. 51. Sed recte Kühn., *Et quidem,* ait, in reendo ponuntur, et hoc quidem loco cum irrisione quadam, ut insit sententia: *et pulchre quidem mones, etiam C. Gracchus.* — bat etiam h. l. Wolfius in scholis, desiderabatque *C. Gracchus n* — quod necessarium non est. Or. non recte intellexit Erannotatiunculam. Non enim ille legi volebat *Et quidem saepe acchus* vel *Et saepe quidem C. Gracchus*: sed *At laudat, et quidem, virtutem. Et C. Gracchus, quum* (i. e. quamvis v. uam) etc. Fortasse in eodem fuit errore Schützius, quum

effudisset aerarium, verbis tamen defendebat aerarium. Quid verba audiam, quum facta videam? Piso ille Frugi semper contra legem frumentariam dixerat. Is, lege lata, Consularis ad frumentum accipiendum venerat. Animadvertit Grac-

---

Opuscc. p. 218. suam ad h. l. annotationem scriberet. Bene tamen ille: „Sana hic sunt omnia. *Et quidem* h. l. significat *imo vero etiam*; sive: *Quid mirum? etiam* — Ut cum Cicero Philipp. XI. 4. dicit: *Cruciatus est a Dolabella Trebonius; et quidem a Carthaginiensibus Regulus.* Hoc nihil aliud est ac: *imo etiam a Carth. Regulus.* Ibi recte Ern. harum particularum usum accepit, observans eas respondere Graecis καὶ δή καί. Quod autem illic (Phil. XI. 4.) post *et quidem* aliud *et* inserit, id nobis quidem non probatur. Unum addamus exemplum, quod illum particularum *et quidem* usum magis illustret. De Am. 21: *Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur. Rarum genus. Et quidem omnia praeclara rara.*“ Bene quidem: quamquam utriusque loci paullo alia est ratio, quam nostri. In his enim constructio abrupta est, ut verbum ex antecedentibus sit intelligendum: priore loco *cruciatus est*, posteriore *sunt*. Plane conveniret noster, si post *C. Gracchus* plene distingueretur, ut esset: *Et quidem C. Gracchus.* sc. item laudavit saepe virtutem: nec tamen eam in vita sectatus est. Ut nunc est, ex Ciceronis usu fortasse aliquis exspectet *Et C. quidem Gracchus* etc. Sed non est necessarium: quamquam ita habet Cod. Gud. quod corréctori videtur deberi, qui eodem modo haereret. Mon. 2. omittit *C.*, Gud. 2. habet *Graccum*, ut Mon. 2. *Graceus*. Unus Ox. *equidem* pro *et quidem:* Ceterum de constructione add. quae nuper monuerunt Beier. ad Cic. Lael. 21. 79. p. 122. Madvig. ad Cic. Philos. p. 90—94. — Ad v. *largitiones maximas* Schz. recte intelligit: *lege frumentaria.* Cod. Gud. 1. habet *effundisset. Mr.*

verbis tamen defendebat aerarium] Haec verba, ob repetitam vocem *aerarium* exciderunt in quatuor Oxx. in uno tamen a manu rec. adiecta sunt. Ad verba: *quid verba audiam, quum facta videam?* scriptor Cod. Marb. in marg. adnotavit: *Jacobo in epistola canonica sic quoque sentiente.* Respicit sine dubio c. II. v. 18. coll. I. 22. — Vocem *quum* omittunt Edd. A. B. S. Pro *facta* Cod. Gud. 2. iterum habet *verba*. Ad v. *Piso* Verb. ex MS. Vaticano enotavit *L. Piso.* In Gud. est *Piso enim ille semper Frugi;* in Gud. 2. *Piso ille vir frugi contra.* Pergit Gud. *legem illam frumentariam.* Mox unus Ox. *recipiendum* pro *accipiendum. Mr.*

Animadvertit Gracchus] Reg. et Pithoean. *animam advertit.* Lege *animum advertit Gracchus* etc. *D.*

Animadvertit Gracchus] „Minime ego cum Dav. correxerim *animum advertit*, neque paullo inferius *dissuaserit* pro *dissuaserat.* Habet Cod. Reg. *animadvertit*: idem cum uno Leid. et ed. mea Vet. *quid sibi constet*: quod lubens receperim.“ *Bouh.* Cod. Gud. 2., ultima antecedentis periodi voce huic adiuncta, exhibet: *veneratam animam advertit.* Gud. quoque 1. habet *animam advertit.* Duo Oxx. cum Aug. *in concionem*, unus *in contentione;* alius omittit *Pisonem.* Mox Mon. 2. *audientem.* Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. *Romano populo.* Cod. Rehd. omittit *Romano.* Hic locus si in Laelio esset, verba *Pisonem* et *Romano* vel uncinis inclusa videremus vel plane exulare. Pro *qui sibi constet* est *quid s. c.* in quatuor Oxx. Gud. 2. et, si Bouhierio credimus (nam tacet nostra collatio), Reg. itemque in Edd. P. S. E. Pergit Gud. 2. *cum a lege quamvis dissuaserit,* omissis verbis *frumentum petat. Mr.*

chus in concione Pisonem stantem: quaerit, audiente populo Romano, quî sibi constet, cum ea lege frumentum petat, quam dissuaserit. *Nolim*, inquit, *mea bona, Gracche, tibi viritim dividere libeat; sed si facias, partem petam.* Parumne declaravit vir gravis et sapiens, lege Sempronia patrimonium publicum dissipari? Lege orationes Gracchi; patronum aerarii esse dices. Negat Epicurus iucunde posse vivi, 49.

Quam dissuaserit] Vulgo *dissuaserat*. Sed alteram lectionem rətam faciunt Reg. Pithoean. et Eliens. sec. *D.*

quam dissuaserit.] Recepi coniunctivum ex Codd. Reg. (quamvis nihil moneat mea collatio) Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Mon. 1. Vind. 1. sex Oxx. Guelf. Idque inde ab Ern. habent Edd. omnes. *Mr.*

Nolim, inquit, mea bona, Gracche, tibi — libeat;] „Cod. Gryph. *nolim, inquit, mea, b o n e Gracche, tibi — libeat:* exstat autem, ante vocem *mea, bona,* sed inducta, ut appareat ex collatione meliorum exemplarium *bone* esse repositum.“ *Brutus.* Sic est in multis MSS. Suffridi, ut notat Gulielmius; sic Fabr. Pith. Pal. quart. et Vatic. Vulgo *liceat.* In Pith. porro est *libeat dividere.* Libeat etiam considerare scripturam Fabr. *Nolim, inquit, b o n e Gracche, tibi viritim dividere libeat*: quae absque dubio aut vera, aut vero proxima est [tum, certe non debebat abesse *mea.*] Ferme sic in Gryphii libro: *Nolim, inquit, mea, b o n e Gracche, tibi viritim dividere libeat.“ Gebh.* Merito uterque neminem dicto audientem habuit. Ceterum Duo Oxx. habent *noli* pro *nolim;* unus Ox. omittit *mea,* Marb. habet *mā.* Rehd. *bona mea:* unus Ox. Gud. 2. et Duisb. *bone;* posterior *ut f r u m e n t u m tibi viritim.* — Scribitur *liceat* in Codd. Mon. 1. Rehd. sex Oxx. itemque in Edd. ante Gebh. praeterea in Lall. et Oliv. Ed. P. habet *l i c e a t d i v i d e r e.* Tum quatuor Oxx. Cod. Mon. 1. et Ed. P. exhibent *facies* pro *facias*: quem errorem non latius manasse mireris. Vind. 1. habet *petam partem.* Rehd. *partem p e t o. Mr.*

Parumne declaravit vir gravis et sapiens] Ad structuram cf. Or. pro Marcell. 8, 26. *Parumne igitur, inquies, gloriam magnam relinquemus?* Or. pro Sext. 14. 32: *Parumne est, Piso, — quod tantum homines fefellisti, ut negligeres auctoritatem senatus?* in Verr. Act. II. L. V. 60. 175: *Parumne multa mercatoribus sunt necessario pericula subeunda fortunae?* Cod. Duisb. habet *parumne d e c l i n a v i t.* Mon 2. pergit *vir g r a e c u s et sapiens.* De ea lege, quae patrimonium publicum exhausit i. e. aerarium, loquitur de Off. II. 21. 72: *C. Gracchi frumentaria magna largitio: exhauriebat igitur aerarium:* ubi v. Beierum p. 140. Pro *dissipari* Verb. ex. Ed. Dav. 1. recepit *dispensari:* quam correctionem ipse Dav. in Edd. seqq. abiecit. Receperunt tamen Lall. et Oliv. nulla plane, ut videtur, librorum auctoritate. *Publice* pro *publicum,* habent tres Oxx. pessimae notae. *Mr.*

Lege orationes Gracchi;] Duo Oxx. *Longe* pro *lege.* Laudat W. in scholis ad. h. l. Cic. Brut. §. 125. [c. 33.] Add. Ellendt. Hist. Eloq. Rom. (praefix. Bruti editioni) p. XXXIX — XLVI. Scholis Wolfii adscripsit Or. Fragmentum Orationis C. Gracchi ex Ciceronis scholiasta Ambrosiano. — In seqq. Gud. 2. habet *Negate Epicurus.* Pro *vivi* est *vivere* in Codd. Gud. Rehd. Gud. 2. Mon. 2. Cod. Aug. *vivat* pro *vivatur.* Ad rem Camerarius haec: „De Finn. I. [18.] *Clamat Epicurus, is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse iucunde vivi, nisi sapienter, honeste iusteque vivatur; nec sapienter, honeste, iuste, nisi iucunde.* Epicurus *Μενοικεῖ· τοῦτων δὲ*

nisi cum virtute vivatur: negat ullam in sapientem vim esse fortunae: tenuem victum antefert copioso: negat ullum esse tempus, quo sapiens non beatus sit. Omnia philosopho digna; sed cum voluptate pugnantia. — Non istam dicit voluptatem. — Dicat quamlibet: nempe eam dicit, in qua virtutis nulla pars insit. Age, si voluptatem non intelligimus, ne dolorem quidem? Nego igitur eius esse, qui dolore summum malum metiatur, mentionem facere virtutis.

πάντων ἀρχὴ καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν φρόνησις· διὸ καὶ φιλοσοφίας τιμιώτερον ὑπάρχει φρόνησις, ἐξ ἧς αἱ λοιπαὶ πεφύκασιν ἀρεταὶ, διδάσκουσαι ὡς οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως, καὶ καλῶς, καὶ δικαίως, οὐδὲ φρονίμως, καὶ καλῶς καὶ δικαίως ἄνευ τοῦ ἡδέως. συμπεφύκασι γὰρ αἱ ἀρεταὶ τῷ ζῆν ἡδέως, καὶ τὸ ζῆν ἡδέως τούτων ἐστὶν ἀχώριστον. Item *κυρίαις δόξαις· οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως κ. τ. λ.* Ibidem: *βραχέα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει· τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς διοικεῖ.* Item *Μενοικεῖ· τὸ μὲν φυσικὸν πᾶν εὐπόριστόν ἐστι· τὸ δὲ κενὸν δυσπόριστον· οἵ τε λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν περιφέρουσιν.* Refertur et haec inter sententias Epicuri: *κἂν στρεβλωθῇ ὁ σοφός, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα.*" Ad quos Ciceronis et Diogenis Laërtii locos sat multa congesserunt interpretes. *Mr.*

negat ullam in sapientem vim esse fortunae] Aug. exhibet *negat in sapientem ullam.* Mon. 2. *nullam in sapientem vim dicit esse.* Vind. 2. *nullam in sapiente vim dixit esse* — Duo item Oxx. habent *in sapiente:* duo Oxx. *tenue* pro *tenuem;* alius *vitium* pro *victum.* De Epicuri frugalitate vid. etiam exponentem Alexandrum ab Alex. Genial. Dierr. III. 11. p. 338. Ed. Tiraquelli, cum ej. annott. *Mr.*

negat ullum esse tempus, quo —] Gud. 1. a 1. m. *illum* pro *ullum.* Duisb. *negat esse ullum tempus.* Vind. ?. *negat ullum tempus esse.* Mon. 2. *negat nullum tempus esse.* Vocem *ullum* omittunt Edd. A. B. Ven. nostr. Edd. Crat. et Cam. habent *beatus non sit.* Unus Ox. *bonus* pro *beatus.* Pergit Gud. 1. *omnia philosophio digna;* sed alia manus correxit. Pro *non* unus Ox. *num.* Rehd. *voluptatem dicit.* Pergit unus Ox. cum Ed. Junt. *dicat qualibet. Mr.*

Nempe eam dicit] De usu particulae *nempe,* quae h. l. habet aliquid irrisionis, v. G. Jacob. in Jahnii Annal. 1828. III. 2. p. 141 sq. — Pro *eam* Gud. 2. habet *illam:* idem omittit *pars,* pro quo in Gud. 1. scriptum est *pras.* Ad *Age, si* — intellige: quod dictitat Epicurus. Duisb. habet *voluptatem iam non intelligimus.* Pro *intelligimus* legitur *intelligamus* in Cod. Vind. 1. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph. Sturm. In Cod. Gud. 2. supra lin. est *intelligemus,* a 1. m. *intelligimus.* Idem cum Aug. Gud. et tribus Oxx. habet *nec dolorem quidem. Mr.*

qui dolore summum malum metiatur] „Non reprobo hanc lectionem. Sed exstat alia etiam, satis probabilis in uno Leid. *qui dolorem summum malum mentiatur.* Est etiam *dolorem* in Cod. Reg., mea Ed. vet. et pluribus aliis." *Bouh.* Habent *dolorem* sex Oxx. Aug. Gud. 2. (in quo est *quid* pro *qui*) Marb. Reg. Gud. 1. (hic quoque habet *quid.*) Post *malum* habent *esse* duo Oxx. et Rehd. Unus Ox. omittit *summum malum.* Ex codd. nostris nullus habet *dolorem — mentiatur,* quod non placere debebat Bouhierio. Post *metiatur* Gud. 2. omittit *mentionem.* Mr.

Et queruntur quidem Epicurei, viri optimi, (nam nullum genus est minus malitiosum) me studiose dicere contra Epicurum. Ita, credo, de honore aut de dignitate contendimus, Mihi summum in animo bonum videtur, illi autem in corpore: mihi in virtute, illi in voluptate. Et illi pugnant, 21 50.

---

c. 21. *Et queruntur quidam*] Sic Vict. et Gryph. liber. *Et queruntur quidem* Lamb. *Et conqueruntur quidam* Manut. aliique impressi. *Br.* „Optime Dav. in Ed. 1. correxerat *quidem* ex aliquot Codd., quibus accedunt Reg. duo Leidd. mea ed. vet. et aliquot aliae: nescio cur frugibus inventis ad glandes redire maluerit. Omnes contemnit Cicero Epicureos, omnes irridet: non quosdam.“ *Bouh.* Optime Bouh.; qui vero oblitus est dicere in 1. Ed. scripsisse Davisium *conqueruntur*, quod refert Verb. *Queruntur* tuentur Oxx. octo, Reg. Gud. 1. 2. Vind. 1. 2. Marb. Mon. 2. Gud. Rehd. Duisb. Edd. V. M. marg. Crat. Rob. Steph. HWolf. (in marg.) Ald. Brut. Sturm. Sylb. Car. Steph. Gebh. seqq. In Aug. est *quaerantur*. *Quidem* habent Codd. quos dixit Bouh., Bern. Marb. Gud. 1. 2. Edd. E. L. HWolf. (in marg.) Brut. Sylb. Car. Steph. Dav. Ed. 1., FAWolf. Koel. Schz. Or. Tbn. Pro *Epicurei* Mon. 2. habet *Epicuri*. Duo Oxx. omittunt *viri*. *Mr.*

viri optimi] Quam saepe Cicero Epicurum eiusque sectatores bonos, optimos viros, minime vafros, minime malitiosos, i. e. parum acutos, appellet, nemo nescit, qui eius libros philosophos legit. Locutus sum de ea re ad Cic. de N. D. I, 31, 85. p. 55. (cf. Creuzer. in Ed. maj. p. 139.) ad Cic. de Rep. III. 16. p. 372. Conf. Turneb. ad Cic. de Legg. I. 7. p. 548. ed. nostr. et Cr. ibid. nos; itemque quae supra posuimus ad II. 19. 44. — Pro *genus* unus Ox. habet *ergo*. Aug. omittit *est*. *Studiose* idem est, quod alibi ait Cic. *cupide*. Pro *dicere*. Gud. 2. habet *ducere*. Sequentia, vel potius totum fere caput εἰρωνικῶς dici, nemo est, quin videat. Quam parum, ait, is me norit, qui existimet inter me et Epicurum certamen esse posse de honore aut de dignitate! *Mr.*

de honore aut de dignitate] Cod. Duisb. *de dignitate et de honore*. Alterum *de* omittunt Gud. 2. Mon. 1. Aug. et unus Ox. Pro *aut* habent *et* idem Ox. et Mon. 1. In Mon. 2. est *contendamus*, sine distinctione. *Mr.*

Mihi summum in animo bonum videtur,] Codd. Vind. 1. Aug. *summum bonum in animo*. Post *bonum* Lamb., nihil monens, de suo addidit *positum*, sed neminem obsequentem habuit. Sufficit intelligere illud verbum. Tum Cod. Rehd. bis *illis* pro *illi*. Duisb. omittit *autem*. Contra Rehd. et Gud. post *mihi* addunt *autem*. *Mr.*

Et illi pugnant et quidem vicinorum fidem implorant:] Observandus est hic usus particulae *et* periodum incipientis. Est nimirum mirantis et εἰρωνικῶς indignantis, quasi dicat: ea cum inter me et illos sit differentia, ut ne disputandi quidem materia inter nos esse videatur; illi tamen acriter pugnant, ego vero vix ac ne vix quidem respondebo. Unus Cod. Leid. exhibet *repugnant*; quod non debebat placere Bouhierio. Post *illi* additur *quidem* in Codd. Mon. 2. (qui habet *illa*) Vind. 1. Rehd. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph. In Duisb. scribitur: *et illi pugnant quidem et vicinorum fidem impl.* Rehd. *et vicinorum quidem*, unus Ox. *et quidem memorum*; duo *et quidem ut in horum*. Marb. *et quidem vitiorum*. Mon. 2. *equidem*. — *Vicinorum fidem implorare* est locutio quasi proverbialis, de re gravi et magno periculo imminente, ut ille apud Statium in Synephebis clamat (de N. D. I. 6. 13.):

et quidem vicinorum fidem implorant: multi autem sunt, qui statim convolent. Ego sum is, qui dicam me non labo-
51. rare, actum habiturum quod egerint. Quid enim? de bello
b.

Pro! deum, popularium omnium, omnium adolescentium
— — — — ploro atque imploro fidem.

In seqq. duo Oxx. *convelent*. Iidem cum Gud. omittunt *is*, unus habet *labore* pro *laborare*. — *Me non laborare* est nihil aliud, quam: me nolle contendere cum iis, quippe qui vel edoceri nolint, vel quos refutare vix operae pretium sit. Equidem certe non video, quomodo in *laborandi* verbo sit id, ut aliquis serviliter dicatur addictus alicui sententiae: quod unus ex recentissimis horum librorum editoribus posuit. *Mr.*

actum habiturum quod egerint.] Quando contendere nolumus, dicere solemus, habituros nos ratum et actum, quicquid egerint adversarii." *Beroald.* „*Ratum habiturum* — Sic emendandum censeo, etiam libris omnibus invitis. Ita enim loquuntur Latini, *ratum habere*, non *actum habere*." *Lambinus.* „Dionysius ille [Lambinum significat] tanquam imperiosus aedilis de plano pronuntiat: Emendo libris omnibus invitis *ratum* — — nec enim alterum Latinum est. O criticum audacem et confidentem! Ego videor ex antiquis membranis veram lectionem posse exsculpere, una litera extrita: *actum abiturum, quod egerint*. Ait Cicero: quidquid molientur finem esse habiturum. Nam et ipse lib. V. Finn. *Hoc fortasse non poterat sic abire*. Et Catullus ad Calvum: *Non non hoc tibi salse sic abibit*. Et quem sibi legendo familiarem Cicero effecerat, Terentius Eunucho: *Mirabar hoc si sic abiret*. Et, *Credin' te impune abiturum?* Ubi tamen libri quidam *habiturum* praeferunt, ut alibi *siquidem istuc impune habueris*." Mireris sane non sensisse virum doctum se loco conjecturae supervacaneae substituisse plane perversam et ineptam adeo. *Mr.*

actum habiturum —] „Sic Victorius ex consensu quoque quinque Pall. Fabr. ac Pith. — — Alias *factum habiturum* est in vulgatis." *Gebh.* „Confirmat Ed. mea vetus emendationem Lambini *ratum*." *Bouh.* „*Actum habiturum, quod egerint?* Haec cum interrogatione efferenda censuimus, ne Tullius videretur assentiri decretis Epicureorum." *Lallemannus.* W. in scholis et cum eo Or. ita verissime explicant: de eo me non ultra disceptaturum, quippe qui, altiora sperans, scholarum rixas umbraticas despiciam: nec vero ratum habiturum, quod probare nunquam possum: per me licet ii se victores discedere credant; praesertim in re, quae non sit tanti: siquidem etiam de rebus maioris momenti fieri potest, ut sine concertatione duo inter se dissentiant v. c. Cato et Lentulus. Quod vero utitur Cicero locutione non ita consueta, qualis est *ratum habere*, ideo fecit, ut salse eos irrideret. Ita enim loquitur, quasi interroganti: *Ego vero si illud dixero, quid tu?* respondeat: *dictum habebo*. Quare etiam merito ipsi postea displicuit Davisio coniectura, quam expromserat in Ed. 1: *actum non habiturum* i. e., ut interpretatur, in eorum sententiam pedibus non iturum. Idem in Cod. Cantabr. invenit *actum abitura*, in Norv. *ac tum non habiturum:* unde suam correctionem hausit. — Ceterum quod ait Gebh. esse in vulgatis *factum habiturum*, id neque Or. usquam reperit, nec ego reperio. Solus Mon. 1. habet miram scriptionem *acStum*. Mon. 2. *quid* pro *quod*. Marb. *egerit*, unus Ox. *gerit*: alius pergit *quis enim*. *Mr.*

de bello Punico agitur?] Ad v. *bello punico* in Cod. Duisb. additum est *secundo:* existimabat videlicet glossator Punicum bellum secundum Romanis fuisse longe gravissimum et periculosissimum.

Punico agitur? de quo ipso quum aliud M. Catoni, aliud L. Lentulo videretur, nulla inter eos concertatio unquam fuit. Hi nimis iracunde agunt: praesertim quum ab iis non sane animosa defendatur sententia; pro qua non in senatu, non in concione, non apud exercitum, neque ad

---

Leod. autem in annot. ad v. *Punico* scribit *tertio*: de eo videlicet gerendo dissensio erat inter Catonem et Lentulum. — Vocem *ipso* omittunt duo Oxx.; Rehd. contra post *ipso* addit *agitur*. Gud. 2. omittit *quum*; unus Ox. pro altero *aliud* habet glossam *quam*. Praenomen *L.* ante *Lentulo* omittunt Codd. Gud. Duisb. et unus Ox. *Mr.*

aliud M. Catoni, aliud L. Lentulo videretur] „Cato in omni senatu clamabat delendam esse Carthaginem, bellumque Carthaginensibus indicendum. Scipio Nasica reclamabat contradicebatque Catoni, cum nollet dirui Carthaginem, timens ne deleta Carthagine securitas et veternus Romanos invaderet, torporeque somnolenti marcescerent. Sententiae Scipionis subscribebat L. Lentulus: — — attamen quamvis in sententia dicenda senatores dissentirent: nulla tamen inter eos concertatio aemulatioque residebat. Ut enim ait Tullius in oratione de provinciis, *ita dissensi ab illo, ut, in disiunctione sententiae, coniuncti tamen amicitia maneremus.*" *Beroaldus.* Locus in Or. de Prov. Consul. est c. 17, 40. — In seqq. pro *Hi* esse qui scribant *ii*, contra pro *iis*, qui scribant *his*, non est quod vel miremur vel moremur. *Mr.*

non sane animose] „Lego de vetere libro, claro sensu: *nec sane animosa.* Qui enim iracunde, ut Epicurei solent, disputant, animose quidem; at illa de corporis voluptatibus non satis illorum animosa, nec viro digna sententia est." *A. Schott.* Nod. Cic. II. 22. p. 340. „*Animosa* scribo: sic recte Pall. quatuor (nam quartus vulgi est hoc loco) MSS. Suffridi, Fabr. Pith. In editis erat *non sane animose.*" *Gebh.* „Forte, *non sat animosa.*" Dav. Ed. 2. „*Animosa sententia* est, in qua vel defendenda vel oppugnanda facile vehementius moveantur animi, etiam iracundia, quales sunt, quae sequuntur, de rebus publicis." *Ern.* Falsam hanc esse explicationem, quamvis etiam W. in scholis eam adoptaverit, nemo non videt: nec melior est Nissenii sententia, qui ad h. l. „talis, ait, quae vi sua et dignitate animum patrono suo addit. Epicureorum vero sententia talis est, pro qua dicere non audeant. Hunc sensum efflagitant sequentia, et quae leguntur Finn. II. 22. 74. ubi haec uberius explicantur." Recte ille quidem inde a v. *Epicureorum*: *sed animosa* nihil aliud est, quam virilis et mascula, ut verissime explicat Kühn. Davisianum *sat* non moramur, quamquam est *satis* in duobus Oxx. et Rehd. Est enim correctoris, qui ad ironiam intelligendam esset paullo obtusior. *Animose* scribitur in Cod. Mon. 2. Edd. A. B. C. V. M. L. Junt. et reliquis nostris ante Gebh. Sed ex MS. in marg. Asc. 2. *animosa* enotatum est. Pro *concione* est in uno Ox. *commentatione*. *Mr.*

neque apud censores] „Peculiaris est, sed praeclara, Vaticani Cod. lectio *neque ad censores.*" *Gebh.*

Neque ad *censores*] Vulgo *apud censores*. Lectionem, quam recepimus, firmant Reg. Med. Eliens. pr. sec. tert. Vatic. Petrens. et Bak. Sic Caesar lib. I. B. G. cap. 31. *Iidem principes civitatum, qui ante fuerant* ad Caesarem, *reverterunt*. Ita nos legendum docuimus, et eam quidem emendationem pluribus exemplis iam stabiliemus. Varro R. R. lib. I. cap. 2. Ad te *enim rudes esse Agriculturae nunc*, olim ad Stolonem *fuisse dicunt*. Terentius Heaut. Act. III. Sc. III, 43. *Eaque est nunc* ad uxorem *tuam*. Vide et Act. V. Sc. II, 26. *D.*

censores dicere audeant. Sed cum istis alias: et eo quidem animo, nullum ut certamen instituam, verum dicentibus facile cedam. Tantum admonebo; si maxime verum sit, ad corpus omnia referre sapientem, sive, ut honestius dicam, nihil facere nisi quod expediat, sive omnia referre ad utilitatem suam; quoniam haec plausibilia non sunt, ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.

---

ad censores] „Davisianam lectionem firmat Ed. mea vet.“ *Bouh.* Monet Or. consulto videri Ciceronem variasse orationem, ut, cum antea dixerit *apud*, h. l. ubi idem exspectes *ad* poneret. Credo, et obsequor optimis libris, ad quos accedunt Gud. 1. 2. (hic a 1. m. habet *ad decensores*) Aug. Gud. Marb. Vind. 2. Mon. 2. Bern. septem Oxx. Edd. S. V. Rob. Steph. Cam. Sed nihil probant exempla a Dav. allata: non enim id quaeritur, utrum dici possit *esse ad Caesarem*. Laudandi erant loci, qualis est Epp. ad Famm. V. 10. extr. *ad Caesarem meam causam agas*. Quare nec advocandus fuit Ruhnken. ad Ter. Andr. IV. 3. 13, quem laudat K. Melius ipse locus Terentii advocari poterat: *si forte opus sit ad herum iusiurandum*. Laudat idem praeterea Herzog. ad Caes. B. G. III. 9. p. 167. Add. Cortium ad locum Cic. ad Famm. laudatum p. 224. — Pro *censores* Gud. habet *censorem*. Verb. ex MS. nescio quo in marg. notavit *sed ista istis*, tum *alias disputandum*. De verborum ordine *nullum ut certamen* v. nos ad II. 4. 12. *Mr.*

verum dicentibus] i. e. quum id, quod dicunt, verum est. Hoc ideo monendum fuit, quia nuper exstitit, qui *verum* i. q. *sed* esse existimaret. Pro *facile cedam* est *facile credam* in duobus Oxx. Vind. 2. et Mon. 2. itemque in MS. ad marg. Verb. Cod. Aug. habet *facile concedam*. *Tamen admonebo*. Marb. veteri scribendi more *ammonebo*. *Tamen* habet etiam unus Ox. *Mr.*

si maxime verum sit,] Eadem est h. l. verbi *verum* sententia, quae est apud Hor. Epp. I. 7. extr. *Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est:* cuius usus multa exempla congesserunt interpretes ad Liv. II. 48. p. 410. ed. Drakenb. Stuttg. In seqq. Cod. Gryph. *nihil facile* pro *nihil facere*. Unus Ox. omittit *ut* ante *honestius*. *Mr.*

nisi quod expediat, sive omnia referre ad utilitatem suam:] „Non est reprehendendum, si quis nihil agat, nisi quod sit utile: id vero reprehendendum est, si quis omnia ad suam utilitatem referat. Est igitur, quod coniicias scripsisse Ciceronem: *nisi quod expediat sibi*. Ultima vox mutata fuit in *sive* per eos, qui receperunt glossam in seriem orationis: *omnia referre ad utilitatem suam*.“ *Bouh.* „Ego ea verba, quae B. glossam esse censet, Ciceronis esse puto, qui eiusmodi redundantias saepissime in eius libris viderim.“ *Nissen.* Wolfius quoque in scholis verba ista glossae speciem habere dicit: nec tamen se ausurum ea delere, ne forte ipsa Ciceronis verba amputet. Quae mea quoque est sententia. Ceterum illud *sibi* Bouhierius sibi habeat. Duisb. exhibet *sive haec omnia*; unus Ox. *ad utilitatem summam*. Quod mox sequitur Adiectivum *plausibilis* admodum rarum est, nec nisi uno praeterea loco apud Ciceronem legitur, videlicet in Divin. in Caecil. 3, 8: *censorium nomen, quod asperius — videri solebat — iam populare atque plausibile factum est*. Pro *non* unus Ox. habet *ut*. *Mr.*

ut in sinu gaudeant,] Nihil certius hac lectione, et tamen aliter legitur in multis, iisque antiquissimis, libris. Est enim in

Cyrenaicorum restat sententia: qui tum aegritudinem censent existere, si nec opinato quid evenerit. Est id quidem magnum, ut supra dixi: etiam Chrysippo ita videri scio, quod provisum ante non sit, id ferire vehementius; 22 52.

---

signum in Codd. Reg. Gud. 1. (sed in hoc litera *g* punctis notata) Gud. Rehd. (hic supra lin. habet *sinum*) duobus Oxx. Marb. Mon. 2. Pall. tert. quart. Pith. In Gud. 2. et Aug. est *in sinum*. Unus Ox. *insignem*. Est locutio proverbialis, de qua vide Erasmi et all. Adagia p. 674. Ed. Wechel. Add. Tibull. IV. 13. 8:

Nil opus invidia est; procul absit gloria vulgi:
Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.

Ubi vid. Broukh. et Vulp. Propert: II. 25. 30:

In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

Vid. ad eum locum quae congessit Passerat. p. 349. Ed. Paris. 1608. f. m. Senec. Epist. 105. *si bona tua non iactaveris, si scieris in sinu gaudere.* — Pro *gloriose* Cod. Reg. *gloriosae*, pro *desinant* Gud. 2. *sinant*. *Mr.*

Cap. 22. Qui *tum aegritudinem* censent existere] Balliol. exhibet, *quae tum aegritudinem* censet *existere*, ut ad *sententiam* referatur. Eleganter quidem, et ita solet Cicero. Sic Tuscul. V, 29. *Quorum* oratio *nihil ipsa* iudicat. Et lib. III. N. D. cap. 2. *Moveor auctoritate tua, Balbe, et oratione ea* quae *me in perorando* cohortabatur. Ibi plura congessimus, ut et ad lib. II. de Divin. c. 35. Lectionem tamen vulgatam teneo, cum Reg. Med. aliique Codices eam repraesentent. *D.*

qui tum aegritudinem censent existere,] „Accedit Davisiano codici unus Leid. exhibens *quae — censet*. Difficile est dicere, quaenam lectio sit praeferenda." *Bouh.* Non admodum difficile est dicere, quid h. l. verum sit, quamquam ipse Dav. fluctuavit. Inepte plane h. l. ipsa sententia dicere censeret aliquid, cum modo praecesserint Cyrenaici. Non enim h. l. de complexu quodam et continuatione quadam disputationis ita loquitur Cicero, ut Plato non nunquam, apud quem ὁ λόγος saepe quasi personam induit, qua vel invitos cogit disputantes aliquid vel affirmare vel negare: neque etiam noster illis locis est plane similis, quos excitavit Dav., qui cum illo, quem dixi, Platonis usu conveniunt. Iam finge tibi Ciceronem h. l. dicentem: *si nec opinato quid evenerit, tum Cyrenaicorum sententia censet existere aegritudinem;* nonne ineptire tibi videretur is, qui, in stilo certe excolendo, „nil molitur inepte"? Quod ex nostris quoque Codd. unus accedit duobus illis (Mon. 2.), nihil addere potest ponderis illorum errori. Ceterum in duobus Oxx. est *tamen* pro *tum*, permutatis compendiis *tn̄* et *tū*. Verb. ex Ed. Vet. nescio qua enotavit *acciderit* pro *evenerit*. *Mr.*

Est id quidem magnum] Cod. Gud. 2. *Ostud* (sic!) *quidem magnum*. Bouh. quum in uno Leid. abesse vidisset *magnum*, necessariam eam vocem esse inde probavit, quia respiciat locus ad c. 13., ubi legitur: *Est id quidem non mediocre ad aegritudinem augendam.* — Pergunt *ut praedixi* MS. in marg. Verb. Gud. 2. Marb. et uno Ox., qui omittit sequens *etiam*, pro quo Mon. 2. habet *et*. Quem proxime spectat Chrysippi librum, est is sine dubio περὶ Ἀγαθῶν καὶ Κακῶν εἰσαγωγή, de quo vid. Baguet. de Chrysippo §. CX. p. 280 sqq. Duo Oxx. omittunt *ita*. *Mr.*

id ferire vehementius] „Sic emendavit olim Rivius, cui assentior: confirmat hanc lectionem similis locus aliquot post versibus [c. 23. §. 55. extr.] *feriunt enim fortasse gravius.*" *Lambinus.* „Quam-

sed non sunt in hoc omnia. Quamquam hostium repens adventus magis aliquanto conturbat, quam exspectatus: et maris subita tempestas, quam ante provisa, terret navigan-

---

quam *ferire* in nullo nostrorum repererim, tamen quia a Rivio sic emendatum approbat Lambinus, nefas duxi hominis illius fidem damnare, qui nihil sine MSS. audebat. vulgo *fieri*." *Gebh.*

Id ferire *vehementius*] Omnes Mssti dant, *id* fieri *vehementius*. Sed bonam Rivii coniecturam optimo iure receperunt Lambinus et Gebhardus. Infra cap. 23. Feriunt *fortasse gravius*. In hac locutione multus est Seneca. Sic Cons. ad Marciam cap. IX. *Necesse est itaque magis corruamus, qui quasi ex inopinato Ferimur*. Iterum Epist. LVII. *Huius quoque* ferietur *animus, mutabitur color*. Vide et Epist. CVIII. *D.*

id ferire vehementius] Nullus plane liber MS., neque editi ante Gebh., qui a Lambino propositam recepit emendationem, exhibent *ferire:* eumque cupidius quam debuit, secutus est Dav. *Fieri* bene habet, et sic non semel positum est a Cicerone: v. c. supra c. 15: *cur fierent provisa leviora*: et paullo inferius: *nec fieri praemeditata leviora*. Horat. Od. I. 24: *Levius fit patientia, quidquid corrigere est nefas*. Seneca Consol. ad Marc. 9. *Quicquam tu putas non futurum, quod multis scis posse fieri?* ubi fortasse imitatus est Terentium Phorm. II. 1. 15. *communia esse haec, fieri posse, ut ne quid animo sit novum*." *Bouh.* Lallemannus quoque ex suis Codd. omnibus restituit *fieri*. Assentit item Bouhierio Nissenius. Ego vero cum Lamb. Gebh. Dav. Ern. Oliv. et recc. omnibus egregiam recepi Rivii coniecturam, confirmatam, si fides collationibus, a quatuor Oxx., Vind. 2. Gud. In Aug. scribitur *vehementius fieri*. Habet etiam *ferire* in marg. HWolf. *Mr.*

Sed non sunt hoc in omnia.] „Sic de Senectute [III. 8.] *Est istuc quidem, Laeli, aliquid: sed nequaquam in isto sunt omnia.* Pro quo Plato Lib. I. de Rep. [p. 151. Bip. p. 329. e. Steph.] dicit: καὶ λέγουσι μέν τι, οὐ μέν τοι γε ὅσον οἴονται." *Frc. Fabric.* Add. Cic. de Legg. X. 24: *in quo sunt omnia:* et eandem plane sententiae clausulam de Or. II. 53. 215. Plures vid. locos excitatos a Beiero ad Lael. 22, 84. p. 131. — Constructionem *Quamquam — sed* etc. habes etiam supra I. 37. 90. de N. D. III. 36. 88. Adiectivum *repens* in soluta oratione Cicero alibi non videtur posuisse. Supra c. 14, 29. est in loco poëtico. Cod. Gud. 1. a 1. m. habet *non sunt hæc in hoc omnia. Mr.*

Magis aliquanto *conturbat*] Vulgo *aliquando*. Quasi, quae sunt inopinata, non semper gravius feriant, quam exspectata! Nos igitur lectionem, quam Bak. dedit, quamque iamdiu Manucius et Lambinus expresserunt, reducendam putavimus. *D.*

magis aliquanto] „Bene Dav. ita pro *aliquando:* isque consentientes habet duos Codd. Leidd." *Bouh.* „Sic et in MSS. repertum est et edidere Aldus, Manutii, Lamb. Dav. Alii *aliquando:* quod nihili est." *Ern.* Habent *aliquanto* quinque Oxx. Reg. Gud. 2. Aug. Marb. Vind. 1. 2. Mon. 1. Gud. Duisb. Edd. HWolf. Brut. Sylb. Leod. Sturm. Car. Steph. Boul. Goth. Ald. Lambb. Supra II. 27. 66. est: *aliquanto maiorem locum — occupabit:* ubi eadem utriusque vocis in libris confusio est. Rehd. omittit *aliquanto*, exhibens *conturbat magis. Mr.*

quam ante provisa, terret] Ad verba conf. Horat. Epist. I. 6. 11:

Improvisa simul species exterret utrumque.

Pro *eiusmodi* est *huiusmodi* in Codd. Vind. 1. et Duisb. posterior vero praecedentibus verbis *sunt pleraque*. Unus Ox. omittit *nec ante*

tes vehementius: et eiusmodi sunt pleraque. Sed quum diligenter nec opinatorum naturam consideres, nihil aliud reperias, nisi omnia videri subita maiora: et quidem ob duas causas: primum, quod, quanta sint quae accidunt, considerandi spatium non datur: deinde, quum videtur praecaveri potuisse, si provisum esset, quasi culpa contractum malum aegritudinem acriorem facit. Quod ita esse dies declarat: quae procedens ita mitigat, ut iisdem malis ma- 53. p. 202. a.

---

opinatorum. Duisb. pergit *turbam consideres:* sed supra lin. est *naturam. Mr.*

Sed quum — consideres, nihil aliud reperias] Legendum videtur, ait Kühn., *consideras.* At recte sese haberet *si — consideres.*" Imo vero, respondet Or., quod sequitur *reperias*, requirit antecedentem coniunctivum, ut sit sententia: *si forte — consideres, tum fere — reperias.* Indicativus praestaret, si sequeretur *reperies.*" — Iam de structura loci vid. Etzler. *De Enallage, quae fertur, imperfecti pro plusquamperfecto in enuntiatis hypotheticis* in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1829. III. 2. p. 216. Is verbum ait *reperias* certius sententiam eloqui, quam *reperires*, minus certo, quam *reperies.* Ceterum est *reperies* in Codd. Vind. 1. Aug. et uno Ox. Edd. P. A. B. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. In Mon. 2. est *invenias.* Pergit Rehd. *nisi subita omnia videri.* Scribitur *subita videri*, inverso ordine, in Edd. ante Gebh. omnibus, exceptis Vict. Rob. Steph., quos videlicet secutus est Gebh. In Asc. 1. 2. et Junt. ante *omnia* inseritur *quidem*, cuius in Codd. nullum est vestigium. Junt. *equidem* pro *et quidem*, quod, compendio scriptum, est etiam in Cod. Marb. (eqđ). Cod. Mon. 1. habet *et primum ob duas quidem causas.* Pergunt duo Oxx. *primam.* Tum Aug. *quod natura quanta sint.* Unus Ox. *primumque quanta.* Vind. 2. *non detur* pro *non datur. Mr.*

deinde, quum videtur praecaveri potuisse,] „*Quod videtur*, Lamb. *quum videtur* ceteri, in his Gryph." *Brut.* Verb. refert praeter *quod* habere etiam alios, nescio quos, *quoniam.* Correxit Lamb. et is qui *quoniam* scripsit, praeter necessitatem, ipsum Ciceronem, quia praecedit *primum, quod:* nec respexerunt paullo immutatam esse constructionem, adiuncta, post *esset*, enuntiatione *quasi culpa — facit.* — In Cod. Duisb. legitur: *quum praecaveri potuisse videtur.* Rehd. habet *et quasi.* Quae si vera esset Ciceronis manus, tum quidem post *deinde* particula causalis necessaria esset. Post *acriorem* Cod Vind. 2. *faceret:* sed in marg. *al. facit.* Singularis est lectio, vel potius error, in Ed. Cratand. quae exhibet *praevaricari potuisse*: eadem in marg. habet *aegritudinem aegriorem facit. Mr.*

Quod ita esse dies declarat:] Quam saepe *dies* ponatur pro tempore longiore, non est quod vel doceam vel moneam. Quis nescit illud: *Opinionum commenta delet dies: naturae iudicia confirmat* —? (de N. D. II. 2. 5.). Ad verbum et ad sententiam huc facit Cic. ad Attic. III. 15: *ceteri dolores mitigantur vetustate: hunc luctum dies non modo non levat, sed auget etiam.* Terent. Heaut. III. 1. 12 sq. — *vulgo audio Dici, diem adimere aegritudinem hominibus.* Senec. Consol. ad Marc. VIII: *dolorem dies consumit, licet contumacissimum — — tamen illum efficacissimum mitigandae ferociae tempus enervat.* Quod autem pergit *quae*, non *qui*, tenendum, hac significatione nomen *diei* plerumque genere feminino usurpari. Vid. Ruddimanni Inst. Gr. Lat. I. p. 21. ibiq. annott. Add. Servium ad Virgil. Aen. II. 554. — Scribitur in Cod. Gud. *ita esset;* tum *praecedens* in Gud. 2. Edd.

nentibus non modo leniatur aegritudo, sed in plerisque tollatur. Karthaginienses multi Romae servierunt: Macedones, rege Perse capto. Vidi etiam in Peloponneso, quum essem adolescens, quosdam Corinthios. Hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare, *Haec omnia vidi* ... sed iam decantaverant fortasse. Eo enim erant vultu, ora-

---

P. A. B. E. Ven. nostr. Junt. In seqq. fluctuant libri inter *isdem* (Gud. 1.), *iisdem* (ita plerique), *eisdem* (Rehd.), *hiisdem* (Duisb.), *hisdem* (Gud. 2.). In Gud. 2. deest *malis*. Vocem *aegritudo* omittunt Rehd. et duo Oxx. A Rehd. abest etiam *sed;* proximum *in* a duobus aliis Oxx. In Gud. 2. est prava scriptio *in plerisque testatur. Mr.*

Macedones, rege Perse capto] Primam vocem omittit Gud. 2. Ei praecedit *Et* in uno Ox. Scribitur *rege. capto Perse* in Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. In Codd. Mon. 2. et Duisb. legitur *Perse rege capto:* unde noli alterutri voci (vel *rege* vel *Perse*) litem movere. Ceterum de declinatione huius nominis (*Persae*), quae apud Ciceronem obtinet, v. K. L. Schneider. Lat. Gramm. II. Formenl. I. p. 317—319. — In seqq. duo Oxx. *Peloponesso*, Aug. *peloponense*. Ad v. *quum essem adolescens* monent interpretes, Ciceronem, cum natus sit a. U. 647, Corinthus autem fuerit eversa a. U. 608, potuisse videre adolescentulum Corinthios, qui vidissent Corinthi eversionem, senes. Sed cur hi homines, quos tot annis post Corinthum eversam *in Peloponneso* vidit Cicero, etiam tum *captivi* fuisse dicantur ab interpretibus vel recentissimis, nulla est causa, nisi quod paullo superius Karthaginienses et Macedones *Romae* dicuntur *serviisse*. Post *Corinthios* Cod. Mon. 1. et Ed. S. *Ji poterant*. Mon. 2. *In poterant*. Unus Ox. omittit *omnes*. Pergit Cod. Vind. 1. *eadem dicere et illa. Mr.*

eadem illa de Andromacha deplorare,] Gud. 1. a 1. m. *eandem illa*. Mon. 2. *de Andromeda*, Gud. 2. *de Andromedia*. Idem cum uno Ox. Marb. et Ed. vet. Bouh. *deplorasse:* quod necessario restituendum esse existimabat Bouhierius. „Cum enim, ait, Corinthii illi dicantur iam immemores fuisse excidii patriae urbis, significat Cicero, eos potuisse pridem idem queri, quod Andromache: sed mitigatum iam fuisse eorum dolorem temporis diuturnitate." Sed hoc nihili est. Vult Cicero: vel longissimo post patriam eversam tempore poterant deplorare, iisdem, quibus Andromache, verbis, patriae exitum: nisi iam dolorem temporis longinquitas mitigasset. Ne quis scriptionem *de Andromacha* sollicitet, is conferat de Rep. I. 18. p. 81. ed. nostr. de Off. III. 21. *Graecos versus de Phoenissis* (ubi vid. Beier. p. 339.) de N. D. I. 8. *Platonis de Timaeo deum*: ubi ego erravi cum aliis: verum vidit Orellius q. v. etiam T. IV. 2. p. 593. Locus de Rep. sic habet: *illa de Iphigenia*, ad quem v. item Or. Add. Beier. ad Frgm. Or. pro M. Tullio §. 47. p. 59: *legem de XII. tabulis*. O. M. Müller. ad Cic. de Or. III. 35. 141: *versum quendam de Philocteta*. Iam nemo dubitabit, *de* poni pro *ex. Mr.*

Haec omnia vidi...] Non melius cessit Bouhierio suspicio, legendum esse ex Ed. vet., quam saepissime laudat: *haec omnia vidi et caetera*: quasi hoc non unusquisque, respiciens ad c. 19, 45, sponte cogitaret! Cod. Gud. 2. *vidi omnia*, omisso *haec. Mr.*

sed iam decantaverant fortasse.] „Dicit, opinor, iam non decantabant, sed decantare desierant." *Turneb.* Adv. XIX. 5. p. 129. — Scribitur *sed et iam* in quatuor Oxx. (ut videtur) Edd. C. V. M. 1. [ut refert Or. Sed in marg. Lambb. Lambinus dicitur edidisse *sed*

one, omni reliquo motu et statu, ut eos Argivos aut Si-onios diceres. Magisque me moverant Corinthi subito

---

m] Junt. Asc. 2. Rob. Steph. Ald. Boul. Brut. Sylb. Leod. *Sed iam* habent Codd. Reg. quatuor Oxx. Mon. 1. unus Leid. Edd. P. B. S. E. Asc. 1. HWolf. (hic vero in varr. Lectt. habet *Sed iam*). *d et*, omisso *iam* habet Ed. Ven nostr.; *sed*, omisso *iam*, est in dd. Mon. 2. et Gud. 2. Mirari se ait Bouh. quod nemo necessario gendum esse viderit *sed iam recantaverant* i. e. non amplius cogi-bant de illo patriae excidio, sed quasi iam palinodiam cantaverant. oc vero est nihili. Recte iam Turnebus. Sententia est: *deplorare rtasse iam desierant calamitatem istam* *Mr.*

Eo enim erant vultu, oratione, omni reliquo motu et statu,] An *oratione* recte dictum sit, cum antecedat *eo*, Grammatici vide-nt. Sententiâ quidem ego moveor magis, ut *ornatu* suspicer verum se, depravatum *oratione.*" *P. Manut.* „Genus loquendi, etiamsi *ratione* retineatur, vitio carere, multis exemplis similibus probare ssem, si id ageretur." *Fr. Fabr.* In marg. Edd. Lambb. est: fort. *natu*: quae utrum coniectura Lambini sit, incertum est et dubitare cet. *Mr.*

Oratione] Ita omnes omnino Mssti, ut *ornatu* nihil sit opus; quo odo Manucius et Lambinus emendandum censuere. Nemini sane tet, sermonem, non minus quam vultum, pro variis animi pertur-ationibus mutatum esse. *D.*

Eo enim erant vultu, oratione] Cod. Duisb. omittit *erant*. Gud. abet *Eo erant enim*. Mon. 2. *ea oratione*: unde vides librarium ubvenire voluisse rationi grammatica, de qua dubitabat Man. In ud. 2. est *ornatione*, sed supra lin. ab eadem manu *vt oratioē*. In-elicem esse Manutii coniecturam, neque eam adiuvari Codicis Gud. 2. criptione, nemo non videt. Certissime refellitur loco simillimo Cic. le Off. I. 29. 102: ubi item de animi perturbationibus sermo est: *uorum omnium vultus, voces, motus statusque mutantur*: ubi nostrum ocum adhibuerunt Gernhard. p. 116. Beier. p. 223. Unus Ox. habet *atu* pro *motu*. *Mr.*

ut eos Argivos aut Sicyonios diceres.] „Qui nil calamitatis passi ssent." *Leod. a Qu.* Codd. Gud. et duo Oxx. *et* pro *aut*. Perperam cribi in aliquot libris *Sycionios*, *Sicionios*, quisque exspectabit. Unus Ox. habet *dicerem*, Reg. et Gud. 1. *dicere*. *Mr.*

Magisque me moverant Corinthi subito adspectae parietinae] Miror hanc lectionem in vulgatis Edd. Ciceronis exulare, cum eam adum postliminio reduxerit Victorius. Quid multis? Pall. tert. uart. quint. Pith. expresse sic tenent. Sunt autem *parietinae* semi-uti parietes. Utitur et Cicero lib. XIII. Epp. ad Memmium: [Ep. 1.] eteremque, *ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes.* Vulgo *parietum ruinae.*" *Gebh.* „*parietinae* habent libri meliores. unt autem *parietinae* ἐρείπια, parietum ruinae, quam interpretatio-nem librarii quidam, quibus *parietinarum* nomen insolens erat, hic apposuerunt. In Ep. vero 3. lib. 4. ad Famm. [ubi μεταφορικῶς ponitur: *Quid me ista res consolatur in tantis tenebris et quasi pa-rietinis rei publicae?*] pro *parietinis* alii *parricidiis* falso legerunt. Mansit tamen integrum hoc nomen Epist. XIII. 1. et apud Nonium in *maceria*, ubi haec verba Sisennae ex Hist. libro tertio leguntur: *Post villarum macerias ac parietinas quinque cohortes in insidiis reliquit.*" *Fr. Fabr.* Dav. in Ed. 1. eandem scriptionem defendit. Idem vero ibidem scripsit *subito adspectu*, addiditque: vulgo *subito ad-spectae*. Sed alteram scripturam servant Norvic. Ven. 1491. et

aspectae parietinae, quam ipsos Corinthios; quorum animis

Froben. In Petrens. quoque legitur *subito Corinthi adspectu.* Eum itaque loquendi modum, ut pote rariorem, Tullio, non librariis, acceptum ferendum existimavi. Similis reddendus est Silio Italico V. 391. ubi sic poeta: — *Geliduque sub ossa Pervasit miseris conspectus consulis horros.* Caspari sane Barthio Advers. p. 240. placet *conspecti consulis horror*: ipse vero propius ad codicum vestigia rescripserim: *conspectu consulis.*" Ego vero haec non ideo adscripsi, ut viri doctissimi errorem, ab ipso postea correctum, in lucem denuo protraherem: sed quia haec annotatio codicum etiam lectiones continet, a Dav. in Edd. seqq. neglectas. Ceterum Victorii emendationem probavit iam Camerarius, dicens: „*Parietinae* i. e. reliquiae quaedam parietum, quales apparent post ruinas et subversiones et in vastitate, recte emendatur a Victorio." *Mr.*

Subito aspectae parietinae] *Parietinae*, quam vocem alibi quoque non refugit Cicero, sunt *parietum ruinae*, ut ex Glossemate repraesentant nonnulli libri tam Mssti quam editi. Isidorus Orig. lib. XV. c. 8. Parietinas *dicimus, quasi parietum ruinas. Sunt enim parietes stantes sine tecto et sine habitantibus.* Hieronymus in Rufin. lib. III. pag. 528. A. *Vis scire — vulpecularum insidias, quae habitant in* parietinis. Utitur et Plinius H. N. XXII, 17. *D.*

parietinae] „Recte ita scribitur, quamquam est *parietum ruinae* in Cod. Reg. et mea Ed. vet. Plerique enim codd. habent *parietinae.* Probo autem *subito conspectu*, quod est in omnibus Leidd. et in Reg. quodque cur nihil monens postea abiecerit Dav. non intelligo." *Bouh.* Vides errores etiam manifestos habere suos laudatores. Addo librorum nostrorum lectiones. Gud. 2. *magis quam memorant Corinthi subito aspecta pari. Quae et in equam ipsos* — Mon. 2. et unus Ox. omittunt *me.* Vind. 1. habet *moverat subito aspectu parietum ruina.* Unus Ox. et Marb. *memorant.* Mon. 1. 2. *Corinthii;* tres Oxx. *aspectu,* cum Gud. Mon. 1. 2. et Vind. 2. Duisb.; unus *aspecte,* alius *aspecti,* Marb. Gud. 1. *aspecta,* cum Reg.; Marb. *parieti ne.* Duisb. *parti,* supra lin. *pari*; Gud. *pari et me;* Reg. *parietina* (nec vero, ut refert Bouh., *parietum ruinae.*) Unus Ox. *parietum ruinae* ut Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. (haec habet etiam *aspectu*) Asc. 1. 2. Sturm. HWolf. (sed in marg. ut nos) Boul. Rehd. *adspectu patientiae,* alius Ox. cum Mon. 1. *pari et inquam. Mr.*

quam ipsos Corinthios;] „Ego malim: *quam ipsi Corinthii:* cuius scripturae vestigium apparet in vetustis etiam exemplaribus." *Ursinus.* Infelix haec Ursini coniectura (nam Codicum vestigia, ad quae provocat, sibi habeat) assentientem tamen nacta est Bouhierium. Primum, ait, non intelligi posse cur Corinthii *subito* aspectu commoti fuerint: non reputans, illud *subito* ad solum Ciceronem pertinere: deinde existimat Corinthios, quotiescunque dirutam patriam adspicerent, magis etiam commotos fuisse homine peregrino: quasi vero non ipso adspectu ruderum minus commoverentur ii, qui eas per longum tempus adspexerunt. Recte Dav. cui assentit Nissen. dicens: Quemadmodum subito adspectae ruinae vehementius Ciceronem movebant, sic Corinthios minus, propter rei vetustatem. *Mr.*

Quam ipsos Corinthios] Ursinus se malle testatur, *quam ipsi Corinthii.* Sed hac in re nimis inconsideratum se praestitit vir ille doctus; non enim erat, cur vel minime quidem Ciceronem moverent aspecti Corinthii, qui nulla prae se ferebant indicia miseriae. At urbis tam nobilis ruinae primum visae animo non prorsus inhumano dolorem possint incutere. Pari modo Iulius Caesar, Corinthi visis

diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. Legimus 54
librum Clitomachi, quem ille eversa Karthagine misit consolandi causa ad captivos cives suos: in eo est disputatio scripta Carneadis, quam sé ait in commentarium retulisse. Quum ita positum esset, Videri fore in aegritudine sapientem, patria capta: quae Carneades contra dixerit, scripta sunt. Tanta igitur calamitatis praesentis adhibetur a philosopho medicina, quanta in inveterata ne desideratur quidem:

---

ruderibus, εἰς τοιαύτην ἦλθε ΣΥΜΠΑΘΕΙΑΝ καὶ φιλοδοξίαν ὥστε μετὰ πολλῆς σπουδῆς πάλιν αὐτὴν ἀναστῆσαι. Verba sunt Diodori Siculi in Excerpt. Peiresc. pag. 345. *D.*

callum vetustatis obduxerat] „Cicero ad Famm. IX. 2: *consuetudo callum obduxit stomacho meo.* Supra II. 15. extr. *et ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori.* Senec. Consol. ad Marc. 8: *tristitia videtur callum duxisse.*" *Schuch.* Add. ad Att. II. 18: *angor quidem: sed iam prorsus occallui.* *Mr.*

Legimus librum Clitomachi] „Fuit Clitomachus Philosophus Carthaginiensis. Athenas venit annos natus quadraginta, audivitque Carneadem, cuius et successor fuit, tres sectas sectatus, Academicorum, Peripateticorum, Stoicorum. Volumina condidit supra quadraginta." *Beroald.* Patria lingua ei nomen fuit *Asdrubal.* De eo vid. Diog. Laërt. IV. 10. ibiq. interprr. Fabric. Bibl. Gr. III. p. 168. sq. Heynium in Windhemii Bibl. Philos. (Germ. scripta) Vol. VI. Fasc. 1. p. 1. sq. Scribitur *Clytomachi* in Cod. Marb., *Cathomachi, Ditomachi* in Gud. 2. *Mr.*

consolandi causa] De philosophis, qui libros consolatorios scripserunt, vid. Wyttenbach. ad Plutarchi Consol. ad Apollon. p. 698 sq. p. 26—28. ed. Lips. T. II. — In Cod. Mon. 2. scriptum est *consolandi causa misit*, in Gud. 2. *in consolandi causa*; in uno Ox. *faciat ad captivos*, in Mon. 1. *ad cives suos captivos.* Mox Vind. 1. et Aug. *scripta disputatio.* Carneadem item ex Africa fuisse oriundum, sed Cyrenaicum, ergo Graecum, nemo est qui nesciat. De Carneade habes locos Ciceronis collectos in Gedikii Hist. Philos. Ant. ex Cicerone excerpta p. 189—196. Ed. 3. *Mr.*

quam se ait in commentarium retulisse] Unus Ox. *qua. Commentarium* explicat Wolfius in scholis Graeco verbo ὑπόμνημα. Ad verba *Quum ita positum esset* Ern. ait: „sc. quum aliquis hoc affirmasset et ad disputandum protulisset." Videlicet ut supra I. 5. auditor posuit: *Malum mihi videtur esse mors.* II. 5: *Dolorem existimo maximum malorum omnium.* et III. 4: *Videtur mihi cadere in sapientem aegritudo.* — In uno Ox. et Mon. 2. scribitur: *positum esse.* Mox Cod. Marb. *Carneades condixerit*: ex perperam lecto compendio. In Ed. 2. Dav. correxerat *calamitati praesenti:* in tertia genitivum restituit. In hoc enuntiato recte monet W. in scholis inesse levem ironiam. *A philosopho*, i. e. a Clitomacho. *Mr.*

Quanta in inveterata] Vulgo *quanta inveteratae.* At Reg. Pithoean. Balliol. aliique Codices *quanta inveterata:* ut Cicero scripserit *quanta* in *inveterata*, quo modo Des. Erasmus edidit. *D.*

quanta inveteratae] „Ed. mea vet. *inveterata*, cum uno Leid.; Cod. Reg. *in inveterata* [quod verum non esse et Dav. et collatio mea arguit. Habet *quanta inveterata*:] et ita recte dedit Dav." *Bouh.* „Dav. edidit *in inveterata*, quod non displicet, et habent Edd. vett. ut Junt. Ald. item MS. Guelf. *inveterata*, absorpto *in* a verbi sequentis syllaba prima. MS. Paris. [Regium intelligit, inductus

nec, si aliquot annis post idem ille liber captivis missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus. Sensim enim et pedetentim progrediens extenuatur dolor: non quo ipsa res immutari soleat aut possit; sed id, quod ratio debuerat, usus docet, minora esse ea, quae sint visa maiora.

23 55. Quid ergo opus est, dicet aliquis, ratione aut omnino

---

a Bouhierio] plane *in inveterata*. Itaque recepi et ipse." *Ern.* „Non erat necesse corrigere vulgatam: nam *inveteratae* formam orationis conservat." *Nissen.* Recepi *in inveterata* ex Codd. Aug. Duisb. MS. in marg. Asc. nostr. 2. Edd. E. et HWolf. cum Dav. Ern. Wolf. sqq. cum optimi libri habeant *inveterata*, quod facile oriri potuit ex scriptionis forma veteri INVETERATA. Et habent *inveterata* Reg. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Rehd. Gud. Vind. 1. 2. tres Oxx. Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. In reliquis est *inveteratae*. Quod vero Schützius refert, Ed. Junt. Ald. MS. Guelf. habere *in inveterata*, inde factum est, quod non recte inspexit et legit Ernesti annotationem, ut saepius et huius et aliorum annotationes. Pro seq. *ne* est *nec* in Codd. Gud. Marb. Gud. 2. uno Ox.; unus habet *desideretur*, duo *desideraretur*. Mox Gud. 1. *aliqot* pro *aliquot*, Gud. 2. omittit *anis*, Duisb. habet *aliquot post annis*. *Mr.*

vulneribus mederetur] „Melius convenit Latinitati Imperfectum, quam conveniret Plusquamperfectum." *FAWolf.* in scholis. Non opus est de ea re fusius exponere post Grammaticos recentiores, qui cuique ad manum sunt: Zumpt. Gramm. Lat. §. 525. p. 427. Ed. 6. Ramshorn. Gr. Lat. p. 587. Ed. pr. Stallbaum. ad Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. II. p. 381. extr. et p. 382. — Pro *mederetur* Cod. Mon. 2. *videretur*. Post *vulneribus* addunt *solum* Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. male: nec vel unus liber MS. assentit. Scribitur in Gud. 1. *pedetemptim*. Unus Ox. omittit *progrediens*. Mon. 2. habet *dolor progrediens extenuatur*. *Mr.*

non quo ipsa] Scribe potius *non quod*, ut est in duobus Leidd." *Bouhier.* Non quo Bouhierium sequeretur, sed suam ipsius regulam, quamvis falsam, sequutus Wolfius scripsit *quod:* qua de re supra monuimus ad II. 26. 64; quibus adde *quo* defendentem A. Matthiae in FAWolfii Analectt. Litt. II. p. 3 sq. Habent *quod* unus Ox. Aug. et Wolfio nimium obsequens Schz. Pro *immutari* Mon. 2. *imitari*. duo Oxx. *mutari*, quorum unus cum tertio aliquo omittit *res*. In seqq. *id* omittit Vind. 1. cum uno Ox. De Plusquamperfecto Indicativi *debuerat*, pro quo Coniunctivum exspectant ii, qui nostrae linguae usum in Latinum sermonem transferunt, vid. Stallbaum ad Ruddimannum II. p. 378. sq. Notum est illud Ovidii Trist. III. 13. 3. ad diem suum natalem:

Dure, quid ad miseros veniebas exulis annos?
Debueras illis imposuisse modum.

Pro *docet*, Duisb. et unus Ox. *doceat*. Verba *esse ea quae* omittuntur in Cod. Gud. Post *quae* habent *sunt* duo Oxx. Mon. 2. Aug. pro *sint*. Vind. 1. habet *visa sunt*, Aug. *maiora visa*. Rehd. *visa inesse maiora*. De anacolutho locutionis vid. Otto ad Cic. de Finn. p. 394. *Mr.*

C. 23. *Quid ergo opus est, dicet aliquis, ratione*] *Oratione* dedit Dav. in Ed. 2. nihil monens, quam vulgo legi *ratione*. Idem fecit Ern. addens: „sic bene edidit Dav. pro vulgato *ratione*, quia *et consolatio* sequitur." Nissenius contra *ratione* praefert, dicens: ita scilicet antecedentia respiciuntur. Tum ista correctio hunc verborum ordinem requirit: *Quid ergo opus est consolatione, aut omnino*

)nsolatione illa, qua solemus uti, quum levare dolorem ıaerentium volumus? Hoc enim fere tum habemus in romptu, nihil oportere inopinatum videri. Aut qui tole-

---

'atione ullâ? Ratio autem differt a qualibet consolatione." Bene issenius: *ratio* est i. q. rationum enumeratio. Obsecuti tamen sunt rnesto Alt. Bipp. Mannh. Davisius vero in Ed. 3. ad veram scriptio-ɔm rediit. *Mr.*

aut omnino consolatione illa] Ita scribendum visum est propter quentia, quamquam optimi libri in scriptione *ulla* conspirant. Ha-ɔnt tamen *illa* duo Oxx., omnes Leidd., vetus liber Lambini et, ut ɔfert, nescio unde, Bouh. aliquot Paulli Manutii. Nobiscum faciunt AWolf. Or. Nobb. et ante hos iam Lall. et Oliv. Ex Sigonii libro *lla* restituisse Manutium refert Fr. Fabric. In seqq. Mon. 2. *dolo-ɔm morientium.* Vind. 1. *moerentium dolorem. Mr.*

Hoc *enim fere*] Vulgo *haec.* Male, contraque quam iubent Reg. ithoean. Med. Eliens. pr. tert. Bak. et Cantab. *D.*

Hoc enim fere tum habemus in promptu,] „Ita dedi cum Dav. ro *haec,* quod et in MS. Guelf. est." *Ern.* Probabat idem Bouh. ıosque Leidd. idem exhibere scribit. Et habent *hoc* quatuor Oxx. ud. 1. 2. Aug. Duisb. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Marb. Edd. P. et inde Dav. sqq. Post *fere* Aug. Mon. 1. cum uno Ox. pergunt *cum,* Duisb. ɔmen pro *tum.* Pro *fere* Gud. 1. a pr. m. *ferre*: sed alterum r punɔis notatum est. Gud. 2. pro *fere tum* habet *fretum. Mr.*

Atqui tolerantius feret] „Primo pro *atqui* repone *aut qui,* addita ı extremo nota interrogandi: sic enim esse in antiquo Turnebus, et ı Sigonii libro Manutius, testes ii locupletissimi, affirmant. Deinde ambinus *tolerantius* scripsit pro *tolerabilius,* quod in aliis libris leɔitur; observavit enim, aliis quoque locis *tolerabiliter* et *intolerabiliter* ı vulgatis libris mendose legi pro *toleranter* et *intoleranter.*" *Frc. abr.* „Turnebi lectio (Adversarr. XIX. 5.) *aut qui* non sententiae ılum optime convenit, sed a Codicibus etiam commendatur, Regio, eidensibus, et compluribus Edd. vet. Mea Ed. vet. habet *aut quid,* uod non nimis longe abit." *Bouh.* Neidius totum §. 55. ita explicat: Si tempus, obiiciet aliquis, omnem aegritudinem levat, quid opus ıt consolari aliquem his verbis: *Nihil tibi inopinatum videatur* —? onne idem effecturum fuisset tempus? Hoc verum quidem: sed usu ɔrum edocemur, hanc consolationem valere plurimum. Feriunt enim ıaidem inopinata forsan gravius: sed aegritudo omnis existit non ıde, quia inopinata sunt, sed quia recentia. Utilis erit igitur conɔlatio, si quidem dolor est recens." *Mr.*

Ant quî *tolerabilius feret*] Vulgo, omissa interrogationis nota, ınt *atqui tolerabilius;* quae quidem scriptura nullum hoc in ıoo sensum fundit. Igitur Turnebus Advers. XIX, 5. et Manuns ex vetustis Codd. bene reponebant, *aut quî tolerabilius.* Id quidem recipere nullus dubitavi, nam non modo sententia postuıt, sed et Reg. Pithoean. Med. Eliens. pr. tert. Balliol. Petrens. ac ak. addicunt. Ad rem vero quam Tullius agit pertinet illud Solols dictum, cui filium fato functum lugenti cum diceretur, *Ἀλλ' οὐδὲν ὠφελεῖς. Δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο,* inquit, *δακρύω ὅτι οὐδὲν ὠφελῶ.* Vide Laërtium I, 63. Idem refert Stobaeus Serm. CXXI. pag. 613. Quod utem Lambino placet *tolerantius,* non *tolerabilius*; id, renitentibus testis, haud est admittendum: licet enim *toleranter dolorem pati* icat Cicero cum alibi, tum Tusc. II, 17. et Fam. IV, 6. idem tamen

rabilius feret incommodum, qui cognoverit, necesse esse homini tale aliquid accidere? Haec enim oratio de ipsa summa mali nihil detrahit: tantum modo affert, nihil evenisse, quod non opinandum fuisset. Neque tamen genus id orationis in consolando non valet: sed id haud sciam

---

lib. XV. Epist. 20. *Tu, mi Trebati,* inquit, *ad amorem meum aliquantum olim discedens addidisti. Quo* tolerabilius *feramus igniculum desiderii tui, crebris nos literis appellato* etc. Sic *dolores eosdem* tolerabilius *pati* dixit etiam Fin. III, 13. Ut proba sit utraque loquendi ratio. *D.*

Atqui] „Hoc alienum est. Davisius edidit *aut qui* cum Manutio: sic est et in Guelf. Ego malim *Aut quis.*“ *Ern.* „Coniunctio *Atqui* inepta multis videtur, non mihi. Nam haec Ciceronis sunt, ad obiectionem respondentis. In *haec enim oratio* aut intellige *quidem*, aut *enim* pro hoc positum puta.“ *Nissen.* Schz. in Edd. Opp. Cic. plane assentit Turnebo, laudatque Davisium, Ernestum [quamquam hic edidit *Atqui*] et Wolfium, quod receperunt *Aut qui*, ut ipse etiam dedit. In Opuscc. vero p. 219. „Nobis, ait, optimum videtur *At qui*, — ut sensus sit: *At quomodo is, qui cognoverit necesse esse homini tale quid accidere, ideo tolerabilius feret incommodum?* „Quod hic volebat Schz., est in Ed. nostr. Ven. et legit etiam in Ed. ea quam ad manum habebat Commentator Anon. apud Leod. a Qu. Ita enim is: „Legendum est non *At qui*, sed *atqui*, uno verbo, neque opus est interrogatione: sic enim reddetur solutio obiectionis. In veteri legitur *aut qui*, ut sit nova obiectio.“ Dedi autem *Aut qui* cum Dav. Lall. Oliv. FAWolfio et seqq. ex Codd. Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Vind. 2. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. Asc. 1. Junt.; *aut quid* habent Codd. Bern. et Marb.; *atqui* est in reliquis. *Tolerabilius* satis contra Lambinum defendit Dav. Neque illi vel unus liber adstipulatur. Pro varia lectione *tolerantius* dedit etiam HWolf. Unus Ox. habet *intolerabilius*. *Ferret* pro *feret* est in duobus Oxx. Cod. Vind. 1. Duo alii Oxx. *ferrent*. *Mr.*

qui cognoverit] Cod. MS. in marg. Verb. Mon. 1. 2. duo Oxx. Gud. Vind. 2. *quam qui*. Scribitur *cognoverint* in quatuor Oxx. (in quibus ii sunt, qui habent *ferrent*) Reg. Gud. 1. 2. Marb. Tres Oxx. omittunt *esse*: unus habet *tale quid*. Pergit Aug. *Haec enim ratio de summa ipsa*: habet *de summa ipsa* etiam Vind. 1.; unus Ox. *malum*. *Mr.*

tantum modo affert] Separatim scribenda esse verba *tantum modo* viderunt iam M. Ald. Boul. (quem, a Lambino obscuratum, immerito neglexerunt et despexerunt posteriores) Brut. Post eos idem faciendum existimarunt FAWolf. Schz. Or. Tbn. Et sic scriptum est in Codd. Bern. et Marb. Quod ait Ern. sibi non satis placere *affert*, cum sit i. q. *dicit*, nihil movebit eum, qui reputaverit, sententiam manifesto hanc esse: tantum modo (v. id modo) affert solatii. Pro *evenisse* unus Ox. et Mon. 2. *evenisset*. Mox Edd. V. Rob. Steph. *opinandum non fuisset*. Codd. Mon. 2. Vind. 2. *esset* pro *fuisset*. Pergunt duo Oxx. *neque enim*, quorum unus omittit sequens *id*. Mon. 2. habet *id sit orationis*. Idem cum uno Ox. *nec valet*. *Mr.*

Sed id haud sciam an plurimum] „*Sed id* non bene. Puto legendum modo *et haud sciam.*“ *Ern.* „Nec mihi placet *sed id: malim sic ut.*“ *Niss.* Nodum in scirpo quaesiverunt hi viri docti: *sed id* est i. q. *sed id ipsum*. Quod dicit *haud sciam*, nec vero *haud scio*, id est urbanitatis vel maiorem habet quasi dubitandi gradum, ut modestior etiam sit affirmatio, cum dicere potuisset: *sine dubio valet*

an plurimum. Ergo ista nec opinata non habent tantam vim, ut aegritudo ex iis omnis oriatur: feriunt enim fortasse gravius: non id efficiunt, ut ea, quae accidant, maiora vi-

---

plurimum. Ubinam vero dicendum sit *haud scio an*, ubi *haud sciam an*, id regulis adstringi posse merito negat Or. Ceterum vid. Beier. ad Laelium in Excursu II. p. 214. Klotz. ad Laelium p. 171. Hand. in Tursellin. I. p. 317. et in primis p. 320. Post *plurimum* addunt *valeat* Edd. A. B. S. E. C. Asc. 2. Ven. nostr. et Junt. *Mr.*

Ergo ista nec opinata non habent tantam vim] Ed. P. *ergo nec ista.* Gud. omittit *ista.* Rehd. habet *ista inopinata.* Gud. et Mon. 2. *ista nec inopinata,* ubi habes utramque lectionem coniunctam eoque sententiam inversam. Duo Oxx. omittunt *non:* in Mon. 1. est *habet;* in Gud. 2. *tam tantam.* Scripsi *ex iis* pro *ex his* ex Cod. Mon. 1. et MS. in marg. Asc. nostr. 2. Edd. S. E. HWolf. In Codd. Vind. 2. Mon. 2. Marb. est *omnis ex his.* Pro *feriunt* est *ferunt* in Gud. 1. (sed nonnisi a 1. m.) Gud. 2. Marb. Mon. 2. quatuor Oxx.; *feratur* in Aug.; *feriuntur* in uno Ox., in alio *feruntur;* Ms. in marg. Verb. *fert.* Duo Oxx. *forte* pro *fortasse,* ut haud ita pridem scribebant plerique recentiores. *Mr.*

Non id efficiunt, ut ea, quae accidant, maiora sint. videntur, quia recentia sunt, non quia repentina.] „Sic hunc locum emendavi, partim coniectura ductus, partim librorum MSS. auctoritatem secutus, in quibus non sunt haec, quae reperiuntur in quibusdam vulgg. *maiora videntur* post illa *recentia sunt.* Sententia haec est: Ista nec opinata non efficiunt ut maiora sint. videntur maiora, quia sunt recentia, non quia repentina. Turnebus [Adversarr. XIX. 5.] post nostram priorem Ciceronis editionem, secutus aliquos libros antiquos, in quibus haec verba iterata sunt, *maiora videntur,* ita coniicit legendum, eadem sententia, sed non ita concinne: *non id efficiunt, ut ea, quae accidant, maiora sint; quia recentia sunt, maiora videntur, non quia repentina.* Nos brevius: *videntur, quia recentia sunt, non quia repentina.* Vox *maiora* concinnius subintelligitur, quam adscribitur.“ *Lambinus.* Probat hanc sententiam Frc. Fabr. *Mr.*

quia recentia sunt, non quia repentina.] „Ita Victorius cum Fabr. Pith. Pall. tert. quint. Sensus est: malum recens non videtur gravius inveterato, quia recens; sed quia repens et nec opinatum videtur. Turnebus tamen uberius hoc modo [v. ann. Lamb.] quae lectio quoque conspicitur [nimirum ut interponatur *maiora videntur*] in Pall. pr. sec. libris sequioris seculi, licet elegantis manus. Alias, *quia recentia sunt, videntur, non quia repentina.*“ *Gebh.* „Nos cum Davisio [videlicet in Ed. 1.] recepimus Turnebi lectionem, auctoritate MSS. fultam.“ *Verburg.* Dedit Verb. *Non id efficiunt — maiora videantur: quia rec. sunt, maiora videntur, non quia repentina.* Turnebus autem l. c. addit: „Vox *maiora,* etsi arcessi potest e superiori, tamen mihi videtur planiorem explicare sententiam, nec elegantiae detrahere.“ *Mr.*

Feriunt tamen *fortasse gravius; nam id efficiunt, ut ea quae accidant maiora videantur, quia repentina*] Eximia haec est praestantissimi Bentleii emendatio. Vulgati, contra rem ipsam contraque id quod supra posuerat Cicero, prae se ferebant: *Feriunt* enim *fortasse gravius; non id efficiunt, ut ea quae accidant maiora videantur:* quia recentia sunt; non *quia repentina.* Adeo audaces in locis interpolandis se praestiterunt Fraterculi! Ne quid tamen dissimulem, mihi omnia haec verba, *quia recentia sunt, non quia, repentina,* pro glossemate videntur habenda. *D.*

deantur: maiora videntur, quia recentia sunt, non, quia re-
56. pentina. Duplex est igitur ratio veri reperiendi; non in iis

Non id efficiunt etc.] „Cod. Reg. et duo Leidd.: *Non id efficiunt, ut ea quae accidant, maiora videantur, quia recentia sunt, maiora videntur, non quia repentina* [hoc quoque loco non consentit collatio nostra Codicis Reg. cum Bouhierii relatione: illa enim verba *maiora videntur* non esse in Regio refert:] Tertius Leid. non habet verba *maiora videntur*. — Bentleius sententiam loci emendatione sua pervertit. Vult Cicero: parum in eo est solatii homini misero, ut reputet potuisse sibi, utpote homini, tale aliquid accidere. Non enim ideo potissimum affligitur, quia inopinata sunt mala, quamquam hoc nonnihil confert ad afflictionem, sed quia recentia. Nam si vel maxime fuerit malum inopinatum, tempore (quum non amplius est recens) minuitur. Melius Davisio vidit sententiam Lambinus. Sed cum is nimium recedat a libris scriptis, equidem, nihil mutans, distinctione tantum mutata, ita legerim: *Non id efficiunt, ut ea, quae accidant, maiora videantur. Quia recentia sunt, maiora videntur, non quia repentina.*“ *Bouhier.* Ernesto non placet Bentleii ratio; placet Lambiniana et Bouhierii. Sed neque Bentleii scriptionem plene, nec Bouhierianam accurate retulit: ipse dedit, ut Gruterus vel Gebhardus, ex qua scriptione nonnisi extorquendo elici potest sententia. Lallemannus Turnebum et Dav. [in Ed. 1.] secutus est: addens „vulgati omittunt vocem *maiora*.“ Nissen., inspecta tantum Ernesti annotatione, „Ambabus, ait, manibus Bentleii correctionem *nam* amplexus tenebo, dum eam sententiae refragari, uti dixit Ern., probaverit aliquis. Causa affertur, cur non opinata feriant gravius, scilicet, non quia repentina sint, sed quia recentia.“ Bene: sed haec sententia non exit ex Bentleii emendatione, qui abiecit verba *quia recentia sunt, non.* FAWolf. Schz. Or. Tbn. Bouhierii lectionem amplexi sunt. Nobbius dedit ut M. Ald. Boul. Brut. Leod. Sylb. Oliv. *quia recentia sunt, videntur, non quia repentina*: ut nullus habet Cod. MS. Frc. Fabricius et HWolf. Lambinum sequuntur, item sine libris. Verba *maiora videntur*, post *recentia sunt*, omittunt praeter Reg., etiam Mon. 2. Vind. 1. 2. et Duisb., et a 1. m. cum verbis *quia recentia sunt*, Gud. 1. In uno Ox. et Vind. 2. est *accidunt* pro *accidant*; post hoc verbum tres Oxx. addunt *sunt*. Cum Bouhierio faciunt Codd. reliqui [de Oxx. nihil statuo: eorum enim lectio ex collatione non liquet:] nisi quod Marg. bis habet *maiora videantur*; et Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Unus Ox. pro *non* habet *ideo*. Solus Alter. dedit: *non id efficiunt, ut ea — maiora videantur. Quia recentia sunt, non quia repentina*: distinctione maiore ante *quia* posita. Idem refert pro altero *quia* in Vind. 1. esse *quod*. Ego vero, cum absint verba *maiora videntur*, quae abesse non possunt, a compluribus iisque antiquissimis libris, id inde factum esse existimo, quia sequebantur statim post *maiora videantur*. Cum vero aliquando scriberentur, *ut antecedentia* (ut habet Cod. Marb.) *majora videantur*: inepta visa ea sunt repetitio, ideoque abiecta: a recentioribus vero restituta sequentibus interposita videntur, ut inter opposita melius intelligerentur. Suspicor igitur a Cicerone profectum esse: *non id efficiunt, ut ea, quae accidant, maiora videantur: maiora videntur, quia recentia sunt, non, quia repentina:* et sic scripsi nullo vocabulo mutato, sed ordine tantum verborum, qui fuisse videtur, restituto. *Mr.*

Duplex est igitur ratio — — §. 57. Huic igitur alteri generi similis] „Haec arcte cohaerent, et universe enuntiatum ad rem singu-

solum, quae mala, sed in iis etiam quae bona videntur. Nam aut ipsius rei natura qualis et quanta sit, quaerimus; ut de paupertate nonnunquam: cuius onus disputando levamus, docentes quam parva et quam pauca sint, quae natura desideret: aut a disputandi subtilitate orationem ad exempla traducimus. Hic Socrates commemoratur; hic Diogenes; hic Caecilianum illud,

Saepe est etiam sub palliolo sordido sapientia.

---

larem transfertur, quasi dicas: *Duplex igitur cum sit ratio — — huic alteri similis* cet.“ *Nissen.* Vind. 1. et Aug. habent *Duplex igitur ratio est,* Mon. 2. et Duisb. *igitur est ratio.* Post *non* abest *in* in Codd. Reg. et Gud. 1. — Rursus h. l. bis scribendum fuit *iis,* pro quo Dav. cum Cod. Reg. et aliis nonnullis, itemque aliquot Edd. vett. dederat *his.* Cod. Aug. omittit *etiam,* unus Ox. *bona. Mr.*

Nam aut de ipsius rei natura] „Pall. pr. tert. quart. Vat. *nam ut ipsius rei natura.* quint. *nam ipsius rei natura.* Victor. omittit *de.*“ *Gebh.* Vocem *de* non habent Bouhierii tres Codd. Leidd. aliquot Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. 2. Guelf. Edd. P. V. Rob. Steph. Leod. Dav. Verb. Ern. sqq. Sed pro *aut* est *ut* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb.; et uno Ox. In quinque Oxx. esse dicitur *aut in ipsius.* In seqq. duo Oxx. et Marb. *cui* pro *cuius,* ex neglecto compendio *cuiꝯ.* Habet etiam *cui,* omisso *onus* Cod. Gud. 2. eandem, sine dubio, ob causam: fortasse nec legere poterat alterum compendium *oꝯ* i. e. *onus.* Pro *disputando* unus Ox. *disputandi*; pro *docentes* Gud. *docendo,* quod post *disputando* ferri nequit. Pergit Mon. 2. *et quam parva sint et quam pauca.* Duisb. omittit *quam* ante *pauca;* in Vind. 1. desunt *et quam pauca sint.* Marb. habet *sunt.* Vind. 1. exhibet *desiderat.* In hanc sententiam disputat Seneca Epist. 16: *Si ad naturam vives, nunquam eris pauper: si ad opinionem, nunquam dives. Exiguum natura desiderat, opinio immensum. Mr.*

Aut ipsius rei natura] Vulgo, *aut* de *ipsius rei natura.* Illam vero praepositionem nesciunt quinque Gebhardiani, et octo nostri, quibus morem gessimus. *D.*

aut a disputandi subtilitate orationem cet.] Omittunt *a* quatuor Oxx. Mon. 1. et Ed. P. Duo Oxx. et Vind. 1. habent *rationem* pro *orationem,* Rehd. *orationes;* Mon. 2. *traduximus.* Tum Rehd. bis *hinc* pro *hic.* Ad sententiam cf. Appuleium de Magia (s. Apologia) p. 22. ed. Bip. p. 116. Ed. Scip. Gentil. *Est paupertas in Aristide iusta, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in Homero diserta. Eadem paupertas etiam populo Romano imperium a primordio fundavit.* De Diogene Cynico, cui nihil habenti nihil defuit, non est quod verbum addam. Pro *Caecilianum illud* unus Ox. habet *Caecilianus.* Caecilius Statius fuit poëta comicus, Ennii, Scipionis et Laelii aequalis, qui obiit a. u. c. 584. Vid. G. J. Vossium de Poëtarum temporibus: poëtt. Latt, p. 5 sq. Petr. Crinit, de Poët. Lat. 6. p, 78. a. ed, Ascens. Lil. Gyrald. de Poëtarum Historia VIII. p. 416. Opp. T. II. Ed. Jensii. Baehrii nostri Gesch. d. Röm. Litt. p. 70 sq. *Mr.*

Saepe est etiam sub palliolo cet.] Vid. Spengel. in Statii Fragmm. (Monachii 1830. 8.) p. 56. Ferrar. de Re Vestiaria II. p. 175. — Cod. Gud. habet *etiam est.* Rehd. *super* pro *sub.* Mon. 2. *sub palido sordido.* Vind. 1. *sordido palliolo.* Gud. 2. *sub pallio,* omisso *sordido.* Mon. 2. *eloquentia* pro *sapientia.* Ceterum, quod de *palliolo* loquitur, significat poëtam philosophos Graecos respicere. Imitabatur

Quum enim paupertatis una eademque sit vis; quidnam dici potest, quamobrem C. Fabricio tolerabilis ea fuerit,
57. alii negent se ferre posse? Huic igitur alteri generi simili-
lis est ea ratio consolandi, quae docet humana esse, quae acciderint. Non enim id solum continet ea disputatio, ut cognitionem afferat generis humani: sed significat tolerabilia esse, quae et tulerint et ferant ceteri.

24 De paupertate agitur: multi patientes pauperes com-

---

enim vel convertebat Caecilius, sicuti Plautus et Terentius, comoedias Graecas, ideoque palliatas, non togatas, quas dicebant, scripsit fabulas. *Mr.*

Quum enim paupertatis una eademque sit vis] Cod. Gud. 2. *paupertati.* Cod. Mon. 2. *eadem est sit vis.* Rehd. *et eadem sit vis.* In Gud. post *vis* repetitur *sapientia.* Caium Fabricium intelligi eum, qui ad Pyrrhum fuit legatus (Brut. 14.), nemo ignorat. Cod. Rehd. habet *illa fuerit* pro *ea fuerit.* Idem pergit *illi alii negent.* Aug. vero exhibet *fuerit illi. Alii negent.* Pro *tolerabilis* unus Ox. *tolleratio.* Quae sequuntur (*Huic alteri generi* etc.) de exemplis intelligenda esse, ex fine capitis apparet. Mon. 1. et Gud. *Huic alteri igitur.* Gud. 1. a 1. m. *generis.* Unus Ox. *simul* pro *similis.* Aug. omittit *ea.* Unus Ox. *non* pro *quae;* alius *acciderunt,* Vind. 1. *accidunt* pro *acciderint. Mr.*

Non enim id solum] Ex Ed. Or. suspiceris, Codd. omnes et Edd. praeter V. et Dav. habere *solum id.* Sed *id solum* habent Codd. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Marb. Mon. 1. Vind. 2. et sine dubio etiam Reg.; nam et ita est in Gud. 1. et idem habet Dav. qui talia saepissime tacite ex Reg. correxit. Habent praeterea Edd. Rob. Steph. et Leod. *Id* omittit unus Ox. cum Mon. 2. Ad v. *continet* monet Wolfius in scholis: Idem, quod mox *afferat.* Mera est παράφρασις. Pro *ea* est *illa* in Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. *Mr.*

ut cognitionem afferat generis humani] „Humanum genus fluxum esse, caducum, imbecillum, quassum, malis obnoxium. — Appuleius in Daemonio Socratis [p. 226 sq. Bip.] homines definit esse terrae incolas, *moribundis membris, levibus et anxiis mentibus, brutis et obnoxiis corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus, pervicaci audacia, pertinaci spe, casso labore, fortuna caduca, tarda sapientia, cita morte, querula vita.*“ *Beroaldus.*

ut cognitionem afferat generis humani] „Unus Leid. *cogitationem.* Sed nihil mutandum.“ *Bouh.* Quinque Oxx. *cogitationem,* itemque Duisb. et, a 1. m. Gud. 1; unde Or. se aliquando coniecisse ait *conditionem,* postea vero sensisse tum v. *afferat* non satis aptum esse. Recte. Idem, Sensus est, ait: *cognitionem afferat conditionis humanae.* In uno Ox. et Vind. 2. legitur *auferat. Mr.*

Quae tulerint] Sic Eliens. tert. Vulgo *quae* et *tulerint. D.*

quae et tulerint et ferant ceteri] i. e. quae non tantum pridem tulerint alii sed etiam nunc ferant. Restitui prius *et,* a Davisio unius Codicis auctoritate abiectum: quod eiectum esse improbabat etiam Bouh. Ceterum omittitur ea vox in duobus Oxx. Gud. 2. Vind. 1. Marb. (in quo est *tulerunt.*) Gud. Duisb. In Vind. 1. est *ferunt. Mr.*

C. 24. *De paupertate agitur:*] Vid. quae de simili structura ad II. 12. 28. (*Rogo hoc idem Epicurum*) monuimus. Unus Ox. omittit *agitur.* Tres cum Gud. 2. Aug. et Duisb. habent *igitur*: et sic etiam Ed. C. Vocem *pauperes* omittit Gud., unus Ox. habet *commemorant,*

memorantur. De contemnendo honore: multi inhonorati proferuntur, et quidem propter id ipsum beatiores: eorumque, qui privatum otium negotiis publicis antetulerunt, nominatim vita laudatur: nec siletur illud potentissimi regis

---

neglecta syllaba per compendium scripta. Male Nobb. post hoc demum verbum novum caput incipit. Pergit Mon. c. *Paupertate igitur multi.* — *Inhonorati* explicat FAW. in scholis: *qui honoribus functi nunquam sunt:* quod, ut vere monet Or., homini Romano triste videbatur. Beroaldus autem ad h. l. „Cato, ait, quo die repulsam passus est, pila lusit: quem ait Plinius repulsis tanquam honoribus inemptis gaudere solitum. Apud Valerium caput est de Repulsis [VII. 5.] quo enumerat exempla clarorum virorum, qui repulsis sugillati fuerunt inhonoratique discesserunt. M. Tullius in Or. pro Plancio aliquot commemorat repulsa notatos et a populo praeteritos in petitione magistratus.“ — Unus Ox. habet *equidem* pro *et quidem*, Marb. omittit *propter*. Pro *eorumque* legitur *eorum* in uno Ox. Gud. 2. Marb. (hic omittit etiam *qui*) In Gud. 1. est *eorum quae qui* (hoc supra lin. additum); in Mon. 2. *eorum quoque qui*. Aug. *privatum negotium negotiis publicis*: egregia scilicet correctione. Idem *ante tulerant*. Vind. 1. habet glossam *praetulerunt*. Hac autem significatione multo frequentius *anteferre* Cicero dixit, quam *praeferre*. Ad rem operae pretium est conferre Ciceronis sententiam, admodum diversam ab hac, de Off. III. 1. *Mr.*

privatum otium — antetulerunt] Cic. Or. pro Mur. 27, 55: *Nam cum saepe antea — et ex aliorum miseriis et ex meis curis laboribusque quotidianis, fortunatos eos homines iudicarem, qui remoti a studiis ambitionis otium ac tranquillitatem vitae secuti sunt; tum vero in his L. Murenae tantis — periculis ita sum animo affectus* etc. *Mr.*

nominatim vita laudatur] Unus Ox. Gud. 1. et Marb. *nominati*, posterior etiam *laudantur*. In Cod. Mon 2. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. est *laudatur vita*. Ad seqq. dubitabat Beroaldus, utrum Agamemnon sit intelligendus an Priamus. Priorem intelligi iam vidit Comm. Anon. ap. Leod. a Qu. qui recordabatur loci Euripidei in principio Iphigeniae Aulidensis, ubi est v. 15. seqq.

— — ζηλῶ σε γέρον,
ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὅς ἀκίνδυνον,
βίον ἐξεπέρασ' ἀγνώς, ἀκλεής·
τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἥσσον ζηλῶ.

Ad quem locum G. Hermannus, qui recentissime edidit hanc fabulam, nostrum Ciceronis locum laudavit et prius Porson. in Advv. p. 248. p. 219. ed. Lips. — Scribitur autem in Codd. Gud. *nec simulent illius pot.* Rehd. habet egregiam glossam *Alexandri regis*, et unus Ox. *regis Alexandri*. Gud. 2. habet *potissimi*. Ne cui placeat *anapaesticum*, quod est in nullo Cod., qui quidem adhuc sit collatus, quamquam id esse in aliquot MSS. ait Bouh., Or. monet ante Servium et Sidonium Apollinarem non ita fuisse videri scriptum, laudatque Cic. Orat. §. 190. ubi item sunt, qui pro *anapaestus* scribant *anapaesticus*: v. Edit. Meyeri p. 124. Laudavit videlicet Bouh. Grammaticos Diomedem p. 504. Servii Centimetr. p. 1821. [p. 13. ed. pecul. Lugd. Bat. 1788. 8.] Poterat addere Mallium Theodorum p. 39. sqq. ed. Heusinger. Idem Bouh. se in sua Ed. vet. reperisse ait *anapaesticum*; id fieri potest, nam ita habent etiam Edd. S. E. HWolf. et, si fides margini Lambb. et Goth., Lambinus, quamquam Or. qui eum contulit, nihil monet. Falsum vero est, quod ait Bouh., etiam sic legi in Ed. Rob. Stephan. quae habet id, quod nos.

anapaestum, qui laudat senem, et fortunatum esse dicit,

Turnebus in Adversarr. II. 17. p. 57. „*Anapaestum*, ait, eum scribit, *Reliquique Graeci, qui hoc anapaesto citantur* [Cic. de Finn. II. 6.] appellat carmen scriptum anapaesticis versibus, ut in tertia Tusculana: *nec siletur illud potentissimi regis anapaestum.* Sic et *Iambus* in Epistolis ad Atticum [XVI. 11.] est ecloga aut carmen iambicis versibus compositum: *Aristophani*, inquit *optimus iambus Archilochi videtur, qui longissimus.*" In eandem sententiam contra Lambinianam, quam dicit, scriptionem *anapaesticum* (h. l.) et *anapaesticos* (Orat. c. 56.) disputat Mencken. in Obss. Ling. Lat. p. 51. *Mr.*

Nec siletur etc.] „Est hoc carmen apud Euripidem Iphigenia in Aulide. Cum enim senex Agamemnoni fidelissimus vidisset illum silente nocte solum ambulantem extra tentorium, miratur rei novitatem et hortatur, ut intra tectum se referat: cui sic Agamemnon respondet: ζηλῶ σε, γέρον— ἀκλεής. quem locum hic Cicero eleganter expressit. ζηλῶ autem quomodo reddat, (quod verbum non facile potest uno Latino verbo exprimi,) planum est. Ζηλῶ σε enim est, *Qui tu es, ego esse velim, et beatum te iudico, qui in ista conditione vitae sis.* Ita etiam respondet nutrix Medeae apud eundem poëtam paedagogo, cum ille ostendisset se putare, infortunia Medeae terminum iam habere: sic enim inquit [v. 59.] ζηλῶσ' · ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέπω μεσοῖ, id est: Quam vellem in ea, qua tu es, huius rei ignoratione versari: et fortunatum te iudico, qui haec mala nescias. Est autem familiarissimus modus dicendi, ut nos etiam consuevimus dicere, *O te beatum, qui ita sentias.* Euripidis senarios, qui paullo post sunt a Cicerone latini facti, citat Plutarchus in Consolatione ad Apollonium, eorumque sententiam laudat: οὐ φαύλως γὰρ ἂν δόξειεν ὁ παρὰ τῷ ποιητῇ Ἀμφιάρεως παραμυθεῖσθαι τὴν Ἀρχεμόρου μητέρα δυσχεραίνουσαν, ὅτι νήπιος ὢν ὁ παῖς καὶ ἄγαν ἄωρος ἐτελεύτησε. φησὶ γὰρ οὕτως, ἔφυ μὲν οὐδείς (v. ann. Dav. paullo inferius) — στάχυν,

καὶ τὸν μὲν εἶναι, τὸν δὲ μή· τί ταῦτα δεῖ
στένειν, ἅπερ δεῖ κατὰ φύσιν διεκπερᾶν;
δεινὰν γὰρ οὐδέν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς.

Tres autem postremos versiculos non interpretatur Cicero." *Victorius.*

Potentissimi regis Anapaestum] Lambino placuit *Anapaesticum*, et ita dant Eliens. pr. sec. Aliis tamen Msstis potius crediderim. Noster lib. II. cap. 15. *Nec adhibetur ulla sine* Anapaestis *pedibus hortatio.* Lucianus Tom. I. p. 17. ΑΝΑΠΑΙΣΤΟΙΣ μέτροις ἐποχουμένη τὰ πολλά. Per *potentissimum* vero *regem* designatur Agamemno, qui apud Euripidem Iphig. in Aulid. vs. 15. sic alloquitur senem:

— Ζηλῶ σε, γέρον,
Ζηλῶ δ' ἀνδρῶν ὃς ἀκινδυνον
Βίον ἐξεπέρασ' ἀγνώς, ἀκλεής.

Eosdem versus laudat Plutarchus περὶ εὐθυμίας pag. 471. quorum mentem Tullius haud accurate retulit. *D.*

quo laudat senem] „Vulgg. *qui.*" *Dav.* ed. 2. Bentleio obsecutus. Ad quam correctionem Wopkensius l. c. p. 115. „Relativum, ait, ad *regis* pertinens, recte habere, clamant haec loca: infra IV. 5: *veterum* [l. *veterem*] *illam equidem Pythagorae primum, dein Platonis descriptionem sequar, qui animum in duas partes dividunt.* V. 17: . . . *quam habeat libra illa Critolai? qui cum in alteram lancem animi bona imponat* cet. c. 14: *ut mihi Laconis illud dictum in hos cadere videatur, qui glorianti cuidam mercatori . . . . inquit* cet. de Legg. II. 25: *ille mos . . permansit, hoc ius terra humandi; quam cum proxumi iniecerant . . .* Divin. II. 24: *Vetus autem illud Catonis*

quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem perventurus. Similiter, commemorandis exemplis, orbitates quoque liberûm praedicantur, eorumque, qui gravius ferunt, luctus aliorum exemplis leniuntur: sic perpessio ceterorum facit, ut ea, quae acciderint, multo minora, quam quanta sint existimata, videantur. Ita fit sensim cogitantibus, ut, quantum sit ementita opinio, appareat. Atque hoc idem et Telamo ille declarat, 58. p. 203. a.

---

valde scitum est, qui mirari se aiebat etc., vid. etiam Lactant. Inst. III. 13. 10. Hinc merito quoque concludas, sartum tectum conservandum esse locum de Sen. c. 8. *ut Solonem versibus gloriantem videmus, qui se quotidie aliquid addiscentem senem fieri dixit*: ubi Davis. ad Acadd. II. 2. volebat *queis se quotidie*." Accedit Bouhierius Wopkensii sententiae: quam postea ipse quoque Dav. suam videtur fecisse. *Mr.*

et fortunatum esse dicit, quod inglorius etc.] Post *fortunatum* Cod. Rehd. addit *eum*. Pro *inglorius* habent *ingloriosus* septem Oxx. Mon. 2. Gud. Rehd. Duisb. quod ne Latinum quidem est. Pergit Duisb. *atque ignobilis sit*. Post haec pergit Gud. 2. *et supremum*. Tum duo Oxx. *vitae diem*. Gud. 1. a 1. m. *preventurus*. *Mr.*

orbitates quoque liberûm praedicantur] „i. e. commemorantur, ut et infra c. 33. hoc verbum dicitur: *ut enim tulerit quisque — — praedicandum est*. In *orbitates liberorum* mihi *liberorum* glossam sapere visum est. Nam vulgo non additur orbitati Genitivus, cum sic et proprie dicitur, de liberis sc., at cum tropice. Sic in Epist. ad Div. est *orbitas senatus virorum talium* [X. 3. ubi vid. Cortium]." *Ern.* Non est necessarium abiicere vocem ab omnibus libris servatam, quae sententiam quoque commode fulcit atque locutionem pleniorem reddit. Unus Ox. habet *arbitrantur* pro *praedicantur*. Scripsi autem *liberûm* pro *liberorum* cum Davisio, tum quia sine dubio ita est in Cod. Reg., nam habet Gud. 1. cum Gud. 2; tum quia in hac voce amabat Cicero hanc formam: vid. modo Verrin. Act. II. L. 5, 45. 118 sq. *ab extremo complexu liberûm: — non vitam liberûm, sed mortis celeritatem — redimere cogebantur*. Conf. Festum v. *quaeso*: *liberûm quaesendûm causa* (in formula): B. Brisson. de Formulis p. 517. ed. Bach. G. J. Vossii Aristarch. in libro de Analogia II. 6. p. 686. Ruddimann. Inst. Gr. Lat. I. p. 45 sq. not. 19. K. L. Schneider. Lat. Gr. II. Formenl. I. p. 70. b. — In seqq. Cod. Rehd. habet *qui gravius luctus ferunt*. Tum Aug. *sicque perpessio*. *Mr.*

Quam quanta] Huiusce φράσεως exempla suppeditabit Fr. Sanctius Min. lib. III. c. 14. *D.*

quam quanta sint existimata] Quem laudat locum Sanctii Davisius is est in Ed. Perizonii quinta p. 492, ubi de constructione *quam quanta* agitur et similes Ciceronis loci laudantur et explicantur. Ceterum in Cod. Duisb. pro illis quatuor verbis legitur *quam sunt*. Rehd. Gud. Mon. 2. Marb. et unus Ox. exhibent *extimata*, unus *estimata*, duo cum marg. Crat. *existimanda*. In seqq. unus Ox. *sensim cogitationibus* ex perperam lecto compendio *cogitātibꝫ*. Pergit Marb. *et*. Duisb. Vind. 2. *quanta*. Verba *quantum sit ementita opinio* FAWolf. in scholis explicat: *quantum falsi insit in hac opinione*. De verbo *ementiendi* eiusque usu vid. nos ad Cic. de Divin. I. 9. 15. p. 38: ad verba: *signa nunquam fere ementientia*. *Mr.*

Atque hoc idem et Telamo ille declarat] Duo Oxx. omittunt *Atque*. Mon. 2. habet *At qui*. Rehd. omittit *et*. Scribitur *Telamon* in

Ego quúm genui, — —
et Theseus,
Futúras mecum cómmentabar miserias:
et Anaxagoras, *Sciebam me genuisse mortalem.* Hi enim omnes, diu cogitantes de rebus humanis, intelligebant, eas nequaquam pro opinione vulgi esse extimescendas. Et mihi

---

Edd. ante Grut. [scripsisse tamen dicitur in marg. Lambb. Lambinus *Telamo*] itemque in Cod. Duisb., *Thelamon* in Codd. Aug. Marb. Mon. 1. 2. In Gud. 2. est *idem athelamone ille.* In reliquis est *Telamo*, de qua scriptione v. K. L. Schneider. Lat. Gramm. II. Formenl. I. p. 276. De constructione loci vid. Otto ad Cic. de Finn. p. 384. Ad sententiam respice supra III. 13. 28. extr. *Mr.*

Ego cum genui —] „Nihil amplius in membranis; et satis erat primis locum verbis indicasse, qui supra [c. 13. extr.] iam integre repraesentatur." *A. Schott.* Nod. Cic. IV. 17. p. 388. *Mr.*

Ego quum genui . . . et Theseus,] „Sic rectius, quam vulgo: nam solet Cicero, quae semel protulit, postea abrumpere. hoc ingcssit, quia iam non fides haberi solet hominibus. Pal. tert. *Ego cum genui etc.* hoc quoque Vatican." *Gebh.* „Cod. Reg. [qui secundum nostram collationem plura etiam exhibet:] duo Leidd. ed. mea vet. et aliquot aliae cum nonnullis Codd. ab aliis laudatis, habent: *Ego quum genui, tum morituram scivi.* Cur autem sine necessitate abiiciam tria verba posteriora, quae melius etiam Ciceronis sententiam explanant?" *Bouhier.* Crediderunt Bouhierio FAW. et Schz. de lectione Codicis Regii: is vero ex nostra collatione totum etiam versum exhibet: *ego quum genui tum morituros scivi et ei rei sustuli,* ut Duisb. Marb. et unus Ox. Totum vero versum sine dubio non repetivit Cicero. Quare existimo ei sufficere visum esse principium versus *ego quum genui,* ut ex suis dedit Gebh., retulit Schott. et nos reperimus in antiquissimo Gud. 1. praeterea in Gud. 2. Bern. (a. l. m.: nam secunda addidit *morituram scivi:*) duobus Oxx. Edd. Dav. Gebh. Ern. Verb. et ex vett. Boul. Brut. Sylb. *Ego cum genui moriturum scivi* est in Codd. Vindd. Mon. 2. (nisi quod hic habet *enim* pro *cum*) Rehd. Edd. V. M. L. Ald. HWolf. Rob. et Car. Steph. Sturm. Leod. Lall. Oliv. Alt. Bip.; *Ego eum genui* tres Oxx., *Ego eum genui moriturum* unus ex illis; *moriturum* addit etiam Mon. 1. et Gud., verbis *ego cum genui moriturum* addunt *et cetera* Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt.; *et celeri* addit Ed. P. *etc.* Ed. Tbn. post *genui*; in parenthesi addit *moriturum scivi* Ed. Nobb., itemque *παρενθέτως* Edd. FAWolf. Or. *tum moriturum scivi,* sine parenthesi Schz. Post *genui* pergit Cod. Bern. *et has eius* [pro *Theseus*] *futuras mecum* cet. In Aug. scribitur *ego cum genui ã et tell.,* in Gud. 2. *et thelamonias mecum futuras.* In seqq. unus Ox. *commentabam,* Marb. *meditabar,* quod est interpretis. Plures Thesei versus habes supra c. 14, 29. *Mr.*

et Anaxagoras, Sciebam —] Post *Anaxagoras* Rehd. addit *inquit.* Pro *mortalem* duo Oxx. habent *moriturum.* Pergunt Cod. Mon. 1. et Ed. S. *Ii enim.* Mon. 2. *intelligant* pro *intelligebant.* Pro *eas* Gud. 2. *et his.* Unus Ox. omittit *pro.* Post *vulgi* legitur *etiam* pro *esse* in Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Junt. Pergit unus Ox. *aestimandas,* Duisb. *estimandas* (supra lin. *extim—*) Aug. *pro opinione vulgatas esse existimandas.* Gud. 2. *existimabat miscendas,* Gud. 1. *existimescendas* (sic) sed litera *e* post *m* deleta videtur. Gud. 2. omittit in proximis *videtur. Mr.*

uidem videtur idem fere accidere iis, qui ante meditantur, uod iis, quibus medetur dies: nisi quod ratio quaedam sa- at illos, hos ipsa natura, intellecto eo, quod rem continet,

idem fere accidere iis, qui] Cod. Rehd. *accidere fere his*, *is*, Duisb. *fere idem accidere videtur hiis.* Mox unus Ox. *meditaantur quod accidit iis.* Eandem Glóssam (*accidit*) cum Bouhieius reperisset in uno Leid., commendavit, utpote repetitionem usui iceronis convenientem. Rursus hic nobis idem repetendum, quod on semel monuimus. Non id quaeritur in talibus rebus, utrum, uod aliquoties fecisse scimus, et recte fecisse, Ciceronem, etiam hic ecisse censendus sit ex unius libri, neque optimi, auctoritate: sed um istius auctoritatis causa optimorum plurimorumque librorum uctoritas in ea scriptione reiicienda sit, quae non modo Latina est, ed plane Ciceroniana. — Pergit Gud. 2. *quibus meditetur dies.* De ignificatione vocis *dies*, quae hic obtinet, paullo superius monuimus d c. 22. §. 53. prc. *Mr.*

nisi quod ratio quaedam sanat illos,] Dav. in Ed. 2. dedit, x Bentleii nimirum sententia, *ratio quidem*, nihil monens, quam ulgo legi *quaedam.* Quod placet Bouhierio, ut miratus etiam videaur, quod ipse Dav. in Ed. 3. ad *quaedam* redierit. Ern. vero nihil urans δευτέρας Davisii φροντίδας *quidem* recepit, quod fecit item AW. in ed. 1. Quam cum solam ad manum habuisse videatur Bill., *uidem* praefert, laudans c. 23. §. 55: *quid ergo opus est ratione*, et pus esse h. l. particula restrictiva, quam dicit, contendens, quia de ratione universe, nec vero de ratione quadam sermo sit. Et is quidem suam rationem sibi habeat. Schützium vero quis intelligat, qui dedit *quaedam* additque sic dedisse Bentleium probantibus Bouhierio et Wolfio, quum vulgo legatur *quidem* —? Est autem *quaedam ratio* in Codd. Aug. et Mon. 2; *ratione quadam* in Gud.; *ratione quaedam* in Gud. 1. et Marb.; *ratione quidam* in Gud. 2. Unus Ox. habet *eos* pro *illos. Mr.*

Hos ipsa natura] „Locus est depravatus, sicque restituendus ex antiquo codice: *Hos ipsa natura temporis, intellecto eo, quod remedium continet.* nam utrobique valet ratio, tum in praemeditatione tum in medicina temporis. Nam postquam animi tumor resedit, ad rationem redit.“ *Comm. Anon.* ap. Leod. a Qu. Sunt qui corrigi velint *hoc ipsa natura temporis.* Ego hoc glossema repudio. Tullius quum hic duo genera hominum inter se conferat, in quibus diversae causae efficientes aegritudinem minuunt, quod eos, qui ante meditati sunt, ratio docet, id alii natura ipsius incommodi intelligunt, quum dies ipsis demonstrat, malum, quod putatum sit maximum, non esse tantum. *Opinatum* enim passive usurpatur ut fere apud M. Catonem ilerum dictarum de Cons. suo: *Tantum commeatum non opinatum esse quemquam hominem maturrime comparare potuisse.*“ *Fr. Fabr.* Errare in hoc loco Fabricium nemo non videt. Est vero hic Catonis ocus in H. Meyeri, V. Cl., Fragmm. Oratorum Rom. (Turic. 1832.) p. 74. *Mr.*

Intellecto eo, quod remedium illud continet, malum, quod opinatum sit esse maximum] „In scripto libro erat: *quod rem illud continet.* Fortasse *quod rem illam* verum sit.“ *Schott.* Nod. Cic. IV. 17. p. 388. „Palat. quart. Vatic. *quod rem illud continet malum.* quint. *quod rem continet malum.* Fab. *quod opinatum sit, et si rem continent esse maximum.*“ *Gebh.* „In omnibus Edd. verba *intellecto eo* etc. coniunguntur cum antecedentibus, pergitque periodus usque ad v. *evertere.* Quod sententiae est contrarium. Cum enim Cicero dicit naturam so-

malum, quod opinatum sit esse maximum, nequaquam esse
59. tantum, ut vitam beatam possit evertere. Hoc igitur efficitur, ut ex illo nec opinato plaga maior sit: non, ut illi

---

lam consolari afflictos, intelligi debet, id fieri tempore nec vero rationibus. Necessarium est igitur ab illis verbis periodum novam incipere, quae sequentia ita sibi adiungit: *Intellecto eo, quod .... ut vitam beatam possit evertere; hoc igitur efficitur* etc. Manifesto loquitur de priore afflictionum remedio, de quo scriptor modo loqui coeperat, de ratione, quae nos docet, hominem ad vitae casus imparatum magis iis adventantibus perturbari, sed sapientem et animosum ideo dolore animo non destitui. Non videtur igitur lectio *quod remedium* mutanda in *quod rem*, quamvis ita legatur in Cod. Reg. et uno Leid. Sola vera est lectio unius Codicis a Davisio laudati, ubi est *inopinatum*, legendumque: *malum, quod inopinatum sit, etsi maximum, nequaquam esse tantum*, etc. Facillima hacce mutatione omnia fiunt perspicua. Est etiam *etsi* post *sit* in uno Cod. Gruteriano." *Bouh.*

Quod rem *continet*; illud *malum*] Vulgo *quod* remedium illud *continet, malum.* At Pal. quint. et Balliol. *quod* rem *continet, malum.* Vatic. Reg. et Pithoean. *quod* rem illud *continet malum*: unde Cl. Bentleius vere scripsit, *quod* rem *continet, illum malum.* Sic infra IV, 10. *Qua oratione praetermissa minime necessaria, ea quae* rem continent, *pertractemus.* Vide sis et Brutum cap. 29. *D.*

quod remedium illud continet] „i. e. in quo est vis illius remedii, in quo remedium inest, cernitur. Dav. correxit, *quod rem continet, illud malum,* et sic habent MSS. quidam. non male. In Guelf. est *re.*" *Ern.*

intellecto eo, quod rem continet, malum,] i. e. *dum ab his intelligatur, in quo rei vertitur summa, malum* etc. Delevi autem *illud,* cum absit a quinque Oxx. Mon. 1., et inepto loco ponatur, ante *continet,* in Codd. Gud. 1. 2. Rehd. Aug. Duisb. Gud. Mon. 2. Marb. Bern. Pro *remedium* est *rem* in Codd. tribus Oxx. Bern. [sed in marg. a 2. m. *remedium*] Gud. 1. 2. Marb. In Cod. Aug. *re,* in Vind. 1. *res,* in Rehd. *ratio* cum Mon. 2.; in Duisb. *quod malum quod opinatum sit etsi rem contineat esse maximum nequaquam tamen esse tantum.* Tbn. dedit ut Gebh. et Ern. Sed Nobbius: *quod rem*[*edium illud*] *continet. Mr.*

Quod opinatum sit] Balliol. *quod* inopinatum *sit.* Lego *quod opinati sint,* postulante, ni fallor, sensu. *D.*

quod opinatum sit, esse maximum] „Hoc quidem stultum sit, nec Cicero dixit. Legendum est *opinati sint,* ut et Davisio visum est. nec dubitavi recipere hanc emendationem. Sed et *esse* deletum velim." *Ernestus.* Wopkensius autem: „*Opinari,* ait, aliquando passivam significandi vim habet. Si nescis, vid. supra c. 11. *immoderata appetitio opinati magni boni, rationi* non *obtemperans.* Sic pluries vel in his libris, ut non videam cur mallemus, *quod opinati sint.*" Ad quae Handius l. c. p. 116: „Cicero non verbo tribuit passivam significationem, sed adiectivo *opinatum.* Hinc loquitur saepe de *opinatis* bonis et malis. Et scripsit hoc loco: *intellecto eo, quod rem continet, malum, quod opinatum sit maximum, nequaquam esse tantum, ut vitam beatam possit evertere.* Etenim in hac dictione deerat linguae adiectivum aptum, in cuius locum succedebat adiectivum, uti in aliis verbis factum est. Ita Livius 22, 6, 4, *qui se infesto venienti obviam obtulerat.* Illud quod vulgo legitur *esse,* ab eo additum videtur, qui reliqua superiora interpolaverat." Vides Handium cum Ernesto verbum *esse* proscriptum velle. Sed habent Codd. omnes: nec il

utant, ut, quum duobus pares casus evenerint, is modo egritudine afficiatur, cui ille nec opinato casus evenerit. taque dicuntur nonnulli in maerore, quum de hac communi ominum conditione audivissent, ea lege esse nos natos, ut emo in perpetuum esse posset expers mali, gravius etiam ulisse.

---

uspectum facere debet verbum, quod Aug. habet *maximum esse*. Scriitur *inopinatum* in duobus Oxx. et Vind. 1. Improbat etiam Nisseius emendationem Davisianam, *quod opinatum sit* explicans *perperam reditum sit*. Kühnerus ad verba *quod rem continet* commode confert V. 10. 23: *qua oratione praetermissa minime necessaria, ea, quae em continent, pertracte nus*. Video autem ex Ed. HWolfii, non sse coniecturam, *opinati sint*, Davisii: eam enim iam ille vir habet uxta vulgatam in parenthesi. Ipse autem HWolfius coniecit *quod pinatu sit maximum*. *Mr.*

nequaquam esse tantum,] Post *tantum* additur in Edd. P. A. B. S. . C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. *sui natura:* quorum verorum in libris MSS. nullum est vestigium. Pergit Cod. Duisb. *ut eatam vitam*. Gud. 2. habet *avertere* pro *evertere*. *Mr.*

ut ex illo nec opinato plaga maior sit] „quia dies hominum dori medetur; sed non omnis, quia ratio sic sanare homines potest, t nihil inopinatum esse censeant." *Nissen.* Sola Ed. Alt., fortasse perarum errore, omittit *ex*: quod, si certa fides esset eius collatiibus, ex silentio eius concludas abesse etiam a Cod. Vind. 1. Unus Ox. habet *nec opinata plaga;* alius *opinatum,* omisso *nec*. Gud. *nec inopinato;* Rehd. *maior non sit*. Sequens *non* omittit Gud. 2. *Illi* Kühn. explicat *Cyrenaici*. *Mr.*

evenerint, is modo — casus evenerit.] Cod. Aug. *evenirent* pro *venerint*. Verba *is modo — casus evenerit* absunt ab uno Ox. Ad. v. *nec opinato casus* Gebh. ita: „Sic recte Victorius Pall. prim. secund. quint. Fabr. Pith. Vatic. vulgo *nec opinatus casus*." Est autem *nec opinatus* in Cod. Rehd. Edd. A. B. S. E. M. L. Ald. Ven. nostr. Asc. 1. HWolf. Leod. Sylb. Boul. Brut. In uno Ox. legitur *efficiatur* pro *afficiatur*. Aug. in fine periodi *eveniret* pro *evenerit*. Post *dicuntur* in seqq. legitur in Cod. Mon. 2. *ex. nonnulli,* quod compendium est sine dubio glossatoris additamentum, videturque fuisse vel *etiam* vel *exempli causa*: quorum utrumque est supervacaneum. *Mr.*

quum de hac communi hominum conditione audivissent,] „Dicant alii quod libet: iure praefero hanc lectionem a Victorio admissam, in Pall. quinque Vaticanoque repertam. Vulgo *omnium* pro *hominum*." Gebh. Post haec in Cod. Rehd. additur *vita;* scribitur in eodem et in Mon. 2. *omnium*, ut est in Edd. A. B. C. M. L. Junt. omnibusque nostris ante Gebh., exceptis Leod. Rob. Steph. et Herw. Sequitur in Rehd. *condictione*. Tum Duisb. *audissent*. Rehd. *ea lege natos nos esse*, Aug. *ea lege natus nos*: omisso *esse,* quod abest etiam a duobus Oxx. et Mon. 1. Ed. P. Scribitur inverso ordine *nos esse* in Edd. A. B. S. E. C. M. L. omnibusque ante Gebh. exceptis V. Rob. Steph. Herw. Solus Vind. 1. habet *esse natos nos*. Duisb. habet *in perpetuum;* idem cum Gud. 2. habet *possit esse:* est etiam *possit* in Vind. 1. et uno Ox. Alius id verbum plane omittit. Gud. omittit *etiam*. Non absimile, ait Beroald. ad h. l., est illud Solonis, qui quum lacrymabundus lugeret defunctum filium, dicereturque sibi a quodam, At nihil proficis, respondisse fertur, at propter hoc ipsum illacrymo, quia nihil proficio. *Mr.*

25 Quocirca Carneades, ut video nostrum scribere Antiochum, reprehendere Chrysippum solebat, laudantem Euripideum carmen illud,

Mortális nemo est, quém non attingit dolor

---

c. 25. *Quocirca Carneades* etc.] Cod. Mon. 2. *Ut video Carneades*, inverso verborum ordine. Cod. Marb. omittit *ut*. De Antiocho v. etiam V. 8. 22. Plures locos v. apud Schütz. in Lex. Cic. Disputat de eo Kühner. in libro de Cic. in Philos. meritis p. 159. — Scribitur *reprendere* in Cod. Gud. 1. et sine dubio etiam in Reg., quamvis collatio nostra taceat: nam ita tacite edidit Dav. Pergit unus Ox. *ante Chrysippum*. Mon. 2. habet *Crisippum*. Gud. 2. omittit hoc nomen. *Mr.*

Euripideum carmen illud,] Ad h. l. Camerarius laudato Euripidis loco ita pergit: „Contra autem necessitatem cum alia dici solent, tum memorari et Eueni versus, quem alicubi refert Aristoteles quoque,

πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιηρὸν ἔφυ· [v. 464. Brunck.]

Legitur autem inter Theognidis sententias." Conf. autem ad h. l. Valckenarii Diatrib. Euripid. p. 212 sq. ibiq. laudd., Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 736 sq. p. 59. T. II. ed. Lips. ibiq. laudd. Cod. Marb. *Euripidem* pro *Euripideum*. *Mr.*

Mortalis nemo est, quem non attingit dolor,] „Ita scripsi fiducia Pall. quatuor priorum: Euripid. ἔφυ μὲν οὐδείς, ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν. Quod si non hoc satisdat, obtendatur illud Flacci: *Edit ciculis allium nocentius.*" *Gebh.* — Scribitur *Nemo mortalis est* in Cod. Mon. 2. Edd. P. A. B. S. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2; *Nemo est mortalis* in Ed. E. „Malim *attinget*, ait Bouh., ut est in Edd. Manutiorum [quod falsum est] et nonnullis aliis [de quo dubitare licet]. Versu seq. videtur mihi mendum inesse in voce *multi* quod Graecis etiam contrarium est. Videtur scripsisse Cicero *multis*, quibus opponitur mox *morsque est finita omnibus*. Versus quinti initium in Cod. Reg. uno Leid. et mea Ed. vet. est *Reddenda terrae est terra*: quod praestare videtur vulgatae: *Reddenda est terrae terra*." *Mr.*

quem non attingat dolor,] „Sic Guelf. Male vulgati *attingit*. Versu proximo legendum *multis*, ut et Bentleio visum est." *Ern.* Indicativum restitui cum Gebh. Dav. Lall. FAWolf. recc. ex Codd. Reg. Gud. 1. Marb. Mon. 1. Gud. 2. Rehd. Gud. Bern. duobus Oxx. Idque scriptum esse ex veteri Latinorum more monet W. in scholis. Vid. de structura Ruddimann. Inst. L. L. II. p. 348—350. ibiq. Stallbaum. Ramshorn. Gr. Lat. §. 184. p. 551. 9. Ed. pr. Zumpt. Gr. Lat. §. 563. p. 450 sq. ed. 6. Add. Schwarzium, Collegam coniunctissimum, in Prolus. ad Cic. de Off. locos quosdam (4. Ulmae 1820.) p. 40 sq. Kritz. ad Sallust. Catil. 19, 4. p. 93 sq. — *Attingit* ex Edd. ante Grut. habet sola Ed. P. in qua est etiam *dolos*. Solus Cod. Gud. exhibet *morbus dolorque*. *Mr.*

Mortalis nemo est] Euripidis ex Hypsipyla sunt, ut docet Stobaeus Serm. CVI. pag. 568. apud quem legi possint, vel apud Plutarchum Consol. ad Apoll. pag. 110. Graeca, sicut a viris doctis emendata sunt, proferam.

Ἔφυ μὲν οὐδείς, ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν,
Θάπτει τε τέκνα, χἄτερ' αὖ κτᾶται νέα, [Kühn. σπείρει]
Αὐτός τε θνήσκει· καὶ τάδ' ἄχθονται βροτοὶ
Εἰς γῆν φέροντες γῆν· ἀναγκαίως δ' ἔχει
Βίον θερίζειν, ὥστε κάρπιμον στάχυν.

Morbúsque: multis súnt humandi liberi,
Rursúm creandi: mórsque est finita ómnibus: b.
Quae géneri humano angórem nequicquam áfferunt.
Reddénda terrae est térra: tum vita ómnibus
Meténda, ut fruges: sic iubet Necéssitas.

---

ersibus hisce tres priores adducit Clemens Alexandrinus Strom. IV. 588. ultimum Antoninus lib. VII. §. 40. Ibi vide doctissimum kerum, ut et Miscell. lib. II. cap. X. pag. 327. *D.*

multis sunt humandi liberi] Primus vidit ita legendum esse binus, neque eam emendationem neglexit HWolf. Quamvis autem non addicant, recipienda tamen fuit emendatio facillima, et ad entiam aptissima et ad literarum ductus accommodatissima, quippe , si scriptum fuisse statuimus MVLTISVNT, nihil plane mutet. ttenbachius quoque ad Plutarchum l. c. *multis* legi necessarium timavit, idque recèperunt FAWolf. Schz. seqq. Refert etiam in Ed. 2. *multis* placere Bentleio: quod in Ed. 3. omisit. Duisb. tit *liberi*, unus Ox. habet *libri*. *Mr.*

Rursum creandi] „Hoc quomodo huc pertineat, non assequor.“ *en.* Si hi versus essent Ciceronis ipsius, recte dici posset his em verbis, vel hac potius sententia, quam eloquuntur, non esse , eamque non esse accommodatam loco. Nunc, cum sint versus raecis conversi, ibique sit *θάπτει τε τέκνα, χἄτερ' αὖ σπείρει [κατανέα*, id modo dicendum est, non optime successisse Ciceroni eam ersionem: ut, quae non inepte dicantur Graece, parum apte efntur latine. Scripsit autem Dav. *rursus* pro *rursum*, nescio unde. s Cod. Mon. 2. habet *rursusque*; sola Ed. Junt. *rursus*. in uno Vind. 1. et Duisb. est *rursumque*. Unus Ox. *mors quae*. *Mr.*

morsque est finita omnibus] *Finis* habent unus Ox. Duisb. Edd. L. Brut. Ald. Boul. Sturm. Sylb. HWolf. Brut. (qui ex Cod. ph. *finita* enotavit) Goth. Quae scriptio manifesto est vel glossa- vel correctoris, qui *finita* non intelligerent, quod est: certum ti tempus est praestitutum. Cf. de hoc usu Schütz. Lex. Cic. v. e. Scribitur etiam *finitas* in duobus Oxx. duobus Gebhardi et b.; *finitas est* in Rehd.; *finita est* in Vind. 1.; *fons* in uno Ox., lia *futura*. Gud. omittit *est*. Pergit Mon. 2. *omnibus, qui generi* Gud. 1. 2. *genere*. *Mr.*

angorem nequicquam afferunt] *Nequicquam* pro *frustra* proprie arum esse monet W. in scholis: quibus addit Or. esse tamen d Cic. in Or. pro Quinctio 25: *et sero et nequicquam dolet* [scr. *et*]: fieri tamen posse, ut haec ipsa verba sint Comici alicuius, ad formam locutionis Terentianae (Heaut. II. 3. 104: *hodie sero nequicquam voles*) expressa. Quod cuivis illum locum accuratius templanti veri videbitur simile. Unus Ox. habet *affert*, Vind. 2. *erunt*, Aug. *afferant*. *Mr.*

Reddenda terrae est terra] Codd. Aug. Gud. Duisb. Edd. P. A. C. V. M. L. et nostrae Edd. vett. (exceptis Leod. et HWolf.) nque Gebh. Ern. Lall. Schz. Nobb. Tbn. habent *est terrae terra*. . Gud. 2. *terrae terra est*, Rehd. *est terra terrae*. Mon. 2. *terra rae*, omisso *est*. Idem pro *tum* habet *cum*. Nos Codd. et plurimos optimos sequimur. Ad v. *vita omnibus metenda* conferri potest at. Epist. II. 2. 178 sq.

— — — — *metit Orcus*
Grandia cum parvis non exorabilis auro.

tendum tamen, nec huius versuum horum loci conversionem optime sisse Ciceroni. In fine versus cum Wolfio, Schz. Or. Nobb. scripsi

60. Negabat genus hoc orationis quicquam omnino ad levandam aegritudinem pertinere; id enim ipsum dolendum esse dicebat, quod in tam crudelem necessitatem incidissemus. Nam illam quidem orationem ex commemoratione alienorum malorum ad malevolos consolandos esse accommodatum. Mihi vero longe videtur secus. Nam et necessitas ferendae conditionis humanae quasi cum deo pugnare cohibet, admonetque

---

Necessitas litera maiuscula, cum Cicero, liberior, ut videmus, interpres, usus sit verbo *iubet*. Beroaldus ad h. l. „Necessitatis, ait, quam Graeci ἀνάγκην vocant, amarissimae sunt leges — meritoque ait Plato in Protagora, *Necessitati nec deos quidem repugnare*. Livius consimiliter, *Pareat*, inquit, *Necessitati, quam nec Dii quidem superant. Necessitas*, ut scite dixit Cato, *feriis caret*. Plato Plotinusque Platonicus *Parcas* aiunt *filias esse Necessitatis* [Plot. Enn. II. 3. 9.]; quae *ineffugibilis est*, ut inquit Apuleius, *deumque semper et ubique ultrix comitatur*. [Appul. de Mundo, circa fin.] Eadem *Necessitudo* dicitur, quam M. Tullius sic describit in secundo Rhetoricorum [de Inv. II. 57.] *Puto — esse hanc necessitudinem cui nulla vi resisti potest, — quae neque mutari neque leniri potest.*“ De Necessitate vid. proverbia veterum in Erasmi aliorumque Adagiis p. 530 — 533. et nunc Braunhard. ad Horat. Od. I. 35. 17. p. 121 sq. — Ad *negabat* intellige *Carneades*, nimirum qui Chrysippum reprehendit, Stoicorum porticum fulcientem. Sed de hoc, et universe de toto nostro loco, vid. Baguet. de Chrysippo p. 300 sqq. — Pro *genus hoc* Cod. Duisb. habet *hoc genus*: idem mox *ad lenigandam* (sic). Rehd. *ad leniendum*. Tum Gud. 2. *crudelem necessitatemque*. *Mr.*

Nam illam quidem orationem etc.] Cod. Rehd. *rationem*, quod est correctoris Ciceronem loqui docentis. Ceterum hic locus est ex iis Ciceronis locis, quibus, si libri valde discrepant, pro utraque lectione quod dicas, reperias. Vid. Creuzer. ad Cic. de N. D. I. 37. p. 167. ed. Cr. et nostr. maj.; nos ad Cic. de N. D. III. 1. p. 495. ed. eiusd. Wyttenb. ib. ad III. 40. p. 803. conf. ed. nostr. min. p. 182; nos ad Cic. de Legg. I. 18. 48. p. 116. De utriusque vocis confusione v. etiam nos ad Cic. de Div. II. 26. p. 389. — Pergit Cod. Reg. *ex quo memoratione*, Gud. 1. *ex quo nemo. ratione*, unde vides, quomodo vel in optimos libros pessimi errores irrepant. Codicis Aug. errorem *et commemorationem*, qui fortasse correctori placuit, non moramur. *Mr.*

alienorum malorum] Codd. Vind. 1. Duisb. et tres Oxx. *aliorum*. Pro *malevolos* Cod. Marb. Edd. Dav. AWolf. Schz. habent *malivolos*, quam quidem scriptionem, quamvis Grammatici nonnulli commendent, merito minus probant Cellarius Orthogr. p. 188. ed. Harl. et Grotefend. Orthogr. (Gramm. II.) §. 127. — Mox Gud. 2. *Mihi autem*; tum Vind. 1., minus probabili verborum ordine, *videtur longe secus*. Ad sententiam antecedentium simillimum laudat Senecae locum Beroaldus: *Malevoli solatii genus est turba miserorum*: quem mihi reperire non contigit. In seqq. Cod. Gud. *ferendae conditionis humanae necessitas*. Unus Ox. *humana*. Quod sequitur *cum deo pugnare* in proverbium abiit, cuius et Graeca et Latina exempla collecta habes in Erasmi aliorumque Adagiis p. 324. Nos hic tantummodo admonebimus loci Ciceroniani Cat. maj. 2, 6: *quid enim est aliud Gigantum modo bellare cum diis, nisi naturae repugnare? Mr.*

quasi cum deo pugnare cohibet] „*Prohibet* Lambinus, quomodo ratio docet esse legendum. *Cohibet* durius hic positum, quam postu-

hominem; quae cogitatio magno opere luctum levat: numeratio exemplorum non, ut animum malevolorum

---

atini sermonis ratio, nemo non videt." *Brutus.* „Legendum bet, ut viderunt Lambinus et Dav. et exhibet unus Leidensis."

Quasi cum deo pugnare prohibet] Vulgo *cohibet.* Melior autem atur lectio, quam suppeditat Eliens. sec. quamque Dps. Erasmus . Lambinus olim, postulante Latinitate, repraesentarunt. Optime . Orat. XXX. pag. 300. *Τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς οὕτω γέγονεν, ὡς ἔδοξε ιφῇ· χρὴ δὲ μηδὲν ὑπ' ἐκείνου γιγνομένων, χαλεπὸν ἡγεῖσθαι, μηδὲ ιρῶς φέρειν· ὡς παραινοῦσιν ἄλλοι τε σοφοί, καὶ οὐχ ἥκιστα Ὅμηρος, ν μηδαμῇ ἀπόβλητα εἶναι ἀνθρώποις τὰ θεῶν δῶρα· καλῶς ὀνομάδῶρα, τὰ ἔργα τῶν θεῶν, ὡς ἅπαντα ἀγαθὰ ὄντα καὶ ἐπ' ἀγαθῷ μενα.* Leguntur etiam apud Stobaeum Serm. CXXIII. pag. 617. vitiose quidem; ut ad hanc normam emendandi sint eius Codi- *D.*

quasi cum deo pugnare prohibet,] „Ita cum Codd. aliquot Edd. amb. Dav. Ern. Wolf. Schz. *Cohibet* ceteri, quod defendi pot- „coërcet impetum cum deo pugnandi." Singularis tamen esset ructio cum infinitivo; cuius exemplum unum affert Forcellinus lirtio de Bello Afr. c. 23." *Orell.* In hac quidem loci de Bello . excitatione error est, quem habent etiam Bill. et Kühn. nescio m ex Or. an ex Forcellino: nullus certe locum inspexit: est libro de Bello Gallico octavo, qui est Hirtii. Huius libri c. 23. atur ante Oudendorpium: *quem timor cohibebat cuiusquam fidei committere salutem:* iam vero inde ab Oudendorpio legitur *prohibet* in Edd. fere omnibus. Ille vir, unde emendationem suam erit, non dixit: nisi forte hoc silentio omnium Codicum consensu significavit. Ego vero restitui *cohibet* ex antiquissimis iisque ais libris, quibus ex reliquis accedunt plurimi: est autem in (sine dubio) Gud. 1. 2. Aug. Col. Gryph. (sine dubio: quod si esset, Brutus eo Lambinianam emendationem firmasset) Mon. 1. 2. . Rehd. Gud. et omnes, credo, Oxx. nam ita Oliv., qui saepiscum Lall. et Oxon. Ed. consentit, unde etiam ex Cod. Reg. in a collatione nihil enotatum est, quippe quae ad Lallemanni edim facta sit. Neque vero ideo reiicienda est ea lectio, quia vi- singularis. Nam neque in verbo *cohibendi* aliquid inest, quod constructionem poni prohibeat: neque, quod vel semel legitur, falsum est, quod semel legitur: denique eos Codices, qui habent *bet,* correctos existimo a librariis vel correctoribus. Neque alimutandum censuerunt editores priores fere omnes, exceptis quos aus, et Fr. Fabr. cum HWolfio. Recentiores vero (Nobb. Tbn.) uctoritate admodum dubia duorum Codicum acquieverunt. *Cohi-* cum Infinitivo legitur etiam apud Calpurn. Ecl. IV. 20: *Iungere hibes:* ubi, si pro *nunc cohibes* (quod Salmasius ait contrarium locutioni *nunc prohibes*) legas *iungere non cohibes,* ut sunt qui it, habebis locum, qualis noster est. Vid. Vlitii Venationem Noquam p. 480. Ed. Elzev. 1645. 12. Menken. Obss. L. L. p. 117. ant Codd. Duisb. Marb. Aug. *ammonetque,* ut solebat scribere us. Ad *esse hominem* monet W. in scholis ita dici pro *nos esse nes:* dixerim: *hominem esse hominem.* — Scripsi *magno opere* Dav. et Or. ex Codd. Reg. (sine dubio) Gud. 1. Gud. Duisb. *Mr. Et enumeratio exemplorum* cet.] *Et* abest ab uno Ox. et Mon. 1. Ox. habet *numeratio,* Gud. 2. *exemplum;* idem mox *oblectat.* Vind. 1. *affert,* Ed. P. *afferetur.* In seqq. Ed. A. *qui mae-*

oblectet, affertur, sed ut ille, qui maeret, ferendum sibi id censeat, quod videat multos moderate et tranquille tulisse.
61. Omnibus enim modis fulciendi sunt, qui ruunt nec cohaerere possunt propter magnitudinem aegritudinis. Ex quo ipsam aegritudinem λύπην Chrysippus, quasi solutionem

---

reret. Gud. omittit *sibi*, Rehd. habet *id sibi*. Aug. *sit* pro *sibi*; unus Ox. *censet*. Duisb. *quod viderat*. *Mr.*

nec cohaerere possunt] „i. e. consistere, perstare. nam quae non cohaerent, sed dissolvuntur, ea concidunt et ruunt." *Ern.* Laudat Kühn. Or. de Harusp. Resp. 27: *si undique fulciamus — cohaerebunt.* Infr. V. 28. 80: *virtutes sine beata vita cohaerere non possunt, nec sine virtute vita beata.* Add. de Legg. I. 8. 24: *quibus cohaerent homines.* Scribitur in uno Ox. *nec coërcere se*, in Duisb. *nec cohercere:* ubi vides erroris fontem. Verb. in marg. ex MS., nescio quo, enotavit *cohiberi*, quod debetur glossatori, qui de locis cogitaret, qualis est Cat. maj. 15. ubi *cohibere* est i. q. *continere*. *Mr.*

Ex quo ipsam aegritudinem λύπην Chrysippus, quasi λύσιν, id est, solutionem totius hominis, appellatam putat.] „Aristot. lib. 3. Ethic. [c. XII. p. 156. ed. Zell.] ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν." *Ursinus.* „λύπην *quasi solutionem:* Tanquam λύσιν παντὸς ἀνθρώπου. Notum enim, audaces admodum fuisse in originibus vocabulorum referendis Stoicos." *Camerar.* Omittit Gebh. verba λύσιν, *id est* additque: „Hoc recte Victorius et concinne cum Pall. sec. quart. quint. Vatic. Fabr. Pith." *Mr.*

Aegritudinem λύπην Chrysippus, quasi solutionem] *Λύσιν.* Simile veriverbium prior attulerat Plato in Cratylo pag. 271. nam divinus ille philosophus λύπην ἀπὸ τῆς διαλύσεως τοῦ σώματος ἐπονομασθῆναι pronuntiat. *D.*

λύπην Chrysippus, quasi solutionem] „Est in Cod. Reg. et nonnullis Edd. *ipsam aegritudinem λύπην Chrysippus quasi λύσιν, id est solutionem* etc. Neque videntur illa verba addita post *quasi* librariis deberi." *Bouh.* „MS. Leid. et Edd. vett. quaedam, ut Junt., addunt *id est λύσιν*, quod a Glossatore est." *Ern.* Tres sunt errores in hac brevissima Ernesti annotatione. Primum enim pravum posuit lemma *Λύσιν Chrysippus*, quomodo nec ipse edidit, nec quisquam alius; deinde Codicem Leidensem appellat, quem dixit Bouhierius Regium, videlicet Parisiensem; denique scribit habere nonnullas Editiones *id est λύσιν*, quod habet nulla. Neque verior est annotatio Lallemanni, qui dicit voces *λύσιν id est* nusquam in MSS. comperere. Sunt enim in quatuor Oxx., quorum unus habet *solutionem*. Ceterum habent ista tria vocabula Edd. P. A. B. S. E. C. M. L. et nostrae omnes ante Gebh. (excepta Rob. Steph.) FAWolf. (sed uncinis inclusa) Schz. Or. Nobb. Tbn. Ego vero quamquam idem, si optimi libri addicerent, lubens fecissem, tamen ea omittenda duxi, cum multo proclivius fuerit ea addere ad tollendam sive audaciam sive obscuritatem, quam delere, si a Cicerone essent profecta: praesertim cum nemo non statim de Stoicorum etymologiis saepe ridiculis, et de vi, quam inferebant rerum vocabulis, cogitaturus videatur. Nec vero libri plane consentiunt. In Gud. est *aegritudinem gerunt ut credunt Chrysippus.* Aug. habet *aegritudinem Chrysippus quasi est quasi solutionem.* Marb. item omittit *λύπην*, itemque Mon. 2. In Mon. 1. eius loco est *λύσιν*, ubi vides originem glossematis, unus Ox. habet *quasi solicitudinem*, nimirum ut habeamus veram vocis *λύπην* conversionem. In Edd. Ven. nostr. Asc. 1. et Junt. expressum

totius hominis, appellatam putat. Quae tota poterit evelli, explicata, ut principio dixi, causa aegritudinis. Est enim nulla alia, nisi opinio et iudicium magni praesentis atque urgentis mali. Itaque et dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perfertur spe proposita boni: et acta aetas honeste ac splendide tantam affert consolationem; ut eos, qui

---

est *lypin — lysin.* In fine periodi Mon. 2. habet *appellatque,* Duisb. *appellat,* unus Ox. *appellat quae,* omnes hi omisso *putat.* Unus Ox. habet *appellat; amputat,* ubi agnoscis originem erroris. Alius pro *hominis* habet *corporis*: alius denique eam vocem plane omittit. *Mr.*

Quae tota poterit evelli] Ita et plerique et optimi libri. Est tamen *poterat* in tribus Oxx. Mon. 1. 2. Gud. 2. Edd. vett. ante Gebh., exceptis Vict. Rob. Steph. Man. postr. Leod. Mox Codd. Aug. et Mon. 2. *ut in principio.* Solere autem Ciceronem ita loqui, ut hic scriptum est, et alii loci docent sat multi et nostri operis II. 20: *principio enim dixisti:* qui plane cum nostro convenit. Omittitur in seqq. *alia* in uno Ox. Gud. 2. et Marb. Tum Duisb. *praesentis magni,* Rehd. *et* pro *atque.* Male Ern. post *praesentis* distinxit: peius etiam distingueres post *magni,* ut tria quasi adiectiva vel epitheta haberet *malum,* ut sit et magnum et praesens et urgens. Sententia est: opinio magni mali, quod sit praesens atque urgens. Post *itaque* abest *et* ab uno Ox. et Mon. 1. Mox Aug. *citius est morsus.* Gud. 2. et Gud. omittunt *est.* Marb. habet *morsus, est;* unus Ox. *est mors. Mr.*

Perfertur *spe proposita boni*] Sic Balliol. et Erasmi editio. Recte: nam praesens tempus in sequentibus adhibetur. Vulgo *perferetur. D.*

perfertur spe proposita boni] Male refert Bouh. Davisium edidisse *praefertur* idque esse in Cod. Reg. et duobus Leid. De posterioribus autem non pugno: nam ita Cod. Aug. et unus Ox.; *perferetur* autem non modo habent Gebh. Oliv. Lall. Verb., sed Gud. 1. 2. duo, ut videtur, Codd. Oxx. Mon. 2. Edd. Junt. Asc. 2. Sturm. HWolf. Rob. Steph. et, sine dubio etiam V. et E. Erasmum enim tacite plerumque sequi solet HWolfius, illum Rob. Steph. cum Sturm. et Gebh. Mox Vind. 1. *praeposita.* Inter h. v. et *boni* in Codd. Marb. Gud. 2. et uno Ox. interponuntur verba *ex quo ipsam aegritudinem,* ex initio huius §. perperam, aberrante librarii oculo, repetita. Eaedem voces post *boni* inseruntur in Cod. Gud. Tum Rehd. *et acta honeste aetas.* Gud. et Mon. 2. *et splendide. Mr.*

tantam affert consolationem,] Scribitur *fert* in Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Unus Ox. *afferre solet consolationem.* Mox Mon. 2. *ita vi vixerint.* Gud. 2. Aug. *ita vixerunt. Mr.*

aut non tangat aegritudo] „*Attingat* in multis legitur. *Tangat* Cratander quoque edidit.“ *Fr. Fabr.*

Aut non adtingat omnino] Codd. habent *aut non adtingat* aegritudo. Sed ultima vox plane vacat: ideoque vel in *omnino* mutanda est, quod Cl. Bentleius statuit; vel si mavis, prorsus delenda. *D.*

aut non tangat aegritudo] „Offenduntur Bentl. et Dav. voce *aegritudo,* quae nihil aliud significat, quam quod *animi dolor*: ideoque eam mutatam voluerunt in *omnino.* Sed Cicero non ita sibi cavet ne quid dicat, quod non sit plane necessarium. Aures consulebat, nec semper tales delicias captabat.“ *Bouh.* „MSS. habet *attingat*; bene. *Aegritudo* sane friget: nam attingat refertur ad *animi dolor,*

ita vixerint, aut non attingat aegritudo, aut perleviter pungat animi dolor.

26 62. p. 204. a. Sed ad hanc opinionem magni mali quum illa etiam opinio accessit, oportere, rectum esse, ad officium pertinere, ferre illud aegre, quod acciderit; tum denique efficitur illa gravis aegritudinis perturbatio. Ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi, paedores, muliebres

---

ut *pungat*. Itaque delenda videtur, aut, ut Bentleio visum est, corrigendum *omnino*, quod bene opponitur verbo *leviter*." *Ern.*

aut non attingat aegritudo] Scripsi *attingat* ex Codd. octo Oxonn. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Marb. Duisb. Gud. Mon. 1. Edd. P. M. Sturm. HWolf. Brut. Leod. Sylb. Ald. Boul. Servavi autem *aegritudo*, quod habent libri omnes, neque mihi cum Bentleio licere credidi Ciceronem corrigere. Pro *aut* ante *non* Gud. 2. habet *ut*. Pro *perleviter* est *pleniter* in Edd. Ven. nostr. et A.; *leniter* in Edd. Asc. 2. Junt. B. S. C. (sed haec in marg. ut nos); *leviter* in Edd. E. HWolf. et Cod. Gud.; *perleniter* in uno Ox. Hoc vocabulo nunquam videtur usus Cicero, nec quisquam alius scriptor: nostro raro: ad Qu. Fratr. II. 6. est *quod perleviter commotus fuerat*. Pro *pungat* Cod. Marb. *pugnat*; in Mon. 2. est *pugnat* (sic) *animo dolor*. *Mr.*

c. 26. *Sed ad hanc opinionem magni mali*] Verb. in marg. ait *magni* non esse in aliis. Omiserunt videlicet Edd. Sturm. Boul. Ald. Lambb. Goth. Leod. Brut. Pro *quum* est *tum* in Rehd. Gud. 2. et uno Ox. *Etiam* abest a Cod. Gud. Pro *accessit*, quod solum verum esse ad rationem grammaticam, non est, quod doceam, habent *accesserit* Cod. Duisb. Edd. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Sturm. HWolf. Gebh. Verb. Ern. et, quod mireris, etiam Nobb. et Tbn. Nolo regulam de trivio repetere (Rehd. *opinio accessit*.) Post *rectum esse* male addunt *et* Codex Ursini, tres Oxx. Aug. Mon. 1. Edd. P. B. E. C. Ven. nostr. (quae habet *et ad id officium*: voluit fortasse aliquis librarius *et id ad*:) Asc. 1. 2. Junt. HWolf. Post haec in Ed. Ern. operarum, sine dubio, errore distinguitur: *ferre illud, aegre quod acciderit*; quod non monuissem, nisi idem factum esse in Edd. Alt. Nobb. Tbn. non sine admiratione vidissem. Pro *acciderit* unus Ox. *accidit*, inverso errore, quo supra scribitur a multis *accesserit* pro *accessit*. Pro *tum* est *cum* in Gud. 2; *tamen* in Duisb. Sequitur *deinde* pro *denique* in duobus Oxx., in uno statim *affigitur* pro *efficitur*. Duisb. omittit *aegritudinis*. Mox Marb. habet *Et ex hac*. Rehd. omittit *sunt*. Unus Ox. habet *legendi* pro *lugendi*. *Mr.*

Paedores muliebres,] „Sordes, illuvies, squalores. Potes seiunctim legere *paedares*, ut colon subsequatur: *muliebres lacerationes genarum*, quod mulieribus in luctu testificando solet esse familiarissimum. Unde lata lex duodecim tabularum est, quae vetaret, genas a feminis carpi et lacerari." *Beroaldus*. „Erat in lege XII. Tabb. *Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento*." *Comm. Anon.* ap. L. a Qu. Vid. Ed. nostr. Cic. de Legg. II. 23. p. 343—345. 683. Dirksenium nostrum in Opere de XII. Tabb. Legg. (Übersicht d. Versuche z. Krit. u. Herstell. d. Textes d. Zwölf-Tafel-Fragmente. 8. Lips. 1824.) p. 665—672. Funccium de Legg. XII. Tabb. p. 432—438. — Ad v. *paedores* eiusque originem v. Doederlein Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 44 sq. Ad rem Wyttenbach. ad Plutarch. T. II. p. 62. ed. Lips. *Mr.*

icerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussio-
es. Hinc ille Agamemno Homericus, et idem Attianus,

Scindens dolore identidem intonsam comam.

i quo facetum illud Bionis, *Perinde stultissimum regem in*
ctu capillum sibi evellere, quaši calvitio maeror levaretur.
ed haec omnia faciunt, opinantes ita fieri oportere, Ita- 63.

Paedores — capitis percussiones [De detestabilibus hisce lugendi
neribus adi sis Joan. Kirchmannum de Funer. lib. II. capp. 11, 12.
Everh. Feithium Ant. Homer. lib. III. cap. 15. *D.*

Paedores, muliebres lacerationes genarum,] Duo Oxx. *pudores.*
uisb. *paedores muliebres, lacerationesque genarum.* Aug. *pectorum*;
10 Oxx. Rehd. Vind. 1. Edd. A. Ven. nostr. *femorum.* Mon. 2. *femu-*
m, Gud. *femini*, Ed. Asc. 2. *foeminum*; unus Ox. eam vocem plane
mittit. Duisb. *et capitis.* Ad Feithii Antt. Homericas a Davisio
udatas vid. Ed. Argentor. 1743. novas Animadversiones p. 65—67. *Mr.*

Agamemno Homericus] Is, ut ait Homerus Iliad. K, 15.

Πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους εἵλκετο χαίτας.

παφαττομένη quidem *κόμη* res erat in luctu solennis. Vide Lucia-
am de Luct. Tom. II. pagg. 303, 304. et Martinum Geierum de
uctu Hebraeorum cap. VIII. §. 3. *D.* [Add. Nicolai De Graecorum
uctu p. 141.]

Agamemno] Ita Codd. Reg. (ut videtur) Gud. 1. Vind. 2. unus
eid. Edd. Gebh. Verb. Dav. Ern. seqq. Reliqui *Agamemnon.* Cf.
chneider. Ausf. Lat. Gramm. II. Formenl. I. p. 278. — Ante *idem*
est *et* a duobus Oxx. Pro *Attianus* plerique habent *Accianus.* Illud
t in Gud. Edd. Lamb. Brut. Sylb. FAWolf. Schz. Or. In Codd.
ehd. uno Ox. Edd. S. E. Junt. HWolf. est *Actianus*; Edd. P. A. B.
en. nostr. *Acianus*, unus Ox. *Accidamus*, Aug. *Atticianus.* De re-
a nominis huius poëtae scriptione vid. Baehrii Histor. Litt. Romm.
ermanice scriptam p. 45. Scripserat Attius tragoediam *Agamemno*
scriptam. *Mr.*

scindens dolore — comam] „*Scindere* in versu Attii est *laniare*
vellere. Vid. Turneb. lib. XIX. Advers. c. 5.“ *Fr. Fabric.* „*Scin-*
ns, ἀμύσσων. cf. Lobeck. ad Sophocl. Ajac. 633.“ *Schuch.* Unus
r. habet *intensam*, alius *incensam.* Ad verba *In quo — Bionis* vid.
urnebi Adversaria XXI. 8. p. 226. (326.) Constructionem *in quo —*
cetum illud, sc. dictum est, vide consimilem de Or. II. 61. 248:
idiculum est illud — in furare servo; de Off. I. 39, 139: *quod qui-*
m — in multis licet dicere. Pro *Bionis* unus Ox. habet *Dionis.* —
e Bione Borysthenita vid. Diog. Laërt. IV. 7. 1 sqq. ibique plura
us facete dicta: cf. interprr. Itemque interprr. ad Horat. Epp. II.
60: (*delectatur*)

Ille Bioneis sermonibus et sale nigro.

um ex recentissimis horum librorum editoribus, qui *Bionem* unus
: septem Graeciae sapientibus fuisse docet iuventutem literarum
adiosam, eum cum *Biante* confundens, missum faciamus. In marg.
dd. Lambb. et Goth. indeque in marg. Verb. scriptum est alios ha-
re *proinde* pro *perinde:* quod, quamvis hae voces saepissime et per-
utentur et confundantur, hoc loco in nullo libro, nec scripto nec
lito, factum video. Ceterum vid. nos ad Cic. de Div. II. 42. p. 452.
p. 764. Solus Gud. 2. omittit *perinde.* Mox unus Ox. *in luctum*,
ius *calvicie*, alius *calvito.* Verb. ex MS., nescio quo, enotavit
aerorem levaret. Mr.

Sed haec omnia faciunt opinantes —] Omittitur *haec* in Codd.

que et Aeschines in Demosthenem invehitur, quod is septimo die post filiae mortem hostias immolavisset. At quam rhetorice! quam copiose! quas sententias colligit! quae verba contorquet! ut licere quidvis rhetori intelligas. Quae

---

Mon. 2. Marb.: *omnia* omittitur in Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. et Asc. 1. Cod. Gud. omittit *ita*. Unus Ox. *ita* habet pro seq. *Itaque*. Idem cum alio et Rehd. omittit *et*. Delevit nimirum eam voculam aliquis homo grammaticus, qui neque vellet *et* pro *etiam* poni apud Ciceronem, neque huic *et* aliud et respondere videret. Sed vid. de h. l. Otto in Excursu III. ad Cic. de Finn. p. 386: qui monet huic *et*, *ἀνακολούθως* posito, respondere verba *Ex hoc evenit* etc. — Scribitur *aescinnes* in Gud. 1, *esctinnes* in Gud. 2. *demoschenem* in Cod. Marb. Pro *is septimo* unus Ox. habet *iste primo*, errore ex literarum similitudine orto. Mox Mon. 2. *post vigilie mortem*. Marb. pro *hostias* habet *ostias*, duo Oxx. *bestias*. Scribitur *immolasset* pro *immolavisset* in Cod. Aug. Edd. P. A. B. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2 Junt. Sturm. Goth. Boul. Ald. Car. Steph. Gebh. Ern. Schz. Nobb Tbn. Sed plenam formam habent Codd. excepto illo omnes et edd. reliquae. Ad rem conf. Wyttenbach. ad Plutarchum p. 101. sq. ed. Lips. p. 787. ed. Ox. Locus Aeschinis in Ed. Bremii est Opp. Vol. II. p. 65. adv. Ctesiph. c. 23. Ad v. *hostias immolavisset* recte ad notavit Kühnerus: tanquam in rebus laetis. *Mr.*

Quod is septimo die post filiae mortem hostias immolavisset] Haec verba sunt Aeschinis in Orat. contra Ctesiphontem pag. 440 ed. Francof. *Ἑβδόμην δ' ἡμέραν τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ (Δημοσθένους) τε τελευτηκυίας, πρὶν πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, στεφανωσάμενος καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβών, ἐβουθύτει καὶ παρηνόμει, τὴν μόνην ὁ δείλαιος καὶ πρώτην αὐτὸν πατέρα προσειποῦσαν ἀπολέσας· καὶ οὐ τὸ δυστύχημα ὀνειδίζω, ἀλλὰ τὸν τρόπον ἐξετάζω· ὁ γὰρ μισότεκνος καὶ πατὴρ πονηρὸς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο δημαγωγὸς χρηστός* etc. Vide et Plutarchum Con. ad Apoll. pag. 119. Huiusce facti causam atque fontem sic refert idem vit. Demosth. Tom. II. p. 847. *Ἥνίκα δὲ Φίλιππος ἐτεθνήκει, λαμπρὰν ἐσθῆτα προῆλθεν ἔχων, καίτοι τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ νεωστὶ τε τελευτηκυίας, ἐφηδόμενος τῷ τοῦ Μακεδόνος θανάτῳ.* Aeschines autem non modo hostias immolasse, sed etiam coronam gessisse Demosthenis vitio dedit, quod veteres in rebus tantum laetioribus *στεφανηφορία* adhibebant. Adi sis Ioan. Schefferum ad Aeliani V. H. lib. II. cap. 3. *D.*

At quam rhetorice cet.] Codd. Gud. 2. et Aug. *et* pro *at*. Cod. Marb. *rethorice* et mox *rethori*, ut solebant scribere in medio aevo tempore inventae artis typographicae docti indoctique. Pergit Gud. cum Reg. *quam excopiose*, Rehd. *quam et copiose:* ubi vides illius erroris peioris originem. Pergit Aug. *has sententias*. Tum Duis. *excolligit*. Marb. *quae verba torquet*. Gud. et Gud. 2. *quae verba extorquet*. Aug. *quae verba detorquet*. *Mr.*

verba contorquet!] „Iacula et tela oratorum sunt verba ac sententiae, quibus adversarios fodiunt, et iugulum, ut dici solet, petunt." Marcianus Capella, *Instar*, inquit, *Iovis rhetorica potest fulmina iaculari*. Hinc translatio illa apud Satyrographum speciosa: — *qua veniant diversa a parte sagittae* [Iuvenal. Sat. VII, 3, 156.]. In prima de Oratore, *Quid*, inquit, *tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus?* [de Or. I. 8. 32.] Scribit Quintilianus M. Tullium in causa Cornelii armis fulgentibus esse praeiatum. [Inst. Or. VIII. 3. prc.]. Pericles dictus est orando *fulgurare, tonare, cuncta permiscere.*

nemo probaret, nisi insitum illud in animis haberemus, omnes bonos interitu suorum quam gravissime maerere oportere. Ex hoc evenit, ut in animi doloribus alii solitudines captent; ut ait Homerus de Bellerophonte,

Qui miser in campis maerens errabat Aleis,
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Et Nioba fingitur lapidea propter aeternum, credo, in luctu

[Aristoph. Acharn. 530. sq. cf. Symbolas nostras Critt. ad Cic. II. p. 12. sq.] *Beroaldus.* Cf. Tacit. Dialog. de clar. Or. 5. post med. Forcellini Ed. nova Germ. p. 588. a. — Pro *quidvis* unus Ox. *quodvis.* *Rhetorem* h. l. poni pro oratore, Graeca significatione, monet W. in scholis. Mox Cod. Gud. 2. *nemo approbaret.* Vind. 1. omittit *in* ante *animis.* Utraque structura proba, sed plurima sunt exempla repetitae ad v. *insitus* praepositionis. Duo Oxx. habent *in animo;* unus in seqq. *ex hac;* ante *alii* Gud. 2. repetit *ut.* Sequitur in uno Ox. et Vind. 2. *solicitudines,* sed in posteriore syllaba *ci* supra lineam addita est. Ad v. *solitudines* Beroaldus: Ipse, ait, Cicero maerore exilii confectus sic scribit ad Atticum [III. 7.]: *Odi celebritatem: fugio homines: lucem adspicere vix possum. Esset mihi ista solitudo — non amara.*" Post *Homerus* Cod. Mon. 2. habet *in* pro *de:* idem cum uno Ox. *Bellorophonte;* Marb. *bello rofonte,* Vind. 2. *Belliforonte.* *Mr.*

qui miser — Aleis] Nota est historia Bellerophontis, qui falso insimulatus ab uxore Proeti apud ipsum Proetum, quod eam constuprare vi voluisset, cum σήμασι λυγροῖς ad Iobatem regem missus, quibus eius mors continebatur, quum tabellas regi obtulisset, tria iussus certamina periculosissima subire, semper cum victoria rediit. Unde rex cognoscens Bellerophontis vim vere divinam illi uxorem dedit filiam, ex qua tres liberos sustulit. Post autem diis factus invisus, filiis orbatus errabat solus in campis, solitudinem captans, consortia hominum fugiens. „In omnibus Codicibus est: *campis — errabat alienis:* nec ullus fere est, qui ita legat, quin existimet sensum esse planum et apertum: sed cum primus versus ultimo pede claudicet, quod satis liquet, curiositas me commovit recurrendum esse ad archetypon graecum, unde ista fluxerunt. Unde censeo pro *campis alienis* ut legas *campis Aleis.* Ἀλήϊος autem Graeco sermone dicitur erraticus, ut intelligamus campum istum ab erroribus Bellerophontis cognominatum fuisse." *Beroaldus.*

Qui miser in campis] Sic Homerus Il. Z, 201.

Ἦτοι ὁ καπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Ubi monet Scholiastes Ἀλήϊον esse πεδίον τῆς Κιλικίας καλούμενον ἀπὸ τῆς τοῦ Βελλεροφόντου ἄλης, τουτέστι πλάνης. Adi sis Herodotum lib. VI. cap. 95. Strabonem lib. XIV. pag. 993. et Etymologicon M. in Ἀλήϊον. Ad hunc locum respicit Ausonius Epist. XXV, 69. *D.*

Qui miser in campis maerens errabat Aleis] Unus Ox. *Quid* pro *qui;* idem cum Duisb. *maerens erras,* duo alii *errat maerens.* Pro *alienis,* quod occupat codices MSS. solus Aug. exhibet *habenis.* Est etiam *alienis* in Edd. P. A. Ven. nostr. Tum Rehd. *cor suum.* Duisb. *tuum cor.* Marb. *suum cur.* Idem pergit cum Reg. Gud. 1. 2. *evidens;* Reg. Gud. 1. 2. unus Ox. Marb. et Duisb. *vitas* pro *vitans.* *Mr.*

Nioba fingitur lapidea] In Sipylo Phrygiae monte. Vide Scholiasten ad Homeri Iliad. Ω. 602. Pausaniam in Atticis pag. 49. Ovidium Metam. VI, 303, seqq. et Lactantium ad Statii Theb. VI, 121.

que et Aeschines in Demosthenem invehitr …ımi acerbita-
mo die post filiae mortem hostias immr… …sse conversam.
rhetorice! quam copiose! quas sent… solitudine loqui
verba contorquet! ut licere quidvis r… .:

…óloqui
…rias.

Mon. 2. Marb.: *omnia* omittitur in …
Asc. 1. Cod. Gud. omittit *ita*. Un…
Idem cum alio et Rehd. omittit …
aliquis homo grammaticus, qui … …rrat fabulam Tzetzes Chil.
Ciceronem, neque huic *et* al… …υν λίθον εἶναι. Ὅτι παντὸς
h. l. Otto in Excursu III. … …νον ἦν τὸ δάκρυον ἄγαν εὐαι-
et, ἀνακολούθως posito, re… …ι Epit. Nepot. pag. 23. ac V. C.
bitur *aescinnes* in Gud. … …alin. §. VII. Niobes etiam τὴν ἐπὶ
Marb. Pro *is septimo* …anus de Saltat. Tom. I. pag. 802. *D.*
similitudine orto. … …idea] Scribitur *Niobe* in Edd. ante Gebh.
hostias habet *ostie* … Mon. 1. 2. Gud. 2. Aug. In Marb. est *moba.*
molavisset in Co… … forma vid. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 29 sq.
Junt. Sturm. … fabulae explicationem W. in scholis ex ratione
Tbn. Sed r… …esse ait, qui allegorias amabant reperire in poe-
reliquae. … …terisque aevi narrationibus ad religiones spectanti-
Lips. p. … …est in Cod. Duisb., inverso ordine, *in luctu, credo.*
II. p. … Mon. 1. *Heccubam;* posterior *aut* pro *autem,* quam
nota… … alius Ox. De Hecubae metamorphosi vid. Ovid. Metam.
… Bochart. Hierozoic. T. I. p. 687. *Mr.*

…animi acerbitatem quandam et rabiem] Vide Th. Muncke-
… ad Hygini Fab. CXI. *D.*

…*propter animi acerbitatem quandam et rabiem*] *Quandam* non po-
…*pro aliquam,* sed, propter usum minus proprium substantivorum
…*acerbitas* et *rabies,* pro *quasi quandam,* quo saepe eiusmodi usum ex-
…Cicero. In fine periodi Cod. Gud. 2. habet *conversam esse.* Ad
locutionem *animi acerbitatem et rabiem* vid. O. M. Müller. Cur. Sec.
in Or. pro Sest. p. 96. sq. *Mr.*

Sunt autem alii, quos in luctu cet.] Duo Oxx. *aliqui* pro *alii.* Gud. 2. omittit *autem.* Reg. et Gud. 1. *quo in.* Duo Oxx. *prope* pro *saepe;* iidem cum Gud. 2. *delectet.* Mon. 2. *semper delectat.* *Mr.*

Cupido cepit miseram nunc me proloqui] Ed. Junt. *coepit* pro *cepit.* Gud. et sex Oxx. *miseriam* pro *miseram.* Ad locutionem *proloqui caelo atque terrae.* vid. Meineckium ad Philemon. Reliq. p. 384. *Mr.*

Caelo atque terrae Medeaï *miserias*] Vulgo *Medeae,* nec aliter Mssti. Cum vero repugnet metri ratio, coniecturam, cuius auctor est Des. Erasmus, ipsi recepimus. Joach. quidem Camerarius rescribebat, *Caelo atque terrae Medeae miseras vices:* Paullus autem Manucius, verbis transpositis, legebat *Medeae caelo atque terrae miserias.* Sed hae merae sunt nugae prae ea, quam laudavimus, emendatione. Porro Graeca sic se habent apud Euripidem Med. vs. 59. [56. Porson.]

Ὥςθ᾽ ἵμερος μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κ᾽ οὐρανῷ
Λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, Μηδείας τύχας.

Hosce versus in rem suam comice transduxit Philemon apud Athenaeum lib. VII. pag. 288.

Ὡς ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
Λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα.

Ipse tamen loquendi modus nihil habet inusitatum. Homerus Il. O, 36.

Ἴστω νῦν τόδε γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν.

Vide et Odyss. E, 184. Theognetus apud Athenaeum lib. XV, pag. 671.

ac omnia, recta, vera, debita putantes, faciunt in 27
maximeque declaratur hoc quasi officii iudicio fieri, 64.

λοσόφηκας γῇ τε κοὐρανῷ λαλοῦν,
ὐδέν ἐστ' ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων. [scr. *ἔστιν*, ut edidit Schwgh.]

braeis desumtus, qui saepe testes invocant אֵת
ך Vide Deuter. IV, 26. XXX, 19. et alibi. Pariter
n Mercat. Prol. vs. 4. et Acronem ad Horatii
. porro Victorium Var. Lect. IV, 7. *D.*

errae Medeae miserias] „Hic senarius mensuram
solutam, quam reciperet, in primum locum traiecto
eae, hoc modo:

Medeae caelo atque terrae miserias:

rai lege pro *terrae*." *P. Manut.* „*Medeaï* legendum esse digi-
saure admonemur. Fraudantur enim iusto syllabarum numero,
chaismus ille expleat." *Turneb.* Adv. 19. 5. Probavit eam
ationem Lambinus. Probabat item Gebh. sed cum in nullo
m suorum reperisset, non ausus est recipere. Ern., ut solebat
is poeticis, intactum reliquit locum, quasi neque quidquam de-
esset, neque quisquam ante ipsum de corrigendo cogitasset.
ius, ut metro succurreret, corrigi volebat:

Caelo atque terrae me Medeae miserias.

llectann. vett. Tragg. P. Scriverii p. 22. in priore versu in
est lectio *prosequi* pro *proloqui*: in secundo receptum est *Me-*
Planckius in Ennii Medea p. 80. edidit:

Cupeido cepit miséram nonc me prósequier
cailo átque terrai Médeai misérias.

nitivis in *ai* vid., praeter libros grammaticos, Osann. Analect.
p. 109. sq. Lectionem, vel potius emendationem facillimam,
i receperunt Lamb. Frc. Fabr. Leod. Dav. FAWolf. et seqq.
r in uno Ox. *Medeeae*, in uno et Aug. *medere*. *Mr.*

27. *Haec omnia, recta, vera, debita putantes,*] Cod. Mon. 2.
vera. Edd. P. E. C. V. Asc. 1. 2. Rob. St. Junt. HWolf. *vera*,
Edd. A. B. S. Ven. nostr. *vere recta*, Cod. Gud. 2. *debita, vera*.
monet W. in scholis *vera* esse h. l. i. q. *iusta*: idque apud
a frequens esse addit Or. Poterat addere eadem significatione
et verum iungi etiam a Cicerone de Legg. II. 5. 11: *Assen-*
ater, ut, quod est rectum, verum quoque sit. III. 15. 34: *cum*
verum et rectum esse dicitur: infra c. 29, 73. Duo Oxx.
natura pro *vera*. *Mr.*

aximeque declarant, *hoc quasi* officium *iudicio fieri*] Vulgo,
eque declaratur, *hoc quasi* officii *iudicio fieri*. Ac ita Codices
ntissimi vero Bentleii coniecturae debetur haec emendatio. *D.*
ximeque declarat, hoc quasi officii iudicio fieri, quod, si]
ige: maxime hoc (v. res) declarat, hoc - fieri, quod —" *FAWolf.*
cturam hanc, quam recepi, lectionem Wolfii existimabam:
ro eam in Cod. Rehd. reperio, unde, seu forsitan ex alio, hanc
em videtur hausisse Wolfius. Quamvis interpolatus, multa
e Codice aliquo sincero habet iste codex, quod ego, qui pri-
am ad Timaeum edendum adhibui, multis locis perspexi. Bill.
ut videtur, edidit: *maximeque declarant hoc quasi officii*
fieri, quod etc. quod erunt fortasse qui probent." *Or.* Probat
Wolfii emendationem Kühn. eamque recepit Schützius. *Mr.*
ximeque declaratur hoc quasi officii iudicio fieri, quod, si]
go optimorum lectionem librorum restituendam duxi, non quo

quod, si qui forte, quum se in luctu esse vellent, aliquid fecerunt humanius, aut si hilarius locuti sunt, revocant se rursus ad maestitiam, peccatique se insimulant, quod dolere intermiserint. Pueros vero matres et magistri casti-
b. gare etiam solent, nec verbis solum, sed etiam verberibus,

---

reprobem aut Wolfii coniecturam, aut Bentleiana magnopere displiceat: sed quia, ubi librorum lectio satisfacit, a coniecturis recipiendis abstinendum videtur. Idem fecit is, qui editionem Tbn. curavit, faciendumque censuit R. Klotzius in Quaestionn. Tulliann. L. I. (Lips. 1830. 8.) p. 130. qui, „Equidem, ait, satis mirari non queo, quid sit, quare viri summi hanc constructionem facillimam illam quidem atque usitatissimam, non intellexerunt: *maximeque declaratur hoc quasi officii iudicio fieri [eo], quod si qui forte, quum se in luctu esse vellent, aliquid fecerunt humanius aut, si hilarius loquuti sunt, revocant se rursus ad maestitiam* etc. Nemo, credo, in eo offendet, quod Cicero illud *eo*, quod ego explicandi causa uncis circumclusum adieci, non ascripsit ipse; quoniam vel hac ratione potest cognosci, quomodo nostri homines soleant scribere, quo modo Latini scripserint.“ Pro *maximeque* est *maxime* in uno Ox. et Gud. 2. *Declaratur* est in Codd. omnibus, excepto Rehd. cuius nimirum scriptor compendium neglexit quale est in Gud. et Duisb. *declarat*. In solo Gud. 2. videtur esse *declarant*, si collationis ceteroqui accuratissimae, ad Billerbeckii editionem factae, silentio fides habenda. *Officium*, quod volebat Bentl., nullus habet Cod. MS. Sed *iudicii officio* habent duo Oxx., *iudicio officii* Mon. 1; *Quasi* post *iudicio* positum habet Mon. 2. In Vind. 2. scriptum est: *hoc quasi iudicio officii ex quo aegritudinem animi iudicio fieri*. Denique est *delectantur* pro *declaratur* in Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Asc. 1. 2. HWolf. Nobbius scripsit *declarat* [*ur*] et post *fieri* plene distinxit: posterius fecerunt etiam pleraeque Edd. vett. (exceptis Lambb. Goth. Leod. Ald. Boul.) Gebh. Verb. Dav. Ern. et est in Cod. Bern. Nissen. „*quod si qui*, ait, est *quia, si qui* cet. Pro puncto post *fieri* incisum scribendum. Sic recte Bipp.“ *Mr.*

quum se in luctu esse vellent,] „Eleganti pleonasmo, ut indicavi in Crepundiis [III, 3. p. 110. p. 471. ed. Schminck.]. Sic Pall. sec. tert. quart. quint. Fabr.“ *Gebh.* Omiserunt *se* omnes ante Gebh. Sed habent Codd. nostri Reg. Gud. 1. Bern. Gud. 2. Aug. Mon. 2. Rehd. Gud. Duisb. Marb. et septem Oxx. De constructione hac Ciceroni usitatissima supra monui ad I. 41. 98. — Pro *esse vellent* Cod. Rehd. habet *vellent esse*: Aug. *esse volent*. Mon. 2. *aliud* pro *aliquid*. Vind. 2. *fecerint* pro *fecerunt*. Ad *humanius* W. in scholis: v. c. *genio indulgentes*. Post *aut* omittunt *si* Codd. Aug. Gud. 2. unus Ox. Mon. Aug. habet *ad mesturam* pro *ad maestitiam;* duo Oxx. habent *peccati quod se*. Gud. 2. *peccati q̄. insimulant*, omisso *se*. Unus Ox. *instimulant*. *Mr.*

quod dolere intermiserint.] „Pall. pr. sec. quart. *dolore.*“ *Gebh.* „Fortasse legendum *dolorem*, ut habet mea ed. vet. Idque nec minus Ciceronianum est, et firmatur nonnullis Codicibus, in quibus est Regius, qui habet *dolore.*“ *Bouh.* Neque nostra Codicis Regii collatio cum Bouh. consentit, neque alius liber vel scriptus vel editus eius suspicioni vel commento accedit. *Intermiserunt* autem est in Codd. Vind. 1. Mon. 2. et uno Ox. In Mon. 2. est ridicula lectio *magistros*. De verbo *castigare* eiusque sensu et origine vid. Doederlein. Lat. Synon. II. p. 160. sq. — Cod. Gud. habet: *castigare matres et magistri*. *Mr.*

nec verbis solum, sed etiam verberibus] Cod. Duisb. *non* pro *nec*.

si quid in domestico luctu hilarius ab iis factum est aut dictum, plorare cogunt. Quid? ipsa remissio luctus, quum est consecuta, intellectumque est nihil profici maerendo, nonne res declarat fuisse totum illud voluntarium? Quid 65.

Unus Ox. omittit *solum*. Quae hic est in v. *verbis* et *verberibus* παρονομασία sive annominatio, eadem usus est Terentius Heautontim. II. 3. 115.

Tibi erunt parata verba, huic homini verbera. Mr.

si quid in domestico luctu hilarius ab iis factum est aut dictum] „Laudo Pal. quart. praesentantem *aut edictum:* ut *edicere* suâ primo signo [an voluit prima significatione?] sit *proferre, eloquendo dicere.* Ipse infra de Finn. II. [22.] *Est enim tibi edicendum, quae sis observaturus in iure dicendo.*" *Gebh.* — Absurdum esse Gebhardi rationem nemo non videt. V. *hilarius* abest a Cod. Gud. 2. Fluctuant libri hoc quoque loco inter *his* et *iis*. In seqq. post *luctus* omittitur *cum* in uno Ox.

Intellectaque, cet.] „Legitur quidem ita in nonnullis Codd., etiam in Regio et uno Leidensi: sed perperam. Malim legi ut est in duobus reliquis, *intellectumque*, quod voluerunt Manutius, Lambinus, Davisius: nisi forte malis *intellectoque*, ut est supra c. 24: *intellecto eo, quod* etc." *Bouh.*

Intellectumque est *nihil profici*] Vulgo, *intellectaque nihil profici*; quo modo etiam Pall. quinque, Reg. Pithoean. Med. Balliol. Bak. et Victor. Cum vero commodam σύνταξιν in illa non viderem lectione; vetustiores editi sequendi videbantur, quibus diserte favet Ms. Petrens. Accedit Eliens. tert. nisi quod ille *coniunctionem* nesciat. *D.*

intellectaque] „Non refertur hoc ad *remissio*. Itaque corrigendum *intellectumque*, ut correxerat Man. Lamb. Davisius, qui et *est* addidit. Sic habent Edd. vett. et MS. Eliens." *Ern.* Mihi quidem veri est simillimum *intellectaque* esse errorem alicuius librarii valde antiquum, qui, ut solebant hi homines sententiarum nexum parum respicientes, ad proximum tantum (*remissio — consecuta*) respiceret, et sequens participium antecedenti accommodaret. Quod vero excidit *est* in haud paucis, ex neglecto compendio ē post *que* satis explicatur. Et habent *est* Codd. Gud. 1. 2. Duisb.; sine dubio etiam Reg. et Gryph. *Intellectumque*, omisso *est*, aliquot Oxx. Rehd. Gud. Edd. Verb. FAWolf. Schz. (qui perperam ait *intellectumque* melius abesse ab Eliens. 3, qui nonnisi *que* omisit) Or. Nobb. Tbn.; *intellectumque est* Edd. M. L. Ald. Sturm. Boul. Brut. Leod. Car. Steph. HWolf. Sylb. Dav.; *intellectaque est* habent Edd. P. A. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt.; *intellectaque* Codd. Mon. 1. 2. Aug. Marb. aliquot Oxx. Edd. V. Rob. Steph. Gebh. (ex quinque Pall.) Alt. qui operarum errore habet cum uno Ox. *proficit*. Aug. et unus Ox. *proficisci*. *Mr.*

nihil profici maerendo] Est fragmentum Philemonis apud Stobaeum Flor. Tit. CVIII. et CXXV: (ex Ed. Clerici; Meineckianâ uti non licet:) p. 328:

εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῶν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,
ἐστί θ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο,
ἡλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα, δόντες χρυσίον.
— — — — ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδόν,
ἐάν τε κλαίῃς, ἂν τε μὴ, πορεύεται. *Mr.*

Nonne res declarat] „Itidem haec a Vict. et quinque Pall. Fab. Pith. Vatican. In tralatitiis exemplaribus *res* deserunt." *Gebh.* In

ille Terentianus ipse se poeniens, id est, Ἑαυτὸν τιμωρούμενος?

Ed. 2. Dav. edidit *re*, vulgo *res* edi addens. Idem (*re*) Bouh. ut suam coniecturam proponit. Ern. vero hanc lectionem utrique tribuit. *Res* habent Codd. omnes, nisi quod inverso ordine in Rehd. scribitur *declarat res*: unde noli substantivo litem movere, cum scriptor istius Codicis in immutando verborum ordine nimium sibi licere existimaverit. Et abest *res* tantummodo ab Edd. M. L. Ald. Boul. Car. Steph. Brut. Goth. Sylb. Pro *nonne* est *imo* in uno Ox. quod quasi est responsum ad illam quaestionem, ab aliquo lectore additum. Pergit Rehd. *totum illud fuisse*. Vind. 1. Aug. Gud. 1. *totum fuisse illud*. Tum Duisb. in marg. *alii voluptarium*. *Mr.*

Quid ille Ter. ipse se puniens id est ἑαυτ. τιμωρ.] „Quorsum laudatur *id est ἑαυτὸν τιμωρούμενος?* Inculcatum crediderim pro glossemate, aut a Cicerone scriptum sic: *Quid ille Terentianus ἑαυτὸν τιμωρούμενος*? Antiquus liber *id est* non habet, quod mendi suspicionem auget." *P. Manut.* „Pall. tert. Fabr. Pith. *poenitens*. Pall. secund. quint. *penitens*. quart. *penites*. Ex Pith. et Fabr. lib. Gulielmius coniecerat *poeniens*: quod verissimum est, ut supra lib. 1." *Gebh.* v. supra I. 44. *poeniantur:* locis ibi laudatis add. Cic. de Rep. III. 9. p. 358. Beier. in Paedag. Philol. Lit. Bl. 1826. II. 49. p. 422. Frc. Fabricius ad Manutii sententiam se applicabat cum Lambino. *Mr.*

Ipse se poeniens? *id est ἑαυτὸν τιμωρούμενος*] Vulgo *puniens*; at cum in Msstis esset fere *poenitens*, antiquam huiusce verbi formam revocari debere vidit Janus Gulielmius. Recte quidem et vere. Voculas autem sequentes, ut alienas, delet Lambinus, praeeunte Manucio; qui putat etiam fieri posse ut Cicero scriptum reliquerit, *quid ille Terentianus ἑαυτὸν τιμωρούμενος* · eoque modo priora illa Glossematis incusantur; quae quidem sententia Fr. Fabricium habet asseclam. At vero non est cur in hanc suspicionem veniant vel haec vel illa verba; non aliter enim aliis in locis Cicero loquitur. Sic Acad. II, 29. *Placet enim Chrysippo — quiescere, id est quod ab iis dicitur ἡσυχάζειν*. Et Tusc. lib. V. cap. 3. *Hos se appellare sapientiae studiosos, id est enim philosophos*. Apuleius de Habit. Doct. Platon. pag. 622. *Sapientem — sequi arbitramur Deum*, id enim est ἕπου θεῷ. Ea verba Glossematis perperam damnat Joan. Wowerius. Quinctilianus Inst. II, 15. *Dicens esse Rhetoricen persuadendi opificem, id est, πείθους δημιουργόν*. Iterum III, 11. *Causa quoque ex causa, id est, αἴτιον ἐξ αἰτίου. nasci videtur*. Haec ut opinor vulgatam lectionem satis defendunt muniuntque. Vide sis et Cl. Sarravii Epist. pagg. 85, 119. *D.*

se puniens etc.] „*Poenitens* habet Ed. mea vetus. Firmatur ea optima eorum coniectura, qui correxerunt *poeniens*. Ceterum non facile quisquam mihi persuadeat a Cicerone aliam profectam esse scriptionem, quam hanc: *ille Terentianus Ἑαυτὸν τιμωρούμενος, id est, ipse se poeniens*. Cum enim Graeca inscriptio profecta sit a Terentio ipso, ea in vulgus erat nota, eamque primam decuit apponere. Quae ipsa inscriptio Graeca cum neglecta fuisset a nonnullis librariis rudibus Graecarum literarum, factum est ut ab aliis alieno loco reponeretur." *Bouhier.* „Placet Buhierii ratio. Nam illud Graecum notum erat e Terentio. Pro *puniens* Dav. edidit *poeniens*, probante Buherio, quia in MSS. est *poenitens*. et haec forma etiam alibi est apud Ciceronem. Secutus sum Buherium." *Ern.* „Mihi quidem solum hi probantur, qui *ἑαυτ. τιμ. id est* pro glossa deleverunt. Cum enim in MSS. inversus [sc. ab Ernestino] sit verborum

Decrévi tantispér me minus iniúriae,
Chremé, meo gnato fácere, dum fiám miser.

), probe vides glossema, quia Graecum nomen fuit usitatius. Dein, omen Graecum anteponas, latina interpretatio redundabit, quae in libris addi non solet. Alterutrum igitur alienum est, Graecum m MSS. vestigia eiiciunt.“ *Nissen.* „Verba i. e. ś. τ. glossatori entur. Cicero non de fabulae inscriptione lectores admonere vult, de moribus hominis se ipsum excruciantis.“ *FAW.* in scholis. — gnificare vult Cicero, Terentium melius facturum fuisse, si fabu- suae indicem fecisset *Ipse se poeniens:* non enim defuisse vocabu- latinum. Sic si ceperis, videbis vix aliter scribere potuisse Ci- onem [quam ut nos edidimus]. Putidum fuisset his non additis ittere ipsum indicem: quae tamen sententia erat Lambini et Wol- qui id — *τιμ.* uncinis inclusit. Puerile, quod suasit Bouh., rece- Ern.“ *Or.* Probant hanc defensionem Kühn. et Bill., quorum or recte monet defendi vulgatam a Davisio exemplis haud sane eis. Libros valde variare quisque exspectabit: Aug. *quod ille . ipse se penitens idem decrevi* — Gud. 1. *terrentianus — poe- ns — τειμω POYMENOC.* Gud. 2. *penitens — εγωαγομοειπ- γοχηος.* Rehd. Gud. Duisb. *poenitens,* supra lin. Rehd. *plectens.* Gud. loco verborum Graecorum scriptum est *idem Graecum.* Marb. *itens i. e. Eyayoonej,* supra lin. *Gr.*; Bern. *penitens — εαυτον μωρυμενος.* Mon. 1. *puniens — τιμορούμενος.* Mon 2. *quid illud rrentianus se puniens,* omissis Graecis et verbis *id est ipse.* s Ox. habet, ut nos edidimus, nisi quod scribitur *puniens*; duo: *se paenitens heautontimorumenos;* habet etiam alius *paenitens*; *ipse se penitens idem in eutontumerumenon.* Vind. 2. *poenitens.* ba *id est* omittunt Edd. P. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. In . nostra scribitur: *puniens eas tantimorumenos* (errore ex pronun- ione *eaftontimorumenos* orto) Junt. *se puniens eaphtontimorumenos.* iquae Edd. nobiscum faciunt, nisi quod scriptum exhibent *puniens. niens* receperunt, post Davisium, FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. eter Wolfium nemo verba *id est ś. τ.* (praeter Kühnerum, qui sulto non ab eo discessit, etiam ubi ab eo dissentiret) uncinis in- it: neque id fecisse videtur ipse W. in Ed. 1; non enim coër- uncis Bill., qui alibi editionem W. primam expressit. *Mr.*

Terentianus ipse se poeniens,] „Inducitur nimirum in ea fabula ex Menedemus semet ipsum crucians, dum in fundo fodit, arat aut quid facit sine laxamento, ob filium adolescentulum amandatum, in Asiam ad regem militatum abiit, paternae morositatis impa- s: de quo Horatius in Sermonibus: [Sat. I. 2. 20 — 22.]

— — *Ita ut pater ille Terentî*
Fabula quem nato miserum vixisse fugato
Inducit, non se peius cruciaverit atque hic.“

oaldus.

Decrevi tantisper — dum] „*Tam diu:* postulat enim post se c particula *dum* vel *donec* vel *quoad.* Ut Cicero: *in carcerem tus, ut ibi esset tantisper, dum culeus — compararetur.* A. Gellius: *consilio, ut viveret quidem tantisper, quoad fieret permutatio.* Apud ium tantisper absolute positum est pro *interea* sive tantummodo. enim scribit in I: *Tamen id imperium ei ad puberem aetatem in- me mansit tantisper tutela muliebri.*“ *Ber.* Locus Ciceronis est de ent. II. 50. 149. Gellii N. A. VI. 4. Livii I. 3. 1. — Versus Te- tiani ab Eugraphio ita explicantur [Ed. Lindenbr. p. 552.]: *Hoc*

Hic decernit, ut miser sit. Num quis igitur quicquam decernit invitus?

Malo quidem me quovis dignum deputem:

Malo se dignum deputat, nisi miser sit. Vides ergo opinionis esse, non naturae, malum. Quid, quos res ipsa lugere prohibet? ut apud Homerum quotidianae neces interi-

---

enim iudicavi, me non tantam iniuriam facere meo filio, quem expuli, si et ipse miser sim. Mr.

Decrevi tantisper] Heaut. Act. I. Sc. I, 95. *D.*

Decrevi tantisper] Cod. Marb. *decrevi tantis iniuriae*, media desunt. Gud. *decrevi per me tantis*, Rehd. omittit *me*. Unus Ox. habet *tantisque meminimus*. Gud. 2. *me minus se iniuriae*. Scripsi autem *Chreme*, vocativo casu primae declinationis, cum uno Ox. Edd. M. HWolf. Or. Vid. C. L. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 303. Et scripsit ita Bentleius hoc ipso Terentii loco. Habent *Cremes* Codd. Mon. 1. 2. Ed. Ven. nostr. Gud. 2. nomen *Chremetis* vicini, quem alloquitur Menedemus. Nissen. formam *Chreme* a metro postulari ait. In Ed. Alt. dicitur Codex Vind. 2. habere *dum* pro *cum:* sed contrarium videtur locum habere. Unus Ox. habet *in cognato* pro *meo gnato*. Gud. 2. habet pro his vocibus nil nisi *cognato*. Unus Ox. omittit sequentia *Hic decernit ut miser sit*. Mon. 2. habet *hoc* pro *hic*. Gud. 2. *discernit*. Mon. 2. Edd. P. A. B. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Crat. *decrevit:* sed Crat. et Asc. nostr. 2. in marg. *decernit*. Tum unus Ox. *Numquid* cum Gud. 2. Prior *quisquam* pro *quicquam*, posterior iterum *discernit*. Aug. *invictus*, duo Oxx. *in vitiis* pro *invitus*. *Mr.*

Malo quidem] Heaut. Act. I. Sc. I, 83. *D.*

Malo quidem —] „Rursus sunt verba Menedemi, qui putat se dignum quocunque malo, cum iniustitia sua se eiecisse filium miserum ex patria fateatur." *Ber.* Unus Ox. omittit *malo*. Vind. 1. habet *deputo* pro *deputem*. Pergit Gud. 2. *malo sed igneum deputat nisi misit*. Mon. 2. habet *ut* pro *nisi*. Rehd. omittit verba *nisi miser sit*. Unus Ox. habet *ubi* pro *nisi*. Pergit Aug. *vidi igitur;* unus Ox. *vides igitur*. *Mr.*

quid quod res ipsa] „Pal. tert. a prima manu *quid quos res ipsa*. Quod ad apicem aeque in Vat. est." *Gebh.* „Is cum assentiatur codex Regius, *quos* receptum est in hanc editionem." *Verburg.* „Universe enuntiatum nexus orationis respuit. Quare uti ante *quid ille Terentianus*, sic h. l. *quid quos* legendum." *Nissen.* Cod. Rehd. habet *ipsa res* pro *res ipsa*. *Mr.*

Quid, quos *res ipsa lugere prohibet*] Vulgo, *quid*, quod *res ipsa* etc. Recepimus vero lectionem, quam praestant Vatic. Pal. tert. et Med. *D.*

Quid, quos res ipsa lugere prohibet?] „i. e. *quid de iis dicam, quos*. Si *quod* scripsisset Cicero, addendum erat *interdum*." *FAWolf.* in scholis. — Praeter Codd. iam dictos habent *quos* Bern. (a 2. m.) Gud. 1. Rehd. Marb. tres Oxx. Edd. Lall. Oliv. FAWolf. Schz. recc. Solus Gud. 2. habet *quodam*, quod fortasse ortum est ex glossa *quosdam*. Reliqui habent *quod*. Unus Ox. et Gud. 2. *prohibetur* pro *prohibet*. Pergit Mon. 2. *aut apud*. Verba *apud* usque ad *afferunt* desunt in uno Ox. aberrante librarii oculo a priore *apud* ad posterius. Mox Gud. *quotidie neces;* unus Ox. *quotidianae voces*. Marb. omittit *multorum*. Rehd. *seductionem*. Gud. 2. habet *malorum sed actionem*. Pergit Duisb. *doloris* [pro *maerendi*] *afferunt*. Aug. *afferunt*. Gud. *afferunt maerendi*. Pro *ita dicitur* est *traditur* in duobus Oxx.

que multorum sedationem maerendi afferunt: apud quem dicitur:

Namque nimis multos atque omni luce cadentes
Cernimus; ut nemo possit maerore vacare.
Quo magis est aequom tumulis mandare peremptos
Firmo animo, et luctum lacrimis finire diurnis.

go in potestate est abiicere dolorem, quum velis, tem- 66.
ri servientem. An est ullum tempus, (quoniam quidem

---

itur *ita* in Cod. Mon. 2. Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. it. Solus Gud. 2. omittit *quem*. *Mr.*

atque omni luce cadentes] „*Carentes* antea legebatur, itaque in libris MSS. Mihi tamen visum est ut emendarem *cadentes* ex meri versu, in quo est *πίπτουσιν*, quod significat *cadunt*." *P. Manut.* om. *ἐπήτριμοι ἥματα πάντα πίπτουσιν*. Tamen in omnibus Edd. et S. certe Pall. quinque, Pith. Vatic. *carentes* vel *carentis*." *Gebh.*

Namque nimis multos atque omni luce cadentis *Cernimus*] Sic ime primus reposuit Manucius; omnes enim Mssti *carentis* exhi-it. Ei viam munivit Homerus, cuius verba sic se habent Il. T. 226.

Λίην γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπήτριμοι ἥματα πάντα
ΠΙΠΤΟΥΣΙΝ· πότε κέν τις ἀναπνεύσειε πόνοιο;
Ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν, ὅς κε θάνῃσι,
Νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ' ἤματι δακρύσαντας.

hunc locum respexit Seneca Epist. LXIII. *D.*

omni luce cadentes cernimus] „MSS. et Edd. vett. fere *carentes*: erebant sc. ad *luce*. male. Apud Homerum est *πίπτουσιν*. — Mox *vacare* MS. Guelf. *carere*." *Ern.* „*Omni luce* poetice dictum est *quotidie*." *FAW.* in scholis. Habent *cadentes*, quod solum verum unus Ox., Edd. Ald. [non M. referente Orellio in schedis] Lambb. th. Boul. Brut. Sylb. Leod. Car. Steph. Gebh. seqq. In Cod. Aug. *cum* pro *omni*. Rehd. *quid — aequi — tumulis nudare paren-*. Pro *maerore* tres Oxx. *dolore*. Aug. cum Guelf. *carere* pro *va-e*. Idem cum Gud. 2. *equum*. Posterior *eductum* pro *et luctum*. *Mr.*

Ergo in potestate est — ponendae curae aegritudinis causa] ssum alucinari: sed quoniam induxi animum, agere cum studiosis pliciter et sine fuco, sic opinor melius: *Ergo in potestate est abii-e dolorem, cum velis, tempori servientem: et est ullum tempus, quon-i quidem res in nostra potestate est, cui non ponendae aegritu-nis causa serviamus?* Deleo autem *curae*, quia nec id verbum tentia desiderat, et *deponere* dicimus *aegritudinem*, non *curam ritudinis*. Additum crediderim ab interprete imperito, ut aegritu-em per curam explanaret." *A. Manutius.*

Ergo in potestate est abiicere dolorem] Mon. 2. omittit *est*. Aug. et *est in potestate*. Gud. 2. pergit *finire*, sed supra lin. habet *abi-e* et sic scribitur in Mon. 2. et Marb. Unus Ox. habet *te abiicere*. audiri vult W. in scholis *aliquem* ad v. *abiicere*: sed quum se-itur *quum velis*, melius subaudies *te*, quod cum in margine adscri-set aliquis interpres, ab illo, quem dixi, Ox. receptum est. Mon. 2. et *in tempore servientem*: quod est absurdi correctoris, locutio-n non intelligentis. *Tempori servire* dixit etiam Cicero Or. pro t. 6, 14. Epp. ad Att. VIII. 3. post med. Cod. Gud. habet: *tempus m quidem quoniam*. Pro *quoniam* unus Ox. *quando*, Aug. *quondam*: illa scriptione glossam habes, in hac errorem. Duo Oxx. omittunt *tra*. Post *cui* unus Ox. omittit *non*; unus habet *componendae*. g. *an non cui non — causae seriemus*. *Mr.*

res in nostra potestate est,) cui non ponendae curae et aegritudinis causa serviamus? Constabat eos, qui concidentem vulneribus Gn. Pompeium vidissent, quum in illo ipso acer-

---

Ponendae curae et *aegritudinis causa*] Vulgo, *ponendae curae aegritudinis causa;* nec aliter plerique Mssti. Hinc factum, ut Manucius et Lambinus altera voce deleta rescripserint *ponendae aegritudinis causa.* Sed medicinam multo leniorem praestiterunt Eliens. sec. et Colon. quos omnino sequendos duximus. Si vero Epitheton quoddam sub voce *curae* latere censeas; rescripserim *ponendae* durae *aegritudinis causa.* Vide sis ad Fin. I, 13. *D.*

ponendae curae aegritudinis] „Lubens amplector Davisii emendationem post *curae* interponentis *et*: eo magis cum firmetur duobus Codd. Leidd." *Bouh.* „*Et* addidi cum Bouh. ex MSS." *Ern.* „*Ponendae curae et aegritudinis causa* i. e. ponenda cura et aegritudine. Verum sic neminem priscorum scriptorum locutum invenio. Puto legendum: *ponendâ curâ, aegritudinis causâ.* Nam *et* deest aliis: id vero, quod curae est, causa est aegritudinis." *Nissen.* Prius excogitat explicationem N., quam grammatica ratio in his verbis inesse non patitur: tum ea reiecta Ciceronem acutius quam elegantius loqui docet. Sententia est: nullum revera est tempus, cui non serviamus, ut curam aegritudinemque ponamus. Quid facilius potuit excidere, quam *et* inter *ae* et *ae?* Et habent illud *et,* praeter Codd. a Dav. laudatos, etiam Gud. 1. antiquissimus, Duisb. Vind. 1. 2. Mon. 2. Edd. Lall. Ern. seqq. Verba *curae et* omittunt Edd. L. M. Frc. Fabr. Oliv. *Curae* uncinis inclusit HWolf. Reliqui omittunt *et.* Unus Ox. habet *non serviamus. Mr.*,

Constabat eos, qui concidentem] „Pompeius conscendens naviculam a Ptolemaeo missam, ad uxorem filiumque conversus, Sophocleum illud pronuntiavit:

ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ. [Plutarch. Pompej. 78.]

ibique ab Achilla et Septimio interficitur. — — Plutarchus, Lucanus, ceteri tradunt ululatum maximum ad littus usque emissum fuisse comitibus, viso Pompeii casu: Cicero vero eos nihil aliud tum egisse, nisi ut remiges hortarentur ad remigandum: demum ubi in tuto fuerunt lamentari coepisse. Canit Lucanus [Phars. IX.] Corneliam visa coniugis nece delamentatam esse flebiliter et lacrymose: mox caput ferali amictu obduxisse et in cavernis navigii tenebrosis delituisse. Dein cum pervenissent ad litus Africanum, ubi erat Cato, luctum esse factum exemplo carentem, ibique manibus Pompeii parentatum." *Bero.* „Habent quidem libri omnes *constabat:* sed ratio videtur postulare *constat.*" *Bouh.* „Non postulat hoc ratio. Tum enim versatam eam rem esse in ore omnium vult Cicero, cum de morte Pompeii nuntius vulgabatur." *FAW.* in scholis. Ad Bouhierii sententiam correxit scriptor Codicis Rehd. *constat.* Ad rem cf. nos ad Cic. de Div. II. 9. p. 327. sq. Supra v. *concidentem* in Rehd. est scriptum *occidentem.* Praenomen *Pompeii* in Mon. 2. est *C. H.*, quod ortum est ex scriptione *C. N.* quam habet Gud. 2. (pro *CN.*) cum *H.* et *N.* quodam tempore simillimis ductibus fuerint scripta. Vid. Baringii Clav. Diplom. Tabul. Alphabet. III. ex Mabillon. de re diplom. Scribitur *Gneum* in Ed. Ven. nostr. in Codd. Rehd. Duisb.; *Gn.* in Ed. Asc. 1. et in Gud. 1., ut scripsimus, more antiquo. V. Beier. ad Cic. de Off. II. 16. 57. p. 112. *Mr.*

in illo ipso acerbissimo — spectaculo] *In* non habent Gud. Mon. 1. Vindd. unus Leid. Excidit *in,* fortasse operarum errore, in Ed. Grut.

bissimo miserrimoque spectaculo sibi timerent, quod se classe hostium circumfusos viderent, nihil aliud tum egisse, nisi ut remiges hortarentur, et ut salutem adipiscerentur fuga: posteaquam Tyrum venissent, tum afflictari lamentarique p. 205. a.

---

unde propagatus est error iste in Edd. Ern. Alt. Verb. Bip. Mannh. Vocem *miserrimoque* omittunt Codd. Duisb. Gud. 2. Cod. Aug. habet *ipsoque miserrimo*. Junt. *miserrimo*, omisso *que*. Mon. 2. *timere* pro *timerent*. Classem *hostium* intellige *Aegyptiorum*. *Mr.*

quod se classe hostium circumfusos viderent,] „Fabr. *circumclusos.*“ *Gebh.* Ita etiam Cod. Duisb. In Mon. 2. est *circumfuso*. Pro *tum* est *cum* in uno Ox. Scripsi cum Dav. *aliud tum*, cum vulgo edatur *tum aliud*, quia ita videtur esse in Cod. Reg., cum eundem habeat ordinem Gud. 1. Idem est in Gud. 2. Aug. Gud. Duisb. (nisi quod hic habet *tamen* pro *tum*) Marb. Ed. P. Tum unus Ox. omittit *nisi*. Marb. habet *nisi uti*. Gud. *remiges citarentur et solum adipiscerentur fuga*. In uno Ox. est *tum hort.* in alio cum Gud. 2. omittitur *et*. *Mr.*

Posteaquam Tyrum *venissent*] Ita quidem Codices. At alii scriptores Cyprum dicunt; ut forsan illa vox et hoc in loco sit reponenda. Vide virum doctissimum Petr. Wesselingum Observ. I, 13. pag. 44. *D.*

posteaquam Tyrum venissent] Wesseling. loco a Dav. laudato „Non, ait, Tyrum a caede Pompeii eius comites refugerunt. Profecti fuerant ex insula Cypro, quorsum de Pharsalica clade Pompeius fuga se receperat. Cic. Phil. II. 15. et P. Orosius L. VI. 15. Eodem vulneribus conciso Magno, se contulerunt, Liv. Epitom. CXII: *Cornelia uxor et Sex. Pompeius Cypron refugerunt*. Dices utrumque verum esse potuisse: primo Tyrum, dein Cyprum contendisse. Non praefracte negaverim: profectos tamen esse addubito. Neque enim videntur in urbem maritimam et dubiae fidei, in qua facile opprimi poterant, voluisse penetrare. Certe vereri debebant, ne Caesar, cuius in rebus agendis exploratam habebant celeritatem, sibi terrestri superveniret exercitu. Nam suspicari vix poterant nullo negotio classe L. Cassii eum esse potitum. Dissuadet quoque, ne credam Tyrum Corneliam reliquosque comites refugisse, Lucanus L. IX. Belli Civil. v. 117. ubi de navi, qua vecta est Cornelia Pompeii,

Prima ratem Cypros spumantibus accipit undis.

Quapropter si qui Codices addicerent, libens *Cyprum* reponerem, eaque ratione Ciceronem cum reliquis in concordiam redigerem.“ Assentiebat Bouh., ita tamen, ut nihil mutare auderet. Nissenius „*Tyrum*, ait, molestum quibusdam, quod *Cyprum* venisse aliunde constet. Si falsa sit, rescripserim *in tutum*.“ Hoc vero est hariolari. Or. vero ad Wolfii scholas et ipse Wolfius: „non certa est Wesselingii emendatio, ut multae eiusmodi emendationes historicae. Quid quod ipse Wesselingius ad Herodotum p. 723. eam retractavit? Non satis nota est via fugae eorum, neque quo auctore Cicero hoc referat.“ Possit videri accedere auctoritas emendationi Wesselingianae codicis Marb. lectione in quo est *Tynrum*. Quam facile *C* cum *T*. et *p* cum *n* permutentur, nemo nescit, qui veteres libros manibus trivit. Sed salva res est. Defenditur librorum lectio loco Dionis Cassii, quem nobiscum communicavit Schuchius, L. XLII. p. 234. D. [est in Ed. Leunclavii Wechelïana p. 208. A.] ubi de Iulio Caesare scribitur: *τά τε ἀναθήματα τοῦ ἐν τῇ Τύρῳ Ἡρακλέους πάντα ἀνείλετο, ὅτι τήν τε γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα τοῦ Πομπηΐου ὑπεδέξαντο, ὅτε ἔφυγον*. *Mr.*

coepisse. Timor igitur ab iis aegritudinem potuit repellere: ratio ac sapientia vera non poterit!

28 Quid est autem, quod plus valeat ad ponendum dolorem, quam quum est iutellectum nihil profici, et frustra esse

---

tum afflictari lamentarique coepisse.] Duisb. exhibet *tum primum:* quod est glossatoris. Rehd. *lamentari afflictarique*; Vind. 1. *afflictari et lamentari;* unus Ox. *coepissent*, cum Gud. 2. Pro *repellere* Vind. 1. *pellere*, male: sed placere potest, quod reperit Bouh. in uno Leid. et sua Ed. vet. *depellere:* neque ei viro displicuit. Habent idem duo Oxx. Non est quod doceam, quam saepe Cicero dicat *dolorem, malum, turpitudinem depellere;* simillime nostro loco scripsit Epist. ad Famm. II. 16. prc. *nisi ratio ipsa depulisset omnes molestias.* Sed de Finn. I. 9. 30. dixit etiam *dolorem repellere.* Cod. Aug. habet *repellere potuit. Mr.*

Ratio ab sapienti viro *non poterit*] Sic optime Cl. Bentleius. Vulgo, *ratio* ac sapientia vera *non poterit? D.*

Ratio ac sapientia vera non poterit?] „Non videtur necessarium invitis omnibus libris cum Davisio corrigere *ab sapienti viro.*" *Bouh.* In marg. Edd. Lambb. et Goth. est coniectura nescio cuius: *ratio vera ac sapientia non poterit?* Non male. Nissen. *vera*, ait, sapientiae epitheton, non placet. Malim *vero.*" Et sic est in uno Ox. Sed *vero* debilitaret h. l. vim elocutionis, eoque otiosum esset. Amplexi sunt post Davisium Bentleii emendationem FAWolfius, Schz. Or. Tbn. Sed ad FAW. scholas Or. haud iniusta contra speciosam Bentleii emendationem movit dubia. Logicam ei veritatem inesse non negat: *sapientiam veram* non esse ex usu Ciceronis concedit: sed neque facile intelligi ait, quomodo, si Ciceronis fuit *ab sapienti viro*, tam simplex atque perspicua scriptio corrupta sit, neque *viro* addi necesse fuisse *sapienti*, quo solo vocabulo eum Cicero significare soleat, qui non sit hic vel alius, sed sapientiae quasi exemplum. Accedere hoc, quod *sapiens* ipse iam habeat *rationem*, ita ut ne necessarium quidem videatur, ut *ratio* a *sapiente* repellat aegritudinem. Ergo ne Bentleianam quidem lectionem rationi logicae plane satisfacere contendit: quare coniicit, abiectis reliquis, legendum esse simpliciter." *ratio non poterit?* praesertim cum duo Codd., Gud. et Rehd., pro *ac* habeant *et*, quae diversitas vocabula sequentia in glossae suspicionem vocare possit. *Sapientia* deberi posse glossatori, qui vocem *ratio* explicare vellet: cui alius addiderit additamentum *vera*, non Ciceronianum: quibus tertius supervenerit *ac*, et quartus *et* addens. Neque requirere verba *ab iis* necessario oppositionem, praesertim cum statim sequatur *Quid est autem, quod.* — Haec vir clarissimus. Ego ad librorum scriptionem redeundum existimavi, ita tamen, ut mihi non displicere coniecturam Orellii prae me feram, satisfacere scriptionem marg. Lamb. *ratio vera ac sapientia non poterit?* Si liceret hariolari, possis coniicere: *ratio ac sapientia idem* [facere] *non poterit?* In Cod. Rehd. est *poterat. Mr.*

Cap. 28. *Quid est autem, quod plus valeat* etc.] „Unus Leid. *valeat ad deponendum dolorem*: quod rectius videtur, quam *ponendum*, cum statim sequatur *Si igitur deponi potest.*" *Bouh.* Recepit manifestam hanc glossam Schützius: nec vero quemquam imitatorem habuit. Habet eandem glossam Rehd., sed ita, ut *de*, supra lin. appositum, originem suam prodat. Accedunt Marb. et Mon. 2. Sed Gud. 2. habet *dolorem ponendum.* Exempla verbi simplicis hac significatione positi vid. in Schützii Lex. Cic. s. v. n. 15. Mox Rehd. et Mon. 1. *nil profici*, unus Ox. *nihil proficisci.* Marb. *proficisci*

susceptum? Si igitur deponi potest, etiam non suscipi potest. Voluntate igitur et iudicio suscipi aegritudinem confitendum est. Idque indicatur eorum patientia, qui, 67.
quum multa sint saepe perpessi, facilius ferunt, quicquid accidit, obduruisseque sese contra fortunam arbitrantur: ut ille apud Euripidem,

Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies,

---

frustra. Ad *susceptum* intelligi *dolorem*, nemo non videt. Unus Ox. pro *et* (quod h. l. significat i. q. *sed*) male *etiam.* Mox Mon. 2. *non etiam.* Vind. I. *potest etiam non suscipi.* Habes ordinem verborum interpretis non inepti, qui significare vellet iungi debere *non suscipi*, nec vero *non potest.* Pergit Aug. *Voluntatem.* Mox Mon. 2. *confitendum. Id quod indicatur.* — „Potest etiam legi ut habet Ed. mea [vetus]: *Idque indicat eorum patientia.*" *Bouh.* Est etiam *indicat* in Codd. Marb. Duisb. Gud. 2. et uno Ox. *Iudicatur* habent duo Oxx. Aug. Vind. 1. In Cod. Mon. 2. est *eorum sapientia.* Unus Cod. Leid. habet *quum multa sint et saepe perpessi*; Dav. in Ed. 2. edidit *quum multa et saepe perpessi*, abiecto *sint.* Duo Oxx. omittunt *saepe.* Duisb. habet *saepe multa sint perpessi. Mr.*

Faciliusque ferant *quicquid accidit, obduruisse sese contra fortunam arbitrantur*] Vulgo, *Facilius* ferunt *quicquid accidit, obduruisseque sese* etc. At Codices habent *ferant.* Reg. autem, Pithoean. et Med. *obduruisse* quam *sese.* Reliqui cum vulgatis faciunt. Nos igitur, coniunctione transposita, locum sanavimus. *D.*

facilius ferunt, quicquid accidit,] Restitui lectionem vulgatam. *Faciliusque,* ut correxit Dav., nullus habet Cod. MS.; *ferant* habent quidem *plerique*: est tamen *ferunt* in duobus Oxx. Marb. Mon. 1. et Edd. vett. et recc., exceptis Edd. S. E. Dav., omnibus. Pro *accidit* est *acciderit* in duobus Oxx., *accidat* in Cod. Aug. In Duisb. scribitur *cum quicquam accidit.* Restitui item *obduruisseque,* quod habent quinque Oxx. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. Vind. 1. 2. Edd. praeter Dav. omnes. Cum Dav. facit unus Ox. cum Mon. 2. Habet *cbduruisseque quasi quod sese* Cod. Aug., *obduruisse quam sese* Codd. Reg. Gud. 1. 2; *obduruisse quamquam sese* Marb.; *obdnruisse quaeque se* unus Ox.; alius *obduruisse quidem se.* In Cod. Mon. 2. mox *arbitrarentur. Mr.*

ut ille apud Euripidem: Si mihi nunc tristis cet.] *Ille,* opinor, est Theseus, qui queritur de fortunae continenter urgentis iniquitate pertinacissima, quae res obduxit callum contra Pensum doloris." *Beroald.*

Si mihi nunc tristis] Graece:

Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ,
Καὶ μὴ μαχρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυτόλουν,
Εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα
Πῶλον χαλινὸν ἀρτίως διεδεγμένον·
Νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι, καὶ κατηρτυκὼς πόνων.

Exstant apud Galenum de Dogm. Hipp. et Plat. lib. IV. cap. 7. Tom. V. pag. 152. ed. Charter. *D.*

ille apud Euripidem: si mihi nunc cet.] Locum habet G. Dindorfius in Fragmm. Eurip. ex Aeolo n. XIX. eumque citat ex Galen. Vol. V. p. 152. Chart.; V. p. 418. Kühn. laudatque Grammaticum Bekkeri p. 105, 25. — Ernestus excitat Edit. Basil. p. 283; Kühnerus Fragmm. ed. Beck. 167. p. 492. — Hosce versus, iunctos iis, qui supra c. XIV. 29. ex Euripidis Theseo laudantur, ita Latine ver-

coepisse. Timor igitur ab iis aegritu... salo,
lere: ratio ac sapientia vera non po... equulei
28 Quid est autem, quod plus va... novo.
rem, quam quum est intellectum ... torpui.
...itudines quum faciat le-
... rem ipsam causam atque

---

tum afflictari lamentarique ...
mum: quod est glossatoris. T...
afflictari et lamentari; v...
repellere Vind. 1. *pellere,* ...
Bouh. in uno Leid. et su...
Habent idem duo Oxx. ...
dicat *dolorem, malum.* ...
scripsit Epist. ad F...
molestias. Sed de ...
Aug. habet *repel*...
Ratio ab ...
Vulgo, *ratio* ...
Ratio a...
rium invi...
Bouh. I...
ratio r...
sapien...
Ox. ...
Am...
Or...
P...

... ex Tragg. et Comm. Grr. Paris.

... *monita sapientis viri*
... *bam miserias,*
... *tristis exsili fugam,*
... *ipse mihi fingens mala,*
... *nisset ex illis, recens*
... *cura cruciaret magis.* — —
... *miserum prima spectaret dies,*
... *multa nec pridem mala,*
... *di causa, iuvenes equulei*
... *recepto iam recens freno dolent.*
... *subactus miseriis occallui. Mr.*

... *tristis*] Cod. Vind. 1. omittit *mihi,* Mon. 2. et Au... tres Oxx. vocem *tristis.* Duisb. habet *primum tristis* ... Mox Marb. *nec iam.* Pergit unus Ox. *harenos*... emendatione. Scribitur *navigassem* in Codd. Aug. Duisb... Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt.; *navigass*... duobus Oxx., *legavisset solo* in uno. *Aerumnosa salo* Bi... *salo aerumnarum.* Pergit Cod. Marb. *esset dolenti causa. Mr*

... iniecto equulei freno] „Sicut novellus equuleus, hoc est pullu... adhuc per aetatem insolens frenorum ac tiro, exagitatu... ...que solo tactu freni: sic homo dolore exagitatur ex dolend... ...: ubi vero assuevit aerumnis, obtorpet, facitque, quod equu... edomitus, qui frenum mordet et servitio hominis assuescit.“ *Ber*... Marb. *et iniecto eculi.* Duisb. *iniecti.* Gud. *equilei,* Mon. 2. e... *iniecto equis freno,* et sic tres Oxx.; unus cum Gud. 1. *eculei*... *eculi,* Gud. 2. *iniecto etulo.* Tum unus Ox. et Mon. 2. *tract*... pro *tactu. Mr.*

sed iam subactus miseriis obtorpui] In marg. Lambb. et Goth... in vet. Cod. esse dicitur *subactis miseriis:* quod ego in nullo re...peri: sed *subiectus* est in multis: septem Oxx. Reg. Gud. 2. Aug... Rehd. Gud. Mon. 1. et Edd. ante Gebh. omnibus. Sed iam Fr... Fabr. ad h. l. „Aliud, ait, est *subiectus miseriis* Latinis, atque κατηρ...τυκὼς πόνων Graecis. Quare cum in libro MS. legatur *subactus miseriis,* quam hoc illi praeferendum sit, qui utriusque linguae cognitione imbuti sunt, non ignorant.“ Gebhardus autem: Ita et Euripidi satisfiet [nimirum scribendo *subactus*] et vett. codd. Expresse *subactus* est in Fabr.; in Vat. [et antiquissimo nostro Gud. 1.] *subiactus:* in alio quodam v. c. *subactis.* Vulgo *subiectus.*“ Unus Ox. habet *non obtorpui.* Tum Reg. *Defetigatio:* antiquo scribendi more. Post *aegritudines* Cod. Aug. omittit *quum.* Pro *faciat* est *facit* in duobus Oxx. Gud. 2. Mon. 1. Pro *leniores* est *leviores* in Edd. ante Gebh. itemque in quatuor Codd. Oxx. Baliol. (ut ait Dav. in Ed. 2.) Mon. 2. Gud. 2. Aug. Rehd. Duisb. consueta permutatione. Hic, cum utrumque locum habere possit, optimi Codices fuerunt sequendi. *Mr.*

non rem ipsam atque causam fontem esse maeroris.] „Sic est in omnibus MSS. Pall. quinque Fabr. Pith. Vatic. Alias: *non rem ipsam*

esse maeroris. Philosophi summi, neque dum tamen 68.
consecuti, nonne intelligunt in summo se malo

---

ontem. nimis illepide. Lamb. arbitratu suo: *intelligi sionem, non rem ipsam, causam.* An hoc est MSS.

ipsam causam atque fontem esse moeroris] Vulgo, *non atque causam, fontem esse moeroris.* Quasi causa moeroris eius fons! Sed tam ineptum eat, ut non nisi ab indoctis iis proficisci posse liquido iures. Nos igitur eam revocavimus ionem, quam Erasmus, Victorius et Manucius erant sequuti, uamque res ipsa flagitat. *D.*

non rem ipsam atque culpam] [*Culpam* in lemmate videtur rtum calami lapsu in Ed. Bouh. Nam nullus ita exhibet liber.] „Cod. leg. firmat ingeniosam Davisii coniecturam: *non rem ipsam, causam tque fontem esse moeroris.* Accedunt Edd. Ald. et Rob. Steph.“ *louh.* „Ingeniose quidem Davisius: sed *res* et *causa* saepe iungunur: nec movenda igitur vulgata lectio est.“ *Nissen.* Et ratio et ptimorum librorum auctoritas sequi iubet Davisii sententiam. Faunt cum eo Codd. Reg. quatuor Oxx. Aug. Marb. Edd. A. B. S. E. V. M. L. et nostrae omnes ante Gebh., quem sequuntur Verb. ru. Alt. Bip. Mannh. Nissenii defensio lectionis vulgatae, quam ex ett. sola habet Ed. P., non fulcit eam. Non male Cod. Vind. 1. *em ipsam fontem atque causam esse maeroris.* Unus Ox. post *ssam* habet *neque* pro *atque*; alius *frontem*, alius *fortem*, alius *forte* ro *fontem*. *Mr.*

Philosophi summi quique, nondum *tamen*] Sic optime Cl. Bentleius: nam Reg. Pithoean. Med. et Balliol. dant *philosophi summi* eque nondum cet. Vulgo *philosophi summi*, neque dum *tamen*. *D.*

Philosophi summi, neque dum etc.] „Nescio cur Bentleius et avis. corrigere voluerint *summi quique, nondum tamen*. Verum st Codices nonnullos, in his unum quoque Leid. meamque Ed. vet. abere *neque nondum*. Hoc vero est mendum manifestum. Error atem esset Ciceronis, si diceret summos philosophos non assecutos se sapientiam. Aliter ipse sentiebat de Socrate. Respicit Stoicos ntum, qui inter summam sapientiam et summam stultitiam nihil edii esse volebant; quod cum contenderent, teste Sexto Empirico III. n. 433. neminem vere sapientem esse statuebant, ideoque nec enonem, Cleanthem, Chrysippum, cum fuerint res, quas vel hi ignorent. Hi sunt illi summi philosophi, quos intelligit h. l. Cicero.“ *louh.* Neminem obsequentem habuerunt Dav. et Bentl. Lectio *neque nondum*, quam habent etiam nostri Codd. Duisb. Gud. 1. 2. ug. et sex Oxx., inde orta est, quod aliquis lectioni verae, *neque um*, superscripserat *nondum*, quod postea iuxta *neque* irrepsit. Scribitur *nundum* in Marb. uno Ox. et Rehd., *nedum* in Pal. quart. Gud. MS. in marg. Verb.; *necdum* in Edd. ante Gebh. et Codd. Mon. 1. ind. 2; *nec*, omisso *dum* in Mon. 2. *Mr.*

nondum intelligunt] „Recte *Nonne intelliguni*, ut videtur. Et Veneti libri habent.“ *Camerar.* Est *nondum* in Edd. P. A. B. C. haec in marg. habet *nonne*) Ven. nostr. Asc. 1. 2. (haec in marg. B. *nonne*) Junt. Ven. Alteri, itemque in uno Cod. Ox. Mon. 1. et ind. 1. Cod. Rehd. *numne*. Cod. Gud. *non intelligunt*. Duisb. *in summo malo sese esse*. Vind. 1. *in summo se esse malo*. *Mr.*

in summo se malo esse?] „Facete dictum ex opinione Stoicorum, qui dicunt insipientes eos et miseros, qui sapientiam ad perfectum non sint consecuti: insipientia autem est summum malum. —

esse? Sunt enim insipientes: neque insipientia ullum maius malum est: neque tamen lugent. Quid ita? Quia huic generi malorum non affingitur illa opinio, rectum esse et aequum, et ad officium pertinere, aegre ferre, quod sapiens non sis: quod idem affingimus huic aegritudini, in qua luc-
69. tus inest: quae omnium maxima est. Itaque Aristoteles,

Ergo philosophi, qui non sunt plene sapientiam consecuti, sunt in insipientia, ergo in summo malo: et tamen non lugent, cum alii lugeant ex minoribus malis: [quia huic generi malorum, sc. insipientiae, nulla admiscetur opinio officiosi doloris.] Dogma Stoicorum est, eos, qui natura doctrinaque longe ad virtutem processissent, nisi eam plene consecuti essent, summe esse miseros, neque inter eorum vitam et improbissimorum quicquam omnino interesse: ut Plato, tantus ille vir, si sapiens non fuerit, nihilo melius, quam quivis improbissimus, nec beatius vixerit. Merito itaque M. Tullius in oratione pro Murena facetissime lusit doctrinam ac decreta Stoicorum.“ *Beroald.* [v. Cic. pro Mur. 29.]

Sunt enim insipientes] Cod. Mon. 2. cum Rehd. omittit *enim*. Pergit contra unus Ox. *neque enim insipientia*. Ille Mon. 2. pro *neque* habet *nec*. Aug. *neque sapientia*. Mon. 2. et Duisb. *malum maius est*. *Mr.*

Huic generi malorum non affigitur illa opinio] „Elegantissimam locutionem restaurant nobis Pall. pr. sec. tert., in quibus prior et posterior *n* expungitur, tanquam a culpa scribae; in medio ad oculum restat, ut et in Vatic. Sic Fab. dixit lib. 2. *Iam familiarius animo suo affigent: [animo affigere rem* est apud Quinctil. XI. 2. —] Ipse statim post: *quod idem affigimus huic aegritudini*. Itidem sic tres Pall.“ *Gebh.* „Non plane reprobo hanc lectionem [*affigitur*]. Sed habent Cod. Reg. unus Leid. Edd. Manutiorum et nonnullae aliae *affingitur*, et paullo inferius *affingimus*: quod non minus aptum est huic loco. Accedit, quod let infra c. 33. scripsit de sapiente: *qui nihil opinione affingat.*“ *Bouh.*

Non adfingitur *illa opinio — quod idem* adfingimus] Gebhardus primus ex duobus Pall. recepit *affigitur, affigimus*, eamque locutionem, qua nemo hominum usus est, velut elegantissimam venditavit. Nos veterem scripturam, quamque firmant plerique omnes Codices et Latinae linguae ratio, iure reduximus. *D.*

non affingitur — — affingimus] „Edd. vett. sic fere, sic et MS. Guelf. quaedam tamen Edd. vett. *affigitur* et *affigimus*, ut Junt. quod edidit Gruterus: non bene.“ *Ern.* Rationem ipsam adversantem habet Gebhardus, itemque libros optimos. Sed consentiunt tamen cum eo sex Oxx. (posteriore loco septem) Rehd. Duisb. Gud. (hic nonnisi priore loco) Aug. (hic nonnisi posteriore loco: priore habet *effingitur*) Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. (haec priore loco *afficitur*) Asc. 1. 2. Sed totus error ex neglecta lineola literae *i* superscribenda ortus. Post *aequum* omittitur *et* in Cod. Gud. et Ed. P. Post *non* legitur *sit* pro *sis* in Edd. A. B. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. (sed haec in marg. MS. *sis*). Mox *inest* omittitur in Duisb. et uno Ox., duo habent *est*, unus *non est*. Ad v. *quae omnium maxima est* recte monet Kühn. ea referenda esse non ad proxime praegressa, sed ad illa: *quod sapiens non sis*. Cod. Duisb. qui *inest* omisit, habet *quae omnium maxima inest*. Gud. 2. *quae omnino non maxima est*. *Mr.*

Itaque Aristoteles — absolutam fore] Hunc locum in animo

:teres philosophos accusans, qui existimavissent philoso-
ıiam suis ingeniis esse perfectam, ait eos aut stultissimos
ıt gloriosissimos fuisse: sed se videre, quod paucis annis
agna accessio facta esset, brevi tempore philosophiam pla-
ɜ absolutam fore. Theophrastus autem moriens accusasse b.
ıturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam,

ıbuit Lactantius Div. Inst. lib. III. cap. 28. quod animadvertere de-
ıerunt illius elegantissimi scriptoris editores. *D.*

Itaque Aristoteles veteres philosophos accusans,] Quod ait Dav.
actantii editores non animadvertisse hunc nostrum locum in animo
ıbuisse Lactantium Div. Inst. III. 28. id tum quidem verum fuit.
ixerat enim Bentleius locum hunc Ciceronis hodie non exstare. Sed
ım dudum eius sedem monstrarunt Bünemannus et Ed. Lengl. du
resn. Paris. 1748. 4. Sed apud Lact. verba *ait eos — fuisse* prae-
ɔnuntur his: *qui — perfectam.* Habet hunc locum etiam Jo. Valen-
s in Compendiloquio I. plag. 177. a ubi hae sunt lectiones varian-
ıs: *gloriosissimos i. e. vanae gloriae cupidos fieri — plene*
bsolutam — accusavit naturam — quarum id — sed hominibus
- futurum fuisset — vita hominum ditaretur. — Thaletem in-
ılligi, fortasse etiam Platonem ait W. T. Krug. in Diss. de Philoso-
hia ex sententia Aristotelis plane absoluta, nec tamen unquam ab-
ılvenda (4. Lips. Staritz. 1827. 18. pp.). — In Cod. Mon. 2. est
ıia pro *qui*, idem cum Gud. habet *existimasseent*, Mon. 1. *extima-*
issent, unus Ox. *existimarent.* Pergit Vind. 1. *suis ingeniis philo-*
ɔphiam. Pergit Aug. *esse factam.* Unus Ox. habet *eos ut:* idem
mittit *aut gloriosissimos.* In seqq. Codd. Vind. 2. Mon. 1. Gud. (*ē.*)
uatuor Oxx. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt.
ob. Steph. *facta est.* Rehd. *facta etiam. Mr.*

Theophrastus autem — dicitur,] Quod ait Sch. in ann., legi in
onnullis Codd. *Themistocles*, id in infinitis erroribus pone, quibus
ius annotationes, saepissime operarum et correctoris culpa, refertae
ınt. Est autem hic error ipsius editoris. Qui quum obiter inspe-
isset annotationem Davisii ad verba *Querebatur igitur* (paullo inferius),
bi refert ille apud Hieronymum in Epistola ad Nepotianum pro
Theophrasti nomine legi in MSS. nomen *Themistoclis*, de Cicerone
ɔqui existimans Davisium, Ciceronis libris eum errorem tribuit, ipse
b inspiciendis libris religiose sibi cavens. Quare aliter fieri non potuit,
uam quod refert Or., inspectis libris Ciceronianis se nusquam hoc
ıendum vidisse. Goth. hanc ann. habet: „Vid. Laërtium in Theo-
hrasto [V. 2. 41.] Et tamen Sallustius in Iugurthino scribit *genus*
ımanum falso queri de natura, quod imbecilla atque aevi brevis. Vide
lura apud Victorium in Variar. X.“ Locus Sallustii est Iug. 1. ubi
id. interprr. in Ed. Havercampi p. 2. sq. Locus autem Victorii est
ar. Lectt. XI. c. 10. ubi Theophrastum et Sallustium concordes
se demonstratum ivit p. 265. sq. Add. Ochsnerum ad Cic. Eclogg.
. 411. sq. ed. 3. *Mr.*

quod corvis et cornicibus] „Recte coniunguntur vivaces alites:
ıcque [*corvis*] habet opt. codex Fab. Vidi etiam in MSS. Fabii, ubi
ısec verba ex Cicerone ad oram adnotata fuerant. Vulgo *cervis.* Et
ıaidem ex Virgilio vivaces cervos novimus. Videatur Plin. VII. 48.“
ebh. „*Cervis* non est tamen loco movendum.“ *Verb.* Unus Ox. et
ɔod. Gud. *corvis*, alius Ox. *corvos.* Nec vero recepta est lectio
orvis in Edd. quae Gruteri vel potius Gebhardi lectiones habent,
ɔruteriana a. 1618. Hamb., 1659. Amst., et quam habuit Or. 1692.,

quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset: quorum si aetas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Que-

---

Jac. Gronovii, quae nobis quoque ad manum est. — Gud. 2. habet *cornibus* pro *cornicibus*: idem omittit *id* ante *nihil*. Mon. 1. habet *nihil id*. Quod satis fuisset causae viro cuidam *κριτικωτάτῳ*, cur eiiceret pronomen, quo facilius ante *maxime* caremus: ubi infertur in Codd. Mon. 2. Col. et Duisb. itemque (ut dicitur in marg. Verb.; Oliv. autem et Or. nihil monent) in Ed. Lamb. Sed solet Verb. omnes lectiones Lambino tribuere, quae sunt in margg. Lambb. et Goth. ubi legimus veterem quendam codicem habere *id maxime*. *Mr.*

Cervis *et cornicibus*] Fabric. et Cantab. habent *corvis*, eamque lectionem recipit Gebhardus, quod illi vivaces alites recte iungi viderentur. At cum reliqui Mssti alteram repraesentent lectionem, eam temere loco movit vir ille doctus; nam scriptores, ubi de longaevitate verba faciunt, *cervos* et *cornices* una memorant. Vetus Poeta apud Stobaeum Serm. X. pag. 127.

Εἰ μὲν ζῇς ἘΛΑΦΟΥ τανaὸν χρόνον, ἢὲ ΚΟΡΩΝΗΣ,
Συγγνώμη πλεῖστον πλοῦτον ἀγειρομένῳ.

Ovidius Metam. VII, 273.

Vivacisque iecur cervi, *quibus insuper addit*
Ora caputque novem cornicis *saecula passi.*

Pedo Albinovanus Eleg. II, 115.

Vivacesque magis cervos *decet esse paventes,*
Si quorum in torva cornua fronte rigent.
Vivere Cornices *multos dicuntur in annos:*
Cur nos angusta conditione sumus?

Sed exemplorum satis est. Vide tamen Ausonium Eidyll. XI, 12 — XVIII, 3. *D.*

quorum id nihil interesset] Mirus est error Davisii in Ed. 2. dicentis vulgo h. l. legi *interfuisset*: se autem re ipsa duce, Victor. et Eliens. pr. sec. omnino putasse sequendos (scribendo *interesset*). Nam nullus plane liber, neque scriptus neque editus, habet *interfuisset*. Post *hominibus* in Cod. Aug. additur *tamen*, prava glossa. Post *maxime* ait Verb. in Cod. Reg. esse *interesset* pro *interfuisset*: nostra vero collatio tacet. Sed habent illud duo Oxx. unde Davisii error ortus esse videtur. Imperfectum de animalibus ponit, quia *habent* vitam logiorem: plusquamperfectum de hominibus, quia eam *non habent*: ut recte monuit Ochsnerus l. c. Post *exiguam* delevit Dav. in Ed. 2. *vitam*, quod probat Wopkensius l. c. p. 360, qui eam emendationem, si qua est, Bentleio tribuit. Sed neque libri assentiunt, neque usus Ciceronis, qui amat eiusmodi repetitiones. *Mr.*

quorum si aetas potuisset esse longinquior] Cod. Vind. 1. *quorum aetas si*. Cod. Aug. *esse longinqua*. Rehd. *longinquior esse*. Unus Ox. habet *longior*, quod est correctoris, qui adiectivum *longinquus* tantummodo de loco, nec vero de tempore poni existimaret. Sed non saepius id poni a Cicerone de spatio, quam de tempore vel lexica docent. Cod. Gud. habet *futurum esset*, unus Ox. *futurum fuisset*, ut ex Jo. Valensi supra enotavimus. Mox Cod. Duisb. *vita hominum*. Monet FAW. in scholis *hominum vitam* poni pro *hominibus*, ut apud Graecos *βίος*. Obtinet idem usus de Legg. II. 14. 36. p. 269. ed. nostr. et Cr. et Or. pro Sext. Rosc. Am. 30, 84: *Sic vita hominum est, ut — nemo conetur* etc. *Mr.*

Querebatur igitur] Diogenes Laertius lib. V. §. 41. Theophra-

rebatur igitur se tum, quum illa videre coepisset, exstingui. Quid? ex ceteris philosophis nonne optimus et gravissimus quisque confitetur, multa se ignorare, et multa sibi etiam atque etiam esse discenda? neque tamen, quum se in media stultitia, 70.
qua nihil est peius, haerere intelligant, aegritudine premun-

---

stum moribundum discipulis suis dixisse tradit, *Ἡμεῖς, ὁπόταν ἀρχόμεθα ζῆν, τότε ἀποθνήσκομεν.* Hieronymus ad Nepotianum Epist. II. pag. 9. ed. Victor. *Sapiens ille vir Graeciae* Theophrastus, *cum expletis centum et septem annis se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quod tunc egrederetur e vita, quando sapere coepisset.* In Msstis quidem legitur, non *Theophrastus*, sed *Themistocles*; hoc vero Librariis est imputandum, quod olim monuit Is. Casaubonus ad Charact. Ethic. Prooem. quodque Joan. Martianaeus rescivisse debuit. Addam duntaxat, me nullo modo dubitare, quin querela, quam memorat Seneca de Brev. vitae cap. 1. immerito sit Aristoteli tributa, quum revera pater eius fuerit Theophrastus. Hac autem de re notus est Hippocratis Aphorismus, quem refert etiam Lucianus Hermot. Tom. I. pag. 505, 551. eique simile est illud R. Tarphonis Apophthegma, quod occurrit in Pirke Aboth. cap. II. §. 15. *D.*

Querebatur igitur se tum, quum —] Cod. Gud. 2. *querebat igitur.* Idem cum Marb. *tum se.* Mon. 1. habet *quaerebatur.* Mon. 2. et unus Ox. *secum cum*: posterior pro *illa* habet *illam* egregia scilicet correctione. Unus Ox. omittit *se tum*, Duisb. omittit *tum*, Gud. 2. verbum *videre*; unus Ox. in seqq. vocem *Quid.* Ab Ed. E. abest *ex.* Gud. 2. habet *non* pro *nonne.* Cod. Duisb. *optimus quisque et gravissimus. Mr.*

optimus — quisque confitetur] Dedit Dav. in Ed. 2. *confitentur*, nihil monens quam vulgo edi *confitetur.* Nimirum quia in sequentibus est *cum — intelligant — premuntur.* Sed primum non solet Cicero, *quisque* cum superlativo singulari posito, verbum plurali numero addere: deinde eiusmodi numeri enallage, quae in seqq. obtinet (*intelligant — premuntur*) a Ciceronis optimique cuiusque scriptoris usu non est aliena. Laudat ad hoc probandum Wopkensius p. 117 et alios locos et Cic. de Finn. II. 1. Tusc. IV. c. 6. et 31. Excitat ibidem Handius annot. 132. Strothium ad Liv. 22, 4. Bremium ad Cic. de Finn. p. 136. Goerenz. ad Acadd. II. p. 95. Plura addere non est necesse. — Mox *et* ante *multa* abest a Cod. Mon. 1. et uno Ox. Pergit Vind. 1. *etiam atque etiam sibi.* Alius Ox. et Duisb. omittunt *atque etiam.* Gud. 1. habet *multi sibi.* Gud. 2. omittit alterum *etiam.* Idem Gud. et Mon. 2. habent *dicenda* pro *discenda.* Unus Ox. *neque tam.* Quod sequitur *quum* est fere i. q. *quamvis.* Cod. Aug. pro *stultitia* habet *stultitiam.* Duisb. *peius est. Mr.*

in media stultitia — haberе intelligant] „Fremant quibus ab omnibus alienis oculi corque dolent: per me, per me certe hic locus restitutus est de Pal. secundo. confirmat iam me amplius, quod in quart. *inhaerere*, in quinto huius verbi neque vola neque vestigium restet. Sic locum post Turnebum restituimus. De legg. III. 5: *Theophrastus vero institutus ab Aristotele, habitavit, ut scitis, in eo genere rerum.* [Locus est c. 6.] Hoc quoque in Crepundiis [II. 16. p. 454.] monuimus.“ *Gebh.*

Haerere *intellegant*] Omnino placet haec lectio, quam cuncti fere Mssti tuentur. Quod enim, Turnebo praeeunte, Gebhardus ediderit *habere*, id, ut opinor, eos in medio luto haesisse, satis demonstrat. *D.*

tur. Nulla enim admiscetur opinio officiosi doloris. Quid? qui non putant lugendum viris? qualis fuit Q. Maximus, effe-

---

haerere intelligant] „*Haerere* est etiam in Cod. Reg. uno Leid. et plerisque aliis.“ *Bouh.* „Sic Cod. Guelf. et Edd. vett. Gruterus s. Gebhardus de Turnebi sententia substituit *habere*, nempe pro *habitare*. Sane *habere* pro habitare dicitur, sed cum Accusativo: nuspiam [scr. *nusquam*], quod repererim, sic *habere* v. c. in urbe.“ *Ern.* Gebhardum secutus est Verb. Et legitur *habere* in tribus Oxx. pro *haerere*, unus adeo habet *cum se habere*. Marb. *haerere cum intelligant*. Mox Aug. *admiscentur*. Unus Ox. *offensi doloris*. Explicat FAW. in scholis: *quem officium exigit*. *Mr.*

Non putant lugendum viris?] „Seneca viris nullum legitimum lugendi tempus constitutum esse tradit, quia nullum est honestum: cum annum feminis ad lugendum maiores instituerint: non, ut tam diu lugerent, sed ne longius. Laudant luculenti scriptores institutum illud Massiliensium, quo sine lamentatione, sine planctu cadavera efferuntur: luctus funeris die domestico sacrificio convivioque necessariorum addito, finitur. Lycurgus in rebus funebribus *ἀνεῖλε τὰ πένθη καὶ τοὺς ὀδυρμούς*.“ *Beroald.* Vid. Senec. Epist. 64. p. 221. Elzev. J. C. Johannsen. Veteris Massiliae res (Kiliae 1817.) p. 80. *Mr.*

non putant lugendum viris] „Scribendum *putabant* aut *putaverunt*. Nectitur enim cum sequentibus: *quid hos placavit, nisi quod non putabant — ?*“ *Ern.* „Vulgati *putant*: quod ego non mutem.“ *Nissen.* Noli accedere Ernesti sententiae, cuius coniectura plane est inutilis. Errat autem Or. ad FAWolfii scholas referens, accedere ad Ernesti partes Codicem Vind. 1. Nam quae ex eo ab Altero enotata est lectio *putarunt*, ea pertinet ad locum paullo inferiorem: *non putabant viri*. Unus Ox. habet *non pungendum viris*. Marb. et Gud. 2. *iungendum*: prior autem habet *lu* supra lin.; posterior *putent* pro *putant*. Mon. 2. omittit *qui non*. *Mr.*

qualis fuit Q. Maximus] „Cato in libro de Senectute [Cic. Cat. maj. 4, 12.] multa ait se praeclara in Q. Maximo cognovisse: *sed nihil admirabilius* inquit, *quam quo modo mortem Marci filii tulit, clari viri et consularis. Est in manibus viri laudatio, quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus?* — Refert Plutarchus, cum Fabii filius diem obiisset, eum pro dignitate optimi patris calamitatem orbitatis commodissime tulisse: ipsumque in foro filium defunctum oratione funebri ex more laudavisse.“ *Beroald.* Locus Plutarchi est in Fab. Max. c. 24. extr. Add. Cic. ad Famm. IV. 6: *Turpe — esse existimo, me non ita ferre casum meum* [obitum Tulliae filiae] *ut tu, tali sapientia praeditus, ferendum putas. Sed opprimor interdum et vix resisto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quae ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam et Q. Maximus, qui filium consularem, clarum virum, et magnis rebus gestis, amisit: et L. Paullus, qui duo septem diebus; et vester Gallus, et M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, iis temporibus fuerunt, ut eorum luctum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam ex re publica consequebantur. Mr.*

Q. Maximus — quales reliqui, quos in Consolatione conlegimus] Hieronymus in Epitaph. Nepotiani pag. 21. L. Paullus *septem diebus inter duorum exsequias filiorum triumphans urbem ingressus est. Praetermitto* Maximos, Catones, *Gallos, Pisones, Brutos, Scaevolas, Metellos, Scauros, Marios, Crassos, Marcellos, atque Ausidios, quorum non minor in luctu quam in bellis virtus fuit, et quorum orbitates in Consolationis libro* Tullius *explicavit. D.*

rens filium consularem: qualis L. Paullus, duobus paucis diebus amissis filiis: qualis M. Cato, praetore designato mortuo filio: quales reliqui, quos in Consolatione collegimus. Quid hos aliud placavit, nisi quod luctum et maerorem esse non putabant viri? Ergo id, quod alii rectum opinantes aegritudini se solent dedere, id hi turpe putantes aegritudinem re- 71.

---

qualis fuit Qu. Maximus —] Cod. Gud. 1. *fuit quaemaxumus*: sed *æ* punctis notatum. Gud. 2. omittit *consularem*. — Mon. 2. habet *afferens*. *Efferendi* verbo de sepultura (ut Graeci dicunt ἐκφέρειν) non semel usus est Cicero. Conf. Kirchmann. de Funerib. Romn. II. 1. p. 75 sq. — De L. Paullo haec Beroaldus: Scribunt Valerius Maximus, Seneca, Plutarchus, Aemilio Paullo quatuor fuisse filios mares, ex quibus duos iure adoptionis in Corneliam Fabiamque gentem transtulit: duos, quos sibi servaverat, extulit: quorum alter quinto ante triumphum paternum die, alter tertio post triumphum die exspirarunt. Itaque qui ad donandos usque liberos abundaverat, is ad orbitatem repente redactus est. Quem casum robore animi incredibili sustinuit: in tantum, ut populum ipse ob id ingemiscentem condolentemque magis consolaretur, quam ipse foret consolandus. Qui in oratione, quam apud populum habuit, sic locutus fertur: *Cum in maximo provectu felicitatis nostrae, Quirites, timerem, ne quid mali fortuna moliretur, Jovem Optimum Maximum, Junonemque Reginam et Minervam precatus sum, ut, si quid adversi populo Romano immineret, totum in meam domum converteretur: quapropter bene habet. annuendo enim votis meis id egerunt, ut vos potius meum casum dolentis, quam ego vestrum ingemiscerem.* Est locus Valerii Maximi V. 10. 2. Senecae in Consol. ad Marc. c. 13. Plutarch. Aem. Paull. c. 36. — In Cod. Vind. 1. scribitur: *L. Paullus Aemilius, duobus filiis paucis diebus amissis.* Post *amissis* unus Ox. omittit *filiis*, Gud. 2. habet *filius*. *Mr.*

qualis M. Cato,] „M. Cato apud Ciceronem de Catone hoc filio defuncto sic: *Proficiscar ad Catonem meum, quo nemo melior vir natus est, nemo pietate praestantior, cuius a me corpus crematum est, quod contra decuit ab illo meum:* et mox: *Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum, non quod aequo animo ferrem, sed me ipse consolabar existimans non longinquum inter nos discessum et digressum fore.*“ *Beroald.* Locus est Cat. maj. 23, 85. — Scribitur in Cod. Aug. *filio mortuo*; Gud. 1. et unus Ox. *Consolationem*; alius Ox. *Consolatio*; alius mox *quid his*: idem cum alio et Aug. habet *placuit*. Cod. Vind. 2. *hos placabit illud*. Expressum est *placabit* in sola Ed. Alt. operarum, ut opinor, errore. In solo item Cod. Aug. est *relinquimus* pro *collegimus*. *Mr.*

Moerorem esse *non putabant viri*] Secunda vox in vulgatis deest. Eam suppeditarunt Reg. Pithoean. Eliens. tert. Petrens. et veteres editi. *D.*

esse non putabant viri] Omittunt *esse* Codd. Gud. Rehd. et, post V. et Rob. Steph., Gebh. Ern. Alt. Schz. Ponitur *esse* post *putabant* in Edd. Asc. 2. Junt. Crat. et Codd. Mon. 2. Utroque loco habet *esse* Ed. Ven. nostr. Unus Ox. *putant*, Vind. 1. *putarunt*. Gud. 2. omittit *viri*; Gud. pro *viri* habet *leniri*. Recte Niss. et Or. a Davisio restitutum ex optimis libris *esse* probant: neque suspectum esse debet hoc verbum ob vagam sedem vel ob repetitionem in Ed., quam dixi, Ven. — Gud. 2. omittit *rectum*. Rehd. habet *opinantes rectum*. *Mr.*

id hi turpe putantes] *Id* omittunt Cod. Aug. Edd. M. L. Goth.

pulerunt. Ex quo intelligitur, non in natura, sed in c
nione esse aegritudinem.

29 Contra dicuntur haec. Quis tam demens, ut sua vol
tate maereat? natura affert dolorem: cui quidem Crant

Ald. Boul. Leod. Sturm. Car. Steph. Brut. Sylb. Iidem male hal *ii* pro *hi* cum Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. P. A. B. S. C. Rob. Steph. Gebh. Ern., (nec vero omisso *id:*) cum quibus faci Codd. Pall. pr. sec. quart. Vat. Multo saepius in contrariam par peccatur, ut scribatur *hi* pro *ii*. *Hii* est in Gud. Duisb. et A Nobiscum faciunt optimi Codd. itemque Edd. E. HWolf. I FAWolf. Schz. Qui eiiciebant *id,* offendebantur eius repetitio cum paullo ante praecesserit *Ergo id.*. Sed solet ita loqui Cicero cap. seq. est *Oileus ille — is cum* —. Unus Ox. omittit *aegri dinem.* Habent Gud. 1. et Mon. 1. *reppulerunt.* Verba *ex quo* que ad *esse aegritudinem* exciderunt in Cod. Rehd. In Gud. 2. *intelligi;* in Aug. *non* ponitur ante *intelligitur.* Post *sed* Gud. omittit *in. Mr.*

c. 29. *Contra dicuntur haec.*] Dav. in Ed. 3. haec verba inco mode cap. antecedenti adiunxit. In Ed. 2. scripsit: *Contra dicun Ecquis tam demens,* — nulla plane, neque auctoritate neque rati addita: ut Bentleii hoc quoque loco auctoritatem, quam in Ed. libris longe praeferebat, secutus esse videatur. Cf. Wopkens. Le Tull. p. 86. Ad *dicuntur* intellige *a Peripateticis. Mr.* „Malim c Dav. *Ecquis,* aut addi *est.*“ *Ern.* Neque ego haec non malim: nostrum non est Ciceronem corrigere, sed sibi reddere ac restitue Pergunt tres Oxx. et Aug. *ut in sua,* quod tum tantum intelli scribi posse a quopiam homine parum attento, si vel sequebatur *luptate,* vel legebatur, ut habet unus ex illis tribus Oxx., *haere* quamquam neutrum probari potest. Alius Ox. habet *mereatur,* Du et MS. in marg. Ox. habent glossam *doleat. Mr.*

natura affert dolorem] „Idem Tullius, qui tam copiose, t magnifice affirmat dolorem esse in opinione, non in natura, cum lum vertisset exilii causa, cum amisisset filiam, succubuit dolori aegritudini: et ita philosophum eloquenter adversus aegritudines p orantem ipse maeror docuit dolorem non opinabilem esse, sed na ralem.“ *Beroald.* Longum huc affert locum Plutarchi ex Conso tione ad Apollon. Jo. Camerarius, quem et ad superiora quaedam sequentia quoque nonnihil ait lucis afferre videri. Nobis, ut sps pareamus, omittendus videtur: sed vid. cap. 3. 4. p. 407 sq.] Wytt. Oxon., p. 360. Lips.

cui quidem Crantor, inquiunt, vester cedendum putat.] „Vict adiuvat. Pal. pr. Alias *vester.*“ *Gebh.*

Crantor, inquiunt, — vester] Vulgo *noster.* Sed recte Cl. Be leius; cum quo faciunt Reg. Pithoean. Med. aliique Codices. *D.*

cui — Crantor — vester] „Optime Dav. cum Bentleio restit *vester,* quod habebant iam Manutii, Lambinus et aliquot alii, o nonnullis Codd. quibus accedit Reg. Plinius in Praefatione Histor Naturalis Ciceronem in Consolatione, de morte Tulliae filiae, scripsisse *Crantorem sequor.*“ *Bouh.* „Bipp. Bentleium secuti edid *vester.* Mihi vero *noster* placet. Intelliguntur Academici, et Cr tor ex Academia vetere fuit. In *cui* intellige *naturae.*“ *Nissen.* posterius quidem recte: sed in prioribus erravit. Peripatetici quuntur, dicuntque Academicis: Crantor vester, Academicus videlic — Habent probam scriptionem Codd. quinque Oxx. Reg. Gud. 1. Vind. 1. Marb. Duisb. Gud. Rehd. Edd. M. Ald. Sturm. Boul. C

inquiunt, vester cedendum putat. Premit enim atque instat, nec resisti potest. Itaque Oïleus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Aiacis morte consolatus esset, is quum audisset de suo, fractus est. De cuius commutata mente sic dicitur:

Steph. Goth. Brut. HWolf. Sylb. Leod. Lall. Oliv. FAWolf. rect. In Cod. Mon. 2. et Ed. Ven. nostr. scribitur *inquiunt Crantor. Mr.*

nec ei resisti potest] „*Ei*, quod in vulgatis deest, in MSStis additur, et orationis perspicuitatem facit.“ *Fr. Fabr.* Habent *ne* pro *nec* unus Ox. Marb. Mon. 2. Quod addidit Lambinus (ex MSS., ut ait Fr. Fabr.) *ei* post *nec*, habet solus Cod. Duisb. Handius ad Wopkensium, qui improbat *ei* additum, (quod nec nos recipiendum duximus, nec habent alii) p. 251: „*Resisti*, ait, dicitur neutrali sensu, ut saepe fit.“ Cod. Gud. 2. habet *potes* pro *potest*. *Mr.*

Itaque Oileus ille apud Sophoclem] Ad sententiam loci conf. Terent. Andr. II. 1. 9: *Facile omnes cum valemus, recta consilia aegrotis damus. Tu si hic sis, aliter censeas.* Scribitur *itaque et Oleius* in Mon. 2, *Oyleus* in Marb.; *Itaque cum Oileus* in Cod. Aug. Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. In Junt. et Asc. 2. omittitur *ille*. Post *Sophoclem* omittunt *qui* Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. quod videlicet addito illo *cum* redundabat. Additum autem est *cum* ab iis correctoribus, qui non concoquerent sequens *is quum*, postquam praecessit *Oileus ille*, quamquam eo subiectum elegantissime post longiorem sententiam interiectam repetitur. Vid. A. Matthiae in FAWolfii Analecctt. Litt. II. p. 16. Ceterum Telamonis exemplo supra etiam non semel usus est Cicero: vide licet II. 24. 58. cap. 18, 39. cap. 13, 28. Pro *antea* est *ante* in Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Unus Ox. habet *Telamone*, Mon. 2. *consulatus esset*. *Mr.*

is cum audisset de suo] „*Quod suus esset.* — Cave proinde audias Pall. pr. quint. Fabr. *filio* mutantes.“ *Gebh.* „Duo Leidd. *de filio*: sed haec est glossa verborum *de suo*. Ceterum satis veri est similis coniectura Davisii [quam recepit in Ed. 2.] *de sui*.“ *Bouh.*

Audisset de suo] Lego *de sui*, morte videlicet. Sic infra c. 23. *Altera, et de communi* conditione *vitae, et proprie, si quid sit* de ipsius, *qui moereat, disputandum.* Sic et alibi passim. Haesere tamen Librarii: nam Eliens. pr. Balliol. et Bak. dant *de filio*. Eliens. autem sec. *de suo filio*. *D.*

cum audisset de suo] „Imo *de sua* sc. morte: aut addendum *filio* ex Ed. Junt. et MS. Eliensi, illud melius.“ *Ern.* Dormitavit Ern., merito reprehensus iam a Nissenio: Quare mirari licet Schützium tacite recepisse illud *sua*, magis etiam idem factum esse a Nobbio. Or. recepit Davisii coniecturam *de sui*, quam ipse Dav. in Ed. 3. non ausus est in verborum seriem recipere: receperunt item FAW. et Tbn. Ego idem mihi licere non existimavi, cum neque ullus assentiat liber, et ipsa librorum optimorum lectio eiusmodi sit, ut nequaquam necessaria videatur correctio. Loquitur paullo liberius atque ad sensum (*κατὰ σύνεσιν*), quasi modo dixisset *Oileus — qui Telamonem antea de filii* (Aiacis) *morte consolatus esset* pergitque, *is quum audisset de suo* (filio, cui item nomen erat Aiaci) [idem sibi nuntiari vel nuntiatum], *fractus est* [maerore]. Quid? quod ipsi Orellio ad FAWolfii scholas Davisii coniectura paullo contortior visa est, cui substitutam malebat lectionem Codicis Vind. 1. *de filio*, unde errore nescio quo in optimis libris factum sit *de suo*. Mihi vero

Nec véro tanta praéditus sapiéntia
Quisquam ést, qui aliorum aerúmnam dictis dllevans,
p. 206. a. *Non idem, quum Fortúna mutata impetum*
Convértat, clade súbita frangatúr sua;

---

nihil certius videtur, quam omnes alias lectiones, praeter eam, quam nos exhibemus, ortas esse ex correctorum vel interpretum sedulitate, qui illam σύνεσιν vel obliterare vel explicare vellent. Habent autem *de suo* Codd. Reg. [sine dubio] Bern. Aug. Gud. 1. 2. Rehd. Marb. Vind. 2. et sex, ut videtur Oxx. Edd. V. M. L. Rob. et Car. Steph. Ald. Boul. Sturm. Brut. Goth. Leod. Sylb. Gebh. Dav. Oliv. *De suo filio* est in uno Ox. Duisb. Mon. 2. Edd. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. Junt. P. A. B. S. E. C. Herw. HWolf., *de filio*, praeter Vind. 1., habent duo Oxx. Gud. Mon. 1. *Mr.*

Nec vero tanta] Graeca sic se habent:

Τοὺς δ' ἂν [αὖ Dindf.] μεγίστους καὶ σοφωτάτους φρενί
Τοιοῦσδ' ἴδοις ἄν, οἷός ἐστι νῦν ὅδε,
Καλῶς κακῶς πράσσοντι συμπαραινέσαι.
Ὅταν δὲ δαίμων ἀνδρὸς εὐτυχοῦς τὸ πρίν
Μάστιγ' ἐρείσῃ τοῦ βίου παλίντροπον,
Τὰ πολλὰ φρονοῦδα καὶ καλῶς εἰρημένα.

Exstant apud Stobaeum Serm. CXIII. *D.*

sic dicitur:] Eosdem versus ex Sophoclis Aiace Locro ita Latine reddidit Hugo Grotius:

Plerumque magna praeditos sapientia
Tales reperias, iste se qualem gerit.
Consilia bene dant rebus aliorum malis;
Ast ubi levis Fortuna mutato impetu
Crudeli in ipsos verbere intonaverit
Ibi illa cuncta pulcra praecepta excidunt.

In prima Ed. Davisius haec annotaverat: Graeci versus apud Sophoclem non exstant. Mihi videntur ex deperdita fabula translati, cui nomen Αἴας Λοκρός. Eius meminerunt A. Gellius N. A. L. XIII. c. 18. et Suidas v. σχολάς. Similes aliorum poëtarum sententias collegit M. A. Muretus Var. Lect. I. 9. [p. 18. ed. Ruhnk.] Apud Stobaeum sunt hi versus in Ed. Gaisf. Serm. 114. Pro *commutata* Gud. 2. exhibet *comitata*; idem mox omittit *praeditus* et versu seq. *est;* unus Ox. habet *elevans;* alius *in* pro *non;* Marb. omittit omnia inde ab *idem* usque ad *sua.* Gud. 2. habet *fortuna non* [hoc supra lin. compendio n̄.] *mutata*; omisso *quum* unus Ox. *fortuna commutata.* Tum Rehd. *imperium clade convertat. Mr.*

Clade subita frangatur sua] Vulgo *clade* ut *subita.* Sed mediam vocem non agnoscunt Eliens. pr. Ven. 1491. Erasm. Lambin. nec eam recipit Latini sermonis ratio; quapropter a me furcillis est eiecta. *D.*

clade ut subita] „*Ut* abest a nonnullis Codd. duobus etiam Leidd. Abiici etiam vult Dav. Mihi vero in locum interiectionis *heu* irrepsisse videtur. Versu seq. reperio *ut nulla* in uno Leid. unde coniicias Ciceronem scripsisse *ut multa:* Sic magis conveniet Graecis τὰ πολλὰ φρονοῦδα παγχάλως [ita malim pro καὶ καλῶς] εἰρημένα. Malim etiam versu paenultimo ἐρείψῃ τοῦ βίου πάλιν τρόπον.“ *Boul.* In Ed. 2. Dav. edidit *cladi subita,* operarum fortasse errore. Nisi, ut servandum illud *ut* corrigi volebat *allevat.* Parum feliciter. *Mr.*

clade subita frangatur sua:] Wopkens. Lectt. Tull. p. 133. ratione plane nulla et loco nihil plane ad rem faciente (Vellej. Paterc. II. 38: *in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundius-*

Ut illa ad alios dicta et praecepta excidant.

Haec quum disputant, hoc student efficere, naturae obsisti nullo modo posse: hi tamen fatentur graviores aegritudines suscipi, quam natura cogat. Quae est igitur amentia? ut nos quoque ab illis idem requiramus. Sed plures sunt cau- 72.

---

mus: ut qui eos ut libentissime iniret, ita finiret aequo animo: ubi *ut* bis ponitur diversa sententia, et optime quidem, sed modo a nostro loco plane alieno) is igitur Wopk. frustra librorum lectioni et plane absone patrocinatur. Habent quidem illud *ut* et plurimi et optimi; neque ego is sum, qui contendam paucos illos libros, neque illos quidem optimae notae (sunt duo Oxx.), veram Ciceronis manum solos servasse. Sed *ut* servari vetat grammatica ratio: Bouherianum *heu* substituere non patitur sententia, in quam hoc πάθος minime cadit: neque eum verum vidisse credo, qui in Cod. Gud. 2. scripsit *clade et subita.* Aliquid latere videtur in ista vocula, quod hariolando coniicere nolo: malui igitur sequi Edd. A. B. E. L. Ven. nostr. HWolf. Dav. Lall. Oliv. FAWolf. Schz. Or. Tbn. In Codd. Mon. 2. duobus Oxx. et Aug. legitur *frangantur*, in Ven. nostr. *frangat.* Versu ultimo Ed. HWolf. nescio unde, *ad alia*, sed in marg. *alios.* Illud nihili est. Tum Gud. 1. a pr. m. *expraecepta*, unus Ox. *excitant* pro *excidant.* Ad h. v. intelligendum esse *memoria*, vel *mente* vel *animo* manifestum est. *Mr.*

Haec quum disputant] *Quum* abest a Cod. Gud. 2. Cod. Rehd. habet *haec.* In seqq. Mon. 2. habet *natura*, Gud. 2. *obsistere.* Duisb. *nullo modo obsisti.* Post *posse* scripsi *hi* ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Marb. Mon. 2. cum Dav. et Edd. E. HWolf. cum in reliquis sit *ii* (in Duisb. hii). Malim tamen cum Ernesto *iidem*, quod nec FAWolfio in scholis displicet. Nissen. ad v. *hi tamen fatentur* explicandi causa addit: „cum aliorum aerumnas dictis allevant.“ Unus Ox. habet *faterentur*, alius *fateantur.* Gud. 2. habet *hi tentur grav.* Pro *suscipi* unus Ox. et Vind. 1. *effici*, quod interpretis est vel glossatoris non satis docti. Nota est significatio verbi *suscipiendi*, si iungitur cum dolore, *aegritudine* et similibus: cf. supra I. 46. 111: *susceptum dolorem modice ferre.* Or. in Vatin. 8, 19: *ut, quicunque te aspexisset, dolorem gemitumque susciperet. Mr.*

Quae est igitur amentia?] Gud. 2. omittit *igitur.* Scribitur *Quae igitur est* in Edd. A. B. C. Ven. nostr. Asc. 2. Junt.; *quae igitur* (omisso *est*) in Edd. M. Ald. Lambb. Goth. Asc. 1. Sturm. Boul. Brut. Sylb. in sola Ed. P. *quae igitur amentia est. Mr.*

ut nos quoque idem ab aliis requiramus] „*Ab illis* magis placet, ut legitur in manuscripto.“ *Ursinus.* „Hic aliquid deesse videtur, in quo sit amentia, sc. graviores aegritudines suscipere, quam natura cogat. tum placet Davisii correctio *ab illis idem requiramus*, nempe ab iis, qui haec disputant.“ *Ern.*

Idem ab aliis *requiramus*] Ursini liber *ab illis*, quod viro illi docto iure placet: respicit enim ad id, quod supra dixerant Epicurei, *Quis tam demens, ut sua voluntate moereat? D.*

ut nos quoque idem ab aliis requiramus] „Verba *Quae est igitur amentia? ut — requiramus* respondent superioribus: *Quis tam demens, ut sua voluntate maereat?* Sensus: *quomodo igitur nos amentes, si nos idem ab aliis requiramus, ne graviores aegritudines suscipiant, quam natura cogat?* Ne vero reticeam ingeniosam Davisii correctionem *ab illis.* Ita sensus hic est: *Quae est igitur eorum amentia? (ut nos quoque idem ab illis requiramus, quod a nobis requisiverunt*

sae suscipiendi doloris. Primum illa opinio mali, quo viso atque persuaso aegritudo insequitur necessario: deinde etiam gratum mortuis se facere, si graviter eos lugeant, arbitrantur. Accedit superstitio muliebris quaedam: existimant enim diis immortalibus se facilius satisfacturos, si eorum

---

sc. *quis tam demens* —) *Nissen.* Et posterius quidem recte. Dicit nimirum: Peripatetici secum pugnant. Qui enim dicunt naturam afferre dolorem, iidem graviores fatentur suscipi aegritudines, quam natura cogat. Nonne igitur idem, quod illi quaesiverunt, quaerere ex iis nobis licet? — Iam Codici Ursini accedit optimus Gud. I. itemque Gud. Receperunt *illis*, post Dav., FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. probavit idem iam Bouh. — Pro *quoque* unus Ox. habet *quidem*: alius omittit omnia inde ab *idem* usque ad *quo*. In seqq. pergit in refutandis Peripateticis Marcus, quos sibi parum constare modo demonstravit. *Opinio mali* per breviloquentiam dicitur pro *opinio malum aliquid esse*. In Cod. Vind. 1. pro *illa* est *alia* plane ut paullo ante in plerisque *aliis* pro *illis*. Post *mali* pergit Cod. Gud. 2. *quovis atque*. *Mr.*

Quo viso atque persuaso] Ad v. *persuaso* FAWolfius in scholis monet patere ex hoc loco, poni verbum *persuadere* in Passivo etiam in casu recto. Quasi vero Cicero significare hac structura voluerit dici posse *ego persuadeor* vel *persuadetur aliquid*, v. c. *veritas alicuius rei*. Ablativi isti nihil aliud volunt, quam si dixisset: *quod cum nobis malum esse visum atque persuasum est*. Post *deinde* duo Oxx. omittunt *etiam*. *Mr.*

gratum mortuis se facere,] „Seneca eleganter: „*Mortuus*, inquit, *aut beatus, aut nullus est: beatum deflere invidia est; nullum, dementia.*“ *Beroald.* Habent *se mortuis* Cod. Mon. 2. Edd. A. B. S. E. C. V. M. L. et nostra ante Gebh. Reliqui Codd. nobiscum faciunt, nisi quod in Gud. est *sese*, in Gud. 2. *se facere mortuis*. Mon. 2. omittit in proximis *eos*. Ad v. *si graviter eos lugeant*, quod ad structuram vid. Ellendt. de Enunt. conditionall. p. 57. *Mr.*

Accedit superstitio muliebris quaedam.] *Muliebrem* dicit h. l. superstitionem, quam alibi et in aliis rebus *anilem* vocat v. c. de N. D. II. 28. Nostro etiam loco addita voce *quaedam* gravitatem reprehensionis minuit: hoc (de N. D.) addito vocabulo *paene*. Unus Ox. habet *accedit autem sup.* Mon. 2. mire *mulieris* pro *muliebris*. Ox. unus omittit *quaedam*, duo mox habent *autem* pro *enim*, quae vox a Gud. plane abest. Pergit Vind. 1. *se diis immortalibus*. Mox A. *si eorummet plaga*. *Mr.*

si eorum plaga percussi] „Malim *percussi* pro *perculsi*, quae verba saepe in libris permutantur: et illud h. l. aptum est, non hoc.“ *Ern.* „Eleganter *perculsi*: nam percellere est prosternere, idque bene iungitur cum *afflictos* et *stratos* etiam cum *plaga*. Minus placet *percussi*, quod Ern. coniecit, Bipp. secuti sunt.“ *Nissen.* Recte Niss. quamvis assentiant Ernesto duo Oxx. Rehd. Gud. Duisb. et Ed. Mannh. Unus Ox. habet *pertusi*, Gud. 2. *procul sit*. Egregie. Cf. ad v. *perculsi* — *stratos* Goerenz. ad Cic. de Legg. III. 10. 24. p. 247. Benecke ad Cic. Cat. II. 1. p. 111. Mox Rehd. omittit *se* cum Gud. 2. Ed. A. Pro *stratos* est *fractos* in tribus Oxx. uno Leid. Gud. Rehd. Mon. 2. Vind. 1. Post *sed* duo Oxx. habent *hoc* pro *haec*. Ad locutionem *inter se* — *repugnent* cf. Cic. de N. D. I. 12. 30. extr. et ad eum locum Jentzen. in Censura Insigniorum locorum in Cic. de N. D. L. I. p. 36. Gernhard. ad Cic. Lael. 22, 82. p. 168 sq. Unus Ox. habet *pugnent*, cuius scriptor in eodem fuit errore, in quo Ernestus

plaga perculsi afflictos se et stratos esse fateantur. Sed haec inter se quam repugnent, plerique non vident. Laudant enim eos, qui aequo animo moriantur: qui alterius mortem aequo animo ferant, eos putant vituperandos. Quasi fieri ullo modo possit, quod in amatorio sermone dici solet, ut quisquam plus alterum diligat quam se. Praeclarum illud 73.
est, et, si quaeris, rectum quoque et verum, ut eos, qui nobis carissimi esse debeant, aeque ac nosmetipsos amemus:

---

ad illum de N. D. locum. Alius Ox. habet *repugnet*, Vind. 1. *repugnant*. Cod. Aug. *Sed repugnent inter se*, omisso *haec* et *quam*; pergit idem *plerique sunt qui non vident*. Marb. omittit in seqq. *enim*. Mon. 2. habet *qui equo moriantur*, omisso *animo*: idem mox *vituperando*. Tum unus Ox. *quia fieri*; idem cum Aug. Gud. 2. Gud. et Ed. P. *nullo modo*. *Mr.*

in amatorio sermone dici solet] „*Anima*, ut inquit Plautus, *est amica amanti*. Catullus cum omnibus amasiis testatur amicas sibi vita esse cariores: a quibus *vita* et *anima* puella nominatur. Dixit Horatius: *Pro quo bis patiar mori, si parcent animae fata superstiti. Amator*, ut ait Aristoteles in octavo Ethicorum, *aspectu gaudet amati*.“ *Beroald.* Vid. Plaut. Bacch. II. 2. 16. Horat. Od. III. 9. 15 et 12. Aristot. Eth. Nicom. VIII. 5. Conf. Cic. de Legg. I. 12. 34. p. 86. ed. nostr. et Cr. ibiq. interprr. — In Cod. Aug. legitur *quam se diligat*. Gud. 1. *quam se ipsum*: sed ultima vox punctis notata. *Mr.*

Praeclarum illud est] Gud. 2. omittit *illud*, cum Gud. et Marb. Verbum *est* abest a Cod. Rehd. quod (ait Or.) placeat fortasse adversariis verbi substantivi; in quibus ego nomen meum non profiteor. Pro *quaeris* unus Ox. habet *quaeras*: quaesita elegantia. De formula affirmandi *si quaeris*, et similibus, eodem verbo adhibito, vid. Beierum ad Cic. de Off. III. 20. 80. p. 335. ibiq. laudd. Quod sequitur *rectum quoque et verum* plane eâdem sententia supra dictum est c. 27. 64: *Haec omnia recta, vera, debita putantes faciunt in dolore*: ubi vid. nostr. ann. Mox Cod. Vind. 1. exhibet: *qui cari nobis debeant esse*. Mon. 2. *aeque et nosmet*. Rehd. *debent*. Ad hanc sententiam magis etiam, quam supra ad *in amatorio sermone* facit locus Cic. de Legg. I. 12. 14. *Mr.*

Rectum quoque et verum] Aequum, iustum: eaque est huiusce vocis apud optimos scriptores potestas. Caesar lib. IV. B. G. cap. 8. *Neque* verum *esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare*. Horatius lib. I. Epist. VII, 98.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum *est*.

Qui plura vult, inter alios videat J. F. Gronovium ad Livii II, 48. et ad Senecae de Ira lib. II. cap. 29. *D.*

At vero plus, fieri nullo pacto potest.] „Vulgo *ut vero plus*. Verum illud accersere me iusserunt Victor. Pall. quinque, Vatican.“ *Gebh.* „Dav. *ut* vero plus. Sic et Ed. Junt. et aliae vett. Placet et mihi.“ *Ern.* Habent *ut*, quod solum verum est, tres Oxx. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Edd. M. L. Goth. Car. Steph. Sturm. Boul. Ald. Brut. Sylb. HWolf. Leod. Dav. (v. ann. seq.) Ern. FAWolf. Schz. seqq. Quod vero dicunt Ern. et Or. ita legi etiam in Junt. id verum non est. Habet enim *At* cum reliquis. Solus Gud. 2. exhibet *aut vero*. *Mr.*

Ut *vero plus*] Vulgo *at vero plus*. Ipsa vero sententiae vis mihi fuit auctor, ut lectionem, quam secuti sunt Manucius et Lambinus, ipse reducerem. *D.*

ut vero plus, fieri nullo pacto potest. Ne optandum quidem est in amicitia, ut me ille plus, quam se, ego illum plus, quam me: perturbatio vitae, si ita sit, atque officiorum omnium consequatur.

30 Sed de hoc alias: nunc illud satis est, non attribuere ad amissionem amicorum miseriam nostram, ne illos plus,

---

Fieri nullo pacto potest] In Cod. Aug. legitur Glossa *nullo modo*. Duo Oxx. Vind. 1. et Gud. habent *nec optandum quidem*: quod, si meliores haberet auctoritates, hoc loco non reprobandum esset, quia praecedit *fieri nullo pacto potest*, ad continuandam sententiam, ut sit: hoc, ut fieri non potest, ita, etiamsi fieri posset, ne optandum quidem. *Mr.*

ut me ille plus, quam se amet,] „Abest a MS., et quidem non inconcinne, verbum *amet*, quod Manutius quoque in posterioribus Edd. omisit.“ *Fr. Fabr.*

ut me ille plus, quam se,] „Sic refingatur hic orationis tractus ex Vict. editione, Pall. quinque, Fabr. Pith. Vatic. Vulgo *quam se amet.*“ *Gebh.* „Cod. Reg. *quam se amet.* Duo Leidd. *quam semet*, tertius *quam se*. Primam ego rationem praetulerim.“ *Bouh.* Ex nostra quidem collatione Codicem Reg. non habere *amet* discimus, eaque hoc quoque loco a Bouhierii collatione discrepat. Omittunt illud *amet* (praeter Reg. et Col.) etiam Codd. octo Oxx. Marb. Gud. 1. 2. (hic omittit etiam *quam se*) Aug. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. Vind. 2. Edd. V. M. Rob. Steph Ald. Gebh. seqq. nisi quod in Edd. Lall. et Oliv. et in uno, ut videtur, Ox. est *semet*. Ad sententiam cf. Cic. de Amic. 16, 56. *Mr.*

ego illum plus, quam me] Cod. Gud. *illum ego*. Gud. 2. *plus me* omisso *quam*. Pergit Aug. *perturbatio vitae futura sit*, quae est correctio hominis sibi nimium placentis. Cod. Marb. *si ista sit, atque officiosorum*. Scribitur *consequetur* pro *consequatur* in Codd. Vind. 1. Mon. 2. Duisb. et ita dedit Dav. in Ed 1. referente Verburgio. Coniunctivus recte habet. Vid. Perizon. ad Sanctii Minervam I. 13. p. 96 sq. ed. V. Amst. Zumpt. Gr. Lat. §. 527. ed. 6. Eadem structura est de Off. I. 2. 5: *hic, si sibi ipse consentiat — neque amicitiam colere possit, nec* etc. ubi vid. Beier. eundemque ad de Off. I. 10. 32. Ceterum ad v. *plus* tenendum ad verba *amandi diligendique* non minus bene *plus* poni, quam, quod proprie dici debet, *magis*. Vid. Grysar: Theorie d. Lat. Stils, p. 489. *Mr.*

c 30. — *nunc illud satis est, non attribuere — miseriam nostram*] In Ed. Rathii excidit *est*, quod non factum esse in Ed. Dav. 3, quam ille expressit, inde colligo, quia non omittitur in Ed. Oxon. 1805. Vocem *non* omittit unus Ox. De hoc usu verbi *attribuendi* vid. Menckenii Obss. L. L. p. 73. e Forcellin. Ed. nov. Germ. p. 277. c. Post *amicorum* Mon. 2. addit Glossam *nostrorum*. Post *nostram* pergit Cod. Aug. *nec ullos*, unus Ox. *ne illo*, alius *ne illa*; idem *velint quam si sentiant*. Gud. *plus quam nosmet ipsos*, omisso *certe*. Ad sententiam cf. Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 799. p. 111 sq. ed. Lips. et ad proxima vid. eundem p. 781. p. 96. sq. ed. Lips. qui monet his responderi ad confutandam reprehensionem c. 29. positam: *Itaque Oileus — praecepta excidant*. Ad formulam *Nam quod aiunt* laudat Kühn. IV. 26. 57. extr. itemque Ruhnken Dict. in Terent. Heaut. Prol. 16. Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 278. [qui locus est in Ed. 3. p. 355 sq.] Add. Beier. ad Cic. de Off. III. 30. 110. p. 392. ubi ea formula adhibetur *ἀναχολούθως* sive

quam ipsi velint, si sentiant, plus certe, quam nosmet ipsos, diligamus. Nam quod aiunt, plerosque consolationibus nihil levari, adiunguntque, consolatores ipsos confiteri se miseros, quum ad eos impetum suum Fortuna converterit, utrumque dissolvitur. Sunt enim ista non naturae vitia, sed culpae. b.

---

ellipsi antapodoseos. Pro *adiungunt que* Cod. Aug. habet *adiungant-que*. Ad v. *consolatores*. Leod. annotavit: ut Oileum. Est vero *consolator* vocabulum apud Ciceronem non quidem ἅπαξ λεγόμενον, sed rarissimi usus. Reperitur etiam in Epp. Cic. VI. 4. post med. *etsi me ipsum, consolatorem tuum, non tantum literae, quibus semper studui, quantum longinquitas temporis mitigavit.* Mox Lamb. solus *se esse miseros*, ex coniectura, sine dubio, nec vero necessaria. *Mr.*

quum ad eos impetum suum fortuna converterit,] „Quinque Pall. omittunt *fortuna*." *Gebh.*

Fortuna] Hanc vocem non agnoscunt Pall. quinque nostrique Codices. Nec ea videtur necessaria; si modo repetatur ἀπὸ κοινοῦ *miseria*. *D.*

quum ad eos impetum suum Fortuna converterit] Uncinis sepsit Dav. vocem *Fortuna* in Ed. 3. sine dubio, quia eam abesse vidit a Cod. Reg. quamquam nostra collatio tacet. Sed abest a Gud. I. qui Regio simillimus est, et a multis aliis itemque ab Edd. P. et Ven. Alt. Sed habent eam tres Codd. Oxx. (unus supra lin.) Duisb. Rehd. Aug. Vind. I. et Edd. rell. Ego autem uncinis liberavi eam vocem, neque cum Davisio sufficere existimo si ἀπὸ κοινοῦ repetatur *miseria*. Orellius existimat hominem quendam Christianum abiecisse illam vocem, ne *fortuna* dea dici videatur. *Suum* omittit Cod. Gud.; unus Ox. habet *se impetum suum*: recepta glossa verborum posteriorum in orationis seriem. Tres Oxx. et Gud. habent *converterint*; Edd. P. et Ven. Alt. *convertunt*. Verbum *dissolvere*, quod ponitur pro *refutare* vel potius pro: *argumenti vim infirmare atque infringere*, reperies etiam de Div. II. 4. de Or. II. 38. ita positum, ut respondeat Graeco διαλύειν. *Mr.*

Non naturae *vitia, sed* culpae] Sic lib. IV. cap. 37. *Qui autem non* natura *sed* culpa *vitiosi esse dicuntur*. D. tamen Lambinus reponendum censuit, *non naturae vitia, sed* sultitiae. Credo, quia *stultitiam* mox addit noster. Quasi vero *culpa* non sit *stultitia!* Donatus in Terentii Hecyr. Act. II. Sc. I. 31. *Videtur unum dixisse* opera *et* culpa; *et tamen non est idem.* Opera *enim est, si scientes laeserimus*; culpa, *si nescientes: quorum alterum* sceleris, *alterum* stultitiae *est.* Similiter Eratosthenes apud Homerum Odyss. I, 6. legit.

Ἦ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ, ΚΑΚΟΊΤΗΤΟΣ ΑΠΟΥΣΗΣ.

Φάσκων τῆς ἀφροσύνης. Auctor est Athenaeus lib. I. pag. 16. Quin et Origenes in Celsum lib. III. pag. 155. Κατὰ γὰρ, inquit, τὸ ἀκριβές, πᾶς φαῦλος ἀνόητός ἐστιν. Vide Scholiasten ad Euripidis Hippol. vs. 643. et Suidam in ἀνόητα. Ne vero solorum esse Christianorum φράσιν, ex sacris scriptoribus haustam, putes, en tibi Dionem Chrysostomum, qui Orat. III. p. 39. ait, Ποτὲ μὲν ὁ πονηρὸς ἀνόητος λέγεται. Haec vulgatam lectionem abunde, nisi fallor, muniunt firmantque. *D.*

Sunt enim ista non naturae vitia, sed culpae.] Unus Ox. omittit *enim*. Quam tribuit Lambino coniecturam Davisius, ut scribatur *stultitiae* pro *culpae*, eam exhibet margo Edd. Lambb. Goth., nec vero addito Lambini nomine, qui fortasse de ea proponenda ne cogitavit quidem. Lambino autem post Davisium tribuit eam Verb. in marg.

Stultitiam autem accussare quamvis copiose licet. Nam et qui non levantur, ipsi ad se miseriam invitant: et qui suos

---

itemque Schz. Unus Ox. habet *non naturae vitia sed culturae.* Pergunt Reg. et Marb. *stultitia autem.* Ad v. *accusare quamvis copiose* cf. supra I. 21. prc. *Quamvis copiose haec diceremus:* ubi vid. ann. nostr. *Mr.*

Nam et qui non levantur, ipsi alios ad miseriam invitant:] „Ita Manutius, male prorsus: nam qui non admittit consolationem, non statim dicendus est invitare alios ad miseriam. Victorius: *ipsi ad miseriam invitant*, male: culpa librarii. Meus manuscriptus recte: *ipsi ad miseriam invitant*, male: culpa librarii. Meus manuscriptus recte: *ipsi ad se miseriam invitant*; quod non minus est stultum ultro accersere sibi malum, quam aliorum vitia cernere, oblivisci suorum." *Ursinus.*

ipsi ad miseriam invitant] „Delendum *alios*, quod vulgo habetur: et hoc edicunt Pall. quinque, Vatic. Vict. editio." *Gebh.* Dav. in Ed. 2., nolens fortasse, edidit *ipsi se ad miseriam invitant.* Bouh. probat emendationem Davisii, post Ursinum factam, eamque probari ait loco capitis 34, ubi est: *Sed ad eundem fontem revertendum est, aegritudinem omnem procul abesse a sapiente: quod — non natura exoriatur, sed iudicio, — sed quadam invitatione ad dolendum, quum id decreverimus ita fieri oportere.* Probat Davisii rationem etiam Lallemannus, eamque recepit. Idem fecerunt FAW. et seqq. habentque etiam Bipp. et Mannh. *Mr.*

Ipsi ad se miseriam invitant] Vulgo, *ipsi ad miseriam invitant*, et ita fere Mssti. Erasmus autem, Manucius et Lambinus habent, *ipsi* alios *ad miseriam invitant.* Eadem est utriusque lectionis sententia, sed ea falsa prorsus et rebus ipsis repugnans. Nam vix est, ut qui consolatione nihil levatus, miser esse pergit; vix est, ut is alios ad miseriam possit invitare. Reliqui potius, eius sorte deterriti, consolationem non respuent, cavebuntque ne nimias suscipiant aegritudines. Quantivis pretii est Codicis Ursiniani scriptura, quam nos recepimus; etenim, ut recte monuit vir ille doctus, non minus est stultum, ultro sibi accersere mala, quam *aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. D.*

ipsi ad se miseriam invitant] Quod invito factum est Davisio in Ed. 2., (nam eadem ibi est annotatio, quam ex Ed. 3. exhibemus) fieri volebat Nissen., ut scriberetur *se ad mis. invitant*, adhibito eodem loco, quem ex c. 34. ad ann. Bouh. adscripsimus. Et dicitur *se invitare* a Sallustio Fragmm. Hist. IV. p. 991. ed. Cort. Sueton. Octavio. 77. Plaut. Amph. I. 1. 127. Nec absurda videtur Nissenii suspicio, Ursini autem fidem suspectam esse non semel monuimus. Accedit quod *se* post *ipsi* facilius potuit excidere, quam post *ad.* Negari denique nequit, locum c. 34. (*sed quadam invitatione ad dolendum*) magis favere Nissenii sententiae; non enim vult i. q. *quadam invitatione doloris* (*ad nos*): sed: *ut quodammodo nos ad dolendum ipsi quasi invitemus.* Scribitur *ipsi ad miseriam invitant* in Codd. Reg. [ut videtur] Gud. 1. 2. Bern. Marb. Vind. 2. Rehd. [sed hic habet *invitantur*, ut sit idem, quod *se invitant*] Duisb. Gud. Mon. 1. et, ut videtur Oxx. omnibus, nisi quod in uno est *miserias*; Codd. Aug. et Vind. 1. habent *ipsi alios ad mis.* Solus Mon. 2. *ad se*, quo firmatur, si qua est, fides Codicis Ursiniani et lectio Davisiana. Lectionem vero, quam Erasmo, Manutio et Lambino tribuit Davisius, (*ipsi alios ad miseriam in.*) habent omnes ante Gebh. excepto V. et Rob. Steph. quos secutus est Gebhardus; cum quo faciunt

casus aliter ferunt, atque ut auctores aliis ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quam fere plerique, qui avari avaros, gloriae cupidos gloriosi reprehendunt. Est enim proprium stultitiae, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum. Sed nimirum 74. hoc maximum est experimentum, quum constet aegritudi-

---

Verb. Ern. Alt. et, in 1. Ed. (quam expressit Bill.) FAWolf. Koel. Ad v. *levantur* cf. Or. Philippic. IX. 5: *cuius luctus — nullo solatio levari potest.* In proximis Cod. Gud. 2. omittit *ferunt. Mr.*

Aliter *ferunt* atque ut *auctores*] Vide Godesc. Stewechium de Part. LL. pag. 22. *D.*

aliter — atque ut auctores] Dav. in Ed. 2. edidit *atque auctores*, nihil addens, nisi vulgo legi *atque ut auctores*. Wopkensius l. c. p. 118. ed. Hand. „Vocula *ut*, ait, omitti quidem solet in hac formula: non sic tamen, quin aliquando etiam, uti hic, adiiciatur, quum ἀκριβεία grammaticae quippiam non habeat contrarium. Testimonia complura proferuntur a Stewechio et Tursellino. Eadem quoque abundantia sermonis utuntur Latini, quum ita loquuntur: *maiorem pecuniam dos, quam quantam promisisti*. qualia collegit Sanctius Min. p. 405." Addit Handius in Ann. „Ita restituenda est antiqua scriptura in Epist. ad Att. 16, 13: *de Antonii itineribus nescio quid aliter audio atque ut ad te scribebam.*" Adde Handium in Tursellino I. p. 269. Ernestus probat deletum in Ed. 2. a Davisio *ut*: tertiam, in qua eam vocem restituit, non inspexit. Nissenius recte restitutam volebat, laudans Verr. Act. II. L. 1. 46, 119: *quod iste aliter atque ut edixerat decrevisset*; de Finn. 2. 6. 18: *si magis placeret suo more loqui, quam ut omnes Danai.* Ad h. l. vid. Otto p. 97. Goerenz. p. 143. Conf. etiam Forcellin. ed. nov. Germ. p. 271. a. ubi similes nostro Ciceronis loci afferuntur. Praeter Dav. in Ed. 2. deleverunt *ut* Ern. Bipp. et Mannh. Pro eo Gud. 1. a pr. m. habebat *ad*. Edd. ante Gebh. omnes (praeter P.) *aliis* habent ante *auctores*. In Cod. Marb. est *actores*, in eodem et Gud. 2. *ipsi ferunt*, in uno Ox. et Mon. I. *fuerint*. Duisb. omittit *aliis*, et pro *fuerunt* habet *fere*. Tum Gud. 1. a 1. m. *non solum vitiosiores*. Gud. 2. *otiosiores*. Post *quam* unus Ox. omittit *fere*, cuius loco duo alii habent glossam *saepe*. Est pro *plerumque*, ut saepius.. *Fere plerumque* iunxit Terent. Phorm. I. 2. 39 sq. *hic solebamus fere plerumque eam opperiri*: ubi alterutrum πλεονάζει, nec vero abundat. Mox Cod. Aug. *gloriose cupidos*. Duisb. *glorioso reprehendunt. Mr.*

Aliorum vitia cernere] Ad rem cf. Phaedr. Fabb. IV. 9. ibiq. interprr., ad sententiam et ad verba Horat. Sat. I. 3. 23 sqq.

— — *Egomet mi ignosco, Maenius inquit.*
Stultus et improbus hic amor est, dignusque notari.
Cum tua pervideas oculis mala lippus inunctis:
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?

Sequitur in Cod. Duisb. *suorum oblivisci*. De v. *nimirum*, pro qua unus Ox. habet *nimium*, vid. quae monui ad I. 22. 52. *Mr.*

hoc maximum est experimentum] „*Exprimendum* habet Victorii Ed. et Gryphi liber." *Brutus.* „Quinque Pall. cum Vatic. *exprimendum*." *Gebh.* „Hoc si receperis, legendum erit *hoc maxime est exprimendum:* hoc maxime cogendi sunt, ut fateantur." *Orell.* Habent *exprimendum* nostri quoque Codd. optimi, Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 1. Rehd. quinque Oxx. et Edd. V. Rob. Steph. Ut mihi quidem sit veri admodum simile *experimentum* correctori deberi. Fateor equidem me tum cum Orellio desiderare; *hoc maxime*

nem vetustate tolli, hanc vim non esse in die positam, sed in cogitatione diuturna. Nam si et eadem res est, et idem est homo; quî potest quicquam de dolore mutari, si neque de eo, propter quod dolet, quicquam est mutatum, neque de eo, qui dolet? Cogitatio igitur diuturna, nihil esse in re mali, dolori medetur, non ipsa diuturnitas.

---

est exprimendum. Ferri tamen potest etiam hoc *maximum* ut sit: *hoc quod maximum est; tum exprimendum* explicandum erit, ut fecit Or. Quod sequitur *quum* unus Ox. omittit, idem cum alio non habet *constet:* et idem posterior omittit *vetustate.* Marb. habet *aegritudine* cum Gud. 1. et Gud. 2. Habent *ex vetustate* Codd. Rehd. Mon. 1. Vind. 2. Edd. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. Junt. P. A. B. C. Legitur autem *tollit* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. in Mon. 1. *tolli et.* Ex his variorum Codd. lectionibus coniicias fuisse in antiquis nonnullis exemplaribus *quum aegritudinem ex vetustate tollit.* Pergit Duisb. *huic hanc vim.* Ad *hanc vim* FAW. intelligi vult *tollendae aegritudinis.* Recte. In Cod. Aug. est *hanc vita non.* Gebh. ex Pal. quint. et Vat. enotavit *in diem* pro *in die:* quod est fortasse hominis, qui non intelligeret vel structuram vel significationem vocabuli, quae satis explicatur loco nostri libri c. 16, 35: *medicina — quam affert longinquitas et dies.* Pro *positam* Gud. 2. habet *depositam. Mr.*

Sed in cogitatione diuturna] „Scripsi *diurna* plerisque MSS. ductus. nam *diurna,* non *diuturna,* Pall. tert. quart. quint. Vatican. ceterum omnes. Victorius tamen *nam et si eadem.* alias *nam si eadem.* Sic paullo post: *cogitatio igitur diurna, nihil.* Nam et ibi sic legendum iubent Pall. tert. quart. quint. Vatican. quamquam prim. *diutina.*" *Gebh.* „At ego, duce Bentleio, merito *diuturna* in veterem possessionem *misi.*" *Verburg.* „Restituendum utroque loco *diuturna* ex Cod. Reg. [manifesto h. l. Bouhierius vel fallitur vel fallit: nam totidem literis *diurna* exhibet collatio nostra: cui si tacenti non semper fidimus, non est quod diffidamus loquenti:] uno Leid. ed. mea vet. etc. Idem fieri postulat ultimum capitis vocabulum *diuturnitas.*" *Bouh.*

In cogitatione diuturna] Inepte Gebhardus hic et paullo post ex nonnullis Codd. edidit *diurna*: nam Balliol. Eliens. tert. aliique veram lectionem servant. *D.*

Sed in cogitatione diuturna] Unus Ox. omittit *in.* Ed. C. habet *cognitione,* sed in marg. ut reliquae. Improbat Ern. quoque receptum a Gebhardo *diurna,* quod habet etiam Cod. Guelf. Nec certe fulcitur inscriptione antiqua, quam laudat Forcellin. ex Grutero. Habent tamen *diurna* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Vind. 2. (hic post *cogitatione*) Rehd. Unde, cum et infra legatur *diurna* in Gebhardianis, quos diximus, in Reg. Gud. 1. Aug. Rehd., nostroque loco in uno Pal. Mon. 1. *diutina,* in Aug. *divina;* suspicetur aliquis *diutina* legendum esse, cuius *diurna* sit corruptio; *diuturna,* utpote vocabulum frequentius, interpretatio. Scripsit autem Cic. ad Famm. XI. 8: *odio — diutinae servitutis.* Quam saepe autem permutentur *diutinus* et *diuturnus,* de eo vid. Drakenb. ad Liv. 28, 24, 6. p. 886. Ed. Stuttg. Nihil tamen moveo. *Mr.*

Nam si et eadem res est, et idem est homo,] Cod. Gud. cum Edd. V. M. Rob. Steph. Ald. *et si;* Mon. 2. cum Edd. P. A. B. E. C. L. Car. Steph. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Sturm. HWolf. Goth. omittit prius *et.* Prius *est* omittit Gud. Pergit Ed. Junt. *et eidem homo est.* Posteriorum verborum ordinem habent etiam Edd. P. A.

Hic mihi afferunt mediocritates. Quae si naturales sunt, 31
quid opus est consolatione? Natura enim ipsa terminabit
modum: sin opinabiles, opinio tota tollatur. Satis dictum
esse arbitror, aegritudinem esse opinionem mali praesentis,
in qua opinione illud insit, ut aegritudinem suscipere opor-
teat. Additur ad hanc definitionem a Zenone recte, ut illa 75.
opinio praesentis mali sit recens. Hoc autem verbum sic
interpretantur, ut non tantum illud recens esse velint, quod

B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. cum Cod. Mon. 2. Tum Cod. Duisb. *qui quicquam potest.* Unus Ox. omittit *de* ante *dolore*, alius habet *mutare.* Idem post *propter* habet *qui dolet.* Gud. 2. *mitigari* pro *mutari:* ex glossa; idem omittit *neque* post *si* et omnia inde a *quidquam* usque ad *cogitatio*, aberrante scriptore codicis a priore *dolet* ad posterius. Duisb. habet *est quicquam mutatum;* Unus Ox. in seqq. *mali doloris. Mr.*

c. 31. *Hic mihi afferunt mediocritates;*] „Videtur hoc in Peripateticos dictum, qui probant μετριοπαθίαν, id est mediocritatem perturbationum." *Comm.* Anonym. ap. Leod. a Qu. Respice III. 10, 22. Apud Nonium legitur: *At hae mihi afferentur mediocritates*: ut, quod saepius factum est, ex memoria Ciceronem laudasse videatur. Gud. 2. omittit *mihi:* idem cum Gud. 1. habet *mediocritas.* Unus Ox. pergit: *quae si naturalis sit.* Pergit Cod. Duisb. *quod* pro *quid.* Rehd. *est opus.* Gud. *nam enim ipsa natura.* Verb. in marg. a MS. nescio quo abesse dicit *enim.* Pro *terminabit* Bouh. in uno Leid. reperit *terminavit*, quod ei non displicet: ut dicant philosophi isti: quare remedia quaeramus malo, cui ipsa natura terminavit modum? Sed non loquuntur philosophi illi: sed Marcus, qui eis respondet. Codd. Mon. 2. Gud. 2. non rectius illo *terminabat*, sed peius etiam. Nam *terminavit* explicari potest salva sententia: modo aliter id facias, quam Bouh.: hoc non item, si grammaticam spectes. Posterior Cod. habet *modum sui*: pro *modum: sin.* Pergit unus Ox. *opinabilis.* Pergit Gud. *tollatur opinio tota.* Unus Ox. omittit *tollatur.* Tum Gud. exhibet *Satis dictum est, arbitror, aegritudinem opinionem esse.* Cupiebat nimirum scriba Ciceronem reddere elegantiorem. — *Dictum* poni pro *expositum, probatum* manifestum est, sicuti in seqq. verba *in qua opinione — ut — oporteat* dici pro *in qua illud insit, ut opinentur homines oportere se aegritudinem suscipere.* Scribitur etiam *opinionem esse* in Cod. Aug.; *mali praesentis opinionem* legitur in Vind. 1; in eodem ponitur *aegritudine* pro *opinione. Mr.*

Cap. 31. *Hic mihi adferunt — consolatione*] Laudat Nonius in *mediocritas*: ita tamen, ut a Ciceronis exemplaribus nonnihil abeat diversus. *D.*

Additur ad hanc definitionem — ut illa opinio — sit recens] De structura *additur — ut — sit* sufficiat laudare F. V. Ottonis Excurs. IX. ad Cic. de Finn. p. 411 sq. — Conf. supra ad III. 3. 5. Bis scriptum est *additur* in uno Ox. Mox Cod. Duisb. habet *ut opinio illa.* Scribitur *recens sit* in Codd. Vind. 1. et Aug. In antecedentibus Cod. Marb. omittit *aegritudinem esse. Mr.*

Sic interpretantur, *ut non tantum illud recens esse* velint] Sic Reg. Pithoean. et Med. Vulgo, *interpretatur — velit. D.*

interpretatur — velit] „Recte Dav. *interpretantur — velint.* Accedunt, praeter Reg., duo Codd. Leidd. et Ed. mea vet." *Bouh.* „*Interpretantur*, nimirum Zenonis aemuli: (*sectatores*). Ita constan-

paullo ante acciderit; sed, quam diu in illo opinato malo vis quaedam insit et vigeat, et habeat quandam viriditatem, tam diu appelletur recens. Ut Artemisia illa, Mausoli, Cariae regis, uxor, quae nobile illud Halicarnassi fecit sepul-

---

ter regii Codd." *Lallem.* Receperunt eam lectionem FAWolf. et seqq. eamque habent Codd. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Duisb. Rehd. Mon. 2. sex Oxx. Reliqui scripti et Edd. omnes cum Grutero faciunt. Ad v. *velint* addimus, praeter illos libros (exceptis Mon. 2. et Duisb.) ita etiam exhibere Codicem Aug. et omnes, excepto uno, reliquos Oxx. Abest *esse* ante *velint* a Codd. Gud. 2. et Aug. Vocem *paullo* omittit Ed. P. In Cod. Gud. 2. est *ante acciderat.* In Mon. 2. scriptum videtur *sed quae diu.* Pergit Aug. *illo inopinato.* De usu huius Participii passivo (cf. inf. IV. 6.) vid. Fr. Lübker. de Particip. Gr. et Lat. p. 29 sq. Unus Ox. habet pro *insit* verbum *insistet,* quod ortum est ex *insit et. Mr.*

Insit et *vigeat*] Cum Cl. Bentleio legerim *ut vigeat.* D.

insit et vigeat, et habeat quandam viriditatem] Dav. in Ed. 2. recepit Bentleii coniecturam, eumque secuti FAW. Schz. Or. scripserunt *insit, ut vigeat* et *habeat q. v.* assentiente solo Cod. Bern. et Edd. C. V. M. L. Neque ego ab hac lectione alienus essem, si eam tot boni libri haberent, quot stant a vulgata, quae hancce explicationem admittit commodam: *quamdiu in illo opinato malo vis quaedam insit et quasi vigor, et quamdiu ea vis habeat quandam viriditatem* i. e. *et quamdiu aegritudinis quasi vulnus habeat quandam cruditatem.* — Paullo aliam sententiam habet vox *viriditatis* apud Cic. in Laelio 3, 11. — Voces *tam diu* non habet Gud. 2; *tam* non habet Ed. P. Male scribitur *appellatur* in Edd. P. A, B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. itemque in Codd. Vind. 1. Mon. 2. Duisb. Pendet enim illud verbum a superiore *ut.* Post *recens* Codd. Mon. 2. et Rehd. pergunt *Atque ut.* Tum prior exhibet *Archemisia,* unus Ox. *Archimusia,* alius *Arthemisia,* Marb. *artemissa.* Vind. 2. a pr. m. *misica.* Vocem *illa* cum ab uno Leid. abesse vidisset Bouh., abiici volebat, cum mox sequatur *nobile illud.* Frustra. Cod. Mon. 1. habet cum uno Ox. *Mausolei.* Praeter locos a Dav. in ann. proxima laudatos vide de ea re Pompon. Melam I. 16. p. 90 sq. ed. Abr. Gron. Locus autem Plinii non est 36, 3. sed 36, 6. p. 732. Harduin. Ab uno Ox. abest *Cariae. Mr.*

Mausoli Cariae Regis] Huc respicit Agellius N. A. lib. X. c. 18. *Mausolus autem fuit, ut* M. Tullius *ait, rex terrae Cariae: ut quidam Graecarum historiarum scriptores, provinciae Graeciae praefectus. Satrapen Graeci vocant.* Apud eum decantatissima illa, quam noster hic refert, sequitur historia. Vide sis et Strabonem lib. XIV. pag. 969. 970. ac Hieronymum adv. Jovin. lib. I. p. 345. Horum uterque eum Tullio Mausolum Cariae Regem fuisse statuunt, ut faciunt etiam Plinius H. N. lib. XXXVI. c. 3. et Lucianus in Dial. Diogenis et Mausoli Tom. I. p. 311. Idem clare confeitur ex Herodoti lib. VII. cap. 99. et Valerii Maximi lib. IV. cap. VI, 1. ext. Me certe fugiunt scriptores, qui eum *provinciae Graeciae praefectum* dixerunt. Adeatur etiam Suidas in *Ἀρτεμισία. D.*

Halicarnassi] Scribitur *Halicarnasi* in Edd. P. A. B. S. C. V. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Sturm.; *Alicarnasi* in Codd. Mon. 1. 2. Aug. Marb. Duisb. et uno Ox. Alius habet *Alicarnesi.* Eam vocem plane omittit Gud. 2. Ad structuram *quamdiu vixit, vixit in luctu* confert Kühn. de Finn. II. 21. 68: *quod nobis non liceat, licuit illis;* ad Att. II. 24: *quod ad te — scripsi, scripsi propter illi-*

crum, quamdiu vixit, vixit in luctu, eodemque etiam confecta contabuit. Huic erat illa opinio quotidie recens: quae tum denique non appellatur recens, quum vetustate exaruit.

---

gentiam cautionis meae: coll. Goer. ad Cic. de Finn. V. 32. 95. p. 654, ubi est: *tamen labor possit, possit molestia.* Ad rem cf. Pflugk. de Theopompo Chio p. 24. ibiq. laudd. *Mr.*

Eo denique *etiam confecta*] Vulgo *eodemque.* Sed Balliol. *eo denique*; quod verum. *D.*

eodemque etiam confecta contabuit] „Emendabatur *eo denique.* cur tandem? *Idem* saepe ita cum copulativa coniunctione iunctum *is* denotat. N. Deor. I. 37: *nec esse in ea* (specie dei) *ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere.* Sic passim.“ Wopkens. l. c. p. 87. [p. 119. ed. Hand.] Merito defendit Wopk. vulgatam: recte non defendit. Neque enim nostro loco *eodemque* ponitur pro *eoque*, neque locus de N. D. huc fuit advocandus. Recte igitur Handius l. c.: „Imo amplius [quam *is*]. Est: *atque item eo confecta contabuit.* Sic in loco de N. D. pronomen cohaeret cum notione verbi *permanere.* Recentiores scriptores *idem* simpliciter dixerunt pro *is.* vid. Lipsius ad Vellej. Paterc. II. 42.“ Codd. Gud 2. et Gud. habent *eodem etiam*, unus Ox. habet *eodemque et*, duo omittunt *etiam*, unus, fortasse idem, quem Balliol. dicit Dav., habet *eo denique etiam*; unus *concubuit* pro *contabuit*; alius *hinc* pro *huic*, unus *erit* pro *erat* cum Mon. 2. Nescio quid somniavit Verb. in marg. dicens vocem *illa* post *huic* esse in Cod. Reg., in aliis non esse. Est enim in omnibus scriptis et editis. Pro *quotidie* duo Oxx. habent *continuo*, quod ortum est ex scriptione *cotidie* antiqua, quam habent Gud. 1. 2. Duisb. et quae est sine dubio etiam in Reg. Gryph. Bern. aliisque paullo vetustioribus. *Mr.*

Quae tum denique non appellabatur recens] „Reponendum est *appellatur.*“ *Leod. a Qu.* „Leodegario a Quercu placet *appellatur recens*: mihi reponendum videtur *appellabitur*: vulgatam enim lectionem stare non posse arbitror, licet eam omnes nostri repraesentent.“ *Dav.* in Ed. 1.

Appellabatur *recens*] Sic vulgo. Bak. et Med. *appellatur*; quam tamen lectionem tempus praeteritum, quod statim sequitur, haud admittit. Legendum *appellabitur*, ut edidimus. *D.*

appellabatur recens] „Non convenit *appellabatur* cum *exaruit.* Legendum *appellatur*, ut est in uno Leid. et aliquot aliis, quos laudat Dav. Qui cur praetulerit *appellabitur* nescio.“ *Bouh.*

appellatur] „Non placet *appellabatur.* Deberet sequi *exaruisset.* Legendum *appellabitur*, vel, ut est in MS. Bak. [hunc enim solum Codicem attulit Dav. in Ed. 2.] ap. Davis. et Leid. ap. Buh. *appellatur*: res enim pertinet ad genus universum. Buherius praefert hoc. Nil interest, nisi quod in illo legendum etiam videtur *exaruerit.* Itaque ipse hoc praetuli. Librarii putabant rem ad illam narrationem de Artemisia pertinere: itaque ex eo fecere *appellabatur.*“ *Ern.*

quae tum denique non appellatur recens] Cod. Marb. *tunc* pro *tum*, unus Ox. *tamen.* Dedi autem *appellatur* cum Ern. et seqq. ex Codd. laudatis, quibus accedunt Gud. et quodammodo Vind. 1., qui eius lectionis habet vel glossam vel correctionem *reputatur.* In Mon. 2. est *appellabant.* Mox Gud. 2. exhibet *quum venustate exaruit. Nec igitur* — Unus Ox. Vind. 2. et Gud. habent *consolationum.* Dav. in Ed. 2. Bentleio, sine dubio, iubente dedit *aut tollere.* Non male, si libri addicerent. quod secus est. In Gud. 1. est

p. 207. a. Haec igitur officia sunt consolantium, tollere aegritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quam plurimum, aut supprimere nec pati manare longius, aut ad alia traducere.
76. Sunt, qui unum officium consolantis putent, malum illud

---

plurumum: antique: sine dubio etiam in Reg. Tres Oxx. et Gud. habent *manere* pro *manare*. Solus Aug. *nec pati mature manere longius*. Cuius erroris originem facile est intelligere. *Mr.*

aut ad aliam traducere] „Pall. quart. quint. Vat. *ad alia traducere*. secund. *ab illa traducere*." *Gebh.*

Ad alia *traducere*] Vulgo *ad aliam*. Quasi sicut amor amore alio, sic animi dolor alio dolore sit expellendus! Sed hoc minime vult Tullius; quare nos eam recepimus lectionem, quam praestant Reg. Pithoean. Med. Vatic. Pall. quart. quint. Balliol. Bak. et Eliens. sec. tert. *D.*

ad alia traducere] Necessario legendum *alia*, ut vidit Dav. Ita omnes nostri Codd. et Ed. mea vetus. Sic paullo inferius: *Sunt, qui abducunt a malis ad bona*." *Bouh*. Duo adstipulantur Davisio e regiis. Vulgati mendose *ad aliam*." *Lallem.* „*Aliam* verum esse non potest. Dav. e MSS. edidit *alia*: sed et sic aliquid deesse videtur: an *mentem?* Quod et in Guelf. est, sed cum *ab*." *Ern.* Receperunt ex uno hoc eoque interpolato Codice [quamquam mihi videtur nec in eo scribi *mentem*, sed solum *ab alia* pro *ad alia*, ut habet Aug. qui mihi idem interdum visus est esse, atque Ernestinus ille Guelf.] *ad alia mentem traducere*, Ern. Schz. Nobb. Tbn. itemque Bipp. et Mannh. Cupidius, credo. *Ad alia traducere* habent sex Oxx. Reg. Bern. Mon. 1. 2. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Gud. Vind. 1. et MS. in marg. Asc. nostrae 2. cum Cod. Gryph. et Edd. S. E. *Mr.*

Sunt qui unum — putent, malum illud omnino non esse,] „Ita eodem consensu vulgati omnes habent, praeter Lamb., qui, mancam orationem existimans esse, verbum *docere* ante illa *malum illud omnino non esse*, adiungit. Eodem certe modo paullo post loquitur: *Erit igitur in consolationibus prima medicina docere, aut nullum malum esse, aut* — [32, 77.]" *Brutus.*

Putant docere] Vulgo *putent*. Ex Eliensi sec. Modum mutavimus, quod in reliquis verba sunt Indicativa. *Docere* vero nos adiecimus Lambinum Bentleiumque secuti; orationi enim complendae deest vel hoc vel simile vocabulum. *D.*

unum officium — putent, malum etc.] „Nescio cur correxerit Dav. *putant*. Recte vero idem dixit abesse unam vocem sive *docere*, sive aliud verbum. Quod vero paullo inferius vult *Peripateticis* pro *Peripatetici* probare non possum: refertur enim ad *sunt*." *Bouh.* „Dav. primum male fecit *putant*, deinde addidit *docere*: sed id latet in *consolantis*. *Putent* verum est. Sic et mox correxi *abducant — putent*." *Ern.* Ego post *consolantis* restitui *putent* ex plurimis optimisque libris: neque Davisii Eliensi sec. assentiunt nisi Vind. 1. et Mon. 2; posterior autem habet *putant consolantis*. pro qua voce in uno Ox. est *consolandi*, in alio *consolationis*, ubi agnoscis manus correctorum Recte autem hoc loco ponitur *putent*, quia significat: Cleanthi placere vel Cleanthi sententiam esse, esse homines aliquos (quamquam qui sint, nescit) qui putent: paullo inferius autem Marcus dicit: *sunt qui abducunt a malis ad bona, ut Epicurus*: scit igitur, quinam ille sit, quem abducere ait a malis ad bona: quare loquitur, quasi dicat: in iis, qui abducunt a malis ad bona (quos esse probe novi) est Epicurus. Loquuntur etiam de nostro loco Rathhorn. Gr. Lat. p. 551. Ed. pr. Kritz. ad Sall. Cat. 19, 4. p. 93 sq. —

omnino non esse, ut Cleanthi placet. Sunt, qui non magnum malum, ut Peripatetici. Sunt qui abducunt a malis ad bona, ut Epicurus. Sunt, qui satis putant ostendere nihil inopinati accidisse, [nihil mali]. Chrysippus autem caput

---

Delevi autem Davisianum vel potius Lambinianum et Bentleianum illud *docere*, quod receptum est a Fr. Fabr. Lall. Ed. Oxon. Oliv. FAWolf. in Ed. 1. sed uncinis inclusum, itemque a Bill. atque a Koelio. Recte autem a Cicerone ita dici cum Ernesto monet Or., qui *Consolatio*, ait, sine *doctrina* aliqua praeberi nequit: Fateor tamen cum W. in scholis, locutionem esse paullo negligentiorem. Vocem *illud* omittit Cod. Vind. 1. Scribitur *Cleanti* in Codd Mon. 1. 2. et uno Ox. Posterior in seqq post *magnum* omittit *malum*, quod ferri posset, nisi optimi libri aliud suaderent. Laudat nostrum locum Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 27. ed. Lips. T. II. *Mr.*

Ut Peripateticis] Vulgo *ut Peripatetici*. Sed recte Cl. Bentleius, si modo vera sit in priore loco scriptura. Nonnunquam suspicatus sum Ciceronem dedisse, *sunt qui unum officium consolantis putant, malum illud omnino non esse, ut* Cleanthes, *persuadere*. Tum demum non est a Codicibus hic recedendum. *D.*

ut Peripatetici] Restitui Nominativum ex libris omnibus, quem sine necessitate in Dativum mutaverat Dav. Intelligit *putant* per σύνεσιν ex antecedentibus. *Mr.*

Sunt, qui abducunt a malis ad bona, ut Epicurus] Haec omnia omittit unus Ox. alius habet *ducunt*, Duisb. *adducunt*. Servavi autem Indicativum, quem tuentur Codd. et Edd. omnes ante Ern. cuius coniecturam, *abducant*, receperunt seqq. improbantibus Kühnero, et Or. ad Wolfii scholas. Idem dicendum de v. *putant* post *satis*, ab Ern. in *putent* mutato. In Rehd. scriptum est, elegantius scilicet, *sunt, qui putant ostendere satis*. Unus Ox. et Vind. 1. *nihil opinanti*. Gud. 2. *nihil inopinanti*. *Mr.*

accidisse, nihil mali. Chrysippus —] „Puto rectius *nihil novi*. Nam si legas *mali*, ad Cleanthis rationem revolveris. Dixit etiam infra [IV. 17. 37.] *Animo sic excubat sapiens, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil novum.*“ *Paulus Manutius*. Assentit, iisdem rationibus motus, Fr. Fabricius, recepitque *nihil novi* post Lambinum: quem secuti sunt Lall. Oliv. Bipp. Mannh. *Mr.*

Ut Cyrenaici] Vulgo *nihil mali*: eaque est cunctorum Msstorum lectio; quae cum absurda fuerit, Manucius et Lambinus rescripsere, *nihil novi*. Sed altius latet mendum, quam putarunt eruditi illi viri. Omnino reponendum *ut Cyrenaici*: cum enim ceterorum, quae hic refert, dogmatum fautores nominat Cicero; parum decore se gesserat, si patronos huiusce sententiae tacuisset. Hos autem fuisse Cyrenaicos, abunde constat. Noster lib. III. c. 13. *Cyrenaici non omni malo aegritudinem effici censent; sed insperato et nec opinato malo*. Iterum cap. 22. *Cyrenaicorum restat sententia, qui tum aegritudinem censent exsistere, si nec opinato quid evenerit*. Mirum tamen fortasse videatur, quod a recta via immane quantum discesserint omnes Librarii. Sed qui Msstos trivere, non nesciunt, quam frequentia sint in propriis nominibus eorum peccata: si vero ductus attendas litterarum, a vulgata tam longe non abeunt, quam prima facie censeri queat. Utcunque sit, ipsa sententiae vis facit, ut haec emendatio mihi palmaria videatur et ab omnibus probanda. Praetermittendum tamen non est, quod tradit Plutarchus περὶ εὐθυμίας pag. 474. Ὁ μέν, inquit, Καρνεάδης ἐπὶ πραγμάτων μεγάλων ὑπεμίμνησκεν, ὅτι πᾶν καὶ

esse censet in consolando, detrahere illam opinionem mae-

ὅλον ἐστὶν εἰς λύπην καὶ ἀθυμίαν τὸ ΑΠΡΟΣΔΟΚΗΤΟΝ. Sed is, quum fuerit Academicus, adeoque vinculis opinionum liber, nunc hanc, nunc illam pro libitu defendit, ut Stoicis, cum quibus disputabat, negotium facesseret. Cyrenaicorum vero tum temporis adoptabat sententiam, quos *improvisa* tantum *species exterret*, ut loquitur Horatius lib. I. Ep. VI, 11. Ex eorundem mente Dido Aen. IV, 419.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
Et perferre, soror, potero — D.

accidisse, nihil mali.] „Assentior viris doctis, quibus ultimum verbum non placet. Sed nolo imitari audaciam Davisii, qui addi volebat *ut Cyrenaici*. Horum enim nec infra cap. 33. nomen apparet, et e cap. 23, 55. intelligitur, hanc consolandi rationem eorum non propriam fuisse. Non alienum nec a loci sententia, nec a ductu literarum videtur *nihil inhumani*. Literae *inhu* facile ab antecedente absorptae sunt." *Nissen.* Ern. nihil posuit nisi aliorum sententias, addens tantummodo aptum non esse *mali*. Nissenii ratio probari nequit, quia Ciceronianum quidem est dicere: *accidit mihi aliquid humani:* sed neque dixit Cicero neque dicere potuit: *accidit mihi aliquid inhumani*. Wolfius in scholis improbans *nihil mali*, Davisianam rationem, etiamsi non certa sit, omnium tamen maxime tolerabilem existimavit. In pr. Ed. omisit verba *nihil mali*, nihil, ut ex Bill. Ed. suspiceris, substituens. In sec. et tert. uncinis inclusa addidit verba *ut Cyrenaici:* quae cum etiam ita legantur in Ed. Koelii, in prima quoque Wolfii editione, quam ille sequitur, addita videntur. In pr. Ed. Davisius receperat *nihil novi*: quod non improbabat Bouh., coniiciebat tamen eodem, quo Dav., tempore iisdemque rationibus motus, *ut Cyrenaici*, quod sine uncinis recepit Schz. probavitque factum Kühnerus. Nobbius uncinis inclusa habet voces *nihil mali*. Orell. et Tbn. easdem sine uncis restituerunt, ut codicum scripturam, quorum unus tantum omisit *mali* (Vind. 1.) Orellius tamen in ann. addit: „Explicari potest [*nihil mali*]: *nihil* igitur, vere quod dici possit, *mali*. Suspicari possis: *nihil soli*, dativ. e §. 79 [ubi est: *ne illa quidem firmissima haec consolatio est: non tibi hoc soli:*] *Nihil novi* languet. Nissenii suspicio non satis est Tulliana. Emendationes autem, qualis est Davisiana, recipi non debent, etsi haec quidem aliquam habet veri similitudinem." Idem ad Wolfii scholas improbans scriptionem *nihil mali*, quia certe requireretur *nihil igitur mali*, quamquam vel sic haec ratio a Cleanthis ratione (*malum illud omnino non esse*) non distingueretur. Fieri tamen posse ait, ut scriptum fuerit *ut Aristippus*, idque veri esse similius, quia sequitur nomen haud ita dissimile *Chrysippus*. Cui suspicioni ita assentio, ut restituendam tamen in orationis contextu librorum omnium lectionem existimaverim, sed propter corruptelae suspicionem uncinis inclusam. Rehd. omittit *inopinati*. *Mr.*

Chrysippus autem caput esse censet in consolando] Mon. 1. 2. Marb. *Crisippus*. Aug. *censet esse incolanda* (sic); unus Ox. *in solando*. Rehd. post *nihil mali* haec ex superioribus repetit: *sunt qui putant satis ostendere nihil inopinati accidisse nihil mali*. Idem habet *censet caput esse*. Pergit Vind. 1. *in consolatione*. *Mr.*

detrahere illam opinionem maerenti, si se officio] Ad locutionem conf. Quinctil. IV. I. 20: *Praeterea detrahenda — opinio*, ubi laudat Burmannus (p. 302.) Cic. Epist. ad Famm. V. 16. Ovid. Metam. II. 39. Pro *maerenti si se*, quod habent Edd. omnes, itemque aliquot Oxx. Aug. Pall. pr. sec. tert., Vind. 1., legitur *maerentis se* in Codd.

renti, si se officio fungi putet iusto atque debito. Sunt etiam, qui haec omnia genera consolandi colligunt: alius enim alio modo movetur: ut fere nos in Consolatione

---

Reg. Lallemanni, Marb. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Pal. quart. Vat.; *maerentis ne se* in Pal. quint. Vind. 2., *maerentis ut se* in Mon. 2., *movente ne se* in Mon. 1. Quatuor Oxx. habent *maerenti se*, duo et unus Leid. *m. ne se*, unus *maerenti quod se*, duo *m. si*, omisso *se*. Bentleii coniecturam (quam v. suo loco) ingeniosam nec vero necessariam Buh., acutissimam vocat Wopk. p. 405, probatque Lallemannus, Orellius miram appellat, etsi magna cum confidentia prolatam. Recte hic monet ad scholas W. ex calami lapsu *maerentis se* pro *maerenti si se*, qui est in Cod. Reg. eiusque similibus antiquissimis, ortos esse alios reliquorum errores. *Mr.*

Sunt etiam, qui — colligunt] Ern. hoc quoque loco contra omnes libros correxit *colligant*, eumque secuti sunt FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Sed recte habere Indicativum, ubi verbis *sunt, qui* certi significantur homines, (nec vero dicitur: naturam hominis ita esse comparatam, ut sint —) ut hoc loco statim sequitur: *alius enim* etc. talibus igitur locis recte poni Indicativum statuimus Kühnero assentientes. — Cod. Gud. 2. habet *sunt qui haec genera omnia*, Mon. 2. *sunt — qui omnia haec genera*. Unus Ox. *in consolatione colligunt*, pro *consolandi colligunt*. *Mr.*

ut fere nos omnia in consolationem unam coniecimus] „Legendum fortasse est *in Consolationem nostram*. quamquam in his verbis, *omnia, unam*, videtur non inconcinna antithesis. itaque nihil mutare ausim.“ *Lambinus.*

ut fere nos omnia in consolationem unam coniecimus] „Vulgatam lectionem non ausus sum expungere, quod valide titubent MSS. Eam tuetur solus Pal. quint. et Victorii Ed. Ceteri *ut fere* (pr. *vero*) *in consolatione: omnia in consolationem unam* (pr. *una*) *conj.* quart. *ut fere nos in consolatione omnia in consolationem unam coniecimus.* Vatic. vero: *ut fere nos in consolatione fecimus, et omne genus consolandi in consolationem unam coniecimus.*“ *Gebh.* Dav. in Ed. 2: „Ad me quidem quod attinet, legerim: *ut fere nos in Consolatione*: vel: *ut fere nos in Consolatione fecimus*: reliquis additiciorum loco positis.“ *Mr.*

Ut fere nos in Consolatione *omnia in consolationem unam coniecimus*] Sic Reg. Pithoean. et optimi quique Codices; nam vulgo *in Consolatione* nesciunt. Vatic. repraesentat, *ut fere nos in Consolatione fecimus, et omne genus consolandi in consolationem unam coniecimus. D.*

omnia in consolationem unam] „Placet Davisii scriptio [in Ed. 3.] quam exhibet Cod. Reg. et mea ed. vet. Nec vero displicet Lambiniana ratio.“ *Bouh.*

Ut fere nos in Consolatione omnia in unum coniecimus] „Ita correxi vulgatum.“ *Schütz.* Quam emendationem multis placituram existimat Orellius: alios vero dicturos consulto Tullium insistere in *consolationis* vocabulo. Mihi certe cum Wolfio, Or. Kühn. probatur Davisii ratio, cum qua consentiunt Reg. Bern. [nisi quod hic habet *ad consolationem unam*] quinque Oxx. [nisi quod tres *omnia* ponunt post *nos*], Gud. 1. 2. Aug. Marb. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. Ed. P. In Vind. 1. est: *ut fere nos in consolationem una omnia coniecimus*, in Vind. 2. *ut fere nos in consolationem omnia coniecimus:* in marg. *in cons. unam conjec.* Duisb. cum vulgatis omittit *in Consolatione* et sic aliquot Oxx., quorum tres etiam omittunt *omnia*. Solus Gud. 2. exhibet *coniecerimus*. Ceterum non nego librorum me potius optimo-

omnia in consolationem unam coniecimus: erat enim in tumore animus, et omnis in eo temptabatur curatio. Sed sumendum tempus est non minus in animorum morbis, quam in corporum. Ut Prometheus ille Aeschyli, cui quum dictum esset,

Atqui, Prometheu, te hóc tenere existumo,

---

rum auctoritate permotum, quam quod animum plane expleret illa lectio, ita edidisse, ut edidi. Malim certe *ut fere nos in Consolationem unam omnia coniecimus.* — Pro *tumore*, quod non intelligebant nonnulli librarii, est *timore* in Codd. Gud. 2. Marb. Duisb. et duobus Oxx. Unus habet *erat enim intimus animus. Mr.*

et omnis in eo tenebatur curatio] „Legendum puto *vertebatur curatio.* Quod si minus probabitur, *tentabatur*, quod reperitur in aliis libris MSS., tolerabilius mihi videtur, quam *tenebatur.*" *Lambinus.* „Gryphii MS. ut Victor. Manut. alii, *tentabatur* habet." *Brutus.* „Coniecturâ Lambini, *vertebatur*, hoc quidem loco, opus non est, quum *tentabatur*, non *tenebatur*, in ceteris libris recte legatur. Quia enim ex Tulliae morte luctum gravissimum hauserat, omne genus curationis tentans, in librum suum de luctu minuendo omnia coniecit. *Fr. Fabr. Tenebatur* praeter Lamb. nulla plane habet Ed., neque, praeter Mon. 1. et unum Ox., aliquis Codex MS. Solus Gud. 2. exhibet *temptabat*, neglecto compendio syllabae *ur.* Verba *in eo* (i. e. in eo tumore) male absunt a Cod. Gud. Pergit Gud. 2. *sed summum tempus est et non minus.* In uno Ox. legitur *est etiam non.* Illud *et* addit etiam *Marb.* Unus Ox. habet *in amicorum morbis. Mr.*

Ut Prometheus ille Aeschyli,] „Vid. v. 385. ibiq. Blomfield. Versionem hanc reprehendunt Larcherus et Coraius ad Herodot. I. p. 330." *Schuch. Prometeus* est in Cod. Mon. 2., ibid. *eschili*, in Marb. *eschilli*, in uno Ox. *Heschyli.* Gud. 2. omittit *quum.* Aug. habet *dictum est.* Ad locutionem *cui quum dictum esset — respondit* vid. R. Klotz. Quaestionn. Tulliann. I. p. 18. Ad sententiam vid. Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 703 sq. p. 31. ed. Lips. ubi Plutarchus Aeschyli locum laudans, dedit *ψυχῆς νοσούσης.* Qua de lectione H. Stephanus in Castigatt. in Cic. p. 38. (ad calcem Ciceroniani Lexici) ita: „In Graeco versu error est, meo iudicio. Nam *ὀργῆς νοσούσης* non placet: et reponendum existimo *ψυχῆς νοσούσης*, contra fidem tamen omnium, quae vidi et quae ante me vidit Petrus Victorius, exemplarium: sed quorum omnium fidei opponere unius Plutarchi auctoritatem non dubitem. Vide meas in varie scriptos Aeschyli locos observationes, quas ad calcem tragoediarum ipsius adiunxi." *Mr.*

Atqui, Prometheu] Apud Aeschylum Prom. Vincto vs. 378. ait Oceanus, [377 sqq. Dindorf.]

Οὔκουν, Προμηθεῦ, τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
ΟΡΓΗΣ νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;

Cui Prometheus,

Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,
Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.

Plutarchus Cons. ad Apoll. pag. 102. et Eustathius in Iliad. Θ, 226. secundum versum ita laudant:

ΨΥΧΗΣ νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.

eoque modo legi debere statuunt bene multi. Ne in illorum sententiam pedibus iverim, fecerunt omnia poëtae exemplaria, Scholiastis auctoritas, nec non ipsa Ciceronis versio, quae receptam scripturam

Medéri posse rátionem iracúndiae: respondet,

---

manifesto vindicat. Vocibus ὀργῆς νοσούσης iram aegrotare facientem puto denotari. Scriptores nimirum, suis *verbis, tertiae coniugationis* apud Hebraeos vim saepe tribuunt. Euripides in Rheso vs. 445.

— Ἡμέραν δ' ἐξ ἡμέρας
Πίπτεις —

Iterum Bacchis vs. 146.

Πυρσώδη φλόγα πεύκας
Ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει.

Lucianus Timon. pag. 89. Οὐδὲν ἀδικοῦντα με ὑπὸ τοσούτοις δεσμοῖς ΚΑΤΑΣΗΠΟΝΤΑΣ. Polyaenus Stratag. lib. II. cap. 1, 26. Λαμψακηνοὶ πάντας ΜΕΤΑΛΛΕΥΟΥΣΙΝ οὓς ἂν λάβωσιν. Josephus Antiq. Iud. lib. VII. c. 1, 3. Ὀργισθεὶς ὅτι ΈΒΑΣΓΛΕΥΣΕ Δαυίδην. Dionysius apud Eusebium H. E. lib. VI. cap. 41. de Martyribus Alexandrinis: ΘΡΙΑΜΒΕΥΟΝΤΟΣ αὐτοὺς ἐνδόξως τοῦ θεοῦ. Locutionem, ut id obiter dicam, desumsit ex Pauli Epist. II. ad Corinth. cap. 11, 14. Origenes in Celsum lib. III. p. 157. Γνῶσις ΣΦΑΛΛΕΙ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς κατὰ ψυχὴν ὑγιείας. Democrates in Sent. pag. 630. Ὁ φθονέων, ἑαυτὸν ὡς ἐχθρὸν ΛΥΠΕΕΙ. Infinita sunt huiusmodi, quorum nonnulla dedimus ad Ciceronem de Fato cap. XX. Vide sis et Servium ad Virgilii Eclog. VIII, 4. et Dan. Fesselium Advers. Sacr. I, 2. *D.*

Atqui, Prometheu, te hoc tenere existumo,] Cod. Aug. *atqui o Prometheu.* Mon. 1. *te haec.* In versu seq. scribitur *ratione* in uno Ox. Gud. 1. Gud. Rehd. Mon. 2. [in quo etiam legitur *Atque Promethu*] In Regio scriptum est *ratione ratione*; in Mon. 2. *iracundiam*: ut fortasse fuerint Codices antiqui, qui exhiberent:

Moderari posse ratione iracundiam.

Scribitur *ratione posse* in Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. *Mr.*

Mederi posse rationem iracundiae] „Non dubito, quin hic *rationem* pro *orationem* habeamus: quum Aeschylus dixerit λόγοι, non autem numero singulari λόγος, et λόγοι plurali numero verba sive orationem significet, item rationes, id est, causas, αἰτίας: at non rationem, a qua dicitur homo rationale animal. Quin etiam ex sequentibus ita legendum esse liquet. nam fateor quidem rationem etiam mederi iracundiae: sed cur addidisset: *Si modo quis tempestive eam medicinam adhibeat*: cum ea nunquam intempestiva esse possit? Longe autem manifestissimum ex praecedentibus apud ipsum poëtam id fuerit. Sed quo tandem pacto metiri hunc versum poterimus, si *orationem* legamus? redundabit enim aliquid. Certe infinitivus *posse*, qui in Graeco versu non habetur, ideoque redundare videri queat, expunctus, ne quid redundaret, facere posset. Sed ego, quia duriusculus remaneret ipse versus, (quamvis et alii tales) de hoc ἐπέχω: illud tamen firme tenens, scripsisse Tullium *orationem*, quocunque modo locum ei hic invenerit.“ *H. Steph.* Castigatt. in Cic. p. 38.

orationem mederi iracundiae] „Sic hunc versum restituimus. Is autem, qui proxime sequitur, sic legendus, *siquidem qui tempestivam* cet. nam operae male hic *siquidem*, divulsum a reliquo versu, separatim posuerunt. videtur tamen legendum *admovet.*“ *Lamb.* in Ed. 1. Idem in Curis secundis: „*Mederi posse orationem iracundiae*: Sic hunc versum nunc restituimus. In *orationem* fit συνίζησις. Nam olim sic edidimus: *Orationem mederi iracundiae.* fortasse non male: sed nimis longe ab antiqua scriptione. Is autem qui proxime etc.“

Siquidem qui tempestivam medicinam ádmovens,
Non ád gravescens vólnus illidát manus.

videtur tamen legendum *admovet*, aut *qui* positum erit pro *quis*." „Camerarius legit *rationem*, et in ultimo versu *a g gravescens — manu*." *Verb.* Davisius in Ed. 2. affert Bentleii emendationem (quamquam ipse servavit vulgatam):

Mederi orationes iracundiae.

Ibidem ille: „Forsan igitur, nisi Tullio velis errorem impingere, legit noster apud Aeschylum:

ὀργῆς νοσούσης ἐστὶν ἰατρὸς λόγος." *Mr.*

Mederi posse rationem iracundiae] „Tam commode probaverat H. Stephanus, ad locum Aeschyli, requiri h. l. *orationem*, ut mirer, quod non id persuaserit Stanleio et Davisio. Nihil plane responderunt ad eam sententiam, *rationem* non significari plurali numero λόγοι, nisi fortasse corrigendum esse ἐστὶν ἰατρὸς λόγος: quod et violentius est et ab ipso Davisio in Ed. 3. abiectum. Addam observationem, quae non minoris videtur momenti ad rem conficiendam. Agitur hoc poëtae loco de Iovis ira. Ridiculum esset dubitare, quin ratio possit placare deum illum: et magis etiam ineptum Prometheum facere respondentem, nihil valere rationem, nisi quum aestus irae deferbuerit. Neque minus miratus sum, quod corrumpi versum dixerunt duo illi viri docti scribendo *orationem*, non reputantes poëtarum illam licentiam satis frequentem, cuius plura congessit exempla Wassius De Licent. Vet. Poet. p. 119, qua illa vox fit trium syllabarum longarum. Hoc autem veri erit similius, si versus nostri, quod creditur, sunt Attii. Versu autem seq. equidem malim legi *Si quidem quis*, non quod nesciam, saepe veteres dixisse *qui* pro *quis*: sed quia non id commisisse existimo poetam, ut, qui legat versum, primo adspectu pronomen sibi occurrere relativum existimet. Ultimus autem versus manifesto ita legendus est:

Non adgravescens vulnus illidat manu:

quod iam dudum observatum a Camerario neglectum esse ab editoribus miror." *Bouhier.* „Ego, si liceret, *orationem* edi iuberem." *Olivet.*

Mederi posse rationem *iracundiae*] D. Lambinus reponebat, *orationem mederi iracundiae*; sed ea sane coniectura metricas in leges peccat, quae pedem Trochaicum in versu Iambico non admittunt. Post, sententia mutata, rescripsit, *mederi posse* orationem *iracundiae*, nec aliter H. Stephanus ad Aeschylum in Castig. Cicer. pag. 38. At nec ea ratione procedit versus. Menander apud Stobaeum Serm. XX. pag. 172.

Οὐκ ἔστιν ὀργῆς, ὡς ἔοικε, φάρμακον,
Ἀλλ' ἢ ΛΟΓΟΣ σπουδαῖος ἀνθρώπου φίλου.

Themistius Orat. VII. pag. 98. Φάρμακον δὲ ὀργῆς οἰδαινούσης τὸ μὲν αὐτίκα ΛΟΓΟΣ ἐστίν, ᾧ σὺ τηνικαῦτα ἐπῳάϋνας σφαδάζουσαν καὶ ζέουσαν ἔτι. Symmachus lib. III. Epist. 6. *Solet quidem aegritudines animi ratio mitigare.* Hieronymus Epist. XXV. pag. 165. *Recens vulnus est, et tactus iste, quo blandior, non tam curat quam exasperat. Attamen quod tempore mitigandum est, cur* ratione *non vincitur?* Vide et Epist. XXVI. pag. 167. Cum λόγοι vel *orationem*, vel *rationem* significent, posterior vocis potestas Ciceroni placuit. *D.*

Mederi posse rationem iracundiae] In prima Ed. Wolfius recepit *orationem*, quod imitatus est Koel. In seqq. restituit *rationem*, quod fecerunt item Schz. et reliqui. Neque ego quidquam sine libris mutare volui, quamvis improbare non possim, quae a Stephano

Erit igitur in consolationibus prima medicina, docere, 32
aut nullum malum esse, aut admodum parvum: altera, et 77.
de communi conditione vitae, et proprie, si quid sit de ip-

Bouhierioque sunt disputata. Videtur ipse poëta non recte convertisse locum Aeschyli. — Pro *respondet* Gebh. edidit *respondit*, eumque secuti sunt Dav. Verb. Ern. Oliv. Lall. Schz. Nobb. Tbn. Assentiunt Codd. plerique. Sed reliquae Edd. habent *respondet* cum Gud., quod praestat ad grammaticam rationem. Laudat Or. II. §. 45. II. §. 19. IV. §. 71 et 73. ubi partim inter praesens et praeteritum fluctuat scriptio. Unus Ox. habet *dixit*, alius *res pendens*. *Mr.*

Siquidem qui tempestivam medicinam admovens] Unus Ox. *Si quid* pro *siquidem*: duo omittunt sequens *qui* cum Mon. 1. In Cod. Duisb. est *quis*, quod volebat Bouh. In uno Ox. est *admovet* pro *admovens*, quod in aliis legi dicunt, Lambb. Goth. et Verb. in marg. In versu ultimo scribitur *aggravescens* in Codd. septem Oxx. Duisb. Marb. Mon. 1. 2. Edd. C. V. Rob. Steph. in qua lectione, ut vidimus, Cam. et Bouh. volebant *manu*, quod est in duobus pessimae notae Oxx. Solus Cod. Aug. exhibet *manum*. In Mon. 1. Rehd. legitur *illi dat* seiunctis vocibus. In scholis FAW. sive *admovet* legendum esse ait sive *qui* ponendum pro *quis*: ad quam annot. Or. laudat lib. IV. §. 36. *aliqui talis*. Bene ibi. Sed nostro loco, quod Bouh. monuit, primo adspectu *qui* non potest non relativum videri. *Mr.*

C. 32. *Erit igitur in consolationibus prima medicina,*] Codd. Mon. 1. duo Oxx. habent *Erit ergo*. Pergunt Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. *in consolantibus*. Post *docere* additur *mortem* in Codd. Rehd. Aug. et uno Ox. *Mr.*

altera et de communi conditione vitae et proprie] „Victorius *altera est et*. Pal. pr. *conditione tutae propriae*. Recte tamen Lamb. *et proprie si quid sit*: nam sic repperi in duobus Pall. quart. quint.“ *Gebh.* „Hoc vult Cicero: *Disputandum est et de communi conditione vitae et proprie de* conditione *ipsius, qui maereat, si quid sit*, quod de illa possit proprie disputari. Concinnitas orationis non exigit, ut, quoniam praecessit *de communi*, sequatur *de propria*. Cic. de Offic. I. 30: *intelligendum est etiam, duabus quasi nos a natura indutos esse personis: quarum una est communis: altera autem, quae proprie singulis est tributa*. Si quis veretur, ut satis Latinum sit, *de ipsius*, putatque adiungendum esse praepositioni nomen sexti casus, habet, quem legat, Ciceronem.“ *Anonymus Oliveti*. Habent *altera est et*. Edd. A. B. S. E. C. V. Junt. Ven. n. Asc. 1. 2. Rob. St. HWolf. Vocem *et*, pro qua Gud. habet *etiam*, omittunt Gud. 1. (a pr. m.) 2. Alterum *et* post *vitae* abest ab uno Ox. Mon. 1. *Vitae* non habet Aug. *Mr.*

et proprie, si quid sit de ipsius,] Habent *propriae* Edd. E. C. V. Junt. Asc. 2. Lambb. Goth. Brut. Leod. Sylb. Boul. Rob. Steph. et Car. Steph. „Legitur *propriae* in Cod. Reg. [nostra collatio tacet: sed fieri potest, ut ita scriptum exhibeat ille Cod. cum Gud. noster 1. a pr. m. item habeat *propriae*] et compluribus aliis. Sunt alii, ut docet Lambinus, qui habeant *et propria*: quae lectio mihi videtur probabilis.“ *Bouh.* Non ait Lambinus, in aliis esse *et propria*: sed in marg. Lambb. Goth. et Verb. alios habere dicitur *et de propria*: quod si alicubi legeretur, correctoris esse dicerem. Sed ex omnibus, qui innotescunt, libris nullus id exhibet. Gud. omittit *sit*. Aug. habet: *et proprie quid sit de ipsius conditione qui maeret;* Mon. 2. *de ipso qui maeret;* quae sunt correctorum emendandi pericula, qui offenderentur scriptione *de ipsius*, de qua monuit Anon. Oliv. Sic

eius, qui maereat, disputandum: tertia, summum esse stultitiam frustra confici maerore, quum intelligas nihil posse profici. Nam Cleanthes quidem sapientem consolatur, qui
b. consolatione non eget. Nihil enim esse malum, quod turpe non sit, si lugenti persuaseris; non tu illi luctum, sed stultitiam detraxeris: alienum autem tempus docendi. Et tamen non satis mihi videtur vidisse hoc Cleanthes, suscipi aliquando aegritudinem posse ex eo ipso, quod esse summum malum

---

supra c. 29, 71: *de sui* correxit Dav., quamquam ei contra libros ibi obsequi noluimus. Verum vidit iam Beroaldus. *Mr.*

disputandum] „Hoc verbum a glossatore est, delendumque. Pendet oratio a *docere*, ut et quae post *tertia* sunt." *Ern.* Id ipsum, quod paullo negligentior est structura, ut pergat quidem, post *prima*, verbo *altera*, sed continuet sermonem, quasi pro *altera* dixisset *tum* vel *deinde*: id ipsum permovere debebat Ernestum, ut suspicionem suam inanem existimaret neque vocabulum quam maxime Ciceronianum uncinis quasi vinculis coërceret. Negligentior item est structura sequentium, quamquam h. l. facilius vel *disputandum* vel *docere* intelligas. Scribitur autem *tertiam* in uno Ox. Mon. 1. 2. Aug. A. Cod. Mon. 1. abest *maerore* Unus Ox. habet *eius* pro *esse*; duo cum Gud. omittunt *frustra*; unus Ox. pergit *confeci memores*. *Mr.*

cum intelligas nihil posse profici.] Notum est illud Solonis, qui, cum ei aliquis consolandi causa dixisset: nihil proficis lugendo: at *propter* id ipsum, inquit, lugeo, quod nihil proficio. — Pro *Cleanthes* scribitur *Cleantes* in duobus Oxx. Marb. Mon. 1. 2. et sic fere constanter. Pro *nihil* est *nil* in Cod. Gud. 1. Sed vid. C. Beier ad *Fragmm. Oratt.* Cic. p. 84. O. M. Müller. in Curis sec. ad Cic. Or. pro Sest. p. 73. — *Quidem* omittit Gud. Ad explicandum locum Beroaldus haec: „Cleanthis philosophi consolatio supervacanea est, utpote ad solum sapientem pertinens. putat enim officium consolantis esse, ut dicat lugenti, illud non esse malum, propter quod lugeat, cum nihil sit malum, quod turpe non sit: unde colligit non esse lugendum ex obitu alicuius vel carissimi quia id malum non est, cum non sit turpe. Sed in hoc peccat Cleanthes, quod sapienti adhibet consolationem, cui nulla consolatione opus est: alioqui sapiens non esset." Ad lectionem Nissen. haec: „Sententiae philosophorum diligentius dispiciuntur. Legendum igitur videtur: *Iam* pro *Nam*." Sed nulla mutatione opus est. Quod *enim* praemisit. *Nam*, ideo factum est, quia significare vult: *quartam quidem fortasse aliquis afferat, Cleanthis consolationem: nihil esse malum, quod turpe non sit. Sed haec quidem huc non pertinet, Nam Cleanthes sapientem consolatur, non eum, qui consolatione eget.* — Scribitur in Cod. Vind. 1. *egeat* pro *eget*, in uno Ox. *eges*. Et hic quidem est calami lapsus: illud *egeat* sententiam pervertit. *Mr.*

Nihil enim esse malum, quod turpe non sit.] Vocem *enim* Cod. Gud. 1. nonisi a 2. m. supra lineam habet scriptam. *Esse* omittit Cod. unus Ox. Post *alienum* Gud. omittit *autem*; eius loco Aug. habet *enim* cum uno Ox. Pro *tu* unus Ox. *tamen*: legebat scriba *tn* i. e. *tamen*. Gud. habet *non mihi satis videtur*. Mon. 2. *non mihi videt satis vidisse hic Cleantes*. Gud. 2. *mihi videtur mihi vidisse*. Mox. Cod. Duisb. *ex eo ipso posse*. Recte Kühn. verba *ex eo ipso quod* explicat: *ex animi turpitudine*. *Mr.*

Quod esse summum malum Cleantes ipse fateatur.] „Sic Victorius, quem sequutus Lambinus: et ita vet. Cod. Pal. quart. Pith. Nam

Cleanthes ipse fateatur. Quid enim dicemus, quum Socrates Alcibiadi persuasisset, ut accepimus, eum nihil hominis esse, nec quicquam inter Alcibiadem, summo loco natum, et quemvis baiulum interesse; quum se Alcibiades afflictaret, lacri-

---

Pal quint. *fatebatur*. vulgo *fatetur*." *Gebh.* Unus Ox. *non* pro *quod*. Edd. A. Ven. nostr. *quod non est summum*; P. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Junt. habent *quod non esse*, et sic etiam Cod. Mon. 1. In Gud. legitur: *quod esset malum* (omisso *summum*); Gud. 2. *quod ipse quod esse summum* — Scribitur *fatebatur* in Cod. Vind 2. et uno Ox. in duobus *fatetur* cum Aug. Edd. M. L. Sturm. Boul. Ald. Post *quid* Ed. P. cum Cod. Gud. et Mon. 1. pergit *ergo dicemus*. Edd. A. B. Ven. nostr. habent *dicimus*. Hoc verbum plane omittit Cod. Gud. 2. In antecedentibus Nissen. pro *summum malum* legi volebat *solum malum*. Recte: sed vereor, ne Ciceronem ipsum correxerit. *Mr.*

Socrates Alcibiadi.] „In Platon. Alcib. I. 173. Buttm. Platon. Sympos. p. 215. E. Plutarch. Alcibiad. cap. 6. ibiq. Baehr. p. 91." *Schuch.*

Cum Socrates Alcibiadi persuasisset.] Augustinus C. D. lib. XIV. cap. 8. *Alcibiadem ferunt, si me de nomine hominis memoria non fallit, cum sibi beatus videretur, Socrate disputante, et ei, quam miser esset quoniam stultus esset, demonstrante, flevisse.* Hoc autem praestitit Socrates apud Platonem in Alcib. I. pag. 38. *D*

quum Socrates Alcibiadi persuasisset,] Videtur haec narratio desumptu ex aliquo dialogo Platonis deperdito. Affligitur quidem et confunditur Alcibiades in Alc. 1. et in Symposio [v. locos in ann. Schuchii]: nec vero ita, ut lacrimetur pudore affectus, in priore dialogo: nec satis idem convenit posteriori, quia additum *quemvis baiulum* ad ipsa Graeci exempli cuiusdem verba respicere videtur, ut vere monuit Or. ad Wolfii scholas, addens multa in Tusculanis ex schedis et dictatis philosophorum Graecorum hausta videri, quibus operam dederit Cicero, itemque ex libris aliorum, qui interciderunt. *Mr.*

eum nihil hominis esse] „Huius ego locutionis exemplum desidero. Est in nonnullis libris *nihilo minus*, etiam in Reg. et uno Leid. Sed hoc nihili est. Equidem malim: *Ei nihil hominis esse.*" *Bouh.* Hoc vero nihil est emendationis. Explicat Niss. *hominem nihili esse*, ut baiulum. Kühn. nihil in eo inesse, quod homine, qualis debet esse, dignum esset. Bene. Sed addendum videtur, revera illam locutionem esse singularem, et haec etiam Graecum huius narrationis redolere fontem. Ceterum de lectionis veritate nihil dubitandum. Cum enim bene dicatur: *Quid illic hominis est*? (Terent. Eun. V. 1. 17.) *Quid hoc hominis sit?* (Plaut. Amphitr. II. 1. 26.); ἀναλόγως plane dicitur, et ad illas quaestiones responderi posset: *nihil hominis est.* Sed habent errorem *nihilominus* Codd. tres Oxx. Gud. 2. Aug. Edd. B. S. E. Ven. nostr. Sola Ed. A. habet *nihilominis*, ubi agnoscis erroris originem. Mox Cod. Marb. *nequicquam*. Pro *baiulum* dedit antiquam formam *baiolum* Dav. et sic habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Cicero alibi ea voce prisca utens consuetiorem addere solet, v. c. Parad. 3, 2: *baiuli atque operarii*, de Or. II. 10. 40: *remiges et baiuli:* cf. Brut. 73. Ceterum vide Forcellinum s. v. *Mr.*

Quum se Alcibiades afflictaret —] Admodum corrupte exhibet hunc locum Jo. Valensis in Compendiloquio p. 188. a: *quod Socrates Alcibiadi qui erat potens et dives cum persuasisset ne quicquam Alcibiadem summo loco natum et quemvis baiulum: interesse autem ut se Alcibiades afflictaret lacrimansque Socrati supplex esset, ut sibi virtuti traderet turpitudinemque depelleret.* — Cod. Mon. 2. constanter

mansque Socrati supplex esset, ut sibi virtutem traderet turpitudinemque depelleret: quid dicemus, Cleanthe? num in illa re, quae aegritudine Alcibiadem afficiebat, mali ni-
78. hil fuisse? Quid? illa Lyconis qualia sunt? qui aegritudinem extenuans, parvis ait eam rebus moveri, fortunae et corporis incommodis, non animi malis. Quid ergo? illud, quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis vitiisque constabat? Ad Epicuri consolationem satis est ante dictum.

Alcipiades. Gud. 2. *Alcipiadem.* Marb. *afflictaret.* Mon. 2. *supplex esse.* Ad struoturam verbi *depelleret* vid. A. S. Z. (Ephemerides Scholasticas Darmstadienses) 1826. II. 54. p. 428. coll. Savelio ad Cic. Or. post red. in Sen. p. 117 sq. Inde a *quid* usque ad *fuisse* omnia desunt in uno Ox. Cod. Aug. habet *o Cleante,* unus Ox. *et Cleanthem. Mr.*

tum in illa re,] „Gryph. alii omnes *num in illa re.* Equidem *tum in illa re* malim.“ *Brut.* „Emendavi *tum* ex Pall. sec. tert. quint. Pith. Vat. cum alio in vet. cod. id etiam exstare testentur alii. Vulgo *num illa in re* in Pal. quart. *cum nulla re.*“ *Gebh.* „Placet *num*: quod firmatur uno Leid. Ed. mea vet. duabus Manutianis etc.“ *Bouh.* Unus Ox. *nulla re. Mr.*

Num *in illa re*] Vulgo *tum in illa re,* quod ex Pall. suis male recepit Gebhardus. Attamen Reg. Pithoean. aliique Codices isto vitio laborant. Nos Erasmum, Victorium, Manucium et Lambinum, duces habemus. *D.*

Num in illa re] „Sic Edd. vett. etiam Vict. Man, Lamb. Gruterus e Pall. MSS. *tum male.*“ *Ern.* Habent *tum* tres Oxx. Marb. Duisb. Gud. 1. Aug. Ex Edd. nulla praeter Gebh. Verb. Alt. In Ven. nostr. est *nan in illa re,* in C. *num illa in re.* Brutus non dedit *tum,* ut ex Or. ann. suspiceris, Pergit Marb. *qua* pro *quae.* Tum Gud. 1. *aegritudinem* cum Reg. Verba *aegritudine* usque ad *sunt? qui* absunt a Cod. Marb. Cod. Mon. 2. *affitiebat.* Vind. 1. *nihil mali esse.* Duisb. *nihil mali fuisse. Mr.*

Quid? illa Lycanis qualia sunt?] „Lycon philosophus peripateticus eloquens fuit, et in dicendo suavis adeo, ut, pro *Lycon, Glycon* nominaretur; cultu et vestium mollitie nitidissimus, lucta et pilari lusione exercebatur. Periit podagrae morbo annos natus LXXIV. Arguitur hic a Cicerone ostendente Alcibiadis exemplo aegritudinem ex animi quoque malis vitiisque constare.“ *Beroaldus.* Oriundus erat Lycon ex Troade Phrygiae minoris urbe: Attalo, Eumeni et Antiocho fuit in primis gratus: Lyceo Athenis praefuit per annos XLIV. Mortuus est a. C. n. CCXXV. Eius vitam et placita vid. apud Diog. Laërt. V. 4. ibiq. interprr. Scribitur *Liconis* in Codd. Mon. 1. 2. *Mr.* „Scripsisse eum de finibus boni et mali, etiam ex Clemente Alex. Strom. II. p. 497. patere videtur.“ *Schuch.*

qui aegritudinem extenuans] Unus Ox. *qua.* Reg. et Gud. 1. (sed hic a pr. m.) *quia* pro *qui.* Mon. 2. *extenuas.* Gud. 2. omittit *ait.* Codd. Rehd. Aug. *parvis eam ait.* Vind. 2. *rebus eam moveri.* In hunc locum Beierus si incidisset, *eam* ob sedem vagam eiecisset. Pro *fortunae* Ern. coniecit *fortuna:* praeter necessitatem. Cod. Gud. in seqq. habet *non animalis.* Reg. Gud. 1. Aug. Marb. *animi mali.* Proximum *illud* abest ab uno Ox. *Alcibiades* omittit Cod. Aug. *Doleat* habent Codd. Marb. et Gud. 2. Posterior *vitiis malisque,* pro *malis vitiisque*: prior *constabit* pro *constabat.* Pergit Cod. Duisb. *At de Epicuri consolatione satis est dictum ante.* Rehd. habet *et*

Ne illa quidem firmissima consolatio est, quanquam et usitata est, et saepe prodest: *Non tibi hoc soli.* Prodest haec quidem, ut dixi, sed nec semper, nec omnibus. Sunt enim, qui respuant: sed refert, quo modo adhibeatur. Ut enim 33 79.

---

tis ante dictum est. Wolf. in Ed. 2. operarum errore *At Epicuri.* Vind. 2. omittit *est.* Eiiciatur ergo, dixisset B. *Mr.*

c. 33. *Ne illa quidem firmissima consolatio est,*] Ad sententiam conf. Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 735 sq. p. 58. ed. Lips. Legitur in Codd. Gud. 2. Duisb. *nulla quidem,* itemque in uno Ox. Sed *Ne ulla* habet Cod. Marb. unde agnoscis illius erroris originem. Ed. P. *Nec illa.* — *Firmissima consolatio* habent Codd. et Edd. Dav. P. FAWolf. Or. Tbn. Reliquae *consolatio firmissima.* Solus Gud. *consolatio est firmissima.* In proximis Ed. C. *visitata* pro *usitata,* frequenti confusione. Cf. nos ad Cic. de Div. I. 42. p. 207. II. 67. p. 533. *Mr.*

Non tibi hoc soli.] „Ut Euripideum hoc:

γίγνωσκε τἀνθρώπεια, μηδ' ὑπερμένειν
ἄλγει, κακοῖς γὰρ οὐ σὺ πρόσκεισαι μόνη.

Et Alcestide [430 sqq. cf. 631 sqq. ed. A. Matthiae.]:

Ἄδμητ', ἀνάγκη τάσδε συμφορὰς φέρειν.
οὐ γάρ τι πρῶτος οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν
γυναικὸς ἐσθλῆς ἥμπλακες —

Sed et Homerica Dione sic consolatur sauciam filiam, ut doceat etiam alios deos ante ab hominibus afflictos fuisse [Iliad. ε. 382.]" *Camerar.* Vid. Erasmi et aliorum Adagia p. 116. Euripid. in Cresphonte X. p. 97. ed. Dindorf. [Poëtt. Scen.]:

Τεθνᾶσι παῖδες οὐκ ἐμοὶ μόνῃ βροτῶν,
οὐδ' ἀνδρὸς ἐστερήμεθ', ἀλλὰ μυρίαι
τὸν αὐτὸν ἐξήντλησαν ὡς ἐγὼ βίον.

In Cod. Rehd. scribitur: *Non tibi soli hoc;* in Duisb. *Non tibi autem hoc soli prodest quidem;* Marb. *Non tibi hoc soli prodest. Haec* — Cod. Mon. 2. habet *Prodest equidem,* omisso *haec:* nimirum scriba dictantis vocem non recte intellexit. Vocem *quidem* omittunt duo Oxx. In seqq. Marb. habet *Sunt etenim.* Vocem *enim* Gud. 1. nonnisi a 2. m. habet. Unus Ox. pro *refert* habet *referet,* alius *adhibeantur* pro *adhibeatur. Mr.*

Quamquam et usitata est, et saepe prodest] Huc spectant elegantissimi Timoclis versus, qui leguntur apud Athenaeum lib. VI. pag. 223. et Stobaeum Serm. CXXIII. pag. 616. Eorum duntaxat partem, ne sim longior, apponam.

Τοὺς γὰρ τραγῳδοὺς πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει,
Ὡς ὠφελοῦσι πάντας· ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης
Πτωχότερον αὐτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον
Γενόμενον, ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει.
Ὁ νοσῶν τι μανικόν, Ἀλκμαίων' ἐσκέψατο.
Ὀφθαλμιᾷ τις; εἰσὶ Φινείδαι τυφλοί. [Ed. Oxon. 1805: *Ἰσιφον*
τόδεν τυφλόν']
Τέθνηκέ τῳ παῖς; ἡ Νιόβη κεκούφικε etc.
Ἅπαντα γὰρ τὰ μείζον' ἢ πέπονθέ τις
Ἀτυχήματ' ἄλλοις γεγονότ' ἐννοούμενος
Τὰς αὐτὸς αὑτοῦ συμφορὰς ἧττον στένει.

Sic enim, comparatis inter se variis lectionibus, emendandum locum censui. Rem ipsam tetigit noster supra capp. 23 seqq. *D.*

Ut enim tulerit quisque eorum, qui sapienter tulerunt,] Cod. Gud. 2. *Ut enim vult quisque.* Pro *sapienter* alii, nescio qui, habere dicun-

tulerit quisque eorum, qui sapienter tulerunt, non quo quisque incommodo affectus sit, praedicandum est. Chrysippi, ad veritatem firmissima est: ad tempus aegritudinis, difficilis. Magnum opus est, probare maerenti, illum suo iudicio, et,

---

tur *patienter* in marg. Lambb. Goth. et Verb. Quod sicubi reperirem, glossam esse dicerem. Scribitur *tulerint* in Edd. P. et Ven. Alt. (nisi haec una eademque est Edd.) pro *tulerunt*. Pergit Cod. Mon. 1. *omnino quo*. Tum Gud. 2. *quisque commodo*. Aug. *incommoda*. Gud. 2. *praedicandus sit*. *Mr.*

Chrysippi ratio ad veritatem firmissima est] „In Victorii editione et Parisiensi Vascosani longe elegantissima *ratio* abest: cui Gryph. liber MS. suffragatur. pendet autem a superioribus: *Ne illa quidem consolatio*. Ita autem hic *Chrysippi consolatio*, ut paullo antea *ad Epicuri consolationem*. Vocem *ratio* habet Manut. Lamb. Lugdunenses impressi." *Brutus*.

Chrysippi, ad veritatem firmissima est,] „Sequutus sum Vict. editionem, in qua deest vox *ratio:* quod sic quoque repererim in Pall. tert. quart. etiam omittatur in alio vet. Cod. et Gryphii libro. Pall. prim. quint. *Chrysippi auctoritas ad veritatem firm. est.*" *Gebh.* „*Chrysippi*, nempe *consolatio*, quae vox non longo intervallo praecessit. Vulgo editur *Chrysippi ratio:* sed vocem posteriorem ignorant Davisii Codd. et Regii." *Lallem.* Sat longe distat vox *consolatio*, ad quam referri volunt nomen *Chrysippi*. Quare igitur reprobetur lectio *Chrysippi auctoritas*, quam habent libri complures, in his Regius [nihil certius quam mala fide hanc quoque tradere Codicis Regii lectionem Bouhierium, ut ipsius sententiae accedat maior quaedam auctoritas: quam fallaciam non semel deprehendimus:] unus Leid. ed. mea vet. Aldd. Rob. Steph. etc." *Bouhier*. Et *auctoritas* et *ratio* interpolatori debentur. Priorem vocem habent duo Oxx. Bern. (hic nonnisi in marg. ab al. m.) Aug. Mon. 1. (qui habet multa interpolationis ex Edd. vestigia) Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. Sturm. Eandem vocem uncinis inclusam habent FAWolf. in Ed. 1. et Bill. *Ratio* est in Edd. M. L. Goth. Boul. Ald. Car. Steph. Reliqui libri omnes neutrum habent. Statim duo Oxx. *firmissimam est*. Verba *ad veritatem* explicat FAWolfius, in scholis, verbis ex nostrorum hominum usu sumptis: *in abstracto*, in der Theorie. *Mr.*

ad tempus aegritudinis, difficilis.] i. e. in ipso maeroris momento et hora, vix curatio Chrysippi potest adhiberi, cum animus in tumore recenti collocatus tales medelas aspernetur. Dicebat nimirum Chrysippus in consolando detrahendam esse maerenti opinionem illam officiosi et debiti doloris." *Beroald.* Pro *difficilis* Cod. Marb. *difficilius*, quod debetur fortasse correctori. *Mr.*

Magnum opus est] „*Magnum onus est*, Gryph." *Brut.* „Excepto quinto Pall. omnes reliqui quatuor, Fabr. Vatic. Gryph. *magnum onus est*. Sed illud *tuetur* et servat Victoriana." *Gebh.* „*Onus est* habet Cod. Reg. [tacet quidem et h. l. collatio nostra: sed non dubitandum, quin regius ita exhibeat;] unus Leid. *omnis — Onus*, quod habent plures etiam alii Codd. et mea Ed. vet., significaret rem esse molestam ita probare eam sententiam maerenti, ut maerere desinat. Sed servari potest vulgata." *Bouh.* Habent *onus* quinque Oxx. Gud. 1. 2. (hic *honus*) Aug. Duisb. Mon. 1. Sed facile corrumpi poterat *p* in *n*, quarum literarum similitudo quodam tempore fuit magna. Vid. Baring. Clav. Diplom. Tab. Alphabet. II. v. — In Cod. Vind. 1. scribitur *Et magnum opus est*, in uno Ox. *magnum*

quod se ita putet oportere facere, maerere. Nimirum igitur, ut in causis non semper utimur eodem statu: (sic enim appellamus controversiarum genera:) sed ad tempus, ad p. 208. a.

---

enim opus est. Pergit Mon. 2. *probare maerentem.* Tum Aug. *illum iudicio suo.* Sequens *et* abiecit Dav. in Ed. 2: abest idem a duobus Oxx. et Duisb. Sed ad *et* intelligendum *ideo* (maerere, quod —). Pro *quod* unus Ox. *quid*, ex perperam lecto compendio; alius *quia* ex glossa. Post haec Cod. Mon. 2. *oportere facere non debere*: ubi vides glossam lectoris alicuius diligentioris in contexta irrepsisse, qui ad verbum *oportere* adscripsisset: memorabile esse, a Cicerone scriptum *oportere*, nec vero *debere*. Proximum *maerere* omittit Cod. Rehd., qui in antecedentibus habet *super iudicio* pro *suo iudicio*. *Mr.*

Nimirum igitur, ut in causis —] De sententia v. *nimirum — videndum est* (pro *noli mirari — videndum esse*) vid. supra ad I. 22. 52. Pro *ut* in uno Ox. scribitur *ne*. Mon. 2. habet *semper perutimur eosdem*. Marb. *eodem utimur statu*. Ultimam vocem omittit unus Ox. *Mr.*

eodem statu] „M. Tullius, Quinctilianus, alii tradunt in causis potissimum esse statum s. constitutionem. Est autem *status* prima, ut quidam dixerunt, causarum conflictio, vel, ut sentit Quinctilianus, quod ex prima conflictione nascitur. Exempli causa intentio est *fecisti homicidium*; depulsio est: *non feci*; quaestio: *an fecerit?* hinc constitutio s. *status* fit *coniecturalis*. — Obtinuit eorum sententia, (nam dubitatum est de numero) qui tres *status* esse dixerunt, *coniecturalem, iuridicialem, finitivum*. In Rhet. ad Her. pro finitivo *legalem* invenies, cui finitio subiungitur, tanquam generi species. Ut igitur in causa non semper utitur orator eadem constitutione sive statu: sic ad aegritudinem leniendam non semper eadem consolatione uti oportet, quoniam non eadem omnibus sunt accommodata: alius exemplis movetur, alius rationibus: in alio efficax erit Epicuri, in alio Chrysippi consolatio." *Beroaldus.* „In Topicis interpretatur Cicero στάσιν, *statum*. Hic est locus in causa et quasi caput ambigui et controversiae. Causam ambigui etiam in II. de Orat. appellavit: et genera posuit tria, Facti, Iuris, Verbi. De statu multa Quinctilianus. Sed Cicero rem dilucide in libris, quos diximus, explicavit. Satis autem apparet esse nomen translatum a congressibus pugnantium: quibus de loco primum certamen esse solere scimus, cui insistentes et se defendere et adversarium affligere rectius possint, quem etiam assignatum tenere debeant. — Quod autem Cicero ait statum accommodari ad tempus et personam quoque, minus liquet, quo intellectu dixerit: nisi quod omnino plurimum ad omnem defensionem momenti in temporibus et personis quoque positum esse constat. Status enim certe ad controversiae naturam omnis exquiritur." *Camerarius.* „Quae Cicero (Top. 25.) ad explicationem v. *status* affert, eo fere redeunt, ut sub statu comprehendatur, quicquid quis ad diluendam accusationem vel infringendam sententiam alicuius dicere possit." *Neide.* Iam vid. de *statu* s. *constitutione* J. C. T. Ernesti Lexicon Technologiae Latinorum Rhetoricae p. 86 — 88. ibiq. laudd. *Mr.*

sic enim appellamus controversiarum genera] „An *appellemus?* Nam proprium in ea re nomen non erat; quod si fuisset, haec addere non necesse fuisset coram auditoribus quibuscum dictioni operam dabat." *Nissen.* Nihil hac emendatione minus necessarium esse nemo non videt. In sermone ad philosophiam pertinente adhibet

controversiae naturam, ad personam accommodamus: sic in aegritudine lenienda: nam quam quisque curationem recipere
80. possit, videndum est. Sed nescio quo pacto ab eo, quod erat a te propositum, aberravit oratio. Tu enim de sapiente quaesieras: cui aut malum videri nullum potest, quod vacet turpitudine: aut ita parvum malum, ut id obrua-

---

vocem forensem vel potius rhetoricam, eamque rei accommodat aliquantum dispari, sed quae tamen comparationi locum praebeat: quae ut intelligatur, παρενθέτως suam paucis adiungit vocabuli rhetorici explicationem. — Vocem *appellamus* non habet Cod. Gud. 2. In Ed. Junt. est *controversiam*. Post *tempus* Cod. Aug. omittit *ad:* eandem vocem ante *tempus* non habent duo Oxx. Cum illo faciunt Mon. 1. 2. Rehd. Duisb. et sex Oxx. *Mr.*

Sic in aegritudine lenienda quam quisque] „Secutus hic sum libros quatuor, vet. cod. Pall. quint. Fabr. Pith. etiam ductus sententiae concinnitate. Solutius vulgo: *sic in aegritudine lenienda. nam quam quisque curationem recipere possit, videndum est.*" *Gebh.* „*Natura quam quisque* est in Norvic. *quamnam quisque.* Manut." *Verb.* Fr. Fabr. in MS. suo *nam* non legi refert, sibique probari ait Manutianam rationem. Bouhierius esse quidem ait *nam* in Cod. Reg. et in sua ed. vet. Sibi autem magis placere — *lenienda, quam:* quia, si addas *nam,* ad *lenienda* intelligendum sit *facimus*: cum tamen Cicero h. l. exponat, quid fieri debeat, nec vero, quid fieri soleat: fatetur enim unumquemque sequi in ea re suam rationem. *Mr.*

Sic in aegritudine lenienda: nam *quam*] Vulgo *lenienda quam.* Sed a nobis stant Reg. Pithoean. Eliens. tert. et veteres editi. *D.*

aegritudine lenienda, quam] „Ita cum Gebh. et Dav. [ita dedit Dav. fortasse in Ed. 1. In seqq. interposuit *nam*] regii Codd. Vulgati post vocem *lenienda* insistunt, ac deinde *nam quisque* etc." *Lallem.*

Sic in aegritudine lenienda: *nam quam* —] Servavi *nam,* quamquam magis placeret omissum. Sed tuentur eam vocem Codd. Gud. 1. Reg. Aug. Rehd. Mon. 1. (Mon. 2. habet *eam*) Marb. Vind. 1. plurimi Oxx. Edd. ante Gebh. fere omnes, nisi quod Man. Leod. Ald. habent *quamnam.* Solus Gud. 2. habet *numquam quisque iu rationem.* Nec vero plane necessarium est, ut, quod Bouh. existimabat, intelligamus, ita scribentes, *facimus.* Non minus bene intelligitur *faciendum.* Pro *recipere* habent *accipere* unus Ox. Gud. Edd. Ven. Alteri, P. Solus Duisb. *possit accipere. Mr.*

quod erat a te propositum] „MSS. Pall. sec. quart. Fabr. *quod erat ante prop.*" *Gebh.* Habent *ante,* pro *a te,* duo Oxx. Rehd. Cod. Gud. omittit eas voculas, Duisb. habet *ann.* et supra lin. *a te.* Verbum *erat* abest ab uno Ox. Cod. Vind. exhibet *praepositum.* Ad usum verbi huius cf. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 13. 42. Ad sententiam tenendum: propositam fuisse quaestionem, *utrum in sapientem cadat aegritudo, nec ne?* — In seqq. unus Ox. habet *a sapiente* pro *de sapiente.* Mox Mon. 2. Rehd. Gud. 2. *nullum videri.* Aug. *videri ullum non.* Unus Ox. *quod vacat.* Gud. 2. *turpitudini. Mr.*

ut id obruatur sapientia,] „*Observatur* quidem legitur in Gryph. lib. vera voce corrupta: sed ita tamen, ut non incommode effici possit *obteratur*" *Brut.* „Quidam vet. cod. *observetur.* Fortasse legendum *obscuretur.*" *Goth.* Et hoc certe melius illo. Cod. Gud. 2. habet *uti observatur sapientia* Marb. *ut id observatur sap.* Unus Ox. et ed. P. *vixque apparet.* Ad v. *nihil opinione effingat* Beroaldus: Sapiens opinione non ducitur, ut lugeat, ut in

tur sapientia vixque appareat: qui nihil opinione affingat assumatque ad aegritudinem: nec id putet esse rectum, se quam maxime excruciari luctuque confici: quo pravius nihil esse possit. Edocuit tamen ratio, ut mihi quidem videtur, quum hoc ipsum proprie non quaereretur hoc tempore, num quod esset malum, nisi quod idem dici turpe posset; tamen

---

aegritudine sit: non se luctu conficit, quia opinetur sic fieri oportere. — Verba *assumatque* usque ad *maxime* desunt in uno Ox, alius habet *adsimiletque*. Sequens *ad* abest a Cod. Aug. Cod. Marb. habet *ne id putet*, unus Ox. et Duisb. *putat:* posterior vero supra lin. *putet*. Gud. 2. *quam maximum*. Mon. 2. et unus Ox. *luctu*, omisso *que*. Post *confici* Gud. 2. addit *diem*. *Mr.*

quo pravius nihil esse possit.] „Victor. Pal. quart. *gravius*. Pal. pr. *parvius*." *Gebh.* Cod. Duisb. habet *pravius*, sed supra lin. *gravius*. Posteriorem lectionem reperio etiam in Edd. Rob. Steph. Herw. nostra et Sturm. Pro *possit* unus Ox. *potest*. *Mr.*

Edocuit tamen ratio, ut mihi quidem videtur,] „Ita Codd. fere omnes, in his Reg. duo Leidd. et Ed. mea vet. etc. Davisius autem in Ed. I. corrigi volebat *oratio*: a qua suspicione in seqq. recessit." *Bouh.* „*Oratio* habent duo Codd. e regiis pro vulgato *ratio*. Quos sequor." *Lallem.* Merito Lall. neminem obsequentem habuit. „*Edocuit ratio*, ut Graecum λόγος αἱρεῖ, significat continuationem conclusionis vel ratiocinationis logicae. Exspectes sequi accusativum cum Inf. cuius loco continuatur oratio: *tamen ut videremus.*" FA *Wolf.* in scholis. Pro *ratio*, quod abest ab uno Ox., duo alii habent *non*, quod ortum est ex confusione compendiorum nō et rō. Ab uno Ox. abest sequens *ut*, alius omittit *proprie non quaereretur*. Cod. Gud. omittit *quidem*, sed post *videtur* habet *qd'*. Duisb. habet *quum id ipsum non quaereretur proprie hoc non turpe quod esset*. Mon. 1. *quaeritur*. *Mr.*

num quod esset malum] „Sic Gryph. quomodo Vascosanus edidit. Alii *ne quidem est malum*: in his Ald. Vict. Manut." *Brutus. Ne ullum quidem esse malum* fecit Lamb. ex eo, quod prius legebatur *ne quidem ullum esse malum*, quod Manutius incorruptum esse se nunquam duxisse ait, et tamen Epist. 16. Lib. II. ad Att. etiam legitur: *Ego illud ne quidem contemnam, quod extremum est:* quamquam non ignoro, id quoque nunc in quibusdam libris inversum esse; quod, an sine veterum librorum auctoritate fieri debeat, illi viderint." *Fr. Fabric.* „Pal. pr. *ne quod esset malum*. sec. tert. quart. quint. *nunc quod esset malum*. Vatic. vet. cod Lamb. *num quod esset malum*. Fabr. *non turpi, quod esset malum.*" *Gebh.* „Cod. Reg. *ne esse quidem ullum malum*, unus Leid. *nec ne quod esset malum*, alius *ne quod esset malum*. Ed. mea vet. *nunc quod esset malum*. Paullo inferius unus Leid. *tum ut videremus:* quae lectio nos adiuvat in expellendo *tamen*, quod ferri nequit, et toto loco a librariorum corruptelis ita sanando: *Edocuit tamen ratio, ut mihi videtur* (*cum hoc ipsum proprie non quaereretur*) *cum ne quod esset malum, nisi quod idem dici turpe posset: tum ut videremus, quicquid esset in aegritudine mali* etc. *Bouhier.* Loco Epp. ad Att. quem laudat Fr. Fabr. legitur nunc: *ego ne illud quidem contemnam*. *Mr.*

num quod esset malum, nisi quod — : tamen ut] Ita [*num quod*] sex Oxx. Gud. 1. Reg. [si fides nostrae collationi, cui tamen si accedit Gudiani 1. auctoritas, magis fidere licet, quam Bouhierianae] Aug. Gud. Vind. 2. et, ut vidimus, Gryph. itemque Fr. Fabr. et Edd. post Gebh. omnes. In Vind. 1. est *nam quid esset*, in Mon. 1.

ut videremus, quicquid esset in aegritudine mali, id non naturale esse, sed voluntario iudicio et opinionis errore con-
33. tractum. Tractatum est autem a nobis id genus aegritudinis, quod unum est omnium maximum, ut, eo sublato, reliquo-
34 rum remedia ne magno opere quaerenda arbitraremur. Sunt enim certa, quae de paupertate, certa, quae de vita inhono-

---

ne quid esset in [illegible] 2 [illegible] esset, in Marb. uno Ox. Gud. 2 et Rehd. [illegible] quod esset, in aliis [illegible] ne quid esset, in uno [illegible] quid esset; cum Gud. 2 et Rehd. 2 facit Ed. R.: ne quidem ullum esse habent Edd. [illegible] Junt.: ne quid ullum esset Edd. A. [illegible]: ne esse quidem ullum Edd. K. et Wolf.; ne quidem ullum esse Edd. C. [illegible] et reliquae ante Gebh., exceptis Lamb. 1566. ne ullum quidem esse, et Lamb. [illegible] ullum esset malum. Pro nisi unus Ox. habet ne. [illegible] 2 dici nisi. Gud. 2 Marb. et Duisb. turpe dici. [illegible] 2 possit. Verba [illegible] usque ad quidquid omittit unus Ox. Pro tamen ut unus quoque Ox. (ut unus Leid.) habet tum ut, Duisb. tu ut, Rehd. cum ut ita videremus. Ad tamen ut, (ubi tamen repetitur propter ea, quae quasi in parenthesi sunt interposita,) pro ut tamen vid. quae monuimus ad II. 4. 12. ad v. [illegible] ut. Sola Ed. P. habet videremus. Sententia loci est: quamquam proprie non quaesitum est a nobis hoc tempore, an aliquod esset malum praeter id, quod idem turpe dici posset: nobis tamen docuit nos, quidquid esset mali in aegritudine, id non esse naturale, sed opinionis errore et voluntate contractum. Mr.

quicquid esset in aegritudine] Omittitur esset in Edd. R. Ald. Brut. Sylb. Pergit Cod. Rehd. *mali in aegritudine, non id naturale esse.* Ut de N. D. II. 2. 5. dixit opinionum commenta pro opiniones commenticias (delet dies): sic h. l. opinionis errore pro opinione falsa vel, ut semibarbare loquuntur, opinione erronea. Scriptum est in sqq. *tractum* pro *tractatum* in Codd. tribus Oxx. Gud. 1. 2. Aug. Codd. Duisb. [illegible] 2 omittunt autem. Posterior statim quidem pro *quod*: ex male lecto compendio: et mox maximum omnium. Vox unum abest a Vind. 1. Ad locutionem unum — maximum vid. quae supra monuimus ad II. 26. 64. — Cod. Aug. habet *quod est unum.* Pro *ut* unus Ox. habet *et*: quod debetur fortasse correctori, cui *ut* ante *ne* abundare videretur. Sed v., ne plura, Ruddimanni Inst. Gr. Lat. II. p. 316. sq. Stallbaum. Ad v. *reliquorum* intelligendum esse malorum nemo dubitabit. Pergit unus Ox. nec pro ne, Duisb. non. Scripsi *magno opere* pro *magnopere* cum Dav. et Or. ex Codd. Reg. (sine dubio) Gud. 1. Aug. et uno Ox. Mr.

Reliquorum remedia ne magno opere quaerenda arbitremur] Vulgo *arbitraremur.* Nos Ebers. pr. Balliol. et Victor. poscente sicut arbitror, ipsa re, sequimur. D.

quaerenda arbitraremur] „Nescio cur a plurimorum librorum lectione abierit Dav. Habent enim *arbitraremur* Codd. Reg. duo Leidd. Ed. mea vet. et reliquae omnes." *Bouh.* Cum Davisio faciunt aliquot, ut videtur, Oxx. (quorum in uno etiam videtur esse *arbitreretur*;) Vind. 1. (si fides collationi) Gud. 2. Aug. Edd. F. A. Wolfii prima, Ox. v. Bill. Neque Ciceronis usus recte perspectus Praesens tempus postulat. Mr.

c. 34. *Sunt enim certa, quae* —] Ad h. l. Vid. Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 697. p. 26. ed. Lips. Verba *quae de paupertate, certa* desunt in Cod. Gud. 2. Unus Ox. omittit prius *quae.* Mox Junt. *certaque de vita.* Ante Gebh. post *separatim* legebatur *autem*: quod ille iubentibus Pall. quinque et Fabr. a [illegible]

rata et ingloria dici soleant: separatim certae scholae sunt de exsilio, de interitu patriae, de servitute, de debilitate, de caecitate, de omni casu, in quo nomen poni solet calamitatis. Haec Graeci in singulas scholas et in singulos libros dispertiunt: opus enim quaerunt: quanquam plenae dispu-

---

ctum ait. Ex nostris habet *autem* solus Rehd., in quo scriptum est, *seperatim*. Pergit Mon. 1. cum Edd. Junt. Ven. nostr. *certe scholae*. De v. *scholae* vid. quae posuimus supra ad I. 4. 8. Vocem *sunt* non habet unus Ox. Verba *de servitute* non habere Davisium ait Verb. in marg. nimirum in Ed. 1; in sequentibus enim habet. Post *patriae* Cod. Aug. pergit: *de caecitate, de servitute, de omni casu iniquo nomine*, omissis verbis *de debilitate*. Mon. 1. et duo Oxx. habent *et debilitate*. Vind. 1. *de caecitate, de debilitate*. *Mr.*

De omni casu] Vulgo, *et de omni casu*. Primam voculam delevimus, id quod volunt Reg. Pithoean. Med. Eliens. pr. tert. et Bak. *D.*

de omni casu] Post Davisium abiecerunt *et* FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Habent *et* omisso *de*, duo Oxx. et Mon. 1; *et de* praeter reliquas Edd., unus Ox. et Vind. 1. si fides collationi. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 27. 87. legit *et de* nostro loco, eique voci (*et*) colligendi et comprehendendi vim tribuit. Sed quid si Cicero eam non scripsit? tum quidem ea vis evanescit: quamquam eam cum Goerenzio agnoscerem, si optimi libri addicerent. Errorem, qui est in Schützii annotatione, non castigabimus. Pro *poni* Pal. quart. habet *dici*, quint. *imponi*; cum hoc faciunt unus Ox. et Vind. 1. In Duisb. legitur *soleat*. Mox unus Ox. *Haec enim Graeci*. Tum alius cum Rehd. Vind. I. Aug. Ed. Junt. *dispartiunt*. Cod. Gud. 2. omittit *scholas*. *Mr.*

Opus enim quaerunt:] „Iocose in Philosophos, qui scribendi materiam anxie quaerunt, sicut pauperes occasionem laborandi et quaerendi, unde vivant.“ *Ern.* Or. ad eius annot. pro *laborandi* ponit *opus faciendi* et explicat locutionem graeco verbo ἐργολαβοῦσι, de quo vid. Wyttenb. ad Plut. de discern. adul. etc. p. 532. p. 422. T. I. Ed. Lips. *Mr.*

quamquam plane disputationis sunt delectationis] „Male sic editur; *plenae disputationes* a Cicerone scriptum existimamus.“ *Turneb. Adv.* 19, 5. „Quum vulgata lectio me saepe offendisset, et quidam non indoctus in libro suo impresso, quem commodato mihi dederat, ascripsisset *non delectationis:* putaveram hunc locum sic esse emendandum. sed fefellit me opinio. nam emendandus, ut coniecit Turnebus: *quamquam plenae disputationes delectationis sunt.*“ *Lambinus.* „Emendationem Turnebi comprobat liber MS.“ *Frc. Fabr.* „Dedit Lamb. [in Ed. 1566.] *quamquam plane disputationis sunt, non delectationis*: in aliis vulgatis omnibus negandi nota abest. Gryphii liber ita habet: *quamquam plane disputationis, delectationis sunt*: ut integra lectio esse videatur, quam edidit Vascosanus, una modo addita copula *que* post vocem *delectationis*. Sed quonam modo quae disputationis sint, apta eadem delectationi habeantur, cum disputationes fere semper concertationes verborum, et molesta ac spinosa ratio probandi sua, refellendi contraria, consequatur, non video: nisi quis credere malit, disputationem hoc loco accipi pro quadam sermonis communicatione, qua saepe animi relaxandi causa viri principes uti solent: qui cum sunt vacui a curis, in villarum otio de rebus saepe in philosophia reconditis, sed placide et sedate, disserere consueverunt. Hoc sensu certe paullo post

82. tationes delectationis sunt. Et tamen, ut medici, toto corpore curando, minimae etiam parti, si condoluit, medentur:

---

sumptum idem verbum videtur, *Atqui stirpes — omnes elidendae sunt; et, si necesse erit, singulis disputationibus: supereat enim nobis hoc cuicuimodi est otium.*" *Brutus.* „Turnebus et Lambinus reponunt *q. plenae disputationes delectationis sunt.* Quorum illo facio, ut debeo, pluris omnium hominum nominem. Vinc[illegible] tamen, cuius nos studio capi conv
quamquam plenae disputationis d
disputationis, delectationis sunt. L.
scholae illae contineant, delectan
Parumne cognitum est superioribus
tionis et otii consumendi causa loc
II. 22. p. 340. — „In aliis Codd.
tiones sunt delectationis." *Comm.*

quamquam plenae disputationes
sima Turnebi emendatione cum La
dubiis aliorum concertationibus et
quart. *quamquam plane disputation*
q. plane disputationis delectationis
omnibus divertit *quamquam plane*
tamen — Quae utinam lectio plu
In Ed. 1. Dav. ex Cod. uno Norv
putationis sunt ac delectationis. N

Quamquam plenae disputationes
Hadr. Turnebus Advers. lib. XIX
ceperunt Lambinus, Fabricius et
quam plane disputationis sunt delec
libro rescribebat, *quamquam plane*
Nos, ut videtur, felicius: *quamquam*
tioni, vel *delectationi sunt*, ut ord
praestant Reg. Pithoean. et plures
firmat Pal. quart. nisi quod is m
Graecos ingenii fuisse disputacis, q
diores quam veritatis dixit Cic. de

Quamquam plenae disputationes
Regius habet *Quamquam plane disp*
aliter coll. nostra: v. infr.]. *Et*
plane disputationis delectationisque.
vet., nisi quod addit *sunt.* Ex quo
sensu accesserim libens Davisio, qu
plane eae) *disputationes delectationi*
cet, quod sequitur, *tamen*: unde ir
cturum esse, quod praecedentibus s
confirmatio. Corrigo igitur *Etenim*
cohaerent optime." *Bouhier.*

quamquam plenae disputationes [illegible] *sunt*] FAWolfius et post eum Schz. *sunt* posuerunt ante *delectationis*: Idem se fecisse ait Or. ex Cod. Col. cum Fabr. Sed mihi quidem Fabr. nihil significare videtur, nisi in suo Cod. esse *plenae disputationes*: ceterum servavit Editionum veterum ordinem: diserte autem dixit Turnebi emendationem comprobari a Cod. Col. Turnebus autem de verborum ordine nihil! Quare quamvis malim *sunt* ante *delectationis* positum, parendum tamen fuit Codicibus tantum non omnibus: nam solus Mon. 2. habet *plane disputationis sunt delectationes.* Quare errat etiam Comm.

sic philosophia, quum universam aegritudinem sustulit, ta-

Anon. ap. Leod. a Qu. et ipse Dav. hunc verborum ordinem in compluribus Codd. esse dicentes. Legitur autem in Codd. Reg. Gud. 1. *quamquam planae* (sic etiam Ed. P.) *disputationis delectationis sunt*: eodem modo, sed *plane* (non *planae*) habent Gud. 2. unus Ox.; item *plane*, sed *disputationes*, habent quatuor Oxx. Marb. Aug. Mon. 1. In Vind. 1. est *delectationi*,. in uno Ox. abest *disputationes*, unus habet *delectationisque*. Rehd. exhibet *plane disputationis* (supra lin. —*es*) *quae sunt*: in marg. *alibi est in t. queque sunt delectationis*. Gud. *quae quidem disputationis delectationis sunt*. Duisb. *plane disputaciones* (supra lin. *i*) *delectationis* (supra lin. *dilutionis*) *sunt*. Nobiscum faciunt tres Oxx. Ven. 2. Gebh. Dav. Lall. Oliv. Ern. Nobb. Tbn. In Ed. HWolfii est ut dedit FAW. Idem addit alios habere *q. plane disputationis sunt, delectationis*, ut iungantur *quaerunt opus delectationis* et sic reliquae vett. quarum Sturm. etiam verba *qu. plane disputationis sunt*, in parenthesi habet. Sola Ed. Leodegarii a Qu. exhibet *q. plane disputationis sunt delectationisque*. *Mr.*

Et tamen ut medici, toto corpore curando —] „Hoc est: *curatione totius corporis*, dum corpus totum curant. Ita Offic. I. 1: *Orationem Latinam profecto legendis nostris efficies pleniorem* i. e. lectione nostrorum, legendo nostra. De Rep. III. [c. 23. p. 386. ed. nostr.] *Noster populus, sociis defendendis, terrarum iam omnium potitus est*: i. e. defendendo socios." *Passerat.* Quod velle vidimus supra Bouhierium, *Etenim*, necessarium non est, si recte explices locum: qua de re infra videbimus. Scribitur *dum medici* in Cod. Gud. 2. Quod volebat Bouh. *curato* pro *curando* non magis necessarium est, quam *Etenim*. Neque id coniecisset vir doctus, si vel grammaticam Latinae linguae rationem accuratius investigasset, vel Passeratii annotationem legisset, quam ob id ipsum Olivetus suae Editioni inseruit. Scribitur *minime* pro *minimae* in Codd. Gud. 1. 2; *mederentur* pro *medentur* in uno Ox. *Mr.*

Sic philosophia,] „Aut omissum a librario verbum est, quod actionem philosophiae det, ut *medetur, medicinam facit, remedium offert*; aut, quod magis arbitror, est vitium, quod *ἀναχόλουθον* Graeci vocant, alibi etiam a nobis in Tullio non semel animadversum. nam *etiam singularum* pro *etsi singularum*, quod aliis [Turnebo et Camerario] placuisse video, mihi quidem non arridet." *P. Manut.* „Hic locus non videtur cohaerere. nam *philosophia* non habet verbum, cui iungatur. Conieci, primum legendum hic esse *philosophiae*, deinde in consequenti, quod est in verbis *etsi singularum rerum* etc. legerim: *ei sing. rer. sunt propriae consolationes*. Sic et Davisius. Proin pro *aliunde* malim *alicunde*." *Ern.* „Ecce anacoluthon! quod cum Manutius agnovisset, desertus est a sequentibus. Absunt enim, quae cum *philosophia* cohaereant, non re, sed verborum ordine. Sequuntur enim in his *Sed ad eundem fontem recurrendum est.* Nam e coniunctione *et tamen*, et philosophiae facta cum medicis comparatione, qui ipsa totius corporis curatione minimae etiam parti medentur, intelligitur, sensum esse, philosophiam, quae doceat, omnem aegritudinem procul a sapiente esse, eo cuivis aegritudini mederi. Sed illud anacoluthon si cui molestum, lenissime sic curabitur, ut scribatur: *sic in philosophia*." *Nissen.*

Et tamen ut medici] „*Tamen* ponitur quasi anticipando, quare postea suo loco repetitur. Post *sic philosophia* pergere volebat *similiter medetur*: quo praetermisso vel neglecto postea *ἀναχολούθως* pergit *singularum rerum sunt propriae consolationes*. Quare *et si* delen-

men si quis error aliunde exstitit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit, si quid tenebrarum offudit exsilium,
b. aut eorum, quae modo dixi, si quid exstitit, et si singularum

---

dum." *FAWolf.* in scholis. „Anacoluthon iam Manutius (ad Or. Sestianam §. 57: *Rex Ptolemaeus — —, de hoc est rogatum*) esse h. l. censuit. Melius mecum distingues post *sic*, ut iungamus: *sic singularum rerum sunt propriae consolationes*, ut *philosophia* sit subiectum verborum *quum sustulit*. Commode etiam Cod. Rehd. omittit (solus, quod sciam) *et se*: minus placet, quod ibidem desunt verba vere Ciceroniana *singularum rerum*, quamvis et his sententia ipsa carere posset." *Or.*

quum universam aegritudinem sustulit,] *Quum* abest a Cod. Gud. 2. Scribitur *sustulerit* in Cod. Mon. 1. (hic pro *quum* habet glossam *animi*) Edd. Junt. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. et Alteri, Asc. 1. 2. HWolf. In Mon. 2. est *philosophiam cum*. Scribitur *sustulit* in eodem et Vind. 1. Ad v. *si quis error* cogitabam de corrigendo *si qui error:* libri, quantum scimus, omnes habent *quis*. Vid. de ea re disputantem Beierum ad Cic. de Off. I. 7. 21. I. 16. 52. Nos ad Cic. de Legg. II. 19. p. 310. Benecke in Cic. Cat. IV. 6. 12. p. 278. Quod coniecit Ern. *aliunde* pro *aliunde*, Cicero aliquot locis posuit (pro Caecin. 16. de Finn. V. 11. ad Att. X. 1.): sed nostro quidem loco necessarium non est. Mox Codd. Vind. 1. et Rehd. habent *pungit*, errore ex scriptione PVGIT orto. De eo, qui hic obtinet, vocis *tenebrarum* usu vid. Ernesti Clav. Cic. h. v. Cod. Rehd. cum Mon. 2. habet *si quod*. Marb. *si quidem t. obfundit;* duo Oxx. et Ag. *effudit*. Vind. 1. *effudit malum aut*. Duisb. supra lin. *obfuit*. Scribitur in aliquot libris *exsulium:* de qua scriptione vid. Heumann. ad Cellar. Orthogr. Lat. p. 231. ed. Harl. Post *eorum* sequitur *quaeque modo* in Codd. Gud. 1. Marb. Aug. et uno Ox. Alius Ox. habet *quae quamque* modo. *Mr.*

et si singularum] „Verba minus apte videntur cohaerere. Et suspicor scripturam esse hoc loco depravatam, ac fortasse legendum *et singularum rerum*, vel *etiam singularum rerum*." *Camerar.* „*Et si* Lambinus tollit: alii retinent, pendere orationem ab iis verbis existimantes *minimae etiam parti, si condoluit, medentur*. Ante *etsi* vero unico puncto, quae est significatio expletae atque absolutae periodi, orationem distinguendam putant." *Brutus.* Ita erit *Etsi* positum, ut *quamquam* saepissime ponitur sine apodosi, ad ante dicta respiciens: v. c. Epp. ad Famm. VI. 41. ad Att. VII. 3. 3. *Mr.*

Et si *singularum*] Turbatus est locus, quem restituere multi sunt conati. Hadr. Turnebus Advers. XIX, 5. ac Joach. Camerarius reponunt *etiam singularum*. Violentior est D. Lambini medicina, pro qua duae priores voculae resecandae sunt. Manucius, servata lectione vulgata, *ἀναχόλουθον* agnoscit. Equidem rescribendum censeo, *ei singularum rerum sunt propriae consolationes*. Lenissima quidem est haec curandi ratio. *Si* enim repetitis primis proximae vocis litteris ortum debuit. *D.* [Cum in MS. Norvic. sit *et sic sing.*, coniecerat Dav. in Ed. 1. *et huic singularum* addens: qua hariolatione recepta omnia belle se habebunt.]

Et si singularum] „Corruptus est locus, optime ita restituendus, ut scribas *et sic* pro *etiam sic:* quod non vidisse mireris Davisium, quamvis ipse in uno Cod. repererit." *Bouhier.* „*Et huic* legimus ex coniectura Davisii. Regii Codd. cum plerisque aliis habent *etsi* vel *et sic singularum*, unde nihil possis elicere." *Lallemand.* „Cum e vulgata lectione nihil possem elicere, Buherianam in [illegible]

rerum sunt propriae consolationes: de quibus audies tu quidem, quum voles. Sed ad eundem fontem revertendum est, aegritudinem omnem procul abesse a sapiente: quod inanis sit, quod frustra suscipiatur, quod non natura exoriatur, sed iudicio, sed opinione, sed quadam invitatione ad dolendum, quum id decreverimus ita fieri oportere. Hoc detracto, quod totum est vo- 83.
luntarium, aegritudo erit sublata illa maerens: morsus tamen

---

textum admisi. Quod tamen factum nolim. Eiectis scilicet duabus his voculis *et si* nihil decedet sententiae: imo non parum lucis accedet. Neque aliter dedit Lambinus, quem sequi debueram." *Olivet.* [Eum secutus est in Edd. seqq.] Post Lambinum et Frc. Fabr. Olivetumque abiecerunt *et si* Schz. et Tbn. Uncinis incluserunt HWolf. FWolf. Or. Nobb. Bill. Mihi plane animum explet Klotzii de h. l. in Quaestionibus Tullianis disputatio, qui nihil plane mutandum neque *ἀναχόλουθον* loco inesse non censet tantum, sed probavit. Cuius ego disputationem, ut haberent lectores omnia, quae ad interpretationem pertinent, coniuncta, quasi *Excursum* ad calcem operis adieci. — Unus Ox. omittit *si*, Mon. 2. habet *et sic singularis*. Duisb. *sunt rerum*. Abest *sunt* ab uno Ox., *propriae* a Gud. 2. Undenam Turnebus Advers. XIX. 5. lectionem *disputationes*, quam vulgo esse in libris dicere videtur pro *consolationes* hauserit, nescio. Nullus ita, quod sciam, habet liber, neque MS. neque editus. Ad v. *audies* monent interpretes hoc fieri in libro quarto. Cod Gud. habet *quidem audies tu*, Mon. 2. *de quibus cum audies*. Verba *quum voles* desunt in Cod. Gud. 2. Pro *quum* duo Oxx. habent *dum*, unus *quando*: quod est correctoris. *Mr.*

Sed ad eundem fontem revertendum est] „*Fontem* i. e. principium. Junge: *in singulis consolationum generibus ad eundem fontem revertendum est.*", *FAWolf. Est* omittit unus Ox.; Rehd. non habet *procul*. Gud. exhibet *procul abesse omnem*. Pro *inanis* unus Ox. *maius*, quod ex veteribus literarum ductibus, cum *i* sine punctis scriberetur, facile potuit oriri. Mox Codd. Gud. et Mon. 2. *non a natura*. Pergunt duo Oxx. *oriatur*. *Mr.*

quadam invitatione ad dolendum,] De hoc loco vid. quae monuimus supra ad III. 30. 37 ubi est *ipsi* ad se *miseriam invitant*. — *Sed* omittit Ed. P. Pro *invitatione* (quod satis tuetur locus modo laudatus) Edd. S. E. habent *imitatione*, unde suspiceris correxisse aliquem *incitatione*. Sed quamquam *mentis incitatio* legitur de Div. I. 40. 89, *animi incitatio* de Or. II. 43. 183; cave tamen istam probes correctionem. Unus Ox. et Vind. 1. omittunt *id* post *quum*. Pergit Gud. *decerneremus*. Tum Rehd. *fieri ita*. Gud. 2. omittit *est* post *totum*, idem cum uno Ox. *erit*. Duisb. habet *illa maerens erit sublata*. Mon. 2. habet *ille* pro *illa*. Gud. 1, a pr. m. *ita*. *Mr.*

Morsus tamen *et* contractiunculae *quaedam animi* relinquentur] Sic Codices, nec aliter Nonius in *contrahi*: sed tum demum absque soloecismi vitio sequi nequit, hanc *dicant sane* naturalem. Forsan legendum, has *dicant sane* naturales: nisi cum Cl. Bentleio malis *morsus* tantum *et* contractiuncula *quaedam animi* relinquetur. *D.*

Morsus tamen et contractiunculae — relinquentur] Bentleii sententiam vid. in eius annot. Wopkensius l. c. p. 119: non est cur coniiciamus *has dicant sane naturales*. *hanc* enim refero ad *aegritudinem*. Sed tum dixerit, inquies, Cicero, aegritudinem, quae iam sublata esset, licere dici naturalem, modo non appelletur aegritudo: atque ita aegritudinem vocabit id, a quo abesse nomen illud velit.

et contractiunculae quaedam animi relinquentur. Hanc dicant sane naturalem, dum aegritudinis nomen absit, grave, taetrum, funestum; quod cum sapientia esse, atque, ut ita dicam, habitare nullo modo possit. Atque stirpes sunt aegritudinis

---

Sed non est ita argutandum etc. „Accedo Bentleii sententiae, non tam, ne soloece loquatur Cicero: possit enim *hanc* cum Wopk. ad *aegritudinem* referri. Sed Cicero per totum hunc librum constanter negat afflictionem sensum esse naturalem. Neque iis, quae sequuntur, hoc tantum significat, velle se nomen vel vocabulum afflictionis sublatum. Hoc vult: non posse quidem non sentire hominem, quod sensum graviter afficit; sed afflictionem, quae proprie dicitur, abesse debere. Ceterum Romani Graecorum exemplo *nomen* nonnunquam ponebant pro re ipsa: v. Stat. Theb. VI. 16. et 372. Arnold. in Caton. Dir. 90. Perizon. in Aelian. V. H. XIII. 28. Burmann. in Petron. c. 123. Sophocl. Trach. 1082. ὄνομα μητρὸς pro μήτηρ. Habet etiam ipse Cic. ad Fam. I. 9. *nomen pietatis*, quod nihil aliud esse videtur quam pietas. Ita lego IV. 27. huius operis *paupertatis nomen tollitur*." *Bouh.* Assentit Bentleio etiam Ern. cum Lallemanno. Contra Nissenius „Bipp. ait, auctore Bentleio singularem numerum posuerunt propter *hanc*. Nam *hanc* pertinet ad *aegritudinem*. *Aegritudinis nomen* pro aegritudine dictum Bouh. putat. Nec id concoquo, nec apte puto ab eodem rescriptum *ut videtur* in seqq. [§. 84.]" Receperunt singularem numerum Schz. FAWolf. (probante Kühn.) Or. (sed hic in ann. ad Wolfii scholas pluralem restitutum vult cum Handio) Tbn. Nobbius scripsit: *morsus tamen et contractiuncula* [*e*] — *relinquentur*. Refert Or. in Ed. Man. esse *contractiuncula* — *relinquentur*. Idem reperio in mea Ald. In Cod. Mon. 2. scribitur *et tamen* pro *tamen et*. Unus Ox. omittit *animi*. — Equidem cum Handio facio, qui „Nihil, ait, integrius est scriptura codicum. *Hanc dicant sane naturalem* positum est pro *hoc dicant naturale*, et relatum ad *aegritudinem*, quae tantum maeroris nomine *sublata* dicitur." *Mr.*

dum aegritudinis nomen absit,] Cod. Mon. 2. habet *cum* pro *dum*. In Gud. legitur *taetrum vicium funestum*. — Mox Gud. 2. *quod tamen sapientia*. Legebat scriba *tn* pro *cū*: nisi forte correcteris est, qui non intelligeret, quid sit *esse cum sapientia*. Quod vero sequitur *ut ita dicam*, ideo scripsit, quia *habitare cum sapientia* plane Graecum est. Est quidem *esse cum sapientia*, συνεῖναι τῇ σοφίᾳ, item Graecum: sed a Latinis hominibus commode intelligebatur, qui si usum philosophum non tenerent, noverant certe illud: *esse cum imperio*. Συνοικεῖν τῇ σοφίᾳ et Graecum est et μεταφορικῶς dictum. — *Ut* abest ab uno Ox. et Aug. *Mr.*

cum sapientia habitare nullo modo possit.] Conf. Tuscul. V. 24: *Quo tandem igitur gaudio affici necesse est sapientis animum cum his habitantem pernoctantemque curis?*" *Gebh.* in Crepund. p. 454. (II. 16.).

At quae *stirpes*] Vulgo *atqui*. Sed Reg. et Pithoean. *atque*. Hinc lectionem, quam recepi, Cl. Bentleius opportune fabricavit. *D.*

At quae stirpes sunt aegritudinis!] „Est *Atque* in Ed. mea vet., quod favet coniecturae Bentleii et Davisii. Quae quidem coniectura etiamsi fortasse minus sit necessaria ad loci structuram (ut probatum ivit Wopkens. I. 15.) admodum necessaria est ad loci elegantiam et sententiarum nexum." *Bouh.* Wopkensii annotatio haec est: „*Atqui stirpes sunt aegritudinis quam multae!* [i. e. *atqui quam multae stirpes sunt aegritudinis!*] Constructio auribus quidem nostris insolentior, Tullio tamen haud inusitata. Sic Fin. II. 12: *Nunc*

quam multae! quam amarae! quae, ipso trunco everso, omnes elidendae sunt, et, si necesse erit, singulis disputationibus. Superest enim nobis hoc, cuicuimodi est, otium. Sed

---

vero suppeditabit nobis Atticus noster ex Thesauris suis quos et quantos viros! Vulgarior syntaxis illa esset: *Nunc vero quos et quantos viros suppeditat nobis Atticus noster ex thesauris suis!* De Divin. II. 58: *quorum quidem defensio repetita quam longe est!* — Sed istiusmodi turbis mirifice delectabatur noster. — Cave itaque cum viro χριτικωτάτῳ rescribas *At quae stirpes sunt aegritudinis! quam multae!*" *Mr.*

Atque stirpes sunt aegritudinis quam multae!] Restitui lectionem librorum optimorum Gud. 1. Bern. Gud. 2. Mon. 2. trium Oxx. quam merito egregiam vocat Handius ad Wopk. l. c. p. 120. laudans Tursellinum suum v. *atque*. Reliqui habent *atqui* cum Edd., nisi quod *At quae* (quod nullus habere videtur liber MS.) receptum est a Dav. FAWolf. Schz. (cui non est credendum dicenti Bentleium ex Codd. MSS. locum correxisse) seqq. — Verbum *sunt* omittit Cod. Gud. Nihil agit Beroaldus dicens *quam multae* (sine exclamatione) dici pro *plurimae*. *Mr.*

quae, ipso trunco everso, omnes eligendae sunt] „Quid dubitemus de hac scriptura, quum illam vindicent et redhibeant optimi duo Pall. tert. quart. Pith. Fabr. nec abludat quint. in quo *eliendae*, neque Vatic. in quo *eliciendae*. Vulgo *elidendae*. Plura dixi in Crepundiis [III. 13. p. 503: plura sane, sed nihil sani]. Quid? quod paullo post tres Pall. posteriores quoque legunt: *haec sunt illae fibrae stirpium, quas initio dixi persequendae et omnes eligendae*. Sic quoque hic Fabr. Pith. Ceterum *haec*, non *hae*, habent Pall. secund. tert. quart. (nam quint. *hee*) Vatic. unde conieci *haece*. Addit denique Gulielmius, *eligere stirpes* est *evellere*; nam *legere, vellere*; unde *legumina*, quod *vellantur*." *Gebh.* „Omnes mei Codd. exhibent *elidendae*, itemque Ed. mea vet., Manutiorum, Rob. Steph. Lamb. etc. Verbum huic rei loooque accommodatissimum non erat mutandum." *Bouh.*

Omnes eligendae *sunt*] Elegans est haec lectio. Plures vero Codices habent *omnes* elidendae *sunt*: ut etiam paullo post *Fibrae stirpium* — elidendae. Hoc monendum duxi, quamvis potior videatur altera ratio. Vide tamen Varronem R. R. lib. I. cap. 47. *D.*

eligendae] „i. e. tollendae, evellendae. Dav. correxit [in Ed. 1. nec vero correxit ibi, sed post Gebhardi corruptionem restituit] *elidendae*, quod est verbum Ciceronis in hac re: sed et *eligere* in hac re dicitur. itaque Burmannus ad Virg. G. II. 401. defendit." *Ern.* Burmannus videlicet *eligendi* verbum ex scriptoribus rei rusticae defendit; [vid. tamen Lexicon Rusticum Ed. Bip. [vv. *eligere* et *elidere*: ubi recte ex Varr. I. 47. laudatur *elidere herbas*] Ciceronis usum neglexit: veluti ex his ipsis libris II. 11. 27: *nervos — virtutis elidunt*. V. 6. 16. *qui — aegritudine eliditur*. Iam v. novam Forcellini Ed. Germ. s. vv. *elidere* et *eligere*. Male Schneiderus loco Varronis laudato *eligere*. Ceterum est *elidendae* in Codd. sex Oxx. Bern. Mon. 1. 2. Vind. 2. Edd. (praeter Dav. Gebh. Ern. Alt. Nobb. Tbn.) omnibus: nisi quod Ed. A. hoc verbum plane omittit. In Vind. 1. est glossa *evellendae*, in Rehd. in marg. *energendae* (sic); in Duisb. *eligendi*. Solus Cod. Gud. 2. habet *ab ipso trunco*. In seqq. Gud. habet *enim in nobis*. *Mr.*

Superest enim nobis hoc, cuicuimodi est, otium.] „Ita Veneti, de quo verbo supra diximus." *Camerar.* „Plerique Codd. in quibus

ratio una omnium est aegritudinum, plura nomina. Nam et invidere, aegritudinis est: et aemulari, et obtrectare, et misereri, et angi, lugere, maerere, aerumna affici, lamentari,
84. sollicitari, dolere, in molestia esse, afflictari, desperare. Haec omnia definiunt Stoici: eaque verba, quae dixi, singularum

---

Reg. duo Leidd. Ed. mea vet. Ald. et pleraeque reliquae habent *cuiusmodi* et h. l. et infra V. 41. [121.] Si credimus Giphanio Obss. in L. Lat. [p. 55. Ed. Frcf. 1624. 8.] et Pareo Lex. Crit. v. *cuiusmodi* [p. 298. coll. p. 297. s. v. *cuimodi*], hac voce Cicero saepius est usus pro *cuiusmodicunque*. Vossius autem de Analogia I. 47. [p. 645. in Aristarchi Ed. Amst. 1662. 4.] et Gronovius ad Gellium II. 8. [p. 143. ed. Lugd. Bat. 1706. 4.] defendunt *cuicuimodi*, omnesque locos, quibus obliterata sit haec forma, corruptos esse contendunt. Add. Davis. infr. V. 41. [ubi nihil reperies nisi laudatum Gron. ad Gell.]. Ego has Grammaticorum lites non audeo componere." *Bouh.* Or. ad h. l. nihil annotavit: ad V. §. 121. (ad scholas Wolfii) dubitanter loquitur: ad Ep. ad Att. III. 22. extr. nihil dubii movet, quamquam et hic variant libri. Iam vid. novam Forcellini Ed. Germ. h. v. ubi perperam laudatur *Victoribus* pro *Victorius*. Add. nos et Wyttenb. ad Cic. de Legg. II. 5. 13. p. 186 sq. ibiq. alios quoque interprr. Nostro loco habent *cuicuimodi* Codd. Vind. 2. Gud. 1. Reg. Edd. V. M. L. Rob. Steph. et Car. Steph. Ald. Boul. Goth. HWolf. Brut. Sturm. Sylb. Gebh. seqq. *Eiusmodi* est in Edd. P. A. Ven. nostr.; *cuiusmodi* in Edd. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Junt. Habent idem septem Oxx. Rehd. Duisb. Marb. Mon. 1; *eiusmodi* Codd. Mon. 2. Vind. 1. Gud. (hic omisso *hoc*) *huiusmodi* duo Oxx., *cuiusquemodi* Cod. Aug. Verae etiam scriptionis vestigia habet Gud. 2. in quo est: *hoc tui cuiusmodi est.* Unus Ox. omittit *otium*. *Mr.*

Sed ratio una omnium est aegritudinum] Cod. Vind. 1. *Quando omnium aegritudinum una est ratio, nomina vero plura sunt.* Marb. *sed ratio est una omnium.* Gud. *sed ratio est omnium una.* Rehd. et Duisb. *sed ratio una est omnium.* Pergit Mon. 2. *et plura nomina.* In proximis unus Ox. *et invidere aegritudo est*, ubi agnoscis manum correctoris. Ad v. *aegritudinis est — aerumna affici* vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 420. — Ante *obtrectare* omitti *et* a Lambino refert Or. Unus Ox. habet *misererе.* Sequitur *angi* (absque *et*) in plerisque Edd. Sed scribitur *et angi* in Codd. tribus Oxx. Reg. Gud. 1. Aug. Duisb. Mon. 1. 2. Marb. Edd. V. Leod. Brut. Sylb. Rob. Steph. Herw. nostr. Dav. Solus Gud. 2. habet *misereri et lugere et merere.* Mon. 2. omittit *merere*, unus Ox. omittit omnia inde ab *angi* usque ad *sollicitari*, alius habet *et lugere et maerere*; idem omittit *esse* post *molestia*; a Gud. 2. abest *lamentari*; idem habet *in molestia esse et afflictari, desperare.* Gud. 1. *sollicitari* nonnisi a 2. m. habet. *Mr.*

Haec omnia definiunt Stoici:] Unus Ox. habet *Hoc.* Idem cum alio et Mon. 1. omittit *omnia.* Est etiam *hoc* in Cod. Aug. Mox Gud. 2. *eque verba.* Tum unus Ox. *singularium* pro *singularum.* In seqq. Mon. 2. *sunt* (quod verbum non habet unus Ox.) *cum et videntur.* Frustra emendare Bouhierium ex uno Leid. *ut videtur*, supra monitum est. Pro *aliquid* est *aliquanto*, quod est glossatoris, nec vero accurati: debebat certe scribere *aliquantum.* Duo Oxx. *forte* pro *fortasse*, ut solent hodie loqui haud pauci. Cod. Aug. habet *differant. Mr.*

Quod alio loco fortasse tractabimus] Id praestitit infra lib. IV. cap. 6. *D.*

rerum sunt: non, ut videntur, easdem res significant, sed aliquid differunt: quod alio loco fortasse tractabimus. Hae sunt illae fibrae stirpium, quas initio dixi, persequendae, et omnes elidendae, ne unquam ulla possit exsistere. Magnum

---

Haec *sunt illae*] Sic Reg. Pithoean. Med. et Bak. ἀρχαϊκῶς. Vulgo *hae*. *D.*

Hae sunt illae fibrae] Quod ait Dav., *Haec ἀρχαϊκῶς* dictum esse pro *hae*, id ita verum est, ut apud Plautum et Terentium ista feminini forma reperiatur, pro *haece*, apocopata (sit venia verbo): vid. Ruddimanni Inst. L. L. I. p. 200. (annot. 19, II, 5.) G. J. Vossium de Analogia IV. 5. p. 196. ubi vides exempla. Sed hoc non ad Ciceronem transferendum. Et tuentur *hae* quinque Oxx. Gud. 1. 2. Vind. 1. 2. Gud. Marb. Mon. 1. 2. et Edd. praeter Dav. omnes. In Duisb. est *hee*. Rehd. post *sunt* addit *fere*. Defendit etiam *hae* Wopkensius l. c. p. 44. (p. 31.) Cod. Mon. 2. *fibre stirpum*. Ed. C. *stirpium fibrae*. *Mr.*

fibrae stirpium] „Quasi radiculae minutae et veluti capillamenta in extremo aegritudinis trunco adhaerescentes. *Fibrum* enim antiqui extremum dixerunt, ut docet M. Varro, unde *Fibrae* dictae extremitates in iecore, et *fimbriae* in vestimentis, et *fibrae* in arboribus et herbis. Plin. in XIX: *Tubera vocantur haec undique terra circumdata nullisque fibris innixa, aut saltem capillamentis.*“ *Beroald.* [Locus Varronis est de L. L. IV. p. 22. ed. Amst. 1623. p. 85. ed. Spengel. ubi est: *antiqui Februm dicebant extremum.* Plinii XIX. 2. 11. p. 159. Harduin.] *Mr.*

Quae sunt ut initio dixi persequendae *et omnes eligendae*] Sic Eliens. tert. Vulgo, *quas initio dixi, persequendae*. Lambinus rescribendum censuit *persecandae*. Eliens. sec. dat *quas initio dixi praesecandas et omnes eruendas*. Sed tum demum sequi debet *ne unquam ulla* posset, non *possit, exsistere*. Lego, *quae sunt, ut initio dixi*, praesecandae *et omnes eligendae*. *D.*

quas initio dixi] Unus Ox., sine dubio ex glossa, aliquantum favet emendationi Davisii plane supervacaneae, habet enim *quae sunt, ut in initio dixi*. Non enim id vult Cicero, se initio dixisse, eas esse elidendas; sed respicit ad vocabula, dicitque se iis vocibus (*fibrae stirpium*), quae aliquantum a proprietate loquendi recedunt, cum de aegritudine non nisi μεταφορικῶς usurpari queant, supra esse usum. Legitur etiam *in initio*, frequenti errore, in Codd. Vind. 1. et Gud. *Mr.*

persequendae et omnes elidendae] Quod ait Dav. Lambinum coniecisse, *persecandae*, non plane certum est. Quae enim sunt in marg. Lambb. et Goth. coniecturae addito *fort.*, eae non omnes Lambini sunt, ut dudum docuit Or. Tribuit tamen eam Lambino etiam A. Schottus Nod. Cic. II. 22. extr. dicens: Lambinus coniicit *persecandae*, ut nihil intentatum relinquat bonus vir, ubi acumen illud εὐστοχίας experiatur, ut ex mustaceo laureolam colligat. Nos solemne illud servemus, ut vulgatam, qua potest, tueamur, cum vett. codd. auctoritate, quae, ut esse debet, sacrosancta est apud me, tum eiusdem Tullii gladio et Maronis. Sic enim ille libro proximo: [IV. 26. extr.] *Sunt enim omnia ista ex errorum orta radicibus: quae evellenda et extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda sunt.* Et Virgil. II. Georg. 405. [*persequitur vitem attondens, fingitque putando.*“ Accedit ei Bouh. qui Lambino assentire ait Rad. Fornerium Rer. Quotid. I. 30: additque, *persequi* esse vocabulum in agricultura proprium: idque ait doceri loco, quem lau-

opus et difficile: quis negat? quid autem praeclarum non idem arduum? sed tamen id se effecturam philosophia profitetur: nos modo curationem eius recipiamus. Verum

---

davimus, Virgiliano. Unus Ox. habet *dispergendae*, quod est correctoris violentioris; Aug. *prosequendae*. Davisianum illud *praesecandae* recepit Lall. Restitui autem hoc quoque loco *elidendae*, ex Edd. vett. itemque Codd. Mon. 1. 2. Vind. 1. (nisi quod in hoc est *ellidendae*) Vind. 2. (qui pergit *ne unquam ulla*). In Cod. Aug. est *eruendae*, in uno Ox. *eludendae* (quod favet vulgatae, quam habent praeterea sex Oxx.); in alio *elegendae*; in Gud. 2. *deligendae*: in qua scriptione prima litera ita irrepsisse videtur, ut pravae scriptioni *eligendae* aliquis superscriberet *d*, quod non suo loco in orationis contextum fuit receptum. *Mr.*

ne unquam ulla] Hunc dedi verborum ordinem cum Dav. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Vind. 2. Mon. 1. 2. [posterior tamen habet *illa* pro *ulla*] Rehd. Gud. Duisb. Et sic est editum in Ed. Tbn. Unus Ox. *ne* pro *neque*: alius *neget* pro *negat*. *Mr.*

Quid autem praeclarum non idem arduum?] „Notum proverbium χαλεπὰ τὰ καλὰ: itemque δύσκολα τὰ καλά: et virtutis viam arduam proponere Hesiodum, cum ait: μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν." *Camerar.* Vid. Hesiod. ἔργ. 290. Zenobii Proverbb. VI. 36. p. 165. ed. A. Schotti; ibid. Proverbb. ex Suida XIV. 51. p. 569. *Mr.* „*Quid — praeclarum, quod non idem arduum?* Ita est in MS.; in vulgatis autem deest *quod*, sententia alioqui postulante." *Ursinus.* „Est in Ed. mea vet. *Quid — praeclarum, non idem est arduum?* et in uno Leid. *quod non idem arduum*. Utrumque probabiliter. Posterius malim." *Bouh.* „Malim equidem *Quod autem praeclarum.*" *Nies.* Habet *quod autem* unus Ox.; alius *quid tam*. Aug. *quod autem praeclarum nonne id arduum?* Unus Ox. cum Ursino facit, cum Ed. P. Quis in his omnibus aliud quid agnoscet, nisi emendandi conatum admodum supervacaneum? Non opus est explicare Ciceronis verba satis per se perspicua. *Mr.*

Id se *effecturam*] Vulgo *se* nesciunt, quod ex Msstis et veteribus editis adiecimus. *D.*

Sed tamen id se effecturam] Probavit Ern. additum *se*, nec tamen ipse recepit. Parva res est, ut Ciceronis in Paradoxi tertii principio verbis utar: sed magna culpa. Novum, si argumentis res egeret, hoc esset argumentum summae negligentiae, qua Ern. philosophicos Ciceronis libros tractavit: quod ne unum quidem librum praeter Davisianam Ed. 2. et editionem Gebh. (Gruterianam) inspexit. Quod si fecisset, vidisset sine dubio operarum tantum negligentia excidisse eam vocalem, quam tuentur Codd. MSS. et editi ad unum omnes. Omissum autem esse *se* ab iis, qui temere vel Gebhardum vel Ernestum sequerentur, non est quod mireris: quare abest ab Edd. Gron. Verb. Alt. Nec mihi aliquis obiiciat abesse nonnunquam vocem *se* apud ipsum Ciceronem in hac constructione (quales sunt loci in Ascon. Pedian. Argum. in Orat. pro Scauro p. 126 sq. ed. Beier. q. v. ibidemque p. 169. ubi vid. quos laudat Beierus priore loco:) sed in librorum consensu istam certe elegantiam Ciceroni obtrudi non debere contendo. Unus Ox. Edd. Ven. nostr. et Junt. habent *se effectura*. Verb. ex MS. nescio quo enotavit *affectare*. Solus Gud. 2. post *arduum* pergit: *effecta virtutem philosophia profitetur nos vero curatione eius*. Codd. Vind. 1. 2. habent *profitetur philosophia*. Cod. Rehd. omittit *eius*. Contra Duisb. habet *eius rei*. *Mr.*

Verum quidem haec hactenus] Cod. Aug. *hoc*. Equidem dudum

quidem haec hactenus. Cetera, quotiescumque voletis, et hoc loco, et aliis, parata vobis erunt.

---

miratus sum, deletam voluisse Goerenzium ad Acadd. I. 4. 18. p. 29. vocem *quidem*, in qua nihil plane est, quod offendat. Nunc Kühnerum in eadem esse sententia video. Ceterum non nego aliquid offensionis habere hunc vocis *quidem* positum, consuetiorem certe futurum fuisse *Verum haec quidem hactenus*. Pro Goerenzii suspicione illud quoque afferat aliquis, quod in Cod. Gud. legitur *verum haec hactenus quidem*. Sed in hoc quidem Codice plurima sunt ejusmodi negligentiae et traiectionum ineptarum exempla. Graecam formulam καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα affert Wolfius in scholis. Adde formulam καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, de qua vid. Viger. de Gr. L. Id. p. 176. ed. Herm. — Pro *cetera* unus Ox. habet *cetera cuiuscunque*. Pro *voletis* Cod. Rehd. habet *voles*. *Mr.*

et hoc loco et alibi] „Et *aliis*, supple *locis*, etiam recte legitur." *Frc. Fabr.* *Alibi* neminem habere, nisi Lambinum, ait Or. Est tamen etiam in Ed. HWolfii pro var. lect. itemque in uno Ox. In Edd. Lambb. et Goth. simpliciter dicitur: alios habere *alibi*, nec vero Lambinum. In contextis est *aliis*: recte: nam *alibi* glossa est. Cod. Mon. 2. habet *alio*, quod est correctoris. Scribitur *nobis* pro *vobis* in Codd. Vind. 1. Aug. et Mon. 2. In Cod. Gud. 1. a pr. m. est *erant* pro *erunt*: supra lin. *v*. *Mr.*

parata vobis erunt.] In fine libri est in Cod. Duisb. *Marci Tullij Ciceronis de Tusculanis Questionibus liber tercius explicit. Incipit quartus.* In Mon. 1. *M. T. C. Tusculanarum Qu. III. Explicit IV. Incipit De Reliquis Animi Perturbationibus Leniendis Feliciter.* In Mon. 2. *M. T. Ciceronis Tusculanarum Disputationum Tertius Liber Explicit. Incipit foeliciter Quartus.* In Cod. Aug. *Explicit* L. III. Incipit L. IV. *continens de multis animi perturbationibus. Mr.*

CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM LIBRI QUARTI ARGUMENTUM.

Praefatio huius libri ad asserendum priscis Romanis philosophiae studium comparata est. Ipsa autem libri huius disputatio in hoc versatur, ut, *omni perturbatione posse sapientem vacare*, demonstretur. Primo affertur perturbationis Stoica definitio et in quattuor genera distributio; quarum duae ex bonis opinatis sunt, ut *laetitia* et *libido*; duae ex malorum errore, ut *aegritudo* et *metus*: hisque singulis perturbationibus suae partes subiiciuntur c. 4 — 9. Deinde quomodo ipsa perturbatio ab aegrotatione seu morbo differat, et quae sit in hoc genere animi cum corpore similitudo, ostenditur: c. 10 — 14. Sequitur postea brevis demonstratio eius, quod quaerebatur, nempe perturbationem cum sapientia consistere non posse, longa autem contra Peripateticos disputatio, qui perturbationes necessarias esse, naturales utilesque contendunt, easque a sapiente non tollendas et extirpandas, sed modum ipsis adhibendum statuunt, c. 15 — 26. Subiicitur tandem de perturbationum curatione. Ea varia est, neque omnis perturbatio una ratione sedatur. Est praeterea in quattuor perturbationibus illis ea distinctio: Primum, utrum ad universam perturbationem, tanquam aegritudinem, laetitiam, an ad singulas, h. e. generibus subiectas, formas adhibeatur; deinde, utrum mali bonive opinionem, an ipsam omnino perturbationem tollas. Sed certa et propria sanatio est, si doceas, ipsas perturbationes per se esse vitiosas, nec habere quicquam aut naturale aut necessarium. Altera autem ratio, quae simul opinionem boni aut mali tollit, est ea quidem utilior, sed raro proficit, neque est ad vulgus adhibenda. Est etiam, ubi adhiberi plane non potest, quod res, quae perturbat animum, vere est bona aut mala, tanquam, si quis aegre ferat, nihil in se esse virtutis, nihil animi, nihil officii, nihil honestatis. c. 27. 28. Reliqua disputatio, quomodo quattuor ista genera tollenda sint, docet. *Ern.*

p. 209. a.

M. TULLII CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM AD M. BRUTUM LIBER QUARTUS.

DE RELIQUIS ANIMI PERTURBATIONIBUS *).

1 Quum multis locis nostrorum hominum ingenia virtutes-

1. C. 1. *Quum multis locis*] Ed. P. *Quum multi*, omisso *locis*.

*) In Cod. Rehd. haec est inscriptio: *Quarta Questio in tusculanis. An sapiens vacare possit omni animi perturbatione.*

que, Brute, soleo mirari; tum maxime in iis studiis, quae sero admodum expetita, in hanc civitatem e Graecia transtulerunt. Nam quum a primo urbis ortu, regiis institutis, partim etiam legibus, auspicia, caerimoniae, comitia, provo-

---

Desunt haec tria vocabula in Cod. Reg. Legitur *multis in locis* in Edd. A. B. C. V. Asc. 1. 2. [marg. MS. del. *in*] Ven. nostr. Junt. Crat. Herw. Rob. Steph. HWolf. — Gud. 2. omittit *hominum*. Duisb. habet *ingenia et virtutes*. Cum aliis locis plerisque ea sententia, quae hic obtinet, soleat Cicero dicere *admirari*, pro *mirari*, mirum non est fuisse, qui illud corrigendo rescriberent. Et habent ita Cod. Gud. 2. Ed. E. Sed *mirari*, pro *admirari*, non semel eum dixisse non est quod doceam. Vid. modo de Inv. II. 1. 2. Quod vero Schütz. in Lex. Cic. s. v. laudat Verrin. V. 27. 68. *saxo in mirandam altitudinem depresso*: non plane eiusdem est sententiae, quamquam ipse addit conversionem: bewundernswürdige Tiefe: est enim Erstaunen v. Verwunderung erregende Tiefe. *Mr.*

tum maxime in iis studiis] Ita ego primus dedi ex Codd. Bern. Gud. Duisb. Ed. P. qui habent hiis et Marg. MS. Ascens. nostrae 2. Enotavit quidem Or. eandem lectionem ex Edd. S. E. sed posterior certe sine dubio habere videtur *iis in stud.* cum ita exhibeat Ed. HWolf., quae illam sequitur in plerisque omnibus. Et habent praeterea *iis in* Edd. M. L. Brut. Boul. Ald. Leod. Goth. Sylb., *in his st.* exhibent Codd. rell. Edd. A. Asc. 1. Ven. nostr. Dav. Wolf. Or. [qui vero ad Wolfii scholas nostram lectionem praefert] Tbn. In reliquis est *his in stud.* Nostram scriptionem malebat etiam Kühn. *Mr.*

quae sero admodum — transtulerunt.] „Quo pertinet *transtulerunt*? an ad *ingenia*, ut ea transtulisse ea studia Romam dicantur? Durum hoc fuerit. Ciceronem scripsisse puto *transierunt*." *Ern.* „*Transtulerunt*, scil. nostri homines. Miror Ernestium hic haesisse." *Nissen.* Merito nemo obsecutus est Ernesto. — Pro *expetita* unus Ox. et Cod. Aug. habent *experti*. In seqq. Cod. Mon. 2. habet *urbis ortus*. Verba *in hanc* omittit Gud. 2. *Mr.*

regiis institutis] „Ita omnes impressi habent, quibuscum Gryphii libro convenit, praeter Lamb. qui, ante vocem *regiis*, *partim* habet. Certe et alibi Cicero usus est *partim* posito semel, ut de Finib. 2. *Quid? si etiam bestiae multa faciunt duce sua quaeque natura, partim indulgenter vel cum labore* etc. *Brutus*. Locus est de Finn. II. 33. 109. ubi Censorem quendam Vindobonensem ex Cod. MS. corrigentem legi *partui indulgent*: cuius correctionis nullam habuerunt notitiam Goer. et Otto. Videmus tamen haesisse eo loco nonnullos. Quod vero ait Brut. semel poni *partim* illo de Finn. loco, recte ille quidem, qui non nosset lectionem in seqq.: *partim cursu et peregrinatione*, sed cum plerisque MSS. exhiberet *turtures cursu* etc. Vid. interprr. Lambinus autem neminem obsequentem habuit. In Ed. Goth. et repetitionibus Lambb. eius lectio in marg. adscripta est addito *fort*. Improbatur in marg. Verb. Solus Cod. Marb. habet *legibus institutis*. Pergit unus Ox. *partibus etiam*. *Mr.*

comitia, provocationes, patrum consilium] „Verbum *provocationes* mihi quidem suspectum est, et iure, ut arbitror: nam non puto invitis regibus potuisse provocari ad populum. Forte *prensationes* in comitiis creandi regis, aut cuiusvis inferioris magistratus, si id ius erat a populo petere. Omnino *prensationes* sunt cognatae comitiis, quibus tanquam rudimenta quaedam legum de ambitu adhibitus debuit esse aliquis modus instituto regio aut etiam lege." *Ursinus*. Contra iam Camerarius: „et sub regibus, scribit, provocationis ad populum

cationes, patrum consilium, equitum peditumque descriptio, tota res militaris, divinitus esset constituta; tum progressio

---

ius fuit: ut vel de historia trigemini Horatii apparet." Similiter commentator Anonym. apud Leod.: „Fuerunt, ait, etiam provocationes regnante Tullo. Horatius enim perduellionis accusatus ad populum provocavit." Beroaldus contra ex Ursini sententia censuisse videtur Valerium demum Publicolam legem de provocatione, sub consulibus, tulisse. Et refert Livius II. 8. eum legem in vulgus gratam de provocatione adversus magistratus ad populum tulisse. Sed fuisse iam provocationem factam ab Horatio, perduellionis reo, ad populum vides ex eodem Livio I. 26: qui *Tum Horatius*, ait, *autore Tullo, clemente legis* (de perduellione) *interprete, Provoco, inquit. Ita — provocatione certatum ad populum est. Mr.*

Comitia, provocationes] Ultima vox Ursino est suspecta; non enim putat invitis regibus ad populum potuisse *provocari*. Reponit igitur *prensationes*. Quo nihil est absurdius; nam nullus unquam populus *prensationes* instituit; eae sunt enim ambitiosorum hominum blandimenta, quibus freti munia magistratusque captabant. Hi scilicet, id quod de Antiocho Rege narrat Athenaeus lib. V. pag. 193. *τοὺς μὲν ΔΕΞΙΟΥΜΕΝΟΙ, τοὺς δὲ καὶ περιπτύσσοντες, παραχαλοῦσι φέρειν αὐτοῖς τὴν ψῆφον, ποτὲ μέν, ὡς ἀγοραιόμοι γένωνται, ποτὲ δέ, ὡς δήμαρχοι.* Itaque per se ruit ista coniectura, quamvis bene se non haberet vulgata lectio; sed et ipsa pessime fuit in dubium revocata: nam *provocationem ad populum etiam a Regibus fuisse* docet ex Tullio de Rep. Seneca Epist. CVIII. Adeantur etiam Livius VIII, 33. et Valerius Maximus VIII, I. *D.*

provocationes] „Est apud Val. Max. 8, 1: *M. Horatius interfectae sororis crimine a Tullo rege damnatus ad populum provocato iudicio absolutus est.* Forsan: *ad populum provocans, iudicio absolutus est.* M. Fabius apud Livium VIII. 33: *Videro cessurusne provocationi sis, cui rex Romanus Tullus Hostilius cessit.*" *Dav.* in Ed. 2. Adde nunc Cic. de Rep. II. 31. p. 301. ed. nostr.: *Provocationem autem etiam a regibus fuisse, declarant pontificii libri, significant nostri etiam augurales:* ubi vid. quos laudat Creuzer. Add. Ranchini Varr. Lectt. I. 8. p. 15 sq. (in Schminckii Syntagm. Critico.) Huschkii Annot. ad Cicer. Orat. pro Tullio p. 156. (in Analectis Litt.) Creuzer. Röm. Antiquitäten. Ed. 2. p. 179. ibiq. annot. conf. p. 184. *Mr.*

Patrum consilium] Eliens. sec. tert. *patrum, consulum.* Ita etiam Ms. Petrens. nec absurdam hanc lectionem correxit Raphael de Marcatellis, qui in illo Codice veram scripturam sexcenties delevit. Egregiam scilicet rerum Romanarum notitiam habuere fraterculi! cum Coss. non nisi post exactos Reges fuerint creati, *Patrum* vero consilium instituerit Romulus. Ovidius Fast. V, 71.

Romulus hoc vidit, selectaque pectora patres
Dixit; ad hos urbis summa relata novae.

Sallustius Catil. cap. VI. *Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, Reip. consultabant. Hi vel aetate, vel curae similitudine, patres appellabantur.* Inter alios vide Livium I, 8. Iustinum lib. XLIII. cap. 3. et Lactantium Div. Inst. II. 6. *D.*

patrum consilium] Cod. Aug. *patrum consulum.* Ad totum locum quae faciant, passim collecta reperies in Creuzeri libro modo laudato de Antiquitatibus Romanis. In Cod. Vind. 1. distinguitur *provocationes patrum, consilium* — idem habet *tota quae res militaris. Mr.*

divinitus esset constituta] Ciceronem *divinitus* dixisse pro *praeclare, eximie, egregie*, quod ait W. in scholis, ita verum est, ut tamen

admirabilis incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est, dominatu regio re publica liberata. Nec vero hic locus est, ut de moribus institutisque maiorum, et disciplina ac temperatione civitatis loquamur: aliis haec locis satis accurate a nobis dicta sunt, maximeque in iis sex libris, quos de re publica scripsimus. Hoc autem loco con- 2.
sideranti mihi studia doctrinae multa sane occurrunt, cur

---

melius dixeris, recedere in hoc vocabulo a suo usu Ciceronem, ab eoque proprietatis studio, quo talibus vocibus, quae vel *ὑπερβολὴν* habent vel colorem *ποιητικώτερον*, addere solebat excusandi causa *quasi*. Similiter de Or. I. 7. 28: *ut — illa, quae philosophi divinitus ferunt esse dicta, loqueretur*. Cic. ad Famm. I. 9: *quae sunt apud Platonem scripta divinitus*. Alia res esset, si scripsisset *divine* i. e. *θείως*, quod et Graeci ponunt pro *θαυμασιῶς*. Vid. de v. v. *divine* et *divinitus* Markland. ad Cic. p. Red. in Sen. 12, 30. p. 60. ed. Wolf. Cod. Vind. 1. habet *constituta esset*. Dav. in Ed. 2. dedit *essent*, plaudente Ernesto, qui, ut non semel monui, tertiam eiusdem Editionem ne inspexit quidem, in qua plurimae eiusmodi mutationes tacite retractantur. Pergit Cod. Mon. 2. *cum progressio ammirabilis:* Idem Cod. habet etiam *incredibile que*. Duo Oxx. pro *constituta* habent *instituta*. Gud. 2. *admirabilis admirabilisque cursus*. Unus Ox. *dominatur;* duo *respublica* cum Gud. 1. et Aug. In Gud. 2. est *resque publica*. *Mr.*

dominatu regio re publica liberata] In eandem sententiam Sallustius Catil. 7: *Sed civitas incredibile memoratu est adepta libertate quantum brevi creverit*. Similiter Herodotus V. 78: *Ἀθηναῖοι — ἀπαλλαχθέντες τυράννων μαχρῷ πρῶτοι τῶν σφέας περιοικεόντων τὰ πολέμια ἐγίνοντο*. *Mr.*

Nec vero hic locus est, ut] Unus Ox. *is locus*: alius mox *et* pro *ac*. Mon. 2. *et temperantia*. Posterius est etiam in Cod. Aug. Ad verba et ad sententiam cf. Cic. de Legg. III. 5. 12: *Haec est enim, quam Scipio laudat in libris illis et quam maxime probat temperationem rei publicae, quae effici non potuisset nisi tali descriptione magistratuum*. Vid. nos ad Tusc. I. 10. 21. In seqq. Codd. Aug. et Vind. 1. habent: *accurate dicta sunt satis a nobis*. Gud. omittit *a*, unus Ox. omittit *a nobis;* alius cum Gud. habet *maxime*, omisso *que*. *Mr.*

in iis sex libris, quos de re publica scripsimus.] Et hoc loco multi habent *his* pro *iis*, etiam Cod. Reg. Edd. P. A. B. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. [marg. MS. *iis*] Dav. [in Ed. 3; in secunda est *eis*,] *Hiis* habent Gud. et Duisb., *iis* Rehd. Marb. Aug. Mon. 1. Vind. 1. 2. Gruteriani, et, ut videtur, Oxx. Cod. Gud. 2. omittit *sex*. Gud. habet *libris sex*. Laudat Kühnerus ad h. l. librum suum de Ciceronis in Philosophiam meritis p. 45 sqq. *Mr.*

quos de re publica scripsimus] „Ita Gryphianus liber, atque unus ex impressis Victorius.“ *Brut.* „Melius simplici verbo Vict. Pall. sec. tert. quart. quint. Fabr. Pith. Vatic. quam vulgo *conscripsimus*.“ *Gebhard.* Ediderunt ante Gebh. *scripsimus* etiam Cam. Rob. Steph. Asc. 2. idemque edidisse dicitur Lamb. in marg. Lambb. et Goth. Sed Or. eum edidisse refert *conscripsimus:* quod habent etiam duo Oxx. et Mon. 1. In seqq. habent Codd. Vind. 1. et Aug. *mihi consideranti*. Verba *studia doctrinae* Camerarius explicat *philosophiam*. Gud. 2. habet *studium*. Vind. 2. *occurrerunt*.

cur ea quoque arcessita aliunde] „*Arcessita* habet Gryphii liber,

ea quoque arcessita aliunde, neque solum expetita, sed etiam conservata et culta videantur. Erat enim illis paene in conspectu praestanti sapientia et nobilitate Pythagoras, qui
b. fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit, praeclarus auctor nobilitatis tuae. Pythagorae

---

ut edidit Lamb. [non *accersita*, ut reliqui]. *Brutus.* Eodem modo scripsit cum Bruto Sylb. „Praetulimus hoc, ex Lamb. Pal. tert. Pith. vet. cod. Vatic. auctoritate, vulgatarum edd. scriptioni.“ *Gebhard.* Dav. in Ed. 1. haec: „MS. Petrens. editique vett. *accersita*, quam lectionem defendit Grammatici non unius auctoritas. Agroetius col. 1352: *Accersit, qui vocat; arcessit, qui accusat.* Sic etiam Charisius Inst. Gramm. lib. III. col. 227. Diomedes lib. I. col. 375. et alii bene multi. At innumeris exemplis constat alteram *arcessendi* verbo tribui potestatem. Vide modo Plauti Casin. Act. II. Sc. 4. Caecilius apud nostrum lib. IV. Tusc. Disp. c. 32.

Quem contra amari, quem arcessiri, quem expeti Virgilius Aen. V. 746. — *Primumque arcessit Acesten.* At iterum VI. 119. *Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus;* ubi a literatoribus ante memoratis diversus abit Servius, qui ait *arcessere, quod evocantis est proprie.* Me quod attinet, in G. J. Vossii sententiam facile concedo, qui in Etymol. semper rectam esse *arcessendi*, nunquam vero *accersendi* scripturam suspicatur: nam fidelissimi Codd. priorem legendi modum ubique repraesentant. Hanc in rem nonnulla Godesc. Stewechius ad Apuleii Metamorph. VI. p. 378.“ Placuisse ait Or. nuperrime Zumptio contra Oudendorpium scriptionem *accersita* (quam habent etiam quinque Oxx. Duisb. Marb. Mon. 1. 2. Aug.): videri tamen *arcessita* ad etymologicam rationem accuratius scriptum, quamquam fortasse antiquitus fuerint, qui enuntiando literas confunderent. Accedit nostrae scriptioni Grotefend. in Orthogr. §. 149. Gud. 2. habet *est sita* pro *arcessita*. *Mr.*

neque solum expetita] In Cod. Aug. scribitur *neque* ante *aliunde*. Mon. 2. habet *repetita*: quod, quum modo praecesserit *arcessita*, stare non potest. Ad verba *paene in conspectu* Beroaldus haec: „Metapontum, Crotonam, Heracleam, civitates in ultima Italiae ora sitas intelligit, quibus in locis Pythagoram iuvenum aemulantium studia coetus habuisse historici produnt, ubi vice numinis cultus est.“ Mox unus Ox. *praesenti sapientia*. De Pythagora multi multa, qui de historia philosophiae scripserunt: nonnulli seorsim, quos enumerat Jonsius de Scriptoribus Historiae Philos. passim, in primis J. Schefferus, De natura et constit. Philos. Italicae s. Pythagoricae. Upsalae 1664. novissime autem H. Ritterus in libro praestantissimo, qui inscribitur: Geschichte der Pythagor. Philosophie. Hamburg. 1826. 8. — Unus Ox. omittit *sapientia*. *Mr.*

qui fuit in Italia temporibus iisdem] Conf. Cic. de Or III. 34. extr. Gell. N. A. XVII 21. ibiq. Gronov. p. 791 sq. Jamblich. de Vita Pyth. c. 7. sect 35. p. 27. ed Kuster. — Cod. Mon. 2. habet *in Italiam*; idem cum Marb. Gud. 2. *hisdem*. Pergit Ed. A. cum Ven. nostr. *in quibus*. Praenomen Bruti omittunt Codd. Rehd. Gud. Mon. 2. Cod. Gud. 2. omittit *quibus*; Duisb. habet *liberavit patriam Mr.*

praeclarus auctor nobilitatis tuae.] Similiter Cicero in Bruto s. de Claris Oratoribus XIV. 53. ad eundem M. Brutum scribit: *Quis enim putet celeritatem ingenii L. Bruto illi, nobilitatis vestrae principi, defuisse?* Ubi vid. Ellendt. p. 43. *Mr.*

autem doctrina quum longe lateque flueret, permanavisse mihi videtur in hanc civitatem: idque quum coniectura probabile est, tum quibusdam etiam vestigiis indicatur. Quis enim est, qui putet, quum floreret in Italia Graecia potentissimis et maximis urbibus, ea quae magna dicta est, in iisque primum ipsius Pythagorae, deinde postea Pytha-

quum longe lateque flueret, permanavisse] Mon. 2. omittit *flueret*. Vind. 1. habet *diffflueret, permanasse*. Rehd. et Duisb. *floreret*; in quo agnoscis manum correctoris, qui, quod sequitur verbum, non respiceret. De verbis his ipsis vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 1. qui plura eius usus, quem explicat, exempla ex ipsius Ciceronis libris affert. — Cod. Gud. 2. habet *permanavisse videtur usque in hanc civitatem:* omisso *mihi*. *Mr.*

idque quum coniectura probabile est.] Cod. Marb. omittit *quum* cum Gud.; Mon. 2. habet *tum*, ut ex coniectura edidit FAW. male. Vid. Grysar. Theorie d. Lat. Styls p. 585 sq. praesertim vero Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. poët. p. 167. Cod. Mon. 1. habet *idque coniectura cum probabile est*, Vind. 1. *coniecturatum probabile est*. Ed. P. *probabilior est*. Cod. Aug. *idque coniectura tum probabilior est*. Gud. 2. in seqq. omittit *etiam*; unus Ox. habet *iudicatur*. *Mr.*

Quis enim est, qui putet, quum floreret —] Scripsi *quis enim est* ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. Vind. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Edd. Dav. Gebh. (uterque sine dubio ex suis Codd.) Ern. Schz. Wolf. Nobb. Or. Quamquam non nescio plerumque nunc scriptionem *quis est enim* praeferri, (vid. Otto in Excurs. 1. ad Cic. Cat. maj. 2, 6. p. 222 sqq.) quae Kühnero quoque placuit, Lallemanno, Tbn. et Edd. ante Gebh. omnibus. Gud. habet *quis etenim est*. Verb. in Marg. ex MS., nescio quo, *qui putat*. Gud. 2. omittit *putet*. Pergit Marb. cum uno Ox. *quum floret*. Aug. *quum floretur*, ex perperam lecto compendio. *Mr.*

in Italia] „Hic primum me offendit concursus duorum ὁμοιοτελεύτων verborum; deinde redundantia huius nominis. nam illud Graeciae additum, *ea, quae magna dicta est*, satis Graeciam in extrema Italia distinguit ab altera. Igitur illud *in Italia* forte est a glossatore.“ *Ern.* „Ea verba non sine causa suspecta sunt Ernestio. Possunt tamen explicari, hoc sensu: *cum floreret in ipsa Italia* i. e. in tanta vicinitate eto.“ *Nissen.* Immerito suspecta fuisse Ernesto ea verba et uncinis inclusa equidem cum Schz. Or. et Kühn. iudico. *Mr.*

In Italia Graecia — ea quae magna dicta est] Origenes in Celsum lib. I. pag. 6. *Οἱ γοῦν Πυθαγόρειοι ἐπὶ πλεῖον τὰς διατριβὰς συνεστήσαντο ἐν Ἰταλίᾳ, τῇ καλουμένῃ μεγάλῃ Ἑλλάδι.* Adeantur Jamblichus vit. Pythag. §. 166. et Porphyrius vit. Pyth. §. 20. *Totum* vero *Italiae latus, quod infero mari alluitur*, maior Graecia *fuit*, ut ait Seneca Cons. ad Helv. cap. 6. Vide sis Athenaeum lib. XII. pag. 523. E. et Justinum lib. XX. capp. 1, 2. *D.*

Graecia] Codd. Gud. 1. Aug. Reg. Duisb. duo Oxx. habent *Graeciae*. Gud. 2. *Graeciaeque maximis urbibus*, omissis verbis *potent. et*. Duisb. *maximis et potentissimis civitatibus*. Unus Ox. *potentissimus et maximus*; alius *potentissimisque et maximis*. Ad formulam *ea quae*, quae significat: eam dico, quae — Kühnerus laudat de Div. I. 19. 36. ubi vid. nostr. annot. p. 96. Cod. Rehd. post *magna* insertam habet glossam *Graecia*. Vind. 1. Aug. habent *dicta est magna*. Gud. *magna est dicta*. *Mr.*

in iisque primum ipsius Pythagorae] *Iisque* dedit FAW. in Edd. 2. et 3. (in 1. *hisque*) commendavitque in scholis, probavit fa-

goreorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eo-
3. rum doctissimas voces aures claqsas fuisse? Quin etiam arbitror, propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque regem Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam quum Pythagorae disciplinam et instituta cognoscerent, regisque eius aequitatem et sapientiam a maioribus suis accepissent; aetates autem et tempora ignorarent propter ve-

---

ctum Kühnerus: et addicunt Codd. Mon. 1. Gud. Duisb. Duo Oxx. et Aug. omittunt *ipsius*. Ad rem cf. Mahne de Aristoxeno p. 37. Mox Cod. Rehd. *Pythagoreorum postea*. Gud. 1. *pytagorae forum*, sed litera *f*. punctis notata. In seqq. Cod. Mon. 2. *Pythagoreorum admiratorem*. Loco posterioris vocabuli unus Ox. habet *dogma*, idemque pergit *nimium auditorem a posterioribus*; alius Ox. *dogma seu admirationem*. Mon. 2. *postcribus*; unus Ox. *extimatum*. Codd. Gud. 2. Marb. *regem Pythagoreorum*. MS. in marg. Verb. *regem auditorem Pythagorae* (?). *Mr.*

Pythagoreum a posterioribus existimatum] Vulgari fama captus est Ovidius Metam. lib. XV. init. et Fast. lib. III, 153. Quod poëtae forsan ignoscendum. Ab hac tamen culpa sibi non caverunt Patres. Clemens Alexandrinus Strom. I. pag. 358. *Νουμᾶς δὲ ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς Πυθαγόρειος μὲν ἦν*. Rursus lib. V. pag. 648. *Εἰκότως ἄρα ὁ μὲν βασιλεὺς Ῥωμαίων* (*Νουμᾶς ὄνομα αὐτῷ*) *Πυθαγόρειος ὤν, πρῶτος ἀνθρώπων ἁπάντων, πίστεως καὶ εἰρήνης ἱερὸν ἱδρύσατο*. Hieronymus in Iovin. lib. II. pag. 380. *Adhuc sub Regibus et sub* Numa Pompilio *facilius maiores tui* Pythagorae *continentiam, quam sub Coss. Epicuri luxuriam susceperunt*. Ibi cum Presbytero Stridonensi lapsus est vir summus Des. Erasmus. Cyrillus in Julian. lib. VI. pag. 193. *Ἐπειδὴ γὰρ* (*ὁ Νουμᾶς*) *τὴν τοῦ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ φιλοσοφίαν ἐπαινεῖν ἠξίου, καὶ ὅλως ἦν τῶν ἐκείνου δογμάτων, ἀνείδεον μὲν τὸ θεῖον καὶ μορφῆς εἰς ἅπαν ἠμοιρηκὸς ὑπελάμβανε*. Sed iis facillima quidem venia debetur; Historicos enim pariter errasse testis est Plinius H. N. lib. XIII. cap. 13. Diodorus in Excerpt. Peiresc. pag. 230. *Λέγουσι δέ τινες* (Numam Pompilium) *ἀκουστὴν γενόμενον Πυθαγόρου παρ' ἐκείνου λαβεῖν τὰ τε περὶ Θεῶν νομοθετήματα, καὶ πολλὰ διδαχθῆναι*. Adi Livium I, 18. XL, 29. et Dionysium Halicarnassensem lib. II. cap. 59. *D.*

Nam quum Pythagorae disciplinam et instituta cognoscerent,] „Tres Pall. Vatican. *constituta*. Palat. quart. *disciplinam et constitutam*. quint. *disciplinam constituta*. Melius omnino *constituta*, quia sancita et secreta.“ *Gebh.* Habent *constituta* sex Oxx. Gud. Marb. Gud. 1. 2. Aug.; *constitutis* Cod. Mon. 1; *constitutus* unus Ox. Recepit Lallemannus (quod habet etiam Ed. P.) *disciplinam et constituta*, addens sic habere Codd.; unum tantum e regiis vitiose habere cum vulgatis *instituta*. Mihi vero Lallemannus cum Gebhardo admodum errare videtur: vide modo, ne longus sim, Forcellinum v. *constitutus*, ubi et usum eius vocis Ciceronianum et, quae fuit illis erroris causa, apud alios, veluti Juris consultos, reperies. *Quum* omittit Gud. 2. Unus Ox. habet *regiminisque eius*, egregia scilicet emendatione. Mox alius *a moribus suis*. Duisb. omittit *suis*. Nostrum locum ex memoria laudat Jo. Valensis in Compendiloquio p. 204. a. dicens: *De Pythagorae eminentia Tullius IV. Tusc. qu. in principio dicit, quod homines crediderunt Numam regem esse Pictagoram* [sic!] *propter aequitatem et sapientiam. eum enim, qui excelleret sapientia crediderunt Pictagoricum.* — Pro *qui* Dav. in Ed. 2. edidit *quia*, nihil monens nisi vulgo legi *qui*. *Mr.*

tustatem; enm, qui sapientia excelleret, Pythagorae auditorem crediderunt fuisse.

Et de coniectura quidem hactenus. Vestigia autem 2
Pythagoreorum, quamquam multa colligi possunt, paucis tamen utemur, quoniam non id agitur hoc tempore. Nam quum carminibus soliti illi esse dicantur et praecepta quaedam occultius tradere, et mentes suas a cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere; gravis-

---

Pythagorae auditorem crediderunt fuisse] Numam non fuisse Pythagorae auditorem, docet ipse Cicero de Or. II. 37. 154. Conf. C. G. Krüger. ad Dionys. Halicarn. Historiographica (Hal. Sax. 1823.) p. 262. Iam vero vide Cic. de Rep. II. 15. p. 249. sq. ed. nostr. *Verene, inquit Manilius, hoc memoriae proditum est, Africane, regem istum Numam Pythagorae ipsius discipulum, an certe Pythagoreum fuisse? Saepe enim hoc de maioribus natu audivimus, et ita intelligimus vulgo existimari: neque vero satis id annalium publicorum auctoritate declaratum videmus. Tum Scipio, Falsum est enim, Manili, inquit, id totum, neque solum fictum, sed etiam imperite absurdeque fictum — — — — Ex quo intelligi potest anno fere centesimo et quadragesimo post mortem Numae primum Italiam Pythagoram attigisse* etc. ubi vid. annot. p. 249 — 252. add. Neumann. ad Aristot. Rerump. Fragmm. p. 11. — Scripsi autem cum Dav. *crediderunt fuisse*, qui eum ordinem sine dubio ex Cod. Reg. recepit: est enim ita in Gud. 1. Aug. Marb. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. In Edd. est *fuisse crediderunt*. Cod. Gud. 2. omittit *crediderunt*. Vind. 2. habet *credunt*. *Mr.*

c. 2. *Et de coniectura quidem hactenus.*] Ed. P. et Ven. Alt. *Haec* pro *Et*. Duo Oxx. omittunt *de*. Mon. 2. loco vocis *quidem* compendium habet; quod alibi significat *quàm*. Duo illi Oxx. in seqq. habent *et multa*. Vind. 1. *possint* pro *possunt*: quod est correctoris, qui posteriorum scriptorum usum Ciceroni obtruderet. In uno Ox. legitur *paucissimis*. Pergit Cod. Gud. *non id agitur hoc quoniam tempore*. Duisb. cum Mon. 1. habet *id non agitur*. Gud. 2. *quoniam autem non agitur*. Mon. 2. *quia non id*. *Mr.*

Nam quum carminibus soliti illi esse dicantur] „Vid. Rittershus. ad Porphyr. Vit. Pythag. p. 188. sq. ibiq. laud. Athenaeus XIV. p. 632. B. C. Davis. et Creuzer. ad Cic. de N. D. II. 11. p. 530 sq.“ *Schuch.* Scribitur in duobus Oxx. *illi esse videantur*. Quod sequitur *et* abiecit Davisius in Ed. 2. non quidem tacite, sed nulla addita ratione. In Cod. Mon. 1. post *quaedam* additur *quam*. Verba *occultius* usque ad *gravissimus* desunt in Cod. Gud. 2. *Occultius* tradita praecepta ea sunt, quae dicuntur Pythagorae doctrina ἰσωτερική, opposita ἐξωτερικῇ. In Cod. Vind. 1. scribitur *occulte* pro occultius. Ed. P. habet *ad cogitationum intentionem*. Ed. S. *a cogitationum intensione*; unus Ox. *a cogitatione et intentione*. Verb. in marg. ex MS. nescio quo profert lectionem *cantibus fidibusque*. *Mr.*

gravissimus auctor in Originibus dixit Cato,] „Vid. interprr. ad Cornel. Nep. Vit. Catonis 3, 3. p. 213. ed. Bardili. Noster supra I. 2. Ilgen. de Scoliorum poësi p. LII. sq.“ *Schuch.* Iis, quae supra de Catonis Originibus posui (I, 2, 3.), add. Fragmenta Catonis ex rec. Aus. Popmae cum ann. ej. et Jo. Meursii. Franekerae 1620. ubi vid. nostrum locum p. 129. — Cod. Mon. 2. habet *actor* pro *auctor*. Cod. Duisb. *Cato in Originibus dixit*. Unus Ox. habet *dicit*, quod recepit Dav. in Ed. 2. nihil addens, nisi vulgo legi *dixit*. Alius Ox. omittit hoc verbum. *Mr.*

simus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud maiores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. Ex quo perspicuum est, et cantus tum fuisse rescriptos vocum sonis, et

---

morem apud maiores hunc epularum fuisse] Scribitur in Codd. Vind. 1. 2. *hunc apud maiores*. Pro *qui* unus Ox. habet *qua*. Verbum *accubare* explicat Forcellin. s. v. p. 30. c. ed. Germ. Add. Fulv. Ursini Append. ad Ciaccon. de Triclin. p. 373. — Unus Ox. habet *canerent tibia*. De constructione *ad tibiam canere* vid. Handii Tursellin. I. p. 98. In Ed. 1. Davisius ad h. l. adnotationi seq. haec addiderat: „Cascos illos Romanos cum philosophis Italicis nullum prorsus habuisse commercium argumento sit, quod omnium disciplinarum fuerunt spernaces. Hinc tandem

Poenico bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram:

quae verba sunt Porcii Licinii apud Gellium N. A. XVII. 21.“ *Mr.*

Canerent ad tibiam] De hoc more diximus ad lib. I. Tusc. cap. 2. Est vero quod ostendat vetustissimos Romanos a Pythagoreis illum non accepisse; nam hi sane lyra sunt usi: *τοὺς γὰρ αὐλοὺς ὑπελάμβανον ὑβριστικόν τε καὶ πανηγυρικὸν καὶ οὐδαμῶς ἐλευθέριον τὸν ἦχον ἔχειν*, ut tradit Jamblichus vit. Pythag. §. CXI. Vide et Quinctilianum Inst. Orat. lib. IX. cap. 4. Ad horum imitationem *αὐλοποιοὺς* et *αὐλητὰς* eiiciens e sua Rep. Plato, lyram tamen et citharam retinuit. Vide lib. III. de Rep. pag. 196. ed. Cantab. Hinc Anacharsis, *ἐρωτηθεὶς εἰ εἰσὶν ἐν Σκύθαις αὐλοί; εἶπεν, ἀλλ' οὐδὲ ἄμπελοι.* Quasi tibia solis commessationibus esset apta nata. Responsum memorant Diogenes Laertius I, 104. aliique plurimi. Aelianus V. H. III, 14. *Ἅτε δὲ ὑπὸ τῆς μέθης καὶ τοῦ οἴνου διαῤῥέοντες (Βυζάντιοι) ΑΥΛΟΥ μὲν ἀκούοντες χαίρουσι, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῖς ΑΥΛΕΙΣΘΑΙ ἐστι.* Si tamen Athenaeo credimus, apud Pythagoreos aliter se res habebat. *Καὶ τῶν*, inquit ille lib. IV. pag. 184. *καὶ τῶν Πυθαγορικῶν δὲ πολλοὶ τὴν ΑΥΛΗΤΙΚΗΝ ἤσκησαν, ὡς Εὐφράνωρ τε καὶ Ἀρχύτας, Φιλόλαός τε ἄλλοι τε οὐκ ὀλίγοι.* Adeatur etiam Scholiastes Hermogenis, quem laudat Is. Casaubonus ad Deipnosophistae XIV, 5. Utcunque sit, sapientiae studiosos *ante Laelii aetatem et Scipionis non reperit* Cicero, *quos appellare posset nominatim*, ut ait infra cap. 3. et ex evanidis huiusmodi vestigiis perperam colligitur, veterrimos Quirites instituta Pythagorica sequutos esse; cum talis morum similitudo forte fortuna possit evenire. Noster tamen non solus fuit qui Romanos mores Pythagoricis similes fuisse censuit; eadem enim Castoris erat opinio. Vide Plutarchum Quaest. Rom. p. 266. *D.*

Ex quo perspicuum est, et cantus etc.] Unus Ox. *Ergo persp. est:* alius *et cantus tamen fuisse.* Mon. 2. *et cantus tunc fuisse. Mr.*

et cantus tum fuisse rescriptos vocum sonis, et carmina.] „Mallem *descriptos*, quia proprie et parum remote a litera, respondetque Graeco verbo *ἀναγεγραμμένους*. Sed quo modo *vocum sonis?* an soni in tabulas referebantur? itaque placebat Pantagatho, ut pro *sonis* legeretur *notis.*“ *Ursinus.* „Turnebus legit *rescriptos* [Adversarr. 3, 23.] ut respondeat Graecae voci *ἀναγεγραμμένους.*“ *Lambin.* Edidit videlicet L. et cum eo Fr. Fabr. *descriptos.* „*Rescriptos* habent omnes nostri MSS. Pall. Fabr. Gembl. Victor. ed. in Vatican. quoque *rescriptos*: et supra scriptum *descriptos.*“ *Gebh.* „Quum tamen Livius initio libri VII, dicat [§. 7.] *descripto ad tibicinem cantu*, inde et hoc loco Tullii manum coniici posse statuebat pater in notis ad eius caput II.“ *Gronov.* Dav. in Ed. 1. haec: „Cum libri manu exarati

carmina. Quamquam id quidem etiam duodecim tabulae 4.

summe consensu vulgatam lectionem retinerent, eam esse sollicitandam non arbitror. *Rescriptos vocum sonis* Graece dixeris *φθόγγους ἀναγεγραμμένους*, locique mens est: cantus suis sonis iam tum scriptos et notatos fuisse, quemadmodum recte monuit Hadr. Turnebus Advers. lib. VII. c. 17." Idem habet etiam Fr. Fabr. in annot. „Nihil dicit Cicero unde certum esse videatur, iam tum fuisse sonos notis notatos: eae certe ad canendum non requirebantur. Nulla virorum doctorum coniectura satisfacit. Equidem crediderim a Cicerone profectum: *cantus tum fuisse praescriptis vocum sonis:* quo significaretur habuisse aliquid musicae artis veteres Romanos." *Bouhier.* „*Rescriptos* habent MSS. et Edd. vett. probo J. Fr. Gronovii correctionem *descriptos* ex Livio VII. 1." *Ern.*

Rescriptos *vocum sonis et carmina*] J. F. Gronovius ad Livii VII, 2. emendabat *descriptos*. Eamque lectionem prae se fert editio Coloniensis a Fr. Fabricio curata. Pantagathus etiam reponit *vocum notis*, quod non placet. Vide Augustinum C. D. II, 21. Si qui sunt, quibus a vulgata scriptura recedere sit religio, videant ii Turnebum Advers. lib. VII. cap. 17. is enim eam non incommode defendit. *D.*

Rescriptos vocum sonis] „Puto legendum *restrictos*." *Nissen.* Ern. in Clav. Cic. v. *rescribere* interpretatur: cantuum illorum certos modos esse factos signisque expressos, quod nos vocamus componiren. Orellio non displicet Ursini emendatio, eamque probat etiam Wolfius in scholis. Addit ille: qui vulgatam defendunt, explicare debent de notis a musicis supra singulas syllabas positis. Convertit ea verba Koehlerus in Praef. ad Catulli Epithalam. Pelei et Thetid. p. XV. „dafs einige [volebat, opinor, eigene] Melodieen auf die Lieder componirt wurden. Kernius: dafs es damals den musikalischen Tönen untergelegte Gesänge und Gedichte gab. Kühnerus: „*Rescribere* est cantus et carmina *scribendo* (h. e. notis signisve) *revocare* vel redigere ad aptos vocum sonos." Quod quomodo probari possit, recte quaerit Or. Equidem in tanto Codicum consensu (nam solus Mon. 2. habet *perscriptos:* quod non displiceret, si melior accederet auctoritas) nihil muto: fateor tamen non improbari mihi *descriptos:* neque quidquam facilius permutari saepiusque, quam syllabas *de* et *re* in verbis compositis, nube exemplorum allata, docuit Drakenborch. ad Liv. IX. 10. 6. ubi pro *rescriptae* nonnulli libri habent *descriptae*: idque fieri monuit similitudine ductuum in literis D et R, laudans Gronov. Diatr. Stat. c. 52. p. 364. Duker. ad Flor. I. 22. 2. et suam ann. ad VI. 25. 8. Adde Scioppi Ant. Crit. p. 54. ed. Amst. 1662. ubi ex duobus MSS. apud Plautum Mil. Glor. Arg. 2. [8.] citatur *revortitur* pro *devartitur*. Quod vero W. in scholis cum Pantagatho praetulit *vocum notis*, ad id vere monet Or. accuratius videri vulgatam significare notas, quibus sonos acutos et graves indicare soliti fuerint musici. Pro *sonis* Gud. 2. habet *sonos*, quod est correctoris, qui eam vocem antecedenti *rescriptos* accommodatam vellet, ut dicat Cicero: *cantus fuerunt rescripti vocum soni*. Pro *carmina* in Vind. 1. est *carmine*, in Aug. *carminis*, in quibus habes rursus irritos correctorum conatus. *Mr.*

Quamquam id quidem etiam duodecim tabulae declarant,] Cod. Mon. 2. *id quod etiam*. Gud. et unus Ox. delent *etiam*. Locus est Tab. VIII. 1. Dirksen. p. 733: *si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri*: vid. Cic. de Rep. IV. 10. p. 436. ed. nostr. ubi vid. ann. nostr. In J. N. Funccii Legg. XII. Tabb. est Tab. VII. Lex. 8: *Sei. quei. pipulod. ocentasit.*

declarant, condi iam tum solitum esse carmen: quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, lege sanxerunt. Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est, quod et deorum pulvinaribus, et epulis magistratuum fides praecinunt: quod proprium eius fuit, de qua loquor, disciplinae. p. 210. a. Mihi quidem etiam Appii Caeci carmen, quod valde Panae-

carmenve. condisit. quod. infamiam. facsit. flacitiomq. alterei. fuste. feritod. p. 315 — 321. Apud Dirksenium in: Uebersicht d. Versuche z. Krit. d. XII. Tafeln Fragm. ealex est p. 507—516. *Mr.*

condi iam tum solitum esse carmen] Vocem *tum* omittit Cod. Aug. In Cod. Duisb. est *tñ* i. e. *tamen*, ortum e *tū*. Edd. P. A. B. C. Asc. 2. Junt. *tunc*. In Ven. nostr. scribitur *conditum*: *tunc*. *Mr.*

Quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, lege sanxerunt] Noster de Rep. lib. IV. apud Augustinum C. D. lib. II. cap. 9. *Duodecim tabulae cum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt, si quis — carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri.* Vide sis et capp. 12, 14. ac Interpretes ad Horatii Serm. lib. II. Eclog. I. 82. et lib. II. Epist. I. 152. *D.*

quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam] Verb. in marg. ex MS. *in alterius*. Vind. 1. *ad alicuius*. Ad rem cf. Munck. de Pomponio Atellanarum poëta p. 11. Ad verba *lege sanxerunt* Leodegarius laudat Alex. ab Alex. Dierr. Geniall. VI. 10. [ubi vid. Tiraquell. Annotatt. p. 899.] Ad lectionem Gebhardus: „Reduxi, ait, *lege* ex Victorii editione, Pall. quarto, quinto. Vatican. *tamen in alterius iniuriam legem sanxerunt*. Vulgo *leges sanxerunt*." Scribitur *lege* in Edd. quoque Rob. Steph. Cam. (ap. Herwag.) Leod. et post Gebh. in omnibus: habent idem Codd. quantum scimus omnes, excepto Mon. 1. qui habet *leges*, et Gud. 2. qui exhibet *leges auxerunt*. Post *illud* omittunt *non* duo Oxx. In Vind. 1. scribitur *non illud*, ut est etiam in Gud. 2. In Rehd. post *argumentum* omittitur *est*. *Mr.*

quod et deorum pulvinaribus et epulis magistratuum fides praecinunt] „Non sunt voces *pulv. et epulis* dandi, sed auferendi casu positae, et significant tempus, quo pulvinaria sternuntur aut epulae exhibentur, quemadmodum *gladiatoribus*, *ludis* et similia sexcenties occurrunt, quae hic multis inculcare nil attinet." *Verburg.* Gud. omittit *et* ante *deorum*. *Mr.*

Deorum pulvinaribus] Solennibus epulis, cum fierent lectisternia. Vide Cl. Salmasium Exercit. Plin. pag. 122. *D.*

deorum pulvinaribus] Quem laudat Dav. Salmasii in Exercitt. Plinn. locum, is est p. 86. b. B. Ed. Traj. ad Rh. 1689. f. m. Unus Ox. habet *epulos*, omisso *et*: alius *magistratum*. Pergit Mon. 2. *fides et corde praecinunt*, ubi habes glossam corruptam *et chordae*, quam in marg. adscriptam habet Verb. Verba *fides praecinunt* W. in scholis explicat *fidibus praecinitur*. Mire Ern.: „De re praeterita, ait, sermo est. ergo *praecinuerunt*." In seqq. Cod. unus Ox.: *de quo loquor*. Duisb. *de qua loquar disciplinam*. *Mr.*

Mihi quidem etiam Appii Caeci carmen,] „Bal. noster *mihi quidem Appii Caeci carmen — — Pythagoreum* videtur. Certe *illud etiam* nesciunt Eliens. pr. et Bak. atque omnino deleri debet; cum paullo post recurrat, nec multo ante ponatur." *Dav.* in Ed. 2. — „Delevi *etiam* auctoribus MSS. ap. Davis. et quia rursus est in sequente argumento." *Ern.* Nimirum nesciebat Ern. Davisium in Ed. 8. delevisse illam annotationem, et ex Cod. Reg. *etiam* servandum existimasse. Et habent *etiam*, praeter Regium, octo Oxx. (nisi quod in

tius laudat epistola quadam, quae est ad Q. Tuberonem, Pythagoreorum videtur. Multa etiam sunt in nostris institutis ducta ab illis: quae praetereo, ne ea, quae peperisse ipsi putamur, aliunde didicisse videamur. Sed, ut ad pro- 5.

---

uno est *et*) Bern. Gud. 1. 2. Aug. Vind. 1. Marb. Mon. 1. 2. Duisb. Rehd. Abiecerunt, cum Ernesto, Alt. Bip. Nobb. In Cod. Vind. 2. scriptum est *mihi equidem*. Ad W. scholas Orellius, ad v. *carmen*, addit explicandi causa *morale*, monens tria, praeter hunc locum, exstare eius tantum vestigia, apud Pseudo-Sallustium de rep. ord. 1, 1. Festum v. *Stuprum*, Priscian. 8. p. 792. P. coll. Spalding. ad Quintil. T. 4. p. 591. Pythagoricum autem illud carmen non fuisse videri. *Mr.*

quod — Panaetius laudat — epistola quadam] Erat haec epistola ad Qu. Tuberonem *de dolore patiendo*, ut discimus ex ipso Cicerone de Finn. IV. 9. 23. ubi vid. Goerenz. p. 450. Add. van Lynden. in Disp. de Panaetio p. 116. sq. qui Fabricium erroris arguens ipse errasse videtur. Ceterum vid. de Appio Claudio Caeco, cui ante Caecitatem nomen fuit Crasso, P. Clodii abavo, vid. Ern. Clav. Cic., itemque de Q. Aelio Tuberone, Stoico, Africani min. sororis filio. De utroque Cicero non semel loquitur. De posteriore v. etiam Lyndenium l. c. p. 51. — Legitur *in epistola* in Codd. Rehd. Duisb. Mon. 2. De scriptionis hac differentia vid. R. Klotz. in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1834. 4. p. 418. In Marb. est *eplā*, in Mon. 2. deest *quadam*. Cod. Reg. habet *est atque Tuberonem* et cum eo Gud. 1. In duobus Oxx. Marb. et Gud. 2. omittitur praenomen *Q*. *Mr.*

Pythagoreorum videtur] „Unus Leid. et unus Davisii [Bal., ut vidimus] itemque mea Ed. vet. habent *Pythagoreum*, et ita sine dubio est legendum.“ *Bouh.* „Semper mihi displicuit *Pythagoreorum*. Quia in MSS. Paris. et ed. vet. est *Pythagoreum*, id recepi.“ *Ern.* Errat Ern. de Codd. Paris. Lallemannus enim, qui Bouhierii sententiam refert, disertis verbis ait Regios non abire a vulgatis. Ceterum nec ego diffiteor magis mihi placere lectionem ab Ern. Schz. FAWolf. Nobb. receptam. Sed auctoritate nititur fere nulla. *Pythagoreum* habent nonnisi tres Oxx. peioris notae et Vind. 1; posterior praeponit *videtur*. Rehd. exhibet *Pythagoricorum*. *Mr.*

Multa etiam sunt] „Hoc modo procedunt verba ex ed. Victorii, quinque Pall. Fabr. Pith. alias *multa sunt etiam*.“ *Gebh.* Posteriorem ordinem habent Edd. ante Gebh. (exceptis Rob. Steph. Cam. Leod.) et Cod. Vind. 1. In Gud. 1. est *multae*; Gud. 2. omittit *sunt*. Unus Ox. habet *in meis*. Ern. in ann. se *dicta* ait mutasse in *ducta*: Or. vero illud neque priores Edd. habere monet, neque Gebhardum. Certe habent *ducta* Ed. Grut. 1618, Gronov. Verb. Alt. Sed *dicta* reperio in Ed. Amst. ap. Blaeu. 1659. 12. p. 446. Idem habet unus Ox. Cod. Duisb. exhibet *ducta ab hiis*. Intelligit Pythagoreos. Quod vero h. l. dixit *ab illis*, facile inde aliquis suspicetur, in antecedentibus veram esse lectionem *Pythagoreum*, ut nostro loco fuerit constructio ad σύνεσιν, quam obliteraverit in veteribus exemplaribus corrector aliquis, voci *illis* illam antecedentem accommodans scribendo *Pythagoreorum*. A qua ego sententia me non alienum esse profiteor. *Mr.*

ne ea, quae peperisse ipsi putamur, aliunde etc.] „Varie agitatus locus in scriptis libris; quas turbellas proponere exiguae operae est. Palat. prim. *ut ea quoque peperisse ipsi putem*. tert. *ne ea quae perperisse ipse*. iterum prim. *nostros aliud didicisse*. *videantur omnia consequi*. tert. *nostros aliunde didicisse videamur*. quart. *ne peperisse*

positum redeat oratio: quam brevi tempore, quot et quanti poetae, qui autem oratores exstiterunt! facile ut appareat, nostros omnia consequi potuisse, simul ut velle coepissent.

---

ea quae percepisse ipsi putamur. acute; modo legamus *putemur.* quint. *ne ea peperisse ipsi putemur aliunde didicisse videamur.*" *Gebh.*

Quae peperisse *ipsi putamur*] Cum Reg. Pithoean. et Pal. tert. *perperisse* nobis exhibeant, eo quidem ducunt, ut non inepte corrigatur *repperisse.* Non tamen in se mala est recepta lectio. Vide sis nostrum in Oratore cap. 32. *D.*

quae peperisse ipsi putamur] „Non sic moveor MSS. illis, qui *percepisse* et *perperisse* exhibent, ut ex iis vestigiis *repperisse* scribendum existimem: [Hoc contra Dav. dicit, cuius in Ed. 2. annotatio non habet verba „*Non tamen*" etc.] idem enim verbi *parere* usus ac vis est. Sic Fin. III. 1... *nobis, quibus etiam verba parienda sunt.* in Or. 32: *et postea qui dialectici dicuntur, spinosiora multa peperere runt.* Fam. IV. 13: *sed illa etiam, quae ipse ingenio studioque peperisti.* N. D. II. 29... *qui ista peperit homo sine arte, sine literis.* vide quoque Leg. II. 14." *Wopkens.* l. c. p. 88. [121. Hand.] „Davisius *reperisse* [videlicet in Ed. 2.], quod melius respondet verbo *didicisse,* etsi de inventione *parere* et *gignere* eleganter dicitur." *Ern.* Ipse Dav. in Ed. 3. vidit non necessariam esse suam emendationem. Ceterum valde variant nostri etiam libri. Mon. 1. Gud. et unus Ox. habent *ne ea quoque pep.* Rehd. cum uno Ox. omittit *quae:* idque abest etiam a Duisb. In Reg. legitur *perperisse,* in Gud. *percepisse.* Unus Ox. omittit *ipsi,* alius habet *pepercisse.* Idem cum alio, Mon. 1. Rehd. Gud. Duisb. Aug. *putemur,* Mon. 2. *mutemur.* Pro *aliunde* unus Ox. habet *non etiam.* Gud. 2. omittit *putamur.* Idem cum Gud. 1. Reg. quatuor Oxx. Gud. Behd. Duisb. Mon. 1. verba *aliunde — videamur,* hic omissa, paullo inferius post *nostros* reposita habent, ita tamen, ut in his quoque sit aliqua varietas. Unus Ox. ea plane omittit, duo habent *al. did. videanturque,* unus *aliunde didicisse videantur,* Mon. 1. *nostros aliud didicisse. Videantur omnia.* Rehd. *aliunde didicisse ut videantur omnia.* Duisb. *aliunde didicisse et videantur.* Gud. *al. did. et videamur.* Error videtur admodum vetustus. — Post *Sed* Mon. 2. omittit *ut. Mr.*

quam — quot — quanti — qui] Huius constructionis exempla vid. apud Moebium ad Cic. Catil. IV. 9. 19. 234. add. A. Matthiae ad eund. loc. p. 172. — Cod. Mon. 2. habet *quamob rembrevi.* Orta sunt media ex posteriore vocabulo, vel bis scripto, vel ab aliquo scriba perperam lecto. *Mr.*

quanti poetae] „De his quidem minus gloriose loquitur in prima Tusc., quod poeticam minus in pretio dicat fuisse priscis temporibus." *Camer.* [I. 2. 3.] — „*Qui — oratores* i. e. quam multi, quam clari, interrogative legendum. [non esse hanc interrogationem, sed exclamationem, facile cuivis inspicienti patet. dixit tamen etiam Hand. in Tursellino p. 562, *autem* h. l. in interrogatione poni: voluit, opinor, exclamatione:] ipse in Bruto percenset nominatim infinitos prope oratores latinos." *Beroald.* Iam vero vid. Ellendtii Hist. Crit. Eloq. Rom. praemissam editioni Bruti Ciceroniani (Regimont. Pruss. 1825.) et H. Meyeri Oratorum Romanorum Fragmenta (Turici 1832). Ceterum ad v. *autem,* quae inservit gradationi orationis indicandae, commode laudat Kühn. Tusc. V. 20. 57. Ad structuram *facile ut appareat* vid. quae monuimus ad II. 4. 12: *iis ut fuerit.* — *Mr.*

simul ut velle coepissent.] Laudat Or. de hac constructione, a librariis saepe obliterata, Cic. ad Q. Fratr. II. 6. 3. Acadd. II. §. 58.

Sed de ceteris studiis alio loco et dicemus, si usus fuerit, 3
et saepe diximus. Sapientiae studium vetus id quidem in nostris: sed tamen ante Laelii aetatem et Scipionis non reperio, quos appellare possim nominatim. Quibus adolescentibus Stoicum Diogenem et Academicum Carneadem video ad Senatum ab Atheniensibus missos esse legatos. Qui quum rei publicae nullam umquam partem attigissent, esset-

---

Sic Cod. Vind. 1. habet *simul ac*, Gud. 2. *simul et*. Idem post coepissent addit *putamus*. Unus Ox. habet *velle potuissent*. Jac. Gronov. ad Liv. VI. 1. 6. nostro loco legi volebat *simul velle*, refutatus ibidem a Dukero. Conf. ad eundem locum Drakenb. p. 15. sq. ed. Stuttg. Add. Tursellin. de Particul. p. 950. ed. Schwarz. Goerenz. ad loeum Acadd. laud. p. 98. *Mr.*

Sed de ceteris studiis alio loco et dicemus] Duo Oxx. omittunt *studiis*. Vocem *et* omittunt iidem, cum Vind. 1. In Mon. 2. legitur *dictemus* pro *dicemus*. Scriptionem *si usus fuerit*, quod vix operae pretium fuit, defendi in Symbolarum Critt. Specim. I. p. 18. contra aliquem, qui corrigi volebat *si usus feret*, vel *si usus tulerit*, vel *si opus fuerit*: quod nunc non repeto: sed iis, quos ibi laudavi, adde, quae supra monui ad II. 16. 37; praeterea F. Lindemann. de formulis *Usu venire* et *Usu evenire* in Seebodii N. Archiv. f. Philol. 1826. I. 5. 6. p. 137. eiusd. Lindemanni Addenda ad editionem librorum ad Herenn. (Lips. 1828.) p. 699 — 703. de nostro loco p. 700. Otto in Excurs. II. ad Cic. Cat. maj. p. 224 — 230. nos ad Tusc. I. 30. 73. Ceterum in uno Ox. re vera est, quod volebat ille corrector, *si opus fuerit*. — Pergit Cod. Vind. 1. *ac saepe diximus*. Idem habet *vetus et quidem*. — Verbis *Sapientiae studium* philosophiam intelligi nemo est quin videat. De locutione *vetus id quidem — sed tamen* idem fere dicendum, quod supra I. 3. 6. ad verba *ab optimis illis quidem viris*, ubi v. annot. *Mr.*

Sed tamen ante Laelii aetatem et Scipionis] De utroque accuratius loquitur Cicero in Bruto 21, 83. de Amicit. 2. de Rep. I. 12. cf. Ellendt in Hist. Crit. Eloqu. Rom. p. 25. — 30. — In Cod. Aug. legitur *non reperi*. Mox. unus Ox. habet *possum* pro *possim*. Gud. 1. *no nominatim* (sic). Gud. 2. *quibus adulescentes*. *Mr.*

Stoicum Diogenem et Academicum Carneadem] „Hanc in rem cf. Gellius N. A. XVII. 21. XV. 11. Sueton. de Clar. Orat. c. 1. Athenaeum XII. c. 68. XIII. p. 610. F. cum Animadverss. T. VII. p. 313. Fabric. B. Gr. T. III. p. 483. Kühner. de Ciceron. in Philosophiam meritis p. 9. sqq. Interpretes ad Diog. Laert. VI. 81. Levezow. Commentat. de Carneade Diogene et Critolae et de causis neglecti studii philosophiae apud antiquos Romanos. Stettin, 1795." *Schuch.* Diogenes fuit Babylonius, Carneades Cyrenaeus. Tertium, Critolaum Peripateticum, ut minus clarum, praeterit Cicero. Fuit ea legatio a. u. c. 595. — Scribitur *Diogenen* in Gud. 1. ut (sine dubio e Reg.) edidit Dav. *Dyogenem et Achademicum* in Mon. 2. Posterius habet etiam Marb. Pro *video* in uno Ox. est *videto*. De eo, qui hic obtinet, verbi *video* usu vid. Beier. ad Laelium 16, 56. p. 89. ed. maj. *Mr.*

missos esse legatos] „Factum hoc est oratore M. Catone in civitate et Plauto poeta in scena florente, quod est adolescentiae Scipionis et Laelii tempus." *Camerar.* Codd. Vind. 1. et Aug. pro *esse legatos* habent *legatos esse*. Gud. omittit *esse*. Unde aliquis spurium esse suspicetur verbum substantivum. *Mr.*

Qui quum rei publicae nullam unquam partem] Cod. Mon. 2. *nullum reipublicae*. Vind. 1. *partem nullam unquam*. Duisb. *nullam*

que eorum alter Cyrenaeus, alter Babylonius; numquam profecto scholis essent excitati, neque ad illud munus electi, nisi in quibusdam principibus, temporibus illis, fuissent studia doctrinae. Qui, quum cetera literis mandarent, alii ius civile, alii orationes suas, alii monumenta maiorum; hanc amplissimam omnium artium, bene vivendi disciplinam, vita magis
6. quam literis persecuti sunt. Itaque illius verae elegantisque philosophiae, quae ducta a Socrate in Peripateticis adhuc

---

attigissent partem unquam. Rehd. *nunquam ullam.* Mon. 1. *atque eorum* pro. *essetque eorum.* Scribitur *essentque* in Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph. Crat. Herw. Ald. Boul. Brut. HWolf. Sturm. Car. Steph. Lambb. Goth. et sine dubio in compluribus ab Or. collatis. Pergit Mon. 2. *alterum eorum.* Verba *alter Cyrenaeus* desunt in uno Ox. *Mr.*

Nunquam profecto scholis etc. Hoc ratiocinium (manes ignoscant Ciceronis) insubidum prorsus est et ficulneum; nam ne minime quidem ostendit, Romanos philosophiam tum temporis in pretio habuisse; docet solummodo, hosce viros illi muneri pares ab Atheniensibus existimatos esse; ut erant sane propter dicendi facultatem, quae cum apud studiorum rudes, tum apud peritos vim suam exserit. Audiamus Plutarchum vit. Caton. Mai. Tom. I. pag. 349. *Πρέσβεις Ἀθήνησιν ἦλθον εἰς Ῥώμην οἱ περὶ Καρνεάδην τὸν Ἀκαδημαϊκὸν καὶ Διογένη τὸν Στωϊκὸν φιλόσοφον, καταδίκην τινὰ παραιτησόμενοι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, ἣν ἐρήμην ὤφλον, Ὡρωπίων μὲν διωξάντων, Σικυωνίων δὲ καταψηφισαμένων, τίμημα πεντακοσίων ταλάντων ἔχουσαν — Ἐμέμψατο (Κάτων) τοῖς ἄρχουσιν ὅτι πρεσβεία κάθηται πολὺν χρόνον ἄπρακτος ἀνδρῶν, ΟΙ ΠΕΡΙ ΠΑΝΤΟΣ, ΟΥ ΒΟΥΛΟΙΝΤΟ, ΡΑΔΙΩΣ ΠΕΙΘΕΙΝ ΔΥΝΑΝΤΑΙ.* His Critolaum Peripateticum accenset, eorumque omnium facundiam laudat Agellius N. A. VII, 14. Plura dabunt Joan. Schefferus et Joach. Kuhnius ad Aeliani V. H. lib. III. c. 17. *D.*

nunquam profecto scholis essent excitati] Unus Ox. *profecti soli.* Mon. 2. *profecto a scolis*: quod est correctoris, qui debebat certe scribere *e* pro *a*. Sed structura est, ut de N. D. II. 56. *humo excitati.* Vind. 1. habet *essent scholis.* Quinque Oxx. *exercitati.* Aug. *est* [volebat *ex*] *scolis essent.* Gud. 2. *nunquam essent profecto scolis excitati.* Est etiam *exercitati* in Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. In Cod. Gud. 2. est *illud minus.* Aug. omittit *electi.* Qui sequuntur *principes* intelligendos esse Romanos facile patet. Est vero *principiis* pro *principibus* in Ed. P. Mox unus Ox. *caeteri* pro *cetera*: idem omittit verba *alii orationes suas.* Aug. omittit *temporibus.* Gud. 2. habet *oratores suos. Mr.*

alii monumenta maiorum] „i. e. res a maioribus gestas et memoria dignas.“ *Ern.* In proximis Gud. 2. omittit *omnium.* Ad verba *vita magis quam literis* Kühn. laudat de Finn. III. 3. 11. et suum de Cic. in Philos. meritis librum p. 9. — Scribitur *prosecuti* in tribus Oxx. Aug. Vind. 1. Mon. 2. — Mox Cod. Gud. 2. et Ed. P. *dicta* pro *ducta.* Duo Oxx. *ducta est*, quorum unus omittit *in* post *Socrate. Mr.*

in Peripateticis] „Veterem Academiam dicit, ut et alibi a Platone et Socrate has familias deducit, qui, *re consentientes, vocabulis differebant*, ut ait de Finib. IV. [26.] Ita autem accepimus, quod quidem ad auctorem Ammonium refertur solitum Platonem etiam, corporis exercendi gratia, obambulantem in Academiae spatiis docere familiares suos, unde illi philosophi περιπατητικοὶ dicti fuere. Postea Platonei

permansit, et idem alio modo dicentibus Stoïcis, quum Academici eorum controversias disceptarent, nulla fere sunt aut pauca admodum Latina monumenta, sive propter magnitudinem rerum occupationemque hominum, sive etiam, b. quod imperitis ea probari posse non arbitrabantur: quum

---

et sororis illius filio, Speusippo, mortuo cum Xenocratem alii, alii Aristotelem sequerentur, diversa studia fuere, et in Academia quidem remansit Xenocrates, Aristoteles autem in Lyceum (porticus ea Athenis fuit) concessit. Ita illi Academici, hi Lyciaci cognominati fuere: communi autem nomine περιπατητικοὶ utrique. Postea Aristotelici hanc ἀπὸ τοῦ περιπάτου, amisso loci cognomento, appellationem: Xenocratei autem loci retinuerunt, ut Academici dicerentur. Mox Zeno, qui Polemonem, Xenocratis successorem, audiverat, quaedam in illa disciplina corrigere et exactius constituere tentavit. Ita orta fuit alia *novae Academiae* secta, inque hac princeps Arcesilas, omnium aliorum placita refellens. Hos nunc disceptatores dicit controversiarum, quae essent inter Stoicos et superiores; id est diiudicatores, ut apud Livium L. V.: *nunc de ipsa conditione dicere militantium libet: quam orationem non apud vos solum, sed etiam in castris si habeatur, ipso exercitu disceptante aequam arbitror videri posse.* Et XXXIV. *missuros se in Africam, qui inter populum Carthaginiensem et regem in re praesenti disceptarent.*“ *Camerar.* Ad rem cf. prima libri IV. de Finn. capita De Academicis, qui hic intelliguntur, novae Academiae asseclis, vid. Kühner. de Cic. in philos. meritis p. 148. sq. — In Cod. Mon. 2. legitur *Stoycis cum Achademicorum controversias.* Scribitur *discerperent* in Ed. A. et uno Ox., alius habet *disputarent.* Ed. P. *dum* pro *quum.* Ad usum verbi *disceptandi* et nominum inde ductorum v. Cic. de Or. II. 72. ubi est *in dicendi disceptationem et controversiam vocari:* de Div. II. 72: *cum quibus omnis fere nobis disceptatio contentioque est.* Sed iudicandi vim habet Or. pro Mil. IX. de Legg. III. 3. II. 6. de leg. Agr. II. 21. III. 1. Or. Partit. 3. et 12. de Off. I. 37. Or. pro Caec. 2. Flacc. 38. Cael. 15. *Mr.*

nulla fere sunt aut pauca admodum Latina monumenta] Tres Oxx. *nullae*, quinque *ac* pro *aut*, unus eam vocem omittit. Habent etiam *ac* Gud. Gud. 1. Duisb. et Marb. In Gud. 2. est *nulla fere ac pauca* omisso *sunt*, ut in marg. Ed. Verb. ex MS. *Mr.*

occupationemque hominum] Cod. Aug. omittit *que.* Duo Oxx. habent *eorum* pro *rerum*, tum *occupationumque.* Habent *omnium* pro *hominum* Edd., ante Gebh. nisi quod in repetitis Lambinianis *hominum* est in marg. idque habere dicitur Lamb., quamquam non est in Ed. 1566. — „Placet in *res* et *homines* causam conferri, et ut res, sic homines nominari. Assentiar igitur veteri libro, qui *hominum* habet, non *omnium.*“ P. *Manutius.* „*Hominum* vet. cod., ita Pal. quart. ita Lamb. elegantius. Vulgo *omnium.*“ *Gebhard.* „*Omnium* habet non solum Ed. nostra vet. et fere omnes seqq. sed etiam Cod. Reg. [tacet nostra collatio: sed veri est simillimum.] et duo Leidd. idque non tam temere fuit loco movendum. Significat enim Cicero veteres Romanos ita fuisse negotiis occupatos publicis, ut non otium iis esset scribendi libros ad philosophiam pertinentes.“ *Bouh.* Habent *hominum* quinque Codd. Oxx. Vind. 1. 2. Inde a Gebh. omnes Edd. sic exhibent: et merito. Neque est quod doceam, quam facile illa vocabula permutari possint, et quam saepe sint confusa. Vid. modo Drakenb. ad Liv. I. 29. 13. p. 265. ed. Stuttg. *Mr.*

sive etiam quod imperitis ea probari] Mon. 2. omittit *etiam.* Vocem *imperitis* omittit Cod. Vind. 1. In uno Ox. et Marb. est *in*

interim illis silentibus C. Amafinius exstitit dicens: cuius

---

peritis. Rehd. habet *probare non posse.* Duo Oxx. *exprobari* pro *ea probari.* Iidem cum Edd. Asc. 1. et Junt. *arbitrantur* pro *arbitrabantur;* unus Ox. *arbitramur.*

C. Amafinius] „Vulgati libri hunc *Amafanium,* vetusti *Amafinium,* non solum hic, sed et Epistol. 19. [XV. 19.] ad Famil., ubi Victorii Annotationes lege.“ *Frc. Fabric.* Victorii annot. ad eum locum haec est: „Vetusti Codices *Amafinii,* etsi noster aliter operarum vitio habet, scilicet *Amafanii.* C. enim Amafinius Epicuri disciplinam sectatus edidit libros, qui eam rationem explicarent. Nam de Catio ex Horatio praecipue notum est: etsi hi videntur fuisse ex illis, quos legitimi Epicurei σοφιστὰς (ut ait Laërtius) soliti essent appellare: degenerabant enim nonnihil ab Epicuri decretis, ut inquit Cassius, mali erant Epicuri verborum interpretes. Amafinii multis aliis locis Cicero mentionem fecit, etsi fere semper hoc nomen corruptum aliquantulum est. In prooemio Lib. IV. Tusculanarum quaestionum bis *Amafanium* appellat: ubi tamen manu scripti Codices *Amafinium* habent: *Cum interim illis silentibus C. Amafinius extitit dicens.* Et paullo post iterum. Nos cum tot antiqui et probati Codices concurrant *Amafinium* legi debere existimamus. Sed cum hoc loco *Amasinii* ante in cunctis libris scriptum esset, aliis vero multis locis in Cicerone *Amafanius;* quis unquam putasset eundem intelligi debere? Non parum igitur haec menda, quae alioqui minuta videntur, saepe tenebrarum offundunt, ut omnia animadvertere non inutile nec ineptum negotium esse videatur.“ „*Amafinius* in Gryphii libro legitur, quomodo Lamb. excudendum curavit. ceteri habent *Amafanius.*“ *Brutus.* „Lambinus *Amasinius* (?), et ita est in Pall. tert. quart. In Pal. tamen quinto et Vaticano est *Amafinius;* vulgo *Amafanius.*“ *Gebh.* Or. edidit *Amafanius* addens, ita habere Gr. cuius magnam esse ait auctoritatem. Et posterius quidem vere: sed in priore erravit Vir Cl. Habet enim Cod. Gryphianus *Amafinius.* Idque habere ipse ait etiam Codicem Mediceum Epp. ad Famm. XV. 19. Habet etiam *Amafinius* Cod. Reg. sine dubio, quamvis taceat nostra collatio: est enim ita in eius simillimis, Gud. 1. (nisi quod hic habet *Amifin.*) Marb.; praeterea in quatuor Oxx. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 2. Edd. P. C. Brut. Gebh. Ern. FAWolf. Schz. Nobb. Dav. Reliquae Edd. habent *Amafanius;* ipse autem Or. apud Cic. Acadd. I. §. 5. edidit *Amafinii.* Ceterum habet unus Ox. *Camasimus,* alius *Amaphanius,* unus *Amicinius;* Aug. *Carnifinius,* Gud. 2. *Amasius.* Vind. 1. 2. *Amasinius. Mr.*

C. Amafinius] Sic et paullo post Epicureus iste nominatur, ut etiam lib. XV. Fam. Ep. 19. Alibi vero dicitur *Amafanius. D.*

C. Amafinius] „V. Falster. mem. obscur. p. 13. Fortasse apud Athenaeum XII. p. 511. pro *Ananius* hic Epicureus restituendus.“ *Schuch.*

exstitit dicens] „Vox *dicens* fortassis aliena est et foris profecta.“ *Marg. Lambb.* „*Dicens* prae se ferunt quinque Pall. Fabr. Pith. Unde coniecturâ non absurdâ Gulielm. *Picens.* Gembl. *docens.*“ *Gebh.*

Exstitit dicens] Ultimam vocem delet Lambinus; at illius loco Gulielmius legit *Picens.* Quid sibi velint eruditi illi viri, plane nescio. Nam Amafanium Picentem fuisse non constat, et *dicens* commode prorsus *illis silentibus* opponitur. Loquendi certe ratio bene se habet. Cicero in Orat. cap. 13. Est *enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis* loquens *Socrates.* Lactantius lib. II.

libris editis commota multitudo contulit se ad eandem potissimum disciplinam, sive quod erat cognitu perfacilis, sive quod invitabatur illecebris blandis voluptatis: sive etiam,

---

cap. XIII, 12. Aberrantes *a notitia Dei gentes* esse *coèperunt*. Vide quae notavimus ad scriptorem de Bell. Hispan. cap. 29. *D.*

exstitit dicens] „Quidquid dicat Dav. ferri nequit *dicens*: quumque nonnulli Codd. habeant *docens*, dubium non est, quin haec lectio manifesto proba sit restituenda.“ *Bouhier.* „Recte Buherius *docens* restituit ex duobus Codd. pro vulgato *dicens*; quod tamen servant regii.“ *Lallem.* „*Dicens* delet Lamb. certe offendit paullulum. Cicero potest venustatem ex antithetis *silere — dicere* quaesivisse, ut aliis locis: sed oppositum vocis *silentibus* est in sequente *editis libris*. Buh. ex ed. vetere dedit *docens*: quod non magis placet.“ *Ern.* „*Exstitit dicens* ferri utcunque potest. Ego vero malim *exstitit Epicureus*. Nihil frequentius quidem corruptum est, quam nomina propria.“ *Nissen.* Non simpliciter errare viros fere omnes, quorum annotationes attuli, non est quod multis doceam. Errant enim et in auctoritatibus laudandis: quod nemo est quin videat: et in re ipsa, ut satis, opinor docui ad Cic. de Div. I. 25. 52. *Exstitit dicens* nihil aliud est quam *prodiit* vel *exortus est dicens*. Ceterum Cod. Vind. I. habet *exstiterit, cuius editis libris*. Cod. Gud. 2. omittit *se*. Pro *eandem* (sc. Epicuream) legitur *eam* in Codd. Gud. I. 2. Marb. et uno Ox.; *eadem* in Mon. 2. Alius Ox. habet *potissimam*. Mox Rehd. *erat facilis cognitu*. *Mr.*

invitabatur illecebris blandae voluptatis:] „Vulgg. *illecebris blandis voluptatis*: mihi vero hanc lectionem suppeditarunt Norvic. et Petrens. a prima manu. Lucretius lib. II. pag. 263:

Inque locum quando remigrant fit blanda voluptas.

Atque iterum lib. IV. Pag. 567:

et quibus ipsa modis tractetur blanda voluptas. Davis. Ed. I.

invitabatur] „Ita Codd. omnes. Sed inesse videtur error in hac scriptione. Epicuri enim sic schola videtur fuisse invitata voluptatis illecebris, quamquam ea ipsa invitabat homines. Quare scribendum videtur *invitabat*.“ *Bouh. Illecebris blandae voluptatis* habent constanter regii Codd. cum Davisianis, non, ut vulgo, *blandis*.“ *Lallem.*

Illecebris blandis *voluptatis*] Eliens. sec. Balliol. et Petrens. a prima manu *blandae voluptatis*: quo modo locuti sunt Lucretius et Ovidius: sed ποιητικώτερον videtur. *D.*

invitabat illecebris blandae voluptatis] „Quia plures libri scr. habent *blandae*, id cum Davisio [vides h. l. Ernestum ne secundam quidem Davisii Editionem inspexisse, in qua iam *blandis* restitutum est:] recepi. tum pro *invitabatur* dedi *invitabat*, necessitate grammatica: nam refertur ad *disciplinam*, ut praecedens *erat*.“ *Ern.* „*Invitabat* sine causa pro vulgato *invitabatur* editum credo. Malim tamen *invitabantur*.“ *Nissen.* Receperunt *invitabantur* et *blandae* FAWolf. Schz. Or. Et hic quidem confert Cic. de Finn. I. 25: *multitudinem — quod ita putant*, improbatque Ernestinam correctionem *invitabat*: quam Bouhierii esse vidimus. Kühn. in eadem est sententia, videlicet per synesin scribi *invitabantur*: singularem ideo reprobat, quia pertinere videatur ad disciplinam. Servarunt *invitabatur* Nobb. et Tbn. sed iidem receperunt *blandae*. — „Libri omnes habent *sive quod invitabatur illecebris blandae voluptatis*: sed Ern. ex Bouhierii coniectura scripsit *invitabat*, id ad *disciplinam* referendum esse opinans: quod iure reiecit Or.; sed quod ipse cum Wolfio Schützioque scripsit: sive *invitabantur illecebris blandae voluptatis*, ita ut ad homines,

quia nihil erat prolatum melius, illud, quod erat, tenebant.
7. Post Amafinium autem multi eiusdem aemuli rationis multa quum scripsissent, Italiam totam occupaverunt: quodque maximum argumentum est, non dici illa subtiliter, quod et iam facile ediscantur, et ab indoctis probentur, id illi firmamentum esse disciplinae putant.

---

quod nomen contineretur *multitudinis* voce, referretur, non possum magis probare. Illud, quod est in libris, *invitabatur*, profecto est incorruptum, neque tamen ad multitudinem referendum, sed ita est dictum, quem ad modum saepe numero, ut ipsum in se orationis subiectum contineat. Nos eodem modo dicamus: — oder weil durch die Reize der schmeichlerischen Wollust eingeladen wurde (vel: man eingeladen wurde): — Idque recte instituit Cicero, quod non scripsit *invitabantur*, quoniam in eis demum, quae sequuntur, de istis hominibus erat dicendum, cetera universe dicenda.“ *Klotz.* Quaest. Tull. I. p. 131. sq. Equidem servavi *invitabatur*, quamquam Vind. 1. habet *invitabantur*: quod manifesto est correctoris. Quod vero ait Kl. in omnibus Codd. esse *blandae*, qui nullum Cod. adhibuerit, id quidem falsum est; nam optimi qui que habent *blandis*: Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. Duisb. Rehd. complures Oxx. et sine dubio etiam Gr. et Reg.: praeterea Edd. omnes usque ad Verb., qui primus ex Davisiana prima recepit *blandae*. Or. quem *blandae* recepisse diximus, posse videri ait in ea scriptione lenem Lucretii irrisionem, qui ter sic: 2, 966. 4, 1259. 5, 179: [*blanda voluptas*, in fine hexametri]. Est autem in tribus Oxx. et Cod. Rehd. *blandis voluptatibus*, in Duisb. *et blandis voluptatibus*: ubi agnoscis manum correctoris. In solo Gud. est *nutabatur* pro *invitabatur*, in Mon. 2. *invitebatur*; unus Ox. habet *votuptatem*. *Mr.*

quia nihil erat prolatum melius] Cod. Vind. 1. *quod* pro *quia*. Scripsi autem *erat prolatum* cum Davisio (reliquae Edd. inverso ordine *prolatum erat*) ex optimis libris, Gud. 1. 2. Aug. Marb. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. (nisi quod 2. habet *prolcratum* [sic]), et sic sine dubio est etiam in Reg. *Probatum* habent Edd. B. A. B. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. et unus Ox. In seqq. in nomine *Amafinii* eaedem sunt turbae, quae supra. Mon. 2. addit praenomen *C.* Mon. 1. omittit *autem* cum uno Ox. Quomodo Acadd. I. 2. 5. in illius philosophi nomine turbatum sit, vid. apud Goerenz. p. 8. *Mr.*

multi eiusdem aemuli rationis multa quum scripsissent,] „MS. liber ita habet: *Post Amafinium autem quum multi eiusdem aemuli rationis multa conscripsissent.*“ Fr. Fabr. Cod. Duisb. habet *cum multi aemuli rationis multa conscripsissent*, omisso *eiusdem*. Mon. 2. *aemuli orationes multas quum scripsissent*. Est etiam *conscripsissent* in uno Ox. et Vind. 2. Quod dicit *eiusdem aemuli rationis* pro *eiusdem scholae sectatores*, in eo ad Graecorum loquendi rationem se accommodavit, qui voce ζηλωτὴς nonnunquam ita uterentur. *Mr.*

Et *facile ediscantur*] Vulgo *etiam*. Nos Mstum Petrens. sequimur. Quin et uterque Manucius olim sic ediderat. *D.*

quod et iam facile ediscantur,] Ita dedi cum Ed. Tbn. ex facillima correctione Orellii, cum *etiam* habeant optimi libri Reg. Gud 1. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Marb. Mon. 1. quinque Oxx. Edd. pleraeque ante Dav. (qui in Ed. 2. dedit *qui tam facile*) Ern. Reliqui cum Dav. faciunt, ex Edd. praeter Ald. etiam Car. Steph. Beal. Sylb. Brut. Leod. Lall. Bip. FAWolf. Schz. Nobb. Or. Illud *et iam* explicat Or.: ex quo semel ab Amafanio sunt prolata: improbante

Sed defendat quod quisque sentit: sunt enim iudicia li- 4
bera: nos institutum tenebimus, nulliusque unius disciplinae

Kühnero. Unus Ox. habet *aedificantur*. Sequens *et* omittit Cod. Rehd. In Cod. Mon. 2. est *discantur*. In Mon. 1. *disciplinae esse*. Verbum *esse* a Cod. nescio quo abesse ait Verb. *Mr.*

c. 4. *Sed defendat quidem quod quisque sentit*] „Ita excusi omnes habent, praeter Victor. in cuius Ed. abest vox *quidem*, ut etiam in Gryph. libro." *Brut.* „Teneatur Victorii lectio, quam habent etiam Pall. sec. tert. quint. Vatic. Fabr. Pith. — Pal. quart. *si defendat unusquisque quod sentit*." *Gebh.*

Cap. 4. *Sed defendat, quod* quisque *sentit*] Sic Horatius Serm. lib. II. Ecl. I, 50.

Ut, quo quisque valet, suspectos terreat —

At Pal. quartus, *sed defendat* unusquisque, *quod sentit*. Librarius ad usitatum verborum ordinem propius voluit accedere. *D.*

Sed defendat quod quisque sentit] „Verborum ordinem, quamquam librariis improbabatur, optimo iure defendit Davisius. Sed loco Horatii ab eo allato adde supra I. c. 4: *Ponere iubebam, de quo quis audire vellet* i. e. Ponere quem iubebam, de quo audire vellet. In hac re Graecos imitati sunt Romani. Sic Dionys. Halic. Antiq. I, 48: *χρινέτω δ' ὡς ἕκαστος τῶν ἀκουόντων βούλεται*. Josephus Ant. II. 16, 5: *περὶ μὲν οὖν τούτων ὡς ἑκάστῳ δοκεῖ διαλαμβανέτω*." *Wopkens.* l. c. p. 88. [121 sq. Hand.] „Perperam Wopk. scripsit *sentiat*. Exemplis allatis adde Liv. 21, 58, 9: *tantaque vis frigoris insequuta est, ut ex illa miserabili hominum iumentorum* [scr. *iumentorumque strage*] *quum se quisque attollere ac levare vellet, diu nequiret*." *Hand.* 1. c. Probam lectionem habent Codd. Reg. Aug. Rehd. Duisb. Vind. 1. 2. septem Oxx. Proxime accedunt Gud. 1. 2. Marb. in quibus est *quo* pro *quod*. Gud. habet *quisque quod*. Mon. *defendit quodque quisque*. Reliqui Codd. habent illud *quidem*: sed omiserunt Edd. S. E. V. Rob. Steph. Herw. HWolf. marg. MS. Asc. 2. et omnes inde a Gebh. Ad sententiam totius loci vid. Heusdii V. Cl. Initia Philos. Platon. II. 3. p. 175 — 178. *Mr.*

sunt enim iudicia libera] „Proverbialis sententia est illa Terentiana, *Quot capita, tot sententiae* [Phorm. II. 4. 14: *quot homines t. s.*] Antistius Labeo Augusto respondit *suum quemque iudicium habere*. [Sueton. Octav. 54.] et a Persio dictum est [V. 53.]: *Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno*." *Beroald.* Plura ad hanc sententiam vid. in Erasmi et all. Adagiis p. 31 sq. [Frcf. 1656. f. m.] In Cod. Gud. 2. scriptum est *sunt iudicia ubera*, omisso *enim*. Scribitur *nos hoc institutum* in Cod. Rehd. Edd. S. E. HWolf. In Gud. et Mon. 2. est *instituta*. Ad sequentia cuivis, opinor, in mentem veniet illud Horatii Epp. I, 1. 14:

Nullius addictus iurare in verba magistri.

Pro *adstricti* Dav. in Ed. 1. ediderat *adscripti*: et sic est in uno Cod. Leid. *Mr.*

Nulliusque *unius disciplinae legibus adstricti*] Vulgo *nullisque*. Emendationem vero Bentleianam recepimus, quod commodissima videbatur. Sic *nulla re una magis oratorem commendari* dixit noster in Bruto cap. LIX. *D.*

nulliusque unius — legibus adstricti] „Probatur mihi Bentleiana emendatio. Probo item, quod servat *adstricti*, quamvis habeant nonnulli Codd., in his unus Leid., *adscripti*." *Bouh.* „*Nulliusque — adscripti*: ita cum Davisio et Bentleio Codd. regii pro vulgato *nullisque — adstricti*." *Lall.* „Dedi *nulliusque* pro *nullisque*, ut vo-

legibus adstricti, quibus in Philosophia necessario pareamus, quid sit in quaque re maxime probabile, semper requiremus. Quod quum saepe alias, tum nuper in Tusculano studiose egimus. Itaque expositis tridui disputationibus, quartus dies hoc libro concluditur. Ut enim in inferiorem ambulationem

---

luit Bentleius. Sic dicimus *in nullius magistri verba iurare*, non *in nulla magistri verba*. Et sic habent MSS. Paris." *Ern.* „Vulgatum *nullisque* non debebat mutari. Nam *nullus* est pro *non*, uti saepe: ut si dicas, *non legibus unius disciplinae*. Sed *nullus unus* dicitur pro *nullus*; hoc autem loco *unus* est *certus*. Infra V. 29, 82: *quoniam ie nulla vincula impediunt ullius certae disciplinae*." *Nissen.* Fallitur sine dubio Lall. dicens *adscripti* esse in Codd. regiis. Neque probari potest Nissenii sententia diversa miscentis. Recte item monuit Or. *nullus unus* non dici simpliciter pro *nullus*, sed pro *nullus omnino*. Firmant autem Bentleii emendationem Codd. quatuor Oxx. Mon. 2. praeter eos, quos inspexit Lall. receperuntque post Dav. Lall. etiam Ern. FAWolf. Schz. Nobb. Or. *Nullisque* cum Edd. vett. et Codd. rell. restituit Tbn. Adde Goerenzii sententiam ad Cic. Acadd. I. 4. 16. p. 26. 8, 31. p. 50. in primis autem ad Cic. de Finn. V. 7, 19. p. 552. Accedit FAWolfii in scholis sententia. — Pro *unius* Cod. Rehd. *ullius*. Gud. habet *nullis*, omisso *que*. *Mr.*

quid sit in quaque re maxime probabile, semper requiramus] Cod. Marb. *in quacunque re*, unus Ox. *in qua re*. Vind. I. omittit *re* et *semper*; unus Ox. omittit *maxime*. Pro *requiremus* Vind. I. *requiramus*. Ed. P. et tres Codd. Oxx. *requirimus*: duo *inquiremus*. Jan. Gebh. in Crepund. III. 3. p. 110. [p. 470. ed. Schminck.] coniecit *anquiremus*, cum in primo Pal. sit *requirimus*, in sec. *inquiremus*. Non male: sed optimi consentiunt in *requiremus*, quod reprobari non potest. In seqq. Cod. Duisb. habet *alias saepe*: sed nostrum ordinem praefert Cic. etiam de Off. III. 11. 47: *cum saepe alias, tum maxime* — ubi vid. Gernhard. Plura exhibet Handius in Tursellino I. p. 223. ubi habes etiam duos locos, quibus inverso ordine ponuntur eae voces. Gud. 2. *tunc* pro *tum*. Mox pro *studiose egimus* Cod. Gud. *peregimus*, Marb. et Gud. 2. *saepe egimus*. Tum unus Ox. *dispositis*. Marb. *triduis*, duo Oxx. *triduo*. Gud. 2. *et positis*. *Mr.*

quartus dies hoc libro concluditur] „Est *concludetur* in mea Ed. vet. et melius quidem, ut mihi videtur. Ita dixit c. 3. libri III: *tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficiet*." *Bouhier.* „*Concludetur* dedi secutus libros [? vides hoc quoque loco, quantopere festinaverit vir ceteroqui de Cicerone meritissimus] a Buherio laudatos. Ego olim coniiciebam *concludatur*." *Ern.* „Nec vulgatum ineptum est. Cicero in hoc variat. II. 3. 9. *disputationem habitam non quasi narrantes exponimus*. At III. 3. 6: *tertius dies — efficiet*." *Nissen.* Schz., festinante Ernesto festinantior, libros, quos caecutiens viderat apud Bouh. Ernestus, in Codd. MSS. transformavit. Nihil mutandum. Neque Ernestum quisquam, praeter Bip. et Mannh., secutus est. *Mr.*

Ut enim in inferiorem ambulationem descendimus] Unus Ox. pro *enim* habet *cum*. Mon. 2. omittit *in*. „*Inferiorem ambulationem* Academiam intelligit. Ita enim inferius Gymnasium in Tusculano nominabatur, in quo ambulare valetudinis causa, cum superiori Gymnasio nomen esset Lyceum, a nomine Aristotelicae scholae. de qua Cicero lib. I. de Div. *Nam quum ambulandi causa in Lyceum venissemus: id enim superiori gymnasio nomen est*." *A. Manut.* In superiore Gymnasio ambulabant, in inferiore disputationes philosophicas

descendimus, quod feceramus idem superioribus diebus, acta res est sic. M. Dicat, si quis vult, qua de re disputari 8.
velit. A. Non mihi videtur omni animi perturbatione posse sapiens vacare. M. Aegritudine quidem hesterna disputatione videbatur: nisi forte temporis causa nobis assentiebare. A.

---

instituebant. Locus de Div. est I. 5. 8. ubi vid. edit. nostr. p. 23. Conf. etiam Tuscc. II. 3. 9. Unus Ox. habet *deambulationem*. Marb. *ambulationem* habet post *descendimus*, quod etiam ex v. c. enotatum est in marg. Edd. Lambb. Goth. Pergunt Edd. Ven. nostr. Asc. I. 2. Junt. et omnes vett. ante Gebh. (exceptis V. Rob. Steph. Herw.) *quod idem feceramus. Mr.*

acta res est sic:] „Non temerarium est sic collocari in Ed. Victorii, Pall. prim. quart. Alias: *sic acta res est.*" *Gebh.* Habent *sic acta res est* M. L. Ald. Boul. Brut. Leod. Sylb. Goth. Lallem. Oliv.; *acta res sic est* Edd. S. E. Reliquae nobiscum faciunt, itemque Codd. nisi quod Vind. 1. habet *acta sic res est*, et Aug. *acta est res sic. Mr.*

Dicat, si quis vult, qua de re disputari velit.] „Consensus omnium Codicum hanc lectionem praelatam esse cogit, nempe Pall. quatuor, Fabr. Pith. Vatican. Editae *de qua re disputare velit.* Palat. quint. *dicat si quis vult de qua disputari velit*. liquidior illa." *Gebh.* Scribitur *de qua re* in Cod. Mon. 2. Edd. P. A. B. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. Lambb. [marg. ut nos] Goth. Ald. Boul. In iisdem Edd. est *disputare*: praeterea in Codd. Aug. Mon. 1. quinque Oxx. Edd. Herw. Asc. 2. Junt. Rob. Steph. S. C. V. Brut. Leod. Sylb. — Solus Cod. Rehd. *dicat aliquis vult*. Unus Ox. *velint*. Gud. 2. omittit *animi*, Duisb. habet *perturbatione animi*. Rehd. Aug. *sapientem*. Mon. 1. a 1. m. *carere*. Unus Ox. *externa* pro *hesterna*. Unus Ox. omittit *videtur*; alius habet *posset sapientem. Mr.*

nisi forte temporis causa assentiebare.] „Tempus significat, quo Caesar rerum potiebatur, quo tristitia omnis dissimulanda erat et hilaritas induenda." *Bero.* „*Temporis causa* i. e. pro tempore seu ex tempore. Ita enim Cicero pro Flacco: *Graecos ex tempore, quod opus sit, obsignare*, et mox: *nihil temporis causa scripsisse aut obsignasse videantur.* Ac paullo post: *Nostra igitur laudatio, quam ille temporis causa nobis dictam dicit.* Et pro Murena: *At temporis causa.* Improbi, inquit, hominis est mendacio fallere. hoc igitur dici videtur hac figura sermonis, quod a Graecis ἐκ τοῦ τυχόντος· id est hoc tempori datum esse ait, ut assentiretur disputationi suae, cum res illi non probaretur." *Camerar.* „Post vocem *causa* in antiquo est *noui*, sine dubio corrupte pro *nobis*." *Ursinus.* „Nisi forte *temporis causa nobis assentiebare* habent Victorii Ed. et Vascosani, quibus adstipulatur Gryphii liber, in quo *novis* pro *nobis*, quae vox in vulgatis abest, scriptum invenimus." *Brut.*

nisi forte temporis causa assentiebare] „Victor. Lambin. *temporis causa nobis assentiebare:* sed *nobis* in Pal. quinto et vulgo defit: pro quo Pall. prim. quart. Tossan. Gembl. Pith. *novi*, unde Gulielmius, ex coniectura *non vi*, quod exstat in Vaticano: non omnino absone." *Gebh.* „*Novi* habent Cod. Reg. et duo Leid.; *nobis* alii et mea ed. vet. quod nobis cum Davisio probatur." *Bouh.*

Nisi temporis causa nobis *adsentiebare*] Penultima vox vulgo abest. Plerique Mssti *novi*: Gryph. autem *novis*. Legendum *nobis* cum Reg. et sic ediderunt Ascensius, Erasmus, Victorius et Lambinus. Vatic. exhibet *non vi*, quod ex coniectura placebat Gulielmio. Sed illi *vi* nullus est locus; quam enim *vim* significet, haud memorat. Si

Minime vero: nam mihi egregie probata est oratio tua. M. Non igitur existimas cadere in sapientem aegritudinem? A. Prorsus non arbitror. M. Atqui, si ista perturbare animum sapientis non potest, nulla poterit. Quid enim? me-
p. 211. a. tusne conturbet? at earum rerum est absentium metus, quarum praesentium est aegritudo; sublata igitur aegritudine sublatus est metus. Restant duae perturbationes, laeti-

---

simile quiddam voluerat Tullius, procul dubio dixisset: *temporis causa, non rationum vi et pondere coactus adsentiebare. D.*

temporis causa assentiebare.] „Codd. vitiose *temporis causa, non vi, assentiebare*: unde Bentleius reponit: *temp. causa, non re, assentiebare.*“ *Lallem.* „*Temporis causa* i. e. ob defectum temporis.“ *Nissen.* „Male Nissen. Est i. q. *ut tempori servires*, videlicet meae auctoritatis et personae ratione habita.“ *Wolf.* in scholis. Similiter Neidius: temporibus inserviens, motus auctoritate mea, ne dubiis tuis taedium mihi exhiberes.“ Recte. Add. Ern. Clav. Cic. Habent *nobis* Codd. Bern. (a 2. m.) unus Ox. Vind. 1. Mon. 2. (sed hic addito *non*) Edd. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph. Crat. Herw. HWolf. Leod. marg. Lambb. et Goth. *Novi* est in Codd. Bern. a 1. m. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. quatuor Oxx. Marb. Ed. P. Ven. Alt. quae est una eademque; *mihi* habet Cod. Rehd., *non* Codd. Duisb. unus Ox. et Gud. In uno Ox. est *absentiebare*, in Gud. 1. a 1. m. *absentiabare*, in Gud. 2. *assentiabare*, in Aug. *assentiabere*. Post *minime vero* in Mon. 2. est *iam*. Mox unus Ox. *Num igitur* pro *non igitur*. Marb. *in sapientem cadere* — et in seqq. *prorsus vero arbitror*. Ad formulam *prorsus non* vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 5. 17. p. 140.

Atqui, si ista perturbare] Unus Ox. *atqui frustra perturbare*; alius omittit *potest, nulla*. Mon. 2. habet *nulla potest*. Wolf. in scholis ad *ista* subaudiri iubet *aegritudo*, ad *nulla* autem *perturbatio*. *Mr.*

nulla poterit — absentium metus] „In MSto Norvic. haec verba sic ordinantur: *nulla poterit. A. Quid enim? metus non conturbet? M. Non, quia earum rerum est absentium metus* etc. Cum vero reliqui Codd. non addicant, et vulgata lectio perquam sit commoda, illam mutationem a librario profectam arbitror.“ *Dav.* in Ed. 1. Sic plane, ut Norv., habet Mon. 2. nisi quod exhibet *conturbantur*. Est etiam *metus non* in uno Ox. in Rehd. *metus num*. Verba *metusne* usque ad *quarum* omittit Cod. Gud. 2. In Vind. 1. legitur *conturbat*. Pro *at* habent *et* quinque Oxx. Mon. 1. Aug. Marb. Reg. Duisb.; *etenim* Gud. et Rehd. posterior a 2. m. Est etiam *et* in Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. Vocem *est* post *rerum* omittit Cod. Duisb. Cod. Vind. 1. habet *absentia*, et mox *est praesentium*. Unus Ox. omittit *rerum*. *Mr.*

sublatus est et metus] „In vulgg. deest *et*.“ *Dav.* in Ed. 2. „Quod conj. *et* ante *metus* excidisse vir summus censebat, in eo quidem, ut in pluribus aliis minutiis, quas merito excutere gravamur, frustra omnino esse videtur. Vide, ne verba apponam, infra cap. 26. supra III. c. ult. Divin. II. 59. Acad. II, 6. 12. 19. de Amic. 27.“ *Wopkens.* l. c. p. 89. [122. Hand.]

Sublatus est metus] Reg. Pithoean. Med. Balliol. aliique Codices *et sublatus est metus*. Forsan *etiam* sublatus est *metus*. *D.*

sublatus est metus] FAWolf. *et* ante *sublatus* uncinis inclusum addidit: ex Reg. in collatione nostra nihil enotatum est, neque est

tia gestiens, et libido: quae si non cadent in sapientem, semper mens erit tranquilla sapientis. A. Sic prorsus intelligo. M. Utrum igitur mavis? statimne nos vela facere, an 9.
quasi e portu egredientes paullulum remigare? A. Quidnam est istuc? non enim intelligo.

---

veri simile eum habere *et*, cum absit a Gud. 1. Marb. Gud. 2. Duisb. septem Oxx. Bern. Vind. 2. Sola ed. Tbn. habet *est sublatus metus*: ex coniectura, sine dubio. Equidem etiam in Symbolis Critt. ad Cic. I. p. 18 sq. illud *et* abesse et posse et debere censui, dixique, si vel maxime *et* positum pro *etiam* ferre velis, melius dictum fore *sublatus est et metus*: quod a Dav. in Ed. 2. positum esse tum ignorabam. *Mr.*

Restant duae perturbationes] Cod. Mon. 1. *duo*. Mox unus Ox. *cadunt*, quod alios habere ait Verb. in marg. et sic reperio in Edd. Lambb. Goth. S. E. HWolf. Cod. Mon. 2. habet *cadunt*. Mox Cod. Vind. 1. *erit tranquilla mens*, Rehd. et Duisb. *erit mens tranquilla*. *Mr.*

Utrum igitur mavis? statimne nos vela facere, an — remigare?] Goerenzius ad Cic. Acadd. II. 22. 71. p. 133. iubet nos delere interrogandi signum post *mavis*, videlicet ut appareat ista redundantia saepe a librariis apud Ciceronem obliterata, qua post *utrum* ante *an* alicui vocabulo interposito addatur *ne*. Additur, ait, ad oppositionis rationem clarius indicandam et quasi acuendam. Et recte ille quidem haec: illa non item. Male enim vir doctissimus id appellat abundantiam, quo omisso locutio proprie non est plena: plena enim est locutio de N. D. II. 34: *utrum ea fortuitane sint an eo statu, quo* —: plenior etiam esset, si ita scripsisset Cicero (absque aliqua synchysi): *videamus, utrum locum habeat; fortuitane ea sint, an eo statu, quo* —. Ad quem locum vid. nostram annot. in Ed. min. p. 131. Sic de Div. II. 63. plene: *Venit iam in contentionem, utrum sit probabilius, deosne immortales — concursare omnium — lectos* —: *an natura fieri, ut* —. Quod vero his locis interrogandi signum non ponitur post eam interrogationis partem, in qua est *utrum*, id in priore factum est ut in posteriore propter orationem obliquam, in priore etiam ob eam, quam significavi, synchysin: et plane ita est etiam de Div. II. 58. 120. ubi vid annot. nostr. p. 507. Add. inf. IV. 27. 59. Madvig. ad Cic. Philosoph. I. p. 164. Nostro loco luce clarius conspicitur *utrum* non esse particulam sed pronomen: quod ita latuit Ernestum, ut infra c. 27. aut *utrum* delendum censuerit, aut *ne*. — Gud. 2. pro *mavis* habet *magis*. Mon. 2. *statumne*, unus Ox. *nuncne nos*, alius *statim nos*, Aug. Vind. 1. *nos statim*. Vides duos posteriores in eodem, quo Ernestus, errore fuisse. Ad v. *vela facere* paullo duriorem esse imaginem vel metaphoram ait W. in scholis, et magis etiam, quod paullo inferius dicitur *dialecticorum remis propellere*: sed vere monet Or. Romanis Graecisque hominibus locutiones a mari reque nautica repetitas minime offensioni fuisse. Bouhierio placebat, quod repererat in uno Leid.: *statimne nos vela facere tanquam e portu egredientes? An paullulum remigare?* recte improbante Nissenio. Duo Oxx. et Mon. 1. habent *ex portu*. Duisb. omittit *e*. Gud. 1. *vela* habet nonnisi a. 2. m. *Mr.*

paullulum remigare?] Duo Oxx. *remigrare*, unus *navigare*: uterque Vind. *paulum* pro *paullulum*. „*Remigare* est lente progredi, nempe subtiliore disputatione per definitiones, divisiones etc.“ *Ern.* Locutione *vela facere* passiva etiam forma utitur Cicero, et proprie, in Verr. Act. II. L. V. 33, 88: *vela fieri*. Pro *istuc*, quod est in

M. Quia Chrysippus et Stoici, quum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in iis partiendis et definiendis occupati sunt: illa eorum perexigua oratio est, qua medeantur animis, nec eos turbulentos esse patiantur: Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt: spinas partiendi et definiendi praetermittunt — quaerebam igitur, utrum panderem vela orationis statim, an eam ante paullu-

---

plurimis optimisque libris, et scriptis et editis, habent *istud* unus Ox. Aug. Edd. Wolf. Schz. Nobb. Tbn. Vocem *enim* omittunt duo Oxx. Paullo rarius dixit Cicero *non enim*: multo frequentius *nec enim*. Illud est de Sen. 16, 55. Epp. ad Famm. VII, 17. 2. *Non vero* legitur de Sen. 9, 27. Gud. 2. habet *non intelligo enim*. Mon. 2. omittit *est*. Omnia inde a *Quidnam* usque ad *intelligo* omittit unus Ox. *Mr.*

Cap. 5. *Chrysippus et Stoici*] Reliquis generali nomine designatis, Chrysippus ῥητῶς appellatur, quia vir ille praecipuae fuit inter Stoicos auctoritatis. Atque ita solent Scriptores. Homerus Il. T. 63.

Ἕκτορι μὲν καὶ Τρωσὶ τὸ κέρδιον —

Machon apud Athenaeum lib. VIII. pag. 337. Πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Θεῶν. Noster de Divin. I, 53. *Fore ut armis* Darius et Persae ab Alexandro et Macedonibus *vincerentur*. Petronius Satir. cap. 2. *Cum* Pindarus novemque Lyrici *Homericis versibus canere timuerunt*. Plura vide sis apud J. F. Gronovium ad Livii lib. III. cap. 25. *D.*

Quia Chrysippus et Stoici] „Solent Latini et Graeci, ubi *totius* et *partis* nomina ita ἐκ παραλλήλου iungunt, ut per se appareat, hanc excipiendam esse, non semper hoc verbis significare; sed, omissis vocibus *reliquus ceteri*, cogitandum relinquere. — Ita Caesar de Bello Gall. VI. 24: *Eratostheni et quibusdam Graecis.*" *Madv.* ad Cic. Phil. I. p. 197. „De hoc Stoicorum more vid. III. 6. extr. Engelbronner ad de Legg. I. 13. p. 90." *Schuch.* Rehd. omittit *Quia*. Cod. Vind. 1. exhibet *disputant perturbationibus*. Scripsi *in iis partiendis* cum Wolf. Or. Tbn. ex Codd. Gud. 2. Aug. Duisb. Gud. Mon. 1. MS. in marg. Asc. 2. Edd. S. E. HWolf. Unus Ox. omittit *partem*. Cod. Aug. omittit verba *et definiendis*. In uno Ox. est *eorum exigua*; alius habet *ratio est*. Pergit Gud. 2. *quam medeantur nec eos*, omisso *animis*: supra lin. *meditantur*. In seqq. Cod. Rehd. *ad eos placandos*. *Mr.*

Spinas partiendi et definiendi praetermittunt] „Dumeta haec appellat in Academicis." *Camerar.* Locus est Acadd. IV. 185. 112. Cf. Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 12. 41. p. 865. Scribitur *patiendi* pro *partiendi* in Edd. Junt. et Asc. 2. Verba *et definiendi* desunt in Cod. Gud. 2. Unus Ox. habet *praemittunt*. *Mr.*

— *quaerebam igitur,*] Posui signum interruptae vel immutatae constructionis, cum Or. Quum enim post superiorem interrogationem *Utrum igitur mavis* etc. interiecisset Auditor quaestionem *Quidnam est istuc* — respondere volebat Marcus: ideo quaerebam utrum vela panderem orationis statim, an — paullulum remigarem, quia etc. Sed ut orationis putidam diligentiam siccitatemque evitaret, invertit locutionem eamque fere ἀνακόλουθον fecit, addens *igitur*, ut post longiorem parenthesin. — Cod. Vind. 1. habet *Dicebam igitur*, Gud. 2. *quaerebam enim*. In Duisb. inde a v. *panderem* usque ad *esse dicunt, verum* (§. 15.) desunt, cum unum evulsum sit folium. *Mr.*

panderem vela orationis statim, an] „Davisius edidit *orationi*: an ergo etiam *vela navi*, non *navis*, panduntur? et clare *oratio* com-

ım dialecticorum remis propellerem. A. Isto modo vero.
rit enim hoc totum, quod quaero, ex utroque perfectius. M.
st id quidem rectius: sed post requires, si quid fuerit ob- 10.
ırius. A. Faciam equidem: tu tamen, ut soles, dices ista

ıratur navi, non vento, cui vela panduntur, quia dicitur *remis pro-
ıdi*. Buherius in MS. reperit additum *velut egredientes e portu*,
lque ei verum visum. imo est a glossatore. Cicero alio loco dicit
ɔredientes e portu solere *inhibere remis*." [v. Clav. Cic. v. *inhibere*.]
m. Vides duplicem errorem. Prior quidem annotationis pars recte
abet: *orationis* legendum est, non *orationi*. Sed illud Davisius in
d. 3. iam dudum reduxerat ipse. Posterior pars merum est *παρό-
ημα* Ernesti: non enim hoc loco addita reperit Buh. verba *velut
ɔredientes e portu*, sed capite IV. exeunte unus Leid. habet *vela fa-
re, tanquam e portu egredientes, an paull.* — Hunc tamen, non in-
ɔecto Bouhierii commentario, Ernesti errorem in suam annotationem
ɔcepit Schz. addens, ista repetiisse aliquem glossatorem e superiori-
ıs: quem tamen neminem esse vidimus. Gud. 1. habet *veloralionis
ro vela orationis*. *Mr.*

an eam ante paullulum dialecticorum remis propellerem] Ed. P.
a *ea*. Unus Ox. omittit *ante*. Vind. 2. habet *paulum*. Mon. 2. *dya-
ticorum*. „*Dialecticos* hic vocat Stoicos, quod in ratione disserendi
ıbtilissimi sunt. et alioqui eam vocaverunt *διαλεκτικὴν*. quum voca-
t Aristoteles *λογικήν*." *Comm. Anonym.* ap. Leod. a. Qu. — *Perpel-
rem* enotavit Verb. in marg. ex MS. nescio quo, idque habent Edd.
. B. Asc. 1. Ad v. *vero*, i. e. *profecto*, vid. quae monui ad I. 11.
l. II. 5. 13. In Gud. 2. est *Isto vero modo*. *Mr.*

Erit enim hoc totum, quod quaero, ex utroque perfectius.] „*Ex
roque* i. e. ex Peripateticorum oratione copiosa et Dialecticorum
ıncisa et angusta. Proverbium Graecorum est, cuius meminit Ari-
ophanes [Ran. 1445. Dind. cf. Erasmi et all. Adagia p. 56.] *ἀμαθέ-
ερόν πως εἶπε καὶ σαφέστερον*: quo significatur oratione pleniori
ɔeriorique rem esse explicandam, etiam si indoctius crassiusque ex-
ɔoetur." *Bernald.* Add. A. Schotti Adagia Graecorum p. 353. Te-
ndum autem, verba *Isto modo* non intelligenda esse *illo*, i. e. prior
ntum, *modo*, sed: *hoc ipso modo*, nimirum, ut ab initio lentius et siocius
ɔputes, deinde vero liberius evageris. — *Enim* omittit unus Ox. cum
ud. 2. Mon. 2. Gud. Cod. Rehd. habet *totum hoc*. Pergit Marb. *quod
ɔro ex*. Unus Ox. habet *perfectus* pro *perfectius*. Qui error cum facile
d ex compendio vel sine compendio oriri potuerit, cum in eum
ɔodiores scilicet librarii incidissent, correctus est in *perfectum*, id-
ue exhibere videmus tres Oxx. Codd. Gud. Vind. 1. Edd. P. A. B.
, Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Quod cum reperisset, ut videmus ex
d. 2., Davisius in quatuor Codd. *perfectum* dedit in ea editione, ad-
ens: sane gradus positivus non inhumanum magis decet auditorem.
ɔem cum in Codd. regiis reperisset Lallemandus, recepit paullo ca-
ius. Davisius in Ed. 3. ad optimorum Codicum, Regii etiam, fi-
ɔem rediit. *Mr.*

Est id quidem rectius: sed post requires, si] Cod. Vind. 2. *qui-
em id rectius*. Pergit Dav. nomine neque praecedente neque se-
ɔente *et post requives*. In Ed. 2. dicit vulgo legi *sed*: in tertia ne
ɔc quidem. Cod. Mon. 2. habet *si post*. Videtur illa correctio Bent-
li, quem in Ed. 2. sequebatur, in 3. saepissime reliquit. Post *fa-
iam* duo Oxx. habent *quidem* pro *equidem*: alius *mihi* pro *tamen*.
ım Rehd. *ipsa ista*. Vind. 1. omittit *ipsa*: unde sine dubio erunt
ui hanc vocem spuriam esse censeant. Unus Ox. habet *plenius* pro

ipsa obscura planius, quam dicuntur a Graecis. M. Enitar equidem: sed intento opus est animo, ne omnia dilabantur, si unum aliquod effugerit. Quoniam, quae Graeci πάθη vocant, nobis perturbationes appellari magis placet, quam morbos; in his explicandis veterem illam equidem Pythago-

---

planius: alius *dicantur* pro *dicuntur*. Vind. 1. omittit *a*: quod ferri posset. Aug. habet *a Graecis dicuntur*. *Mr.*

Enitar equidem: sed intento] Cod. Mon. 2. *eniter*. Verba *Enitar equidem* omittit Ed. Ven. Alteri. „*Equidem* est etiam in nostro manu scripto." *Fabr.* Hoc non intelligis Orellii Editione inspecta, quod h. l. adnotare oblitus est Edd. vett. ante Lamb. omnes, itemque (praeter Fabr.) sequentes usque ad Gebh. habere *enitar quidem*: ut est in duobus Oxx. Ad verba: *ne omnia dilabantur* Ernestus: „Conieci dudum *elabantur*, quod melius respondet alteri *effugerit*." Ad quem locum Nissen.: „Tantus enim axiomatum Stoicorum est nexus, ut, si unum loco moveatur suo, reliqua omnia corruant. Cf. Fin. III. 22. 74. Perperam Ernestus *elabantur* coniecit." Recte. Verba *ne omnia* desunt in uno Ox. Alius habet *delabantur*, Marb. *dilabuntur*. — Quod ait Verb. in marg. in MSS. esse *si quid effugerit*, id quidem habet nullus eorum qui innotescunt. Sed *aliquid* pro *aliquod* habent Codd. Gud. 1. 2. Aug. unus Ox. Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Junt. In uno Ox. est *aliquos*; in Cod. Gud. *effugiat*. Mox Marb. et unus Ox. *Quoniam quod*; alius, iuncta utraque lectione, *quoniam quae quod*. Solum verum esse *quae* non est quod probem. V. nos ad Cic. de Fato I. 1. p. 560 sq. Scribitur autem latinis literis *pathe* in Codd. plerisque; in Aug. *quamquam Graeci pathy vocant*. Ad h. l. monet FAW. in scholis inde a §. 10. usque ad §. 33. omnia ex Stoicorum fontibus esse hausta: a principio Ciceronem esse eclecticum, quem dicunt; in doctrina de animi affectibus Stoicum, in reliquis Platonicum. Ad v. *πάθη-perturbationes* longum esse ait Bouhierius Henricum Stephanum in Thesauro L. Gr. v. *πάθος* in refellenda hac Ciceronis sententia. Unus Ox. loco vocis *πάθη* lacunam habet. Cod. Vind. 1. habet *dici placet magis*. Rehd. Gud. 2. *magis appellari placet*. Aug. *appellari placet magis*. Mox Mon. 1. *in iis expl.*, Vind. 1. Gud. 2. Rehd. Aug. *in illis explicandis*; Mon. 2. *nihil explicandis vetere nullam quidem*: causa errorum manifesta. Est etiam *quidem* pro *equidem* in uno Ox. *Mr.*

Pythagorae primum, deinde Platonis] Cum Stoicorum definitionibus et partitionibus utatur Cicero, illique philosophi τὰ πάθη locent in eadem sede ac rationem: Pythagoras autem et Plato diversos locos adsignent; Tullium disciplinae, quam aemulatur, oblitum esse perperam censet Hadr. Turnebus Advers. VII, 17. Nam clare monet noster, se in animae divisione Pythagoricos et Platonicos sequi, in reliquis autem Stoicos. Illorum sententiam dicat Plutarchus Plac. Philos. lib. IV. cap. 4. *Πυθαγόρας, Πλάτων κατὰ μὲν τὸν ἀνωτάτω λόγον διμερῆ τὴν ψυχὴν· τὸ μὲν γὰρ ἔχει* (forsan *ἴστι*) *λογικόν, τὸ δὲ ἄλογον· κατὰ δὲ τὸ προσεχὲς καὶ ἀκριβὲς τριμερῆ, τὸ γὰρ ἄλογον διαιροῦσιν εἴς τε τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν.* Haec latius diduount Apuleius de Habit. Doct. Plat. lib. I. pag. 586. Alcinous Doctr. Plat. cap. 23. et Diogenes Laertius lib. VIII. §. 30. At vero Stoici *φασὶν εἶναι τῆς ψυχῆς δυνάτων μέρος, τὸ ἡγεμονικόν, τὸ ποιοῦν τὰς φαντασίας καὶ τὰς συγκαταθέσεις, καὶ αἰσθήσεις, καὶ ὁρμάς· καὶ τοῦτο λογισμὸν καλοῦσι.* Verba sunt Chalcidensis philosophi lib. IV. Plac. c. 21. Perturbationes etiam *ἐν τῷ λογικῷ τῆς ψυχῆς* posuisse Stoicos testatur idem de Virt. Mor. pagg. 441. 443. et *περὶ ψυχογονίας* p. 1025. Hinc factum, ut illis in partur-

rae primum, dein Platonis descriptionem sequar: qui animum in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem: in participe rationis ponunt tranquillitatem, id est, placidam quietamque constantiam: in illa

---

bationes incidere bestiae non viderentur, id quod monet noster infra c. 14. Posidonius tamen Stoicus Pythagoreorum rationem secutus est. Vid. Galenum de Dogm. Hipp. et Platon. lib. IV. cap. 3. *D.*

dein Platonis] Scripsi *dein* pro *deinde* cum Dav. ex Codd. Reg. Gud. 1. 2. a quo non multum discedit unus Ox. in quo est *dehinc*: alius habet *de hoc*. Legitur etiam *dein* in Bruto 24, 93. ubi vid. Ellendt. p. 71 sq. de N. D. II. 43. ubi vid. ann. nostr. in Ed. Cr. etc. nostr. maj. p. 379; de Rep. I. 10. p. 47. ed. nostr. I. 12. p. 54. Drakenb. ad Liv. III. 3. 6. XXXIV. 40. 4. qui saepe se in optimis libris invenisse ait *dein*, ubi in deterioribus exstet *deinde*. Add. Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 18. 50. p. 484. Handii Tursellin. II. p. 239. Scribitur *discriptione*m in Codd Reg. Gud. 1. *Mr.*

descriptionem] „Posidonius *descriptionem* cuiuscunque virtutis ἐτυμολογίαν vocat: quidam χαρακτηρισμὸν appellant, signa cuiusque virtutis et vitii ac notas reddentem. Inter *praeceptionem* et *descriptionem* hoc interest: Qui praecipit, dicit, Illa facies, si voles temperans esse. Qui describit, ait: temperans est, qui facit illa, illis abstinet. Quaeris, quid intersit? alter praecepta virtutis dat, alter exemplar. — Boëthius in 3. comment. Topicorum multas ait esse diversitates definitionum, quarum omnium nomen sit *descriptio*. Apud scriptores rhetoricos descriptio nominatur, quae rerum continet perspicuam et dilucidam expositionem.“ — — „*in duas partes:* Aristoteles in VI. Ethicorum ait tria esse in animo, sensum, intellectum, appetitum: animae rationalis partem alteram vocari scientificam, alteram ratiocinativam. [Eth. ad Nicom. VI. 2.] M. Tullius Lib. I. de Off. *Duplex est*, inquit, *vis animorum atque naturae: una pars in appetitu posita est, quae ὁρμὴ dicitur graece, quae hominem huc et illuc rapit: altera in ratione, quae docet atque explanat, quid faciendum fugiendumque sit. Ita fit, ut ratio praesit, appetitus vero obtemperet.* [de Off. I. 28.]“ *Beroaldus.*

Qui animum in duas partes dividunt,] „Non probabant Stoici hanc divisionem, excepto Posidonio. Octo illi partes animi esse dicebant, quinque sensus (αἰσθητήρια) deinde τὸ φωνητικὸν ὄργανον, τὸ διανοητικόν, τὸ γεννητικόν.“ [v. Diog. Laërt. VII. 110.] FAW. in scholis. „Vid. Stallbaumii Prolegg. ad Platonis Phileb. p. XXVII, not. 32.“ *Schuch.* Pergit unus Ox. *alterum*, idem cum alio etiam post *faciunt* habet *alterum*. Scribitur *participem rationis* in Codd. Vind. 1. Aug. Gud. In Mon. 2, *rationis participem rationis*, utraque scriptione stupide coniuncta. Ad. vv. *participem — expertem* vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 208. In seqq. duo Oxx. Rehd. habent *in participem*, unus Ox. *orationis*: de qua confusione vid. quae dixi et quos laudavi ad Cic. de Legg. I. 18. 48. p. 116. Add. nos ad Cic. de Div. II. 26. p. 389. — Cod. Gud. habet *tranquillitatem ponunt*. Gud. I. 2. *ponant*. Ad. vv. *tranquillitatem — quietamque* v. Doederlein. l. c. I. p. 79. Aug. omittit *que*. *Mr.*

tranquillitatem, id est placidam] „Hanc *tranquillitatem* seu constantiam Stoici εὐπάθειαν nominarunt. Vide Laërtium l. VII. Quod autem Cicero perturbationes hic collocat in animi parte rationis experte, in eo a Stoicorum decretis discedit, ut Turneb. lib. VII. Advers. c. 17. probat.“ *Fr. Fabric.* Add. J. Lipsii Manuduct. ad Stoic. Philos. p. 761. T. IV. Ed. Vesal. Opp. J. Lipsii. Scribitur in uno Ox.

altera motus turbidos tum irae tum cupiditatis, contrarios
11. inimicosque rationi. Sit igitur hic fons: utamur tamen, in
b. his perturbationibus describendis, Stoicorum definitionibus et partitionibus, qui mihi videntur in hac quaestione versari acutissime.

6 Est igitur Zenonis haec definitio, ut *perturbatio* sit, quod πάθος ille dicit, aversa a recta ratione, contra natu-

---

in illa alia. Idem *cum irae*, ut edidit solus Dav. Tum Cod. Aug. *tum cupiditates — rationis.*

Sit igitur hic fons:] Ed. P. *Sic igitur huic fons.* Dav. in Ed. 2. edidit *utemur* nihil addens nisi vulgo legi *utamur*; iubente, opinor, Bentleio. Pergit unus Ox. *tamen his*, alius *tam in his:* quorum errorum fontes sunt manifesti: alius *ergo in his;* Mon. 1. *tamen in iis;* unus Ox. omittit *describendis*: eius verbi loco Rehd. habet *distribuendis.* Mon. 1. *Stoycorum diffinitionibus et partionibus.* Pro *versari* Ed. P. habet *versati. Mr.*

Cap. 6. *Est igitur Zenonis haec definitio, ut — sit*] Pro *ut* Cod. Gud. 2. habet *et*, unus Ox. *turbatio* pro *perturbatio.* Ad constructionem vide, quae plurima attulit Ochsner. ad hunc ipsum locum, Eclogg. Cic. p. 95. ed. 3. Add. Beier. ad Cic. Lael. 4, 14, p. 24. Recte autem monet Kühnerus sequi *ut* post verba *haec definitio*, non acc. c. inf., quia coniunctione *ut* utens significare velit Cicero, non aliquid esse vel factum esse, sed rem certo aliquo modo cogitandam esse. Nos unum hoc loco apponemus exemplum plane gemellum Tusc. IV. 21; 47: *Definitio perturbationis: qua recte Zenonem usum puto. Ita enim definit, ut perturbatio sit aversa a ratione, contra naturam, animi commotio.* Nuper etiam de ea constructione locutus est Poppo in Ephemeridibus Scholast. Darmst. 1831. II. 134. p. 1068. — Vocem πάθος omittunt quatuor Oxx. spatio relicto, aliis latinis habent exaratam litteris, Marb. autem religiose pingens litteras quales videre sibi videbatur, ΠΑΘΟC: idem §. 12. pro βούλησιν habet δόγμα-σιν additis supra lineam literis *gr.* Post *dicit* Cod. Mon. 2. repetit *sit. Mr.*

Aversa a recta ratione, contra naturam, animi perturbatio] Cl. Salmasius ad Simplicium pag. 55. addita *coniunctione*, reponit, *et contra naturam.* Nihil opus est. Vide cap. 21. Sic tamen scriptores Graeci. Laertius VII, 110. Ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ πάθος κατὰ Ζήνωνα ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις, ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα. Huius descriptor est Suidas in πάθος. Iisdem ὁρμαῖς usus Chrysippus, ut patet ex Galeni lib. IV. de Dogm. Hipp. et Plat. cap. II. pag. 286. Andronicus Rhodius περὶ παθῶν pag. 623. Πάθος ἐστὶν ἄλογος ψυχῆς κίνησις δι' ὑπόληψιν κακοῦ ἢ ἀγαθοῦ, ΚΑΙ παρὰ φύσιν ἤ ὁρμὴ πλεονάζουσα. Lege καὶ παρὰ φύσιν, ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα. Vide et Stobaeum Ecl. Ethic. pag. 175. *D.*

aversa a recta ratione, contra naturam, animi commotio] Duo Oxx. *adversa et recta*: unus *adversa a recta.* Vind. 1. *a ratione recta.* Aug. *a ratione recte.* „Quidquid dicat Dav. equidem recte coniecisse arbitror Salmasium *et contra naturam.* Cicero enim h. l. nil nisi Zenonis verba latine convertit, Stoicorum autem verba sunt ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις. Et sic etiam infra c. 21. corrigendum.“ *Bouh.* FAW. in schol. et Ochsn. l. c. ad v. *contra naturam* intelligunt οὐσα; posterior laudat Ovid. Met. I. 20. *sine pondere* (quos pugnabant) *habentia pondus.* Goerenzius qui laudavit nostrum locum ad Cic. de Finn. IV. 21. 58, scripsitque *et contra naturam*, an dei

ram, animi commotio. Quidam brevius, perturbationem esse appetitum vehementiorem: sed vehementiorem eum volunt esse, qui longius discesserit a naturae constantia. Partes autem perturbationum volunt ex duobus opinatis bonis nasci, et ex duobus opinatis malis; ita esse quatuor: ex bonis *libidinem* et *laetitiam*; ut sit laetitia, praesentium bonorum; libido, futurorum: ex malis *metum* et *aegritudinem* nasci censent: metum, futuris; aegritudinem, praesentibus. Quae enim venientia metuuntur,

---

legi voluerit, non liquet. Ceterum recte monet ad h. l. Gesnerus in Chrestom. Ciceron. p. 390. ad philosopham rationem non bene se habere hanc definitionem; omitti enim debuisse verba *aversa a recta ratione* et *contra naturam*. *Mr.*

Quidam brevius — appetitum vehementiorem:] „Post *vehementiorem* additur *dicunt* in aliis omnibus impressis. In Victorii editione verbum *dicunt* non habetur, qui cum Gryph. liber congruit: tollendum id quidem latini sermonis ratio docet atque elegantia. Quis autem non videt, tanquam manca oratio esset, e glossemate ab imperito esse invectum?" *Brutus*. Post *quidam* additur *vero* in Edd. P. A. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. Crat. HWolf. Contra Codd. Gud. Mon. 2. post *esse* addunt *dicunt*, ubi ex sede vaga agnoscis glossam. Pro *appetitum* in marg. Edd. Lambb. Goth. et Verb. ex vet. cod. nescio quo enotatum est *impetum*. Gebh. sit abesse illud *dicunt* ante *sed* a Pall. quinque, Fabr. Vatican. Ex nostris solus Vind. 1. habet eam glossam, in eodem est *Quaedam brevis* pro *quidam brevius*. Abest *dicunt* ab omnibus inde a Gebh. itemque prioribus P. V. Rob. Steph. Brut. Sylb. Mox Vind. I. *volunt esse eum*, Rehd. *esse volunt eum*, Gud. et Aug. *eum esse volunt*. In Rehd. est in seqq. *a natura et constantia*, quae figura ἓν διὰ δυοῖν correctoris ingenio debetur. *Constantia* quid sit Ciceroni, nimirum in rebus omnibus certa quaedam aequabilitas, optime discitur ex ipso eius usu, cuius exempla contulit Ochs. l. c. Unus Ox. *longe* pro *longius*. *Mr.*

Partes autem perturbationum] *Partes* dicit, quas plerumque dicunt logici *species*: cuius usus exempla commode collecta habes in Plexiaci Lexico Philosophico p. 23 sq. ex Ciceronis libris ad philosophiam et artem oratoriam pertinentibus. Unus Ox. omittit *autem*; alius verba *bonis nasci et ex duobus opin.* aberrante librarii oculo. Rehd. post *volunt* addit *esse*, omisso, quod sequitur, *nasci*. Marb. omittit proximum *et*. Ad v. *opinatis* laudat Gesn. Epicteti Manual. V: ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους οὐ τὰ πράγματα, ἀλλὰ τὰ περὶ τῶν πραγμάτων δόγματα. Ad usum passivum eius participii vid. Ochsn. l. c. p. 96. nos ad Cic. de Div. I. 52. 118. p. 259. Supra III. 31. 75: item dixit: *in illo opinato malo*. *Mr.*

Ita esse quatuor] Duo Oxx. Mon. 1. et Ed. Ven. Alt. *itaque* pro *ita*. Ad rem cf. Cic. de Finn. II. 4. 13. — Vocem *bonorum* omittunt duo Oxx. Unus habet *et malis* pro *ex malis*. In seqq. Rehd. iterum *esse* pro *nasci*. Mon. 1. exhibet *censent nasci*. Utrumque verbum omittit Gesn. in Chrest. Cic. l. c.; casu, ut opinor. *Mr.*

metum, futuris; aegritudinem, praesentibus.] „*Metum ex futuris; aegritudinem ex praesentibus*, edidit Manutius." *Fr. Fabric.* Videlicet in Ed. poster, nec vero in Ed. a. 1552. Habet illud ex glossa bis positum *ex* nullus ex nostris libris, neque scriptus neque editus, praeter Vind. 1. Post *Quae* Mon. 2. habet *igitur* pro *enim*. Marb. *metiuntur* pro *metuuntur*. *Mr.*

eadem afficiunt aegritudine instantia] „Germanissima

12. eadem afficiunt aegritudine instantia. *Laetitia* autem et *libido* in bonorum opinione versantur: quum libido ad id, quod videtur bonum, illecta et inflammata rapiatur; laetitia, ut adepta iam aliquid concupitum, efferatur et gestiat. Natura enim omnes ea, quae bona videntur, sequuntur, fugiuntque con-

---

lectio haec est, omnibus apicibus exhibita a Vatican. Ceterum est in Pall. tert. quart. Fabr. Pith. *afficiunt aegritudinem*, unde de coniectura annotarat quoque nostram seu Vatican. lectionem, Gulielmius. Vulgo putidius *efficiunt aegritudinem*." *Gebh.* „Mira citandi negligentia!" *Gron.* Habent illud *efficiunt aegritudinem* plerique, ut videtur Oxx. Mon. 2. Edd. A. B. S. E. C. V. M. et omnes nostrae ante Gebh. Probam lectionem habent Codd. reliqui, nisi quod in Rehd. et Mon. 1. ex *afficiunt* a 2. m. factum est *efficiunt*, et Gud. 2. habet *aegritudinis*. Dav. in Ed. 2. eam lectionem praetulit (nec tamen dedit), quae obtinebat ante Gebh. addiditque: „lectionem *afficiunt aegritudine* pro germanissima venditarunt Guil. et Gebh." At eam solus exhibet Vatic. [hoc verum non esse vidimus. *Mr.*] Sed id non queror; saepius enim fit, ut unus MStus ceteris praestet omnibus. Aliud magis urget, quod ad orationem complendam plane desit accusandi casus. Nos igitur cum veteribus editis legimus *efficiunt aegritudinem*, eoque modo concinnior est oratio. Eliens. sec. *faciunt aegritudinem*. Non incommode." Merito sententiam mutavit in Ed. 3. *Mr.*

Eadem adficiunt aegritudine instantia] Arrianus Epict. lib. III. cap. XXVI. pag. 360: ὧν γὰρ προσδοκωμένων φόβος γίνεται, καὶ λύπη παρόντων. Vide Hieronymum ad Ctesiph. contra Pelag. p. 546. et lib. II. adv. Pelag. p. 576. ac in Joëlis c. 1. *Dav.*

instantia.] „id est praesentia urgentiaque. Apud Grammaticos Dialecticosque tempus est, quod instans vocant, id est praesens: cuius et Diomedes meminit." *Beroaldus.* Quinctil. V. 10: *praeteritum, instans, futurum.* Ad Herenn. II. 5: *Id dividitur in tempora tria, praeteritum, instans, consequens.* Cic. de Or. II. 25. 105: in *deliberationibus plerumque ex futuri, raro etiam ex instantis aut facti.* Est autem *instans* conversum ad Graecum vocabulum ἐνεστώς. *Mr.*

Laetitia autem et libido] Cod. Gud. 2. omittit *autem*. Ad v. *illecta* Beroaldus: „Invitata evocataque: unde et *illicium* apud Varronem ab illiciendo dictum, pro incitamento invitamentoque, sicut *illix animi Venus* et *illices oculi* apud Apuleium [in Apolog. p. 295. 7. Elmenh. et p. 323. 13. Elm.]" *Mr.*

iniecta et inflammata rapiatur;] „Egregia emendatio Pall. tert. quart. quint. Fabr. Pith. Vatican. *iniecta*. Gulielmius, quia sic in duobus Gallicanis libris repererat, augurabatur *invecta*. sed nihil est. *iniici ad aliquid* rectum est de impetuosa cupiditate, quae se ultro quasi in hostem iniicit. Vulgo *illecta* ex glossa." *Gebh.*

Inlecta *et inflammata*] Vulgo *iniecta*, quod Gebhardus primus intulit: Ascensius enim, Erasmus, Manucius, Lambinus et alii veram lectionem repraesentant. *D.*

iniecta] „Recte Dav. *illecta* restituit, quod erat in Edd. vett. et habet unus Cod. Leid." *Bouh.* „*Iniecta* habent Codd. et veteres Edd. [posterius quidem falsum est, prius non omnino verum. *Mr.*] Recentiores maluerunt *illecta*." *Lallem.* „*iniecta* est i. q. praeceps: ut dicitur *iniicere se in ignem, in hostes.* Vulgo *illecta.* Sed vehementiori verbo Ciceronem hic usum ipse quoque putaverim. *Incitata* placebat Richtero; et fortasse optimum est: certe mox ita Cicero [*incitata est vehementius*]" *Gesn.* „Haesere viri docti ad *iniecta*, quod et scr. et Edd. quaedam [non quaedam, sed omnes ante Gebh.

traria. Quam ob rem, simul obiecta species est cuiuspiam, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. Id quum constanter prudenterque fit, eiusmodi appetitionem Stoici *βούλησιν* appellant, nos appellamus *voluntatem:* eam

---

Sed a nulla re magis sibi cavebat Ern. quam ab inspiciendis libris, quorum ei maxima erat copia,] de veteribus habent placuitque et Buherio: et est id facilius vulgato *iniecta*. Sed tamen et *iniecta* defendi potest ex Nat. D. I. 20. *in quam se animus iniiciens atque intendens*. itaque non ausus sum id tollere." *Ern.* „Malim *incitata*. Nam *iniicere* non satis apte cum *ad* iungitur." *Niessen.* Mireris, sane viros hosce doctos non vidisse, *libidinem iniectam et inflammatam rapi ad aliquid* ne satis quidem latine dici, quamvis dicatur, *animus se iniiciens in aliquam rem late peregrinatur:* ut est de N. D. I. 20, quem locum laudavit Ern. Errant autem Gebh. et Niss. qui iungendum existimabant *ad id iniecta*, quod ille (perperam) dici posse ait, hic fere negat. Ex veteri scriptione *inlecta* pro *illecta* vere contendit Or. ortum esse illud *iniecta*, quod re vera plurimos occupat libros. Sed habent *illecta*, praeter Edd. vett. omnes, Codd. Mon. 1. 2. Vind. 1. (in marg.) et complures Oxx.; quorum unus habet *in recta;* idem *rapiantur* pro *rapiatur*. Gud. 2. *sapiatur:* idem omittit *ut adepta*. Aug. habet *iam aliquod* cum Vind. 1; unus Ox. habet *eo efferatur*, Gud. 2. *et feratur*, quod ortum est ex scriptione *ecferatur*, quae est in Reg. Gud. 1. et edita a Dav. Pergit Gud. 2. *et gestiat letitia vero adepta naturae enim*. Est etiam *naturae* pro *natura* in Codd. Reg. Marb. Accommodabat videlicet hanc vocem sequenti *omnes*. Pro *sequuntur* antiqua scriptione *secuntur* est in Codd. Gud. 1. Mon. 1. *Mr.*

Quam ob rem simul obiecta species est cuiuspiam] Pro *simul* unus Ox. *si simul* cum Mon. 1. Gud. Edd. Ven. Alt. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. In uno Ox. est eius loco *postquam*, in Vind. 1. *simul ac*, in Rehd. *simul cum:* in quibus omnibus agnoscis manum glossatoris. Vid. Paedag. Philol. Lit. Blatt. (ad Ephem. Schol. Darmst.) 1826. II. 56. p. 494 sq. Verb. ex MS. nescio quo in marg. *semel obiecta specie*. Vind. 1. habet *spes* pro *species*, ex perperam lecto compendio. Scripsi autem cum Dav. *est cuiuspiam* (quod ille sine dubio ex Cod. Reg. recepit), pro *cuiuspiam est*, ex Gud. 1. Rehd. Marb. Vind. 1. Verbum *est* omittunt Gud. et Mon. 2. cum uno Ox., quod post syllabam - *es*, facile potuit excidere. Unus Ov. habet *videtur* pro *videatur*: idem omittit *id*. Rehd. habet *in id ipsum adipiscendum impellitur*. Species hac sententia Ciceroni alibi dicitur *visum* i. e. *φαντασία*. Cod. Aug. habet *qua* pro *quod*. *Mr.*

Id quum constanter] Unus Ox. *idque quum c.* — „*Βούλησιν* Scholastici *volitionem* dicebant. quasi nos diceremus *Wollung*." FAW. in scholis. Unus Ox. et Cod. Mon. 2. loco vocis graecae vacuum habent spatium; in Ed. Junt. est *bulin*, in Ven. nostr. *uulisin;* in Cod. Marb., ut dixi *boyacĩn;* quatuor praeterea Oxx. et Aug. omittunt eam vocem, ne spatio quidem relicto. Pro *voluntatem* unus Ox. habet *voluptatem*. Eandem confusionem locum habere docuimus de Rep. I. 2. p. 13: quamquam sunt, qui ibi *voluptatem* defendant, sed rationibus parum idoneis. Cf. Beier. ad Cic. Lael. 16, 61. p. 97. et in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1827. I. 3. p. 31. Mox idem Ox. pro *voluntas* habet *voluptas*. *Mr.*

Eam illi putant in solo esse sapiente] Cod. Vind. 1. *esse in solo*. Rehd. omittit *esse:* unde noli ei verbo litem movere. Ad seqq. Fr. Fabricius: *βούλησις* apud Laërtium definitur *σύλλογος ὄρεξις ἐπιθυμία*

illi putant in solo esse sapiente; quam sic definiunt, Voluntas est, quae quid cum ratione desiderat. Quae autem, ratione adversa, incitata est vehementius, ea libido est vel cu-
13. piditas effrenata; quae in omnibus stultis invenitur. Item-
p.212. que, quum ita movemur, ut in bono simus aliquo, dupliciter
a. id contingit. Nam quum ratione animus movetur placide

[errare Fabricium vides ex ann. Davisii seq. ubi est Laërtii locus: quare etiam insequens eius reprehensio falsa:] verum id est libido seu cupliditas, *ἄλογος ὄρεξις*, id est appetitio *aversa a ratione*, ut recte Lambinus edidit: pro quo in vulgatis partim *adversus rationem*, partim *adversâ ratione*, in manuscr. *rationi adversa* legitur. Infra quoque in vulgatis est, *ut perturbatio fit adversa ratione*, ubi in vetustis legitur *aversa a ratione*." Cod. Vind. 1. habet *quae quidem*; Rehd. *quae quidquam*. *Mr.*

Voluntas est — effrenata] Voluntatis et libidinis definitiones e mente Stoicorum sic refert Laertius VII, 116. *Τῇ δὲ ἐπιθυμίᾳ ἐναντίαν φασὶν εἶναι τὴν βούλησιν, οὖσαν εὔλογον ὄρεξιν*, Augustinus C. D. XIV, 8. *Voluntas, inquiunt* Stoici, *appetit bonum, quod facit sapiens*. Adi et Joan. Stobaeum pag. 175. Idem p. 176. *Τὴν μὲν οὖν ἐπιθυμίαν λέγουσιν ὄρεξιν εἶναι ἀπειθῆ λόγῳ*. Sic etiam Clemens Alexandrinus Paedag. lib. I. cap. 13. Andronicus vero et Laertius VII, 113. *Ἐπιθυμία ἐστὶν ἄλογος ὄρεξις*, nec aliter Suidas. Eadem est sententia, verba diversa. *D.*

adversa ratione] „Lamb. *aversa a ratione* etc. al. *adversa rationi*." *Goth.*

Ratione aversa] Vulgo *ratione adversa*. [In Ed. 2. ait Dav. vulgo legi *adversa ratione*] Cum vero Codices paullo post exhibeant, *est igitur metus* ratione aversa *cautio*; nos lectionem Bentleianam sequimur. *D.*

ratione adversa] Corrigit Dav. *aversa*. Tum vero requiritur *a ratione aversa*. Magis est veri simile Ciceronem scripsisse *rationi adversa*. Ita paullo inferius in uno Leid. legitur *rationi adversa cautio*." *Bouh.* „*Ratione adversa* i. e. contra rationem. Dav. in Ed. 2. dedit *aversa ratione*, ut et post, prope finem capitis huius: neutrum bene. vulgatum verum est, firmaturque eo, quod est in fine capitis: *animi, adversante ratione, contractio*." *Ern.*

ratione adversa] Restitui *ratione adversa* cum Ern. FAW. Schz. Or. Nobb. Tbn. et ita habent Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Vind. 2. Marb. Gud. Rehd. Mon. 1. sex Oxx. Edd. P. V. Rob. Steph. Gebh. Inverso ordine *adversa ratione* est in Edd. Ald. Car. Steph. Boul. Brut. Sylb. Lambb. Goth. Leod.; in Edd. A. B. S. F. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Crat. Herw. *adversus rationem*. Lallemannus ex Bouh. sententia *rationi adversa*. Gesn. dedit *quae a ratione aversa*, omisso *autem*. Orellio placet *quae autem, a ratione aversa, inc. est*, laudatis §§. 11. 13. 22. 34. 47: quod nec mihi displicet. Sed sequendi fuerunt optimi libri. Pergit Gud. 2. *incita*, quod ortum est ex INCITA i. e. *incitata*. Vind. 1. omittit *ea*, ante *libido*. Pro *itemque* unus Ox. *itaque* cum Mon. 2. Rehd.; ortum ex ITĒQ. Pro *movemur*, Gud. 2. *monemur*, Aug. *moventur*. Cod. Rehd. *movetur*, et supra lin. *animus*. W. in scholis *afficimur* sc. animo: indeque dici ait de homine ingenioso *acute movetur*. Ita videlicet dixit Cic. ad Fam. XV. 21. 5. Pro *bono* unus Ox. *bonos* adhaerente prima proximae vocis litera. *Mr.*

Nam cum cum ratione — animi elationem] Vulgo *nam cum*

atque constanter, tum illud *gaudium* dicitur: quum autem inaniter et effuse animus exsultat, tum illa *laetitia gestiens* vel *nimia* dici potest: quam ita definiunt, Sine ratione animi elationem. Quoniamque ut bona naturâ appetimus, sic a malis natura declinamus; quae *declinatio* si cum

---

ratione. Sed excidisse voculam repetitam vidit Cl. Bentleius: sic enim plus vice simplici locutus est hoc ipso in capite Cicero. Gaudiam vero χαρά· laetitia gestiens, ἡδονὴ Graecis nominatur. Andronicus Rhodius p. 523. *Ἡδονή, ἄλογος ἔπαρσις.* Ac pag. 525. *Καὶ ὅτι, εὔλογος ἔπαρσις.* Diogenes Laertius VII, 114. *Ἡδονή ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν.* Et §. 116. *Τὴν μὲν χαρὰν ἐνυπάλιον φασὶν εἶναι τῇ ἡδονῇ· οὖσαν εὔλογον ἔπαρσιν.* Eadem repetit Suidas in *ἡδονή*, *χαρὰ* et *εὐπάθεια*. Vide et Clementem Alexandrinum Paedag. lib. I. cap. 13. Hieronymum in Epist. ad Galat. cap. V. pag. 153. et hos ad Fin. II, 4. *D.*

Nam quum ratione animus movetur] Non quod displiceat Bentleii emendatio *nam quum cum ratione* restitui vulgatam cum reliquis Edd., sed quia ferri potest librorum omnium lectio: quae non est relinquenda nisi necessitate urgente. Mox Cod. Gud. *tunc illud.* Tum Reliq. *dicitur gaudium*; Gud. omittit *dicitur*. Pro *inaniter* Edd. P. A. B. M. L. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Ald. Goth. Boul. Brut. Car. Steph. Sylb. habent *et inaniter*; contra libros MSS. Ad v. *inaniter* v. Gernhard. ad Cic. de Off. I. 29. 104. p. 119. Mox Cod. Mon. 2. *tunc illa*. Mox Ed. P. *minima* pro *nimia*. Verbum *potest* omittit unus Ox. alius in seqq. habet *animae* pro *animi*, alius *elationem*. *Mr.*

Quoniamque ut bona naturâ] „Revocavi hoc ex Ed. Victor. Pall. primo, quarto, quinto, Vatican. In editis *quomodoque bona naturâ*." *Gebh.* Ad sententiam cf. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 4. 13. p. 132. Habent *quomodoque bona* unus Ox. Edd. Car. Steph. Ald. Brut. Lood. Sylb. Boul. M. L. Goth. legitur *quoniam quae ut* in Codd. Reg. duobus Oxt. [qui habent *sunt* pro *ut* in quo agnoscis correctoris manum] Gud. 1. 2. Mon. 1. et Ed. Asc. 1. In Mon. 2. est *quoniam* omisso *que*, et sic etiam in uno Ox. Cod. Mon. 2. *quoniam quidem ut*. Mox Ed. P. *a malis non declinamus*: orto errore ex compendio *nã*, quod legebat librarius *nō*. Ad usum v. *declinatio* v. novam Forcellini Ed. Germ. T. II. p. 15. *Mr.*

Quae declinatio cum ratione fiet etc.] Vulgo, *quae declinatio sit cum ratione fiet*. Vox, quam delevimus, abundabat; ut animadvertit Cl. Bentleius. Andronicus p. 523. *Φόβος δ' ἐστὶν ἄλογος ἔκκλισις — ἀλύπησις δὲ εὔλογος ἔκκλισις.* Diogenes VII, 116. *Τὴν δὲ εὐλάβειαν (ἐναντίαν φασὶν εἶναι) τῷ φόβῳ, οὖσαν εὔλογον ἔκκλισιν· φοβηθήσεσθαι μὲν γὰρ τὸν σοφὸν οὐδαμῶς, εὐλαβηθήσεσθαι δέ.* Haec exsovipsit Suidas in *εὐπάθεια*. Vide nos infra cap. 31. *D.*

Quae declinatio cum ratione fiet] „Vocalem *si* ante *cum*, quae sensum turbat, cum Bentleio delevimus. Hanc tamen servant Regii." *Lall.* „Delevi *si* e MSS. [quibusnam?] et contextu." *Ern.* Secuti sunt Schz. FAW. (quamquam in scholis dicit *si* abesse non posse) Nobb. itemque Gesn. in Chrest. Cic. et Alt. *Mr.*

si cum ratione fiet] Ita Codd. fere omnes: nam ex solis Aug. et Vind. 2. nihil enotatum est: itemque Edd. praeter eas, quas superiore anno absque librorum auctoritate Bentleium sequi diximus. Vere autem monet Kühnerus non tolli ἀναντιόρητον Bentleii correctionem: apodosin autem latere in parenthesi cum qua coaluerit. Similiter Otto ad Cic. de Finn. in Excurs III. p. 894, dicens: deest apodosis, quae latet in parenthesi, quasi perrexisset: *quae declinatio quum ra-*

ratione fiet, *cautio* appelletur, eaque intelligatur in solo esse sapiente: quae autem sine ratione, et cum exanimatione humili atque fracta, nominetur metus: est igitur *metus a*
14. *ratione aversa* cautio. Praesentis autem mali sapientis af-

---

tione fiet cautio appelletur p. 10. *ea declinatio, quae quum ratione fiet* etc. Vind. 1. habet *fiat*, cum Gud. Ceterum mirari licet Bentleii inconstantiam, qui paullo superius Ciceroni contra libros *cum* obtruserit, ut dicat *cum ratione:* hoc vero loco, item contra libros, deleto *si*, praepositionem *cum* mutet in coniunctionem *quum*, quo facto *ratione* superiori sine praepositione conformatur: idque fecerit, ut anacoluthon tolleret, quod ista correctione non tollitur. Aeque rectum, commode ait Or., est *si cum ratione fiet* ac supra *quae quid cum ratione desiderat. Mr.*

cautio appelletur] *Appellatur* habent tres Codd. Oxx. Vind. 1. 2. Aug. Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Eaedem Edd. et duo Oxx. habent *intelligitur*. Sequentia *quae autem sine ratione* (sc. fiet), optime opponuntur antecedentibus *si cum ratione fiet*, ut hoc quoque rationibus contra Bentleii correctionem prolatis accedat. Mox Aug. *examinatione* pro *exanimatione:* lapsu frequentissimo. Post *fracta* in Cod. Mon. 2. sequitur *fiat, nominetur*, quod est glossatoris. Cod. Gud. habet *metus nominetur. Mr.*

Est igitur metus a ratione aversa cautio] „Ita Gryphianus. Ita loquitur etiam infra [21, 47.] *ut perturbatio sit aversa a ratione contra naturam animi commotio.*“ *Brutus.* „Libri vett. habent *a ratione aversa cautio:* quomodo nunc edidi. nam olim vulg. secutus edideram *rationi adversa cautio.* Quam lectionem nunc minus probo.“ *Lamb.* in curis sec. — Goth. edidit *rationi adversa:* Lambinum vero in marg. edidisse ait *a ratione aversa.* Alios habere ait Leod. *aversa a ratione.* — „*Ratione adversa:* primo ita edidit Lamb. et ita legendum ex Pal. sec. ut supra paullo: *quae autem ratione adversa incitata est vehementius.* alioquin Pall. prim. tert. quart. Pith. Vat. *ratione aversa* edit. *rationi adversa.*“ *Gebh.*

Metus ratione aversa *cautio*] Vulgo *adversa*; contra quam volunt Gebhardiani quinque, Reg. Pithoean. Med. et Bak. *D.*

est igitur metus a ratione aversa cautio] Ita dedi cum Or. ex Cod. Gryph. antiquissimo et Lambino in curis secundis: et sic (nisi quod excidit *a*) Codd. Reg. Gud. 1. 2. Vind. 1. Mon. 2. unus Ox. idque volebat sine dubio Ed. Tbn.; sed in hac expressa est, invito, opinor, editore, *a ratione adversa.* Scribitur *rationi aversa* in Mon. 1. Minoris auctoritatis Codd. habent *ratione adversa* cum Edd. P. A. B. S. C. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Reliqui *rationi adversa* cum Cod. Col. et aliquot Oxx. Pro *igitur* est *autem* in Codd. Vind. 1. et Aug. *Mr.*

Praesentis autem mali sapientis affectio nulla est:] „Atqui nonne patientia seu tolerantia est?“ *Lamb.*

Stulti autem aegritudo est ea] „Pall. quinque Vatican. *stulta autem.*“ *Gebh.*

Praesentis autem mali sapienti *adfectio nulla est:* stultis *autem aegritudo*] Est a Cl. Bentleio. Vulgo, *sapientis adfectio nulla est: stulti autem* etc. At in Codicibus est *stulta autem aegritudo.* Nihil tamen iuvat illa variatio. *D.* [Mihi vero, ne quid de constructione, quam prae se ferunt vulgati, dicam, odiosa illa particulae repetitio non arridet. Forte legi possit: *praesentibus autem, malis sapientis adfectio nulla est: stultorum aegritudo est ea* etc. *Dav.* in Ed. 2.]

fectio nulla est: stulta autem aegritudo est ea, qua afficiuntur in malis opinatis, animosque demittunt et contrahunt, rationi non obtemperantes. Itaque haec prima definitio est, ut aegritudo sit animi, adversante ratione, contractio. Sic

---

Praesentis — mali sapientis affectio nulla est; stulti — aegritudo est ea,] „Tria in hoc loco sollicitantur: primo duplex genitivus, *mali sapientis affectio*: dein permutatio ista numeri, *stulti aegritudo, qua afficiuntur*, postremo repetitio coniunctionis *autem*. Quod ad repetitionem coniunctionis et numeri vicissitudinem attinet, in his nihil sollicitandum esse monstrant, quae nos ad Acad. II. 27. [p. 53. (37.)] et Tusc. III. 28. [p. 118. (86)]. Duplicem vero Genitivum egregie iam vindicatum video ab erud. Schroedero, quem hic et alibi surdo cecinisse nollem. Nos nostra adiungemus. Infra c. 13: *valetudinis corporis conquassatione*. et rursus *corporis est quaedam apta figura membrorum*, c. 14: *Labor est functio quaedam vel animi vel corporis gravioris operis et muneris*. pro Ligar. 5: *studia denique generis ac familiae vestrae, virtutis, humanitatis* etc. N. Deor. II. 58: *quarum* (artium) *est iudicium oculorum*. Plura Cortius ad Sall. Cat. 24, 4. [De hac re dixerunt Perizon. ad Sanct. Min. 2, 3, 15. Drakenb. ad Liv. 25, 15. 11. Cort. ad Cic. Ep. VI. 20, 30. Burmann. ad Lucan. 9, 8. Goerenz. ad Cic. de Legg. 2, 17. p. 169. Baden. ad Senec. Herc. fur. 248. Henr. Voss. in Theocrit. p. 5. Livius adeo triplicem Genitivum posuit. Praefat. 3: *iuvabit — rerum gestarum memoriae principis terrarum populi — me ipsum consuluisse. Hand.*]“ *Wopkens.* Lectt. Tull. 122. „Dav. cum Bentleio legendum h. l. existimabant *sapienti*, et paullo post *stultis*. Sed prius quidem non esse necessarium docuit Wopk. I. 16: quod ad posterius sufficit restituere *stulta*, quod est in plerisque Codd. etiam in Reg. et uno Leid.“ *Bouh.* — „*sapienti — stultis*. Ita locum in MSS. corruptum emendavit Bentleius. Vulgata lectio, *sapientis* et *stulti*, stare nequit.“ *Lallem.* „*Praesentis mali sapientis affectio nulla est* i. e. praesenti malo sapiens non afficitur: nam ea foret aegritudo, qua sapientem carere demonstratum est. L. III. Bentleius legi volebat *sapienti* et mox *stultis*.“ *Ern.* „Bentl. *stultis*, Buher. *stulta* corrigunt. Neutrum bene. Nam verba hoc modo interpungenda sunt: *stulti autem, aegritudo est ea, qua afficiuntur*.“ *Nissen.* „Bentleii correctio *sapienti* firmari videtur ab aliquot Oxx. *Stultis* est in Codd. nullo. *Stulti* dedi ex Edd., praeter Dav. et Lall., omnibus, nisi quod W. in Ed. 2. et Sch. exhibent *stulta*, quod est in Cod. Reg.“ *Or.* „Codd. *stulta autem*: melius alii *stultorum aegritudo est*, omisso *autem*. Ita optime intelligitur sequens *afficiuntur*.“ *FAWolf.* in sch. „Commode Bremius ad Cic. de Finn. II. 7. p. 137: *afficiuntur*, ait, etsi singularis praecessit. — Kühnerus defendit *stulta*: sed oppositum *sapientis* requirit *stulti*. — *Afficitur* incommode ambiguum esset. Recte Handius: Non praestat in hac definitione *stultis*. Eadem ratione antea dictum est *sapientis*.“ *Or.* Non defendit Kühn. *stulta*, sed praefert *stulti*, dicens: in *stulti*, quamvis non conveniat sequenti plurali *afficiuntur*, latere tamen pluralem, indeque factum esse ut Cic. transiret ad pluralem *efficiuntur*: ut de N. D. I. 38: *hoc idem fieri in deo*: — *ex quo esse beati atque aeterni intelligantur*. *Mr.*

sapientis — stulta] Ita dedi, cum FAW. in Ed. 2. et 3. et Schz., ex Codd. Reg. Pall. omnibus, Vat. Mon. 2. quinque Oxx. Rehd. Gud. 2. et uno Leid. Quod vero aiunt *stulti* necessarium esse, ut opponatur antecedenti *sapientis*: id verum non est: eadem enim, quamquam paullo liberior, est oppositio *si* scribas *stulta*: accedit

quatuor *perturbationes* sunt, tres *constantiae*; quoniam aegritudini nulla constantia opponitur.

7 Sed omnes perturbationes iudicio censent fieri et opinione. Itaque eas definiunt pressius; ut intelligatur, non modo quam vitiosae, sed etiam quam in nostra sint potestate.

---

optimorum librorum auctoritas, quae si ab altera lectione staret, non esset sollicitanda: nunc, ut non semel monui, non id quaeritur, an peioris familiae lectio ferri possit, sed an, quam optimi tuentur libri, eiusmodi sit, ut Cicerone digna esse videatur. — Pro *est ea* Mon. 2. habet *ea est*. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. exhibent *stulti est autem*. Pergit Mon. 2. *qua afficiuntur malis inopinatis*: quod est correctoris Ciceronem non intelligentis. Unus Ox. habet *opinatisque animos*. Vind. 2. *animosque deducunt*. Aug. *animos demittunt*. Gud. *dimittunt*. Aug. *contrahant ratione non obtr.* In Cod. Gud. 2. legitur *itaque quia haec*. *Mr.*

Aegritudo sit animi, adversante ratione, contractio] Si Graeca desideres, exhibet Stobaeus Eclog. Ethic. pag. 176. quo notante, Stoici tradunt *λύπην εἶναι συστολὴν ψυχῆς ἀπειθῆ λόγῳ*, vel *συστολὴν ἄλογον*, ut habent Andronicus pag. 523. Diogenes VII. 111. ac ex hoc Suidas in *Λύπη* et *πάθος*. *D.*

animi, adversante ratione, contractio] Vides variare Ciceronem orationem suam: cum primum dixerit *ratione adversa*, secundo loco *a ratione aversa*, tertio nunc ponit *adversante ratione*. Quare non probanda est eorum ratio, qui omnibus eum locis uno eodemque modo loqui volunt ideoque corrigunt. Ceterum scribitur h. l. *ratione adversante* in Codd. Vind 1. et Mon. 2. In Marb. omittitur *sunt* post *perturbationes*, cuius loco unus Ox. habet *conturbationes*: aberrante fortasse scribae oculo ad proximum *constantiae*. *Mr.*

Tres constantiae] Augustinus C. D. XIV, 8. *Quas enim Graeci appellant εὐπαθείας, Latine autem Cicero* constantias *nominavit, Stoici tres esse voluerunt, pro tribus perturbationibus, in animo sapientis — pro aegritudine vero vel dolore — negaverunt esse posse aliquid in animo sapientis* etc. *Εὐπάθειαι* vero sunt *χαραὶ, εὐλάβειαι, καὶ βούλησις*. Vide Diogenem VII, 115. et Suidam in *εὐπάθεια*. In Andronico pag. 525. lege *εὐπαθείας εἶδη*, non *ἀπαθείας*. *D.*

tres constantiae] Unus Ox. antiquo more *tris*. Perturbationes sunt *libido, laetitia, metus, aegritudo*: Constantiae *voluntas, gaudium, cautio*. Plurálem numerum *constantiae* quod h. l. posuit, factum quidem hoc est, ut ad Graecum *εὐπαθείας* se propius applicaret. Nec tamen vel sine eiusmodi causa talibus pluralibus se abstinuit Cicero. Vide, ut pauois defungar, Ochsner. in Eclogg. Cic. p. 87. coll. p. 484. ad 3. ibiq. laudd. in primis Ruddimann. Inst. Gr. Lat. I. p. 140. Ad verba *quoniam — opponitur* explicanda addit Bill., sed mentis sanitas, indolentia, robur, virtus, fortitudo etc. Nam est *κατάστασις* quaedam animi: illae vero perturbationes sunt proprie *κινήσεις* ex Stoicorum sententia. Cf. J. Lipsii Manuduct. ad Stoic. Philos. III. 7. p. 704 sqq. ed. Vesal. Opp. Lipsii T. IV. coll. cap. V. p. 759 sqq. *Mr.*

c. 7. *Sed omnes perturbationes iudicio censent fieri*] „Laertius: *δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὰ πάθη κρίσεις* [suspicetur fortasse aliquis, ex Cicerone, legendum esse *κρίσει*] *εἶναι, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ παθῶν.*“ *Fr. Fabr.* Vid. et haec et plura ad totum hoc caput facientia, in quo plane sequitur Cicero Chrysippum, Baguet de Chrysippo §. CXIII. CXIV. p. 285 — 315. — „*Iudicio* i. e. *κρίσει* et *δόξῃ*“ quo quidem non similiter Zeno. Nam ille *τὰ πάθη* dixit esse *πρὸς ὑπομένων τῇ κρίσει*, hoc est *τὰς ἐπιγιγνομένας ταῖς κρίσεσι συστολάς*

Est ergo *aegritudo*, opinio recens mali praesentis, in quo demitti, contrahique animo rectum esse videatur; *laetitia*,

---

λύσεις: quae quocunque modo interpretatus fuero, melius et planius Graece dicentur. Significantur autem animi contractiones et dissolutiones, quae aliqua de re iudicium sequuntur et excipiunt. Haec ita Galenus tradit lib. V. Placitorum Hippocratis et Platonis. — *Pressius* autem est subtilius, ut in Acad. et de Finn. 4." *Camer.* Vid. de Finn. IV. 10. 24. Acadd. II. 9. 29. Habes etiam Stoicorum, quae in hoc capite continentur, definitiones graecas oppositis Ciceronianis, apud H. Stephanum in Ciceron. Lex. p. 59 sq. — Cod. Mon. 2. exhibet *censet*; Rehd. et Aug. *censentur*. Unus Ox. habet *iudicio censent fieri opinationum*. Ad sententiam confert Ochsn. l. c. de Finn. III. 10. Tusc. IV. 38. Acadd. I. 10: ad v. *pressius* Ruhnken. ad Vellej. Paterc. II. 129. [p. 218. ed. Clud. add. ed. Krausii p. 547.] Add. Schütz. Lex. Cic. v. *presse*. In seqq. unus Ox. *non modo quidem*. Pergunt Codd. Reg. Mon. 2. Edd. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. *vitiosa*. Mon. 2. *sedent* pro *sed etiam*. Ed. P. *quamquam* pro *quam*. Mon. 1. *quam sit in*. Tres etiam Oxx. habent *sit* pro *sint*. *Mr.*

Est ergo aegritudo] Vulgo *igitur* pro *ergo*: posterius dedit solus Dav. Est autem *ergo* in Codd. optimis, Reg. Gud. 1. Marb. Mon. 1. 2. Gud. Rehd. Vind. 2. Stare posse in tali expositione *ergo* vides ex Handii Tursellino II. p. 461 sq. Quam facile *ergo*, et *igitur* permutentur ob similitudinem compendiorum, vides ex Baringii Clav. Diplom. VII. tabb. 4. et 6: ℓ et ℊ; prius significat *igitur*, posterius *ergo*. Quam saepe autem permutentur, de eo vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 37. 134. III. 16. 67. III. 20. 81. Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 9. 26. IV. 13. 34. Vocem *aegritudo* omittit unus Ox. eamdem Gud. 1. nonnisi a 2. m. habet. In Aug. scribitur *opinio recens aegritudo*. Ad v. *recens* v. III. 31. 75. de Finn. II. 20. Auct. ad Herenn. II. 7. *Mr.*

Est ergo aegritudo — in quo efferri rectum esse videatur] Longius a nostro recedunt Diogenes et Stobaeus, quos ea de causa praetermisi. Aegritudinis autem laetitiaeque definitiones, quas ex mente Chrysippi sic refert Galenus lib. IV. de Dogm. Hipp. et Plat. cap. 1. propius accedunt. *Τὴν λύπην*, inquit, *ὁριζόμενος δόξαν πρόσφατον κακοῦ παρουσίας· — τὴν δὲ ἡδονήν, δόξαν πρόσφατον ἀγαθοῦ παρουσίας.* Ciceronianas tamen plenius exprimunt illae apud Andronicum Rhodium pag. 523. *Λύπη δόξα πρόσφατος κακοῦ παρουσίας, ἐφ' ᾧ οἷόν τε δεῖν* (Leg. *οἴονται δεῖν*) *συσταλλεσθαι. Ἡδονή, δόξα πρόσφατος ἀγαθοῦ παρουσίας, ἐφ' ᾧ οἷόν τε δεῖν ἐκτείνεσθαι.* Iterum reponas oportet *οἴονται δεῖν*. Simile mendum, quod ex hodierna Graecorum pronuntiatione nascitur, in multos invasit veterum loeos. Arrianus Epict. lib. II. cap. XXI. pag. 238. *Ἐνί τι καὶ τῷ ζηλοτύπῳ, ὡς οἷόν τε, τοῦ ἀκουσίου.* Scribendum, *ὡς οἴονται*. Dion Chrysostomus Orat. VII. pag. 106. C. *Τοὺς δὲ τὸ γυμνάσιον γεωργοῦντας καὶ τὴν ἀγορὰν κατανέμοντας οὐδὲν ΟΙ' Ο'Ν ΤΕ ποιεῖν δεινόν.* Auctor dubio procul *οἴονται* reliquit. Alciphron lib. III. Epist. 62. *Ἀλλ' ἐκνουριασθείης* (forsan *ἐκκορακισθείης*) *ὅτι ἄκαιρος εἶ καὶ λάλος. Μυστήρων ἐν αὐταῖς σεμνύεται ταῖν θεαῖν ταῖν Ἐλευσινίων ἀσφαλέστερον· καὶ βούλονται ἡμᾶς ἀγνοεῖν τοὺς εἰδότας, ᾗ καὶ ΟΙ Ο'Ν ΤΕ δαηκοότας οὔπω πεπεῖσθαι.* Leg. *οἴονται*. Sic apud Hieroclem in Aur. Carm. XIII, seqq. pag. 70. ex Codice Mediceo scribendum *Καὶ τὰ πάντα* (vulgo *πάντων*) *ἀθροίζειν πειρώμενοι πρὸς τὸ αὐτοῖς ἀναστελές, ὡς ΟΙΟΝΤΑΙ*, non *οἷόν τε*, sicut editur. Sed haec hactenus. *D.*

opinio recens boni praesentis, in quo efferri rectum esse videatur; *metus*, opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur; *libido*, opinio venturi boni, quod sit ex usu
15. iam praesens esse atque adesse. Sed quae iudicia quasque opiniones perturbationum esse dixi, non in eis perturbationes solum positas esse dicunt, verum illa etiam, quae effi-

---

demitti contrahique animo] „Malim *animos*: ut in praecedente cap. habemus, *animosque demittunt et contrahunt*. De Fin. V. 15: *victi debilitantur animosque demittunt*. Epist. ad Q. Fr. I. 1: *rogo, ne contrahas aut demittas animum*.“ *Pearcius*. „Pearcius volebat *animos*: sed nil interest. dici potest *contrahi animo* et *animos*: potest etiam plane omitti. *Animos* tamen melius convenit verbo *demitti*. Sed satis est *animo* verbum ultimum *contrahi* convenire.“ *Ern*. Cod. Vind. 1. et Ed. P. *demitti — animum*. Rehd. bis inverso ordine *videatur esse*. Aug. et Gud. 2. *dimitti*. Duo Oxx. omittunt verba *laetitia — esse videatur*. Gud. omittit *recens* ante *boni*. Idem post *praesentis* addit *elata et gestiens* et omittit verba *in quo efferri — tolerabile esse videatur*. Gud. 2. *et ferri*, ortum videlicet ex scriptione antiqua *ecferri*, quam habet Cod. Gud. 1. deditque, sine dubio ex Reg., Davisius. Scribitur etiam *videatur esse* in Cod. Gud. 2. Pergit Mon. 2. *Metus est*. Unus Ox. omittit *esse*, alius verba *metus — videatur*, quae recentior manus addidit. Alius Ox. non habet *impendentis*. Pro *libido* Gud. 1. et 2. *lubido*: sed in priore ab eadem manu correctum est. Pro *venturi* duo Oxx. peioris notae cum Ed. P. (Ven. Alt.) *futuri*. Mon. 2. *futuris*. *Mr*.

quod sit ex usu iam praesens esse atque adesse] „i. e. quod iam adesse nobis expediret.“ *Hotting*. „Schellerus in Obss. in pr. scriptt. p. 226. ad locum de Off. I. 4. 11. - *quod haec* (belua) *ad id solum quod adest quodque praesens est, se accommodat*: haec annotat: „quomodo differunt *quod adest* et *quod praesens est?* Alterutrum abesse possit.“ Locus sanus est. Et differunt haec verba (quamquam hoc ipsum negat etiam Beierus), neque alterutrum delendum est. Cfr. Tusc. IV. 7. 14: *quod — praesens esse atque adesse*. De Finn. I. 17. 55: *corpore nihil, nisi praesens et quod adest, sentire possumus —*; ubi pulchre vidit Bremius *praesens* ad tempus, *adest* ad locum referendum esse.“ *Vogel*. in Obss. ad Cic. (Prolus. Bipont. 1830.) p. 25. sq. — Pro *sit* unus Ox. *scit*, Mon. 2. *scitur*. Gud. 2. omittit *ium*. Unus Ox. habet *abesse*. *Mr*.

Sed quae iudicia — efficiuntur perturbationibus] Recte explicat Kühn.: Stoici, in iis iudiciis opinionibusque, e quibus perturbationes nasci dixi, non solum ipsas perturbationes positas esse, dicunt, verum illa etiam, quae efficiuntur perturbationibus. Similes constructiones verborum laudat Ochsn. ex de Divin. II. 26. [ubi vid. an. nostr. p. 389.] Offic. III. 22. de Legg. II. 5. [ubi vid. Wyttenb. ed. nostr. et Cr. p. 184.] Confert etiam de N. D. III. 16. 41. Duo Oxx. peioris familiae et Mon. 1. habent *perturbationem esse dixi*: et sic edidit FAWolf. in Ed. 2: sed operarum errore. *Mr*.

illa — quae efficiuntur] „i. e. effectus. Amant Latini eiusmodi *περιφράσεις*, quarum sat magnam copiam congessit Gronovius pater ad Liv. III. 44. med.“ *Gesner*. Ad h. l. Davisius in Ed. 2. coniecerat *verum in illis etiam*: addens: nam cum Chrysippus sola iudicia perturbationes esse statuerit, Zenon aliique multi non ea modo, sed et eorum effectus hoc nomine donabant. Idem ibidem Ciceronem contra Salmasium et Menagium defenderat, Graviter, dicens, lapsi

ciuntur perturbationibus: ut aegritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat; metus, recessum quendam animi et fugam; laetitia profusam hilaritatem; libido effrenatam b. appetentiam. *Opinationem* autem, quam in omnes definitiones

---

sunt praestantes illi viri; quippe Galenus a Tullii partibus omnino stat: nam quum dicit Chrysippum Stoicis adversari, οἳ οὐ τὰς κρίσεις —, eodem redit ac si scripsisset: οἳ οὐ μόνον τὰς κρίσεις, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολάς — ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη. In huiusmodi certe locutionibus haud raro fit, ut μόνον subaudiatur. Theocritus Idyll. X. 19. — — τυφλὸς δ' οὐκ αὐτὸς ὁ Πλοῦτος ἀλλὰ καὶ ὠφρόντιστος Ἔρως. Democrates in Sent. Aur. p. 630: ἐχθρὸς οὐχ ὁ ἀδικῶν, ἀλλὰ καὶ ὁ βουλεύων. Zosimus lib. I. p. 36: οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον. Si plura vis, adi quae notavimus ad lib. II. de Nat. Deor. c. 64." *Mr.* „Davis. *in illis etiam.* Male. Nam *non solum perturbationes* requirunt *illa.*" *Nissen.* Vides ex ann. Ed. 3. non exspectasse Davisium, donec a Nissenio edoceretur: quamquam Niss. non ipsam Davisii Ed. secundam inspexisse credo, sed obloqui tantum Ernesto, qui, non inspecta tertia, neque rem ipsam satis expendens illius coniecturam in ann. probavit. Solus Cod. Ven. habet *verum etiam illa. Mr.*

Verum illa *etiam*] Veretur doctissimus Salmasius ad Simplicium pag. 59. ne perperam haec intellexerit Cicero: et cum eo facit Menagius ad Laertii VII, 111. Nam cum Chrysippus iudicia perturbationes esse statuerit, Zenon aliique e Stoicis eorum effectus hoc nomine donabant. Galenus lib. IV. Dogm. Hipp. et Plat. cap. III, pag. 139. Ζήνωνι κατά γε τοῦτο καὶ ἑαυτῷ καὶ πολλοῖς ἄλλοις (Χρύσιππος) μάχεται τῶν Στωϊκῶν οἳ οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ ΚΑΙ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολὰς καὶ ταπεινώσεις καὶ δῆξεις ἐπάρσεις τε καὶ διαχύσεις, ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη. Legendum videtur ἀλλὰ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολάς. Alioqui Zeno non iudicia tantum sed et quae ex iudiciis consequuntur perturbationes esse statuisset. Vide sis ad lib. II. N. D. cap. 64. Ea tamen haud fuit illius sententia: nam sic idem Galenus lib. V. cap. 1. pag. 155. ait: Χρύσιππος μὲν οὖν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ παθῶν ἀποδεικνύναι πειρᾶται κρίσεις τινὰς εἶναι τοῦ λογιστικοῦ τὰ πάθη, Ζήνων δ' οὐ τὰς κρίσεις αὐτάς, ἀλλὰ τὰς ἐπιγιγνομένας αὐταῖς συστολὰς καὶ λύσεις, ἐπάρσεις τε καὶ πτώσεις τῆς ψυχῆς ἐνόμιζεν εἶναι τὰ πάθη. *D.*

ut aegritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat;] Ante *ut — efficiat,* quod explicandi causa additur, intellige *ita videlicet.* Vid. J. S. Rosenhayn. in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1826. II. 1. p. 46. — In Cod. Gud. scribitur *doloris aliquem,* inverso ordine. Unus Ox. habet *efficiant.* Voce *recessus* Cicero reddere vult Graecam συστολήν, monente W. in scholis. Pro *laetitia* unus Ox. habet *laetitiam.* Gud. *libido diffrenatam app.* Gud. 1. et 2. *lubido effrenata*; in priore a r. m. correctum est *libido. Mr.*

Opinationem autem,] „Ita Cod. Gryph. ut infra [IV. 11. 26.]. Definiunt autem animi aegrotationem, opinationem vehementiorem de re non expetenda. Et rursus: *Haec autem opinatio est, iudicare se scire, quod nesciat* [IV. 11. 26.]." *Brutus.* „Introduxi, quod exstabat in vet. cod. Gryphiique libro, Pall. omnibus; Fabr. Gembl. Pith. alias, *opinionem.*" *Gebh.* Ante Gebhardum iam editum est *opinationem* in Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Crat. Herw. et ita esse in vet. cod. notatum est in marg. Lambb. Habent idem sex Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Gud. Rehd. Duisb. Conf. Acadd. pr. II. 24. 78. Eadem verba confunduntur de Univ. 2.

superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem.
16. Sed singulis perturbationibus partes eiusdem generis plures subiiciuntur: ut *aegritudini* invidentia, (utendum est enim docendi causa verbo minus usitato; quoniam invidia non in eo, qui invidet, solum dicitur, sed etiam in eo, cui invidetur:) aemulatio, obtrectatio, misericordia, angor, luctus, maeror, aerumna, dolor, lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictatio, desperatio, et si quae sunt de genere eodem. Sub *metum* autem subiecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido: *voluptati* malevo-

---

Scribitur in Cod. Mon. 2. *in omnes superiores definitiones.* Unus Ox. *induximus.* Ad v. *inbecillam assensionem* cf. Cic. Acadd. II, 32, 37: *nunc de assensione — quam Graeci συγκατάθεσιν vocant* — ubi vid. Hülsemann. p. 493. — Scribitur *imbecillem* in Codd. Aug. Vind. 1. Edd. S. E. HWolf. Cod. Gud. exhibet *assentationem.* Mon. 2. *imbecillam animi assentionem.* Ad v. *volunt esse* v. nostr. annot. ad Cic. de Div. II. 44. p. 460. Mox Codd. Gud. 1. (a 1. m.) Mon. 1. quatuor Oxx. Edd. P. A. B. S. E. M. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. Ald. Boul. Lambb. Car. Steph. *sed in singulis. Mr.*

Ut aegritudini — invidetur] Profert Nonius in *invidia. D.*

utendum est enim docendi causa] „*Dicendi* est in uno Oxx. Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. In Codd. D. Mon. 2. est *in eo solum, qui invidet.* Ad structuram *in eo — dicitur* Gesnerus, *in eo,* ait, est i. q. *de eo:* quamquam etiam *esse* potest intelligi. Poni potest item *de* pro *in:* ad Famm. I. 9. extr. *Scripsi tres libros in disputatione et dialogo de Oratore*: quamquam hic intelligi etiam potest: *tres eo dialogo libros explevi.*" Locus est §. 67. ed. Kortt. De repetita formula *in eo — in eo* vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 6. 15. p. 439. Nostram habes de Or. II. 61. 248: *Ridiculum est illud Neronianum in furace servo — quod idem in bono servo dici solet.* — Gud. 2. habet *quo invidet.* Pro *etiam* unus Ox. habet *quae:* eam vocem omittit Gud. Unus Ox. habet *qui* pro *cui.* Post *aemulatio* unus Ox. haec addit: *Invidentia vero in eo qui invidet. Ceterae partes aegritudinis sunt aemulatio.* Marb. omittit *sollicitudo, molestia, afflictatio.* Unus Ox. habet *solitudo.* Gud. 2. Vind. 1. duo Oxx. Ed. P. *afflictio.* In seqq. Vind. 1. Aug. Mon. 2. et Edd. (excepta P.) ante Gebh. *et si qua.* Marg. MS. Ed. Asc. 2. *sint* pro *sunt.* Rehd. post *eodem* addit *ut puto.* In eodem post *terror* sequitur *tremor, timor. Mr.*

Sub metum autem subjecta sunt] „Lamb. *metui autem.* — In aliis omnibus legitur *sub metum autem* — Locutio utraque bona est: sed quia duo reliqua genera in dativo casu nominat, idem hic quoque magis placet." *Fr. Fabr.* [qui recepit Lambini coniecturam.] „Unus Leid. *sub metu*: sed neque hoc, neque vulgatum placet. Requiritur *metui,* quod respondeat *voluptati* et *libidini,* quae pendent ab *eodem,* quod supra scriptum est *Singulis perturbationibus partes subiiciuntur.* — Quae fuit etiam Lambini sententia." *Bouh.* FAW. dedit *sub metu* et h. l. et infra §. 18. extr. eumque secuti sunt Schz. et Nobb. Est vero ita in sex Oxonn. Gud. 2. Aug. Vind. 1. Sed meliores Codd. et Edd. omnes ex Ciceronis usu, putidam quoque, quam Lambinus et Bouh. desiderabant, aspernantis diligentiam: *sub metum.* In Vind. 1. scribitur: *sunt haec: pigritia* — Gud. 2. omittit *timor.* Gud. 1. et Aug. exhibent *examinatio.* Vind. 1. *formido, conturbatio,* inverso ordine. Verba *Voluptati* usque ad *similia* desunt in Cod. Mon. 2.

lentia laetans malo alieno, delectatio, iactatio, et similia:

Scribitur *Voluptatis* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Marb. uno Ox. In alio *voluptas*. *Mr.*

voluptati malevolentia laetans malo alieno] „Sic in omnibus priscis novisque, quae vidi, exemplaribus. Nonius tamen Marcellus, pro *laetans*, *lactans* legit, cum verbum *lactare*, quod est inducere vel mulcere vel decipere, exponeret, hunc locum adducens. Nec tamen contemnenda est recepta lectio: nam cum ex opinione Stoicorum Cicero loquatur, qui quatuor genera perturbationum esse dicerent, his nominibus ab ipsis appellata, *λύπην*, *φόβον*, *ἐπιθυμίαν*, *ἡδονήν* (ipse quomodo nominet planum est) et singulis generibus partes plures subiicerent: ut alias nunc omittam, *ἡδονῇ*, id est voluptati (quamvis quandoque laetitiam Cicero interpretetur) subiiciebat *κήλησιν*, *ἐπιχαιρεκακίαν*, *τέρψιν*, *διάχυσιν*, ut docet Laërtius in Vita Zenonis. Potuit igitur reddere verbum e verbo ducens *ἐπιχαιρεκακίαν malevolentiam laetantem malo alieno*. Nec tamen lectionem Marcelli propter eius auctoritatem improbo: quamvis vereor ne multis locis depravatum sit exemplar, quod in manibus omnium est: ita enim legit et exponit nonnullos locos Ciceronis, ut vix videantur illo modo posse intelligi, nisi omnia mendorum et perversionum plena sunt.“ *Victorius*. „Versum Caecilianum:

Quod proluvium, quae voluptas, quae te lactat largitas? — hunc versum citat Nonius exponens, quae sit vis verbi *lactare*: — Sed quem ibidem Ciceronis e quarta Tusculana adducit locum, melius in vulgatis libris legi, quam quomodo ipse vult, arbitror. Ostendit enim se ita legere: *Voluptati malevolentia lactans malo alieno*.“ Melius autem vulgo legitur *laetans malo alieno*, non enim dubium est, quin Cicero expresserit Graecum verbum *ἐπιχαιρεκακία*. Sed multa eo modo et apud Nonium et apud eiusdem classis alios parum emendate leguntur.“ *Muretus*. V. L. IV. 13. „Nonius legit *malevolentia lactans*: sed errat Nonius. describitur enim ea, quam Graeci *ἐπιχαιρεκακίαν* appellant. — Supra autem non longe, pro *sub metum autem subiecta sunt*, videtur legendum: *metui autem subj. sunt* etc. ut, quae sequuntur, eis respondeant, *voluptati malevolentia* etc. *libidini ira* etc. alioqui videtur subiungere debuisse *sub voluptatem malevolentia, sub libidinem ira* etc. nisi dicamus Ciceronem consuluisse aurium voluptati et perspicuitati. nam hoc *metui* praeterquam quod ambiguum est (potest enim infinitivi modi esse passivi, a verbo *metuor*), praeterea facit orationem *κακόφωνον* propter *i* litteram in ultima syllaba. Ita supra dixit *sub metum subiecta* etc., infra *voluptati subiecta*, quamvis *subiecta* subintelligatur, non exprimatur.“ *Lambinus*. „*Malevolentia laetans malo alieno* est *ἡ ἐπιχαιρεκακία*, quae apud Laërtium definitur *ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς*. Cicero paullo post ait *Malevolentiam esse voluptatem ex malo alterius sine emolumento suo*. Quare quod Nonius hic legit *lactans*, id merito a Lambino et Mureto improbatur.“ *Fr. Fabric.* „Nescio quid velint Pal. quart. Vatican. *voluptatis malivolentia*.“ *Gebh.* „Rob. Stephanus edidit *lactans alieno malo*. Decepit eum Nonius Marcellus. — Expressit Tullius *ἐπιχαιρεκακίας* potestatem, quae est *ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς*. — Vid. M. A. Muretum Var. Lect. lib. IV. c. 13.“ *Davis*. in Ed. 1.

Malevolentia laetans *alieno malo, delectatio, iactatio et similia*] Haec, si libris editis credimus, laudat Nonius in *lactare*, legitque *malevolentia lactans*: unde vir eruditus ad Eliensis Codicis oram rescribit, *iactans alieno malo*. Sed, quod optima fide testor, in Mste Coll. Corp. Christ. Cant. apud Nonium exhibetur *malevolentia* laetans

libidini ira, excandescentia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium, et cetera eiusmodi.

---

malo alieno. Hinc vel ipsum Marcellum mutilum esse, vel hanc e Tullio ῥήσιν additiciam spuriamque censeri debere, mihi nata est suspicio. Utcunque sit, lectio, quam dant Ciceronis exemplaria, prorsus est retinenda; si modo, quod Cl. Bentleio mihique persuasum est, *laetans alieno malo* non sit a Librariis iniectum. Hic enim nuda ponit noster adfectuum nomina; *malevolentiamque* idoneam esse visam quae Graecorum ἐπιχαιρεκακίαν exprimeret, patet ex cap. IX. *Malivolentia sit,* inquit, *voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.* Vide et Laertium VII, 114. *D.*

Laetans malo alieno] „Hoc est a glossatore: pertinet enim ad definitionem, quae infra est.“ *Ern.* „Haec tria verba qui deleverit, ei non repugnem. Habere tamen eam vim videntur, ut causam indicent, ob quam malivolentia voluptati potius subiecta sit, quam libidini.“ *Nissen.* Uncinis haec verba Wolfius, ut Ern., inclusit: plane eiecit Schz. nimis calide, ut vere monet Or. Nobbius cum uncinis, Or. sine uncinis habet. Recte hic monet satis ea tueri Nonium, neque satis exprimi ἐπιχαιρεκακίαν voce *malevolentia.* Neque ego mihi in tanto optimorum, imo omnium, librorum consensu licere censui aliquid contra vulgatam moliri, praesertim cum et elegantiora sint, quam quae vulgarem glossatorem redoleant, ut certissime ea legerit Nonius, quamquam (ut haud raro) corrupto libro usus. Fortasse autem alicui id placuerit, ut Cicero, videns, ἐπιχαιρεκακίαν non satis reddi voce *malevolentia,* non tria tantum ista verba, sed quatuor, explicandi causa addiderit: *laetans malo alieno delectatio:* nisi forte eum id moverit, quod, ut vidés ex annotatione Victorii, apud Laërtium in iis, quae subiecta sunt τῇ ἡδονῇ, enumeratur τέρψις: quamquam haec ipsa Ciceronis non ad verbum reddunt Graeca ista, cum neque κήλησις in iisdem enumeretur a Cicerone, neque διάχυσις, quamvis hae quoque voluptati subiiciantur, *iactationi* autem ibidem (Laërt. VII. 114.) nihil respondeat: quae debebat esse καύχησις. Quid? quod in ipsis illis Graecis haud deest inconstantia satis conspicua. Cum enim in iis, quae voluptati subiiciuntur, partibus, quaeque improbantur, enumeretur τέρψις, eadem τέρψις §. 116. in rebus rationabilibus et probabilibus ponitur, utpote gaudio (τῇ χαρᾷ) subiecta, quod in bonis affectionibus refertur §. 115. extr. Ceterum cf. infr. c. IX. 20. ubi *Voluptati* re vera subiiciuntur ista tria: *malevolentia, delectatio* (quam interpretes κήλησιν explicant) et *iactatio,* quam τέρψιν esse volunt i. e. προτροπὴν τῆς ψυχῆς ἐπὶ τὸ ἀνειμένον, quasi τρέψιν: cum quo aliquantum convenit, quod est 9, 21: *Iactatio est voluptas gestiens, et se efferens insolentius.* — Vid. etiam de loco nostro Muréti Varr. Lectt. IV. 13. p. 89. Ruhnk. — Post *delectatio* in Cod. Aug. sequitur *et iactatio.* Tum Gud. 1. habet *libini;* in Vind. 1. post *ira* additur *diffidentia;* unus Ox. omittit *inimicitia:* quod fortasse correctori videbatur contineri in *odio.* Pro *indigentia,* quam vocem nullus habet scriptor praeter Ciceronem, in uno Cod. Ox. perperam scribitur *diligentia.* De ea voce vid. Doederlein. Lat. Synon. et Etymol. III. p. 111. et 113. — In fine capitis habent *huiusmodi* quatuor Codd. Oxx. Rehd. Gud. Duisb. Marb. Aug. Mon. 2. Edd. S. E. *Mr.*

et cetera eiusmodi] „Vatican. *eimodi*: sicut *cuimodi* pro *cuiusmodi.*“ *Gebh.* „Sed vide, ne non super literas *ei* sit ducta linea in eo codice, quam aut is, qui contulit, neglexit, aut ipse Gebh. collationem non satis diligenter inspiciens. Nam in meo exemplari talis

Haec autem definiunt hoc modo. Invidentiam esse di- 8
cunt aegritudinem susceptam propter alterius res secundas, 17.
quae nihil noceant invidenti. Nam si qui doleat eius rebus secundis, a quo ipse laedatur, non recte dicatur invidere;

---

video: in quo etiam mox notatur ex Vaticano *si quid oleat*, quod innuit *si qui doleat.*" *Gronov.* De huiusmodi erroribus, ex literis perperam vel disiunctis vel coniunctis, vid. Scioppium de Arte Critica p. 83. sq. Ed. Amst. 1662. *Mr.*

c. 8. *Haec autem definiunt hoc modo.*] Cod. Rehd. cum uno Ox. omittit *autem.* Pergit Vind. 1. *ut invidentiam.* Pergit Rehd. *dicunt esse.* Mon. 2. *dicunt esse Stoici.* Aug. *Stoici dicunt esse.* Agnoscis glossatorem. Unus Ox. habet *Invidentia dicuntur esse.* Laudat Beroald. ad sententiam Horatii illud [Epp. I. 2. 57.]:

Invidus alterius macrescit rebus opimis.

Mox Cod. Mon. 2. habet *propter alicuius res. Mr.*

Invidentiam esse dicunt etc.] Invidentia, φθόνος, ἐστὶ λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς. Aemulatio, ζῆλος, λύπη ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι, ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ. Vide Diogenem Laertium VII, 111. Frustra quidem sunt Henr. Stephanus Lex. Cicer. pag. 60. et Paulus Leopardus Emend. VII, 5. qui legunt ἐπιθυμεῖ, ΚΑΙ' ΟΥ'Κ ΈΧΕΙ, siquidem ipsa ἐπιθυμία satis ostendit rem ipsam non possideri; praeterquam quod Andronico etiam pag. 523. Ζῆλός est λύπη ἐπὶ τῷ ἑτέρους τυγχάνειν, ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ. Adeo ut nihil sit addendum. Stobaeus tamen Eclog. Ethic. pag. 176. Ζῆλος, inquit, λύπη ἐπὶ τῷ ἕτερον ἐπιτυγχάνειν, ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ, αὐτὸν δὲ μή. Subiicit ille consarcinator λέγεσθαι καὶ ἑτέρως ζῆλον, μακαρισμὸν ἐνδοιᾶς, καί τι ἄλλως μίμησις ὡς ἂν κρείττονος. Corruptissime. Reponendum credo, μακαρισμοῦ ἐνδειάν, ἤτοι ἄλλου μίμησιν ὡς ἂν κρείττονος. Haec illis respondent, quibus dixit noster aemulationem esse *virtutis imitationem.* Suidas in ζῆλος aemulationem laudabilem describit, quam Cl. Kusterus cum vitiosa perperam miscuit. *D.*

quae nihil noceant invidenti] „Videtur hoc additamentum ipsius Ciceronis ad definitionem Stoicam: et aptum quidem." *FAWolf.* Scripsi autem *si qui*, pro vulgato *si quis*, cum Davis. Or. Tbn. quo ducit etiam scriptio Cod. Vatic. *quid oleat* et Regii *quid doleat.* Habent autem *qui doleat* antiquissimus noster et Regio suppar Gud. 1. cum Gud. 2. In Cod. Gud. post verbum *secundis* repetuntur verba *quae nihil noceant invidenti.* — Cod. Aug. pro *noceant* habet *noceat. Mr.*

Nam si qui *doleat eius rebus secundis; a* queis *ipse laedatur, non recte* dicatur *invidere; ut si* Hectoris *Agamemno*] Vulgo, *nam si* quis *doleat eius rebus secundis, a* quo *ipse laedatur, non recte* dicitur *invidere; ut si* Hectori *Agamemno.* Sed Reg. et Pithoean. *si* quid *doleat,* litera perperam repetita; iidemque Codices *dicatur.* Reliquae διορθώσεις Cl. Bentleii debentur ingenio. *D.*

a quo ipse laedatur — dicatur — ut si Hectori] „Bentleius eumque secutus Davisius correxerunt *a queis ipse* et mox *Hectoris:* praeter necessitatem, et invitis Codd. omnibus. Quod ad prius, nemo certe potest invidere rebus alicuius secundis, quin ipsi invideat." *Bouh.* „Illud, *quibus*, [v. *queis*] non admittitur per *eius*: hoc, *Hectoris*, non omnino opus est. In vulgato est quaedam negligentia, eaque non nimis absurda." *Nissen.* Mireris certe, non vidisse Bentleium et qui ei oblocuti sunt, recepto *quis* vel *quibus* et sententiam perverti, nec satis latine dici *laedi a rebus alicuius secundis.* Abesse debebat certe *a*, ut sit ablativus causalis. Quod autem ait Bentleius, si

ut si Hectori Agamemno: qui autem, cui alterius commoda nihil noceant, tamen eum doleat iis frui, is invideat profecto. *Aemulatio* autem dupliciter illa quidem dicitur, ut

---

Hectori legas, hanc evadere sententiam: *non recte dicetur invidere, ut si Hectori invideat Agamemnon*: idque ineptum esse et Cicerone indignum: in eo quidem illud vere dixit, ineptam esse hanc sententiam et Cicerone indignam: sed ipsa ista sententia non inest in librorum lectione, sed haec: *ut si dicatur Hectori invidere Agamemnon, non recte dicatur*. Quod minime est ineptum. Laudat Or. Nagelium in Act. Soc. Trai. T. IV. p. 277, quem mihi librum adire non licuit. *Mr.*

non recte dicatur invidere,] Vulgo *dicitur*. Sed *dicatur*, quod recte sequitur propositionem hypotheticam *si qui doleat*, exhibent quinque Oxx. Bern. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 1. 2. Marb. Rehd. Duisb. et sine dubio Reg. (quod refert Dav.) quamvis collatio nostra taceat: quare recepi cum Dav. Wolfio, Or. et Tbn. In Vind. 2. est *dicetur*, quod volebat Bentl. (v. ej. ann.), in Gud. *dr*. Duo Oxx. omittunt *invidere*. Duisb. et Vind. 1. non habent *si*. *Mr.*

ut si Hectori Agamemno] „Ut supra *Telamo*: et ita duo optimi libri, Pal. quart. Pith." *Gebh.* Vid. nos supra ad III. 26. 62. *Agamemno* ediderunt post Gebh. (exceptis Oliv. Bip. Mannh.) omnes: et ita habent Codd. Reg. Gud. 1. Marb. Gud. Vind. 2. Pergit Rehd. *qui autem invidet*. In seqq. ne oratio sit dura Ern. vult *quum* pro *cui*; idque habet Aug. Dicitur *cui* pro *quum ei* v. *quamvis ei*. In Gud. 2. bis scriptum est *cui*; in Mon. 2. *nil* pro *nihil*, in uno Ox. *non*. Paullo post Rehd. *iis frui doleat*; est etiam *iis* in Vind. 1. Mon. 1. Gud. Duisb. (qui habet *doleat* ante *frui*) Reg. et duobus Oxx. (quamquam tres postremi habent *is*, quod ortum est ex scriptione *Is*:) accedit marg. MS. Ed. Asc. 2. Edd. S. E. idque recepi pro vulgato *his*. Pro *tamen eum* unus Ox. habet *cum eum*, alius *tamen cum*, unus *tum enim*. *Mr.*

Is invideat *profecto*] Vulgo *invidet*. At Reg. et Pithoean. *se* invideat *profecto*. Legas igitur oportet, *is* invideat *profecto*: quod totidem literis habet Balliol. *D.*

is invidet profecto] „Recte Dav. correxit *invideat*, quod est etiam in uno Cod. Leid." *Bouh.* Scribitur *frui se invideat pr.* in Codd. Reg. Vind. 1. Gud. 1; *is invideat* in Codd. Bern. (in hoc *is* abest a pr. m.) Mon. 1. 2. Aug. Rehd.; *his fruisse invideat* in Cod. Marb.; *fuisse invideat* in duobus Oxx., *his frui, si invideat* in uno Ox. Est etiam *si invideat* in Gud. 2. Omittitur *is* in Edd. C. V. Junt. Herw. Rob. Steph. Asc. 2. Habent autem *invidet* Edd., exceptis Dav. et FAWolf., omnes: idque recepit etiam Or., oculorum errore deceptus dicens, tacere nostram Codicis Regii collationem de eius verbi scriptione, addensque: Rectissime videtur se habere haec veluti oppositio: *dicatur — invidet*, et propter v. *profecto* vix locus est coniunctivo. Accedit eius sententiae Kühn. Neque ego nego, placere mihi indicativum: sed in tanto optimorum Codd. consensu veritus sum, ne Ciceronem corrigerem, indicativum restituens, cum coniunctivus certe minime sit absurdus. *Mr.*

Aemulatio autem dupliciter illa quidem dicitur,] „Similiter apud Graecos ζῆλος dupliciter dicitur: nam et in laude hoc nomen est, ἀγαθοῦ τινος ἐπιθυμίαν φθόνου χωρὶς ἐγγιγνομένην τῇ ψυχῇ significans, ut est apud Suidam: ponitur quoque ζῆλος in vitio: cuius definitio in Graeco exemplari Laertii cum ζηλοτυπίας definitione confusa et depravata, sic est emendanda: ζῆλον δὲ λύπην ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι, αὐτὸς ἐπιθύμησε. ζηλοτυπίαν δὲ λύπην ἐπὶ τῷ καὶ ἄλλῳ παρεῖναι"—Ern.

et in laude et in vitio nomen hoc sit. Nam et imitatio virtutis aemulatio dicitur: (sed ea nihil hoc loco utimur; est enim laudis:) et est aemulatio aegritudo, si eo quod concupierit, alius potiatur, ipse careat. *Obtrectatio* autem 18.

Fabr. „Vid. Hesiod. ἐ. κ. ἡμ. 193. cf. 11. sqq. Iam apud Stobaeum Ecl. eth. 2, 7. p. 178. Heerenius Davisianam recepit emendationem: ζῆλος δὲ, λύπη ἐπὶ τῷ ἕτερον ἐπιτυγχάνειν ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ, αὐτὸν δὲ μή. λέγεσθαι δὲ καὶ ἑτέρως ζῆλον, μακαρισμοῦ ἔνδειαν ἤτοι ἄλλου μίμησιν ὡςὰν κρείττονος. Sed ad totam Ciceronis hanc disputationem conferenda, quae ad Stobaeum monuit Heerenius l. c. p. 169—184.“ *Or.* Ad locutionem *illa quidem*, in qua *illa* eleganter πλεονάζει vid. nos ad Cic. de Div. I. 20. 39. p. 101. ad Cic. de Legg. I. 21. 54. p. 131. ad de Rep. II. 11. p. 239. Cod. Vind. 1. *dupliciter quidem illa dicitur*. Recte verba *sed ea — laudis* a Davisio parentheseos signis inclusa esse iam Buh. monuit: nec tamen idem fecerunt Ern. Schz. Nobb. — Post *ut* omittunt *et* Codd. Vind. 1. et Rehd. Duo Oxx. post *vitio* addunt *etiam*. Pro *nomen hoc* Mon. 2. et Aug. habent *hoc nomen*, Vind. 1. *hoc modo*, unus Ox. *nomen commune*: ubi agnoscis manum vel correctoris vel glossatoris. Post *nam* Vind. 1. omittit *et*, unus Ox. habet *etiam*. Pergit Gud. 2. *aemulatio imitatio virtutis esse dicitur*; Marb. *mutatio virt. aem.* Mon. 2. *enitatio virt. aem.* Mox Vind. 1. Aug. Duisb. Mon. 2. *hoc loco nihil. Mr.*

et est aemulatio aegritudo,] Scribitur in Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. *et aemulatio est*, in Gud. 1. omittitur *et:* in Vind. 1. scribitur *etiam est*, in Rehd. *et est enim aem.* Gud. post *aegritudo* addit *et*, itemque post *potiatur. Mr.*

quod concupierit,] „fort. *quod quis concupierit.*“ Marg. *Lambb.* et *Goth.* — Lall. ita dedit, addens: „primarum vocum alterutram fere omittunt Codd.“ — Habent *quod quis conc.* Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. et Alteri Asc. 1. 2. Junt. et sic etiam Cod. Vind. 1., in quo etiam *et* additur ante *alius;* unus Ox. habet *quod ipse conc;* ed. vet., nescio quae, in marg. Verb. *quod ille ipse conc.* Sed sine dubio ita exhibet nulla: est error Verburgii, qui lectionem tertia abhinc linea in multis libris obviam [*quod ille ipse concupiverit*] huc transtulit. Gesnerus in Chrestom. Cic. p. 392. *quis* aut inserendum, aut certe intelligendum esse ait. Intelligi posse ait Or. ad W. scholas. Ita videlicet intelligi potest, quia sequitur post *quod concupierit* statim *alius potiatur:* ut in locutione: *misi qui ei diceret*, ad *misi* facile intelligitur *aliquem*, quia subsequitur statim *qui*. Unus Ox. omittit omnia quae inde a *concupierit* sequuntur usque ad *Misericordia.* — Post *obtrectatio* omittitur *autem* in uno Ox., eius loco habet *vero* Vind. 1. In Gud. scribitur *est autem*. Scripsi autem graecis literis ζηλοτυπίαν cum FAW. et Or. quia ea vox, quamvis apud recentiores Latinae linguae scriptores usitatissima, nunquam tamen Latii civitate donata est. Reliqui habent *zelotypian* vel *zelotypiam*. Quid mirum si monachi hos libros describentes latine eam vocem exararunt, tam saepe in bibliorum versione vulgata obviam. Nec magis mireris, in nonnullis *celotipiam*, in aliis *zelotipian* legi. *Mr.*

Obtrectatio autem est, ea] Diogenes Laertius VII, 111. Δοκεῖ αὐτοῖς ζηλοτυπίαν, λύπην (εἶναι) ἐπὶ τῷ καὶ ἄλλῳ παρεῖναι ἃ καὶ αὐτὸς ἔχει. Locum non esse integrum pronuntiat Aeg. Menagius. Henr. autem Stephanus et P. Leopardus emendant, ΩΝ αὐτὸς ΕΠΕΘΥΜΗΣΕ ΚΑΙ ἔχει. Isto tamen additamento nihil opus; nam quod ait noster infra cap. 26. *Obtrectantis est angi alieno bono, quod id etiam alius habeat.* Receptae lectioni patrocinatur et Andronicus pag. 524. Ζηλο-

est, ea quam intelligi ζηλοτυπίαν volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit. *Misericordia* est aegritudo ex miseria alterius, iniuria laborantis: nemo enim parricidae aut proditoris supplicio mi-
p. 313. a. sericordia commovetur: *angor*, aegritudo premens: *luctus*

τυπία δὲ, inquit, ἐστὶ λύπη ἐπὶ τῷ καὶ ἄλλοις ὑπάρχειν, καὶ ἡμῖν ὑπάρχειν. Legendum, nisi fallor, ἃ καὶ ἡμῖν ὑπάρχει. Ciceronis verbis propior est definitio, quae exstat apud Stobaeum Eclog. Ethic. pag. 176. Ζηλοτυπίαν δὲ λύπην ἐπὶ τῷ ἕτερον ἐπιτυγχάνειν, ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ. Scribendum ἐπεθύμει, ut ex nostro patet, et res ipsa docet; alioquin enim haec definitio ab aemulatione non erit diversa. *D.*

quod alter quoque potiatur eo, quod] Cod. Rehd. *potiatur quoque.* Aug. *quoque patiatur eo.* Scribitur *quod ille concupiverit* in Ed. P., *quod ille ipse conc.* in Edd. A. B. S. E. C. M. L. et omnibus nostris ante Gebh. exceptis Vict. Herw. Rob. Steph. et Leod. In Codd. Vind. 1. Gud. Duisb. et Gud. 2. scribitur *concupierit.* Ad v. *Misericordia* sqq. haec est Fr. Fabricii annotatio: „ἔλεος λύπη ὡς ἐπὶ ἀναξίως κακοπαθοῦντι. *Angor* est λύπη βαρύνουσα. *Aerumna* ὀδύνη, λύπη ἐπιτονος. *Sollicitudinis* et *molestiae* definitiones ex una ἀνίας apud Laërtium expressae videntur. Ea talis est: ἀνία, λύπη ἐκ διαλογισμῶν μένουσα, ἢ ἐπιτεινομένη. Ab *afflictatione* non longe abesse videtur ἐνόχλησις, λύπη στενοχωροῦσα καὶ δυσχωρίαν παρασκευάζουσα. Metus pars *pigritia* est, ὄκνος, φόβος μελλούσης ἐνεργείας. Post pigritiam Cicero paullo ante *pudorem* numeravit, cuius definitio hic desideratur. Apud Laërtium est αἰσχύνη, φόβος ἀδοξίας, id est: pudor, metus infamiae. *Terroris* definitio concisa est: ἔκπληξις apud Laërtium definitur φόβος ἐκ φαντασίας ἀσυνήθους· πράγματος." — Pro *iniuria* Vind. 1. habet *iniuriave*, Rehd. *sine iure.* Pro *parricidae* est *patricidae* in duobus Codd. Oxx. Gud. 1. (a 1. m.) Mon. 1. Edd. P. S. Sequitur *ut* pro *aut* in Cod. Gud. 2. In Aug. est *misericordia supplicio;* in Vind. 1. *movetur.* Rehd. *commovebitur.* *Mr.*

Angor, aegritudo premens] Sic Reg. Pithoean. et Med. Vulgo, *angor* est *aegritudo premens.* *D.*

angor, aegritudo premens] Omisi *est*, post *angor*, cum Dav. Ern. Schz. Nobb. cum absit a Codd. Reg. [testibus Dav. et Bouh., quamvis nostra collatio taceat] Gud. 1. 2. Bern. Rehd. omnibus Leidd. sex Oxx. Marb. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Omiserunt etiam Vict. et Rob. Steph. Ad sententiam cf. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 416. Post *luctus* sequitur *est* in Codd. Vind. 1. et Aug. Ad v. *aerumna* vide Doederlein. l. c. p. 422. Ipse Cicero de Finn. II. 35. 118: *aerumnas — maiores nostri labores non fugiendos — nominaverunt.* Pompeius Festus p. VIII. ed. Scal. *aerumnae*, ait, *labores onerosos significant.* Add. Nic. Susii Lima Ciceron. p. 62. (Opuscc. Antv. 1620. 8.) Pro *crucians* marg. Crat. habet *excrucians*; unus Ox. *cruciatus.* Pro *eiulatu* Vind. 1. *eiulatione.* De etymo vocis vid. Doederlein. l. c. III. p. 156. — Scribitur *afflictio* pro *afflictatio* in Cod. Rehd. et duobus Oxx. quibus accedunt Edd. P. S. E. Unus Ox. habet *applicatio.* Mox Duisb. *exspectatione meliorum rerum.* Ad quem verborum ordinem, ut videtur, respiciens, FAW. in scholis vulgatum esse dixit iustum, nec vero poëticum. Post *meliorum* in Cod. Gud. 2. sequitur *διχ*; *Quae autem.* Rehd. habet *sub metu autem quae subiecta sunt.* Scribitur autem *sub metu* in quinque Oxx. Aug. Mon. 1. Marb. Edd. fere omnibus, exceptis marg. Crat. V. L. Rob. Steph. Dav. Or. Tbn. Nos optimos libros sequimur. Conf. §. 16. — Quatuor

aegritudo ex eius, qui carus fuerit, interitu acerbo: *maeror*, aegritudo flebilis: *aerumna*, aegritudo laboriosa: *dolor*, aegritudo crucians: *lamentatio*, aegritudo cum eiulatu: *sollicitudo*, aegritudo cum cogitatione: *molestia*, aegritudo permanens: *afflictatio*, aegritudo cum vexatione corporis: *desperatio*, aegritudo sine ulla rerum exspectatione meliorum. Quae autem subiecta sunt sub metum, ea sic definiunt: *pigritiam*, metum consequentis laboris: Pudorem .... *ter-* 19.

Oxx. omittunt *ea*, quorum unus pro *sic* habet *ita*. Pergit Mon. 2. *diffiniuntur*. *Mr.*

Pigritiam, metum consequentis laboris:] „Vetus verbum est *pigrare*, quod significat detinere ac retardare, ut Accius: *Melius pigrasse, quam properasse nefas.*“ *Beroald.* [Vid. hunc versum ex Attii Chrysippo in Scriverii Collectann. Tragg. vett. p. 110. et ad eum G. J. Vossii Castigatt. p. 144: qui ut metro satisfiat legi vult:

Melius pigrasse quam properasse esset nefas:

vel mutata versus sententia:

Melius pigrasse, quando properasse est nefas.]

De voce ipsa vid. Doederlein. l. c. IV. p. 221. Cod. Mon. 2. habet *consequentis doloris*. Marg. *laborem*. „Pigritia, ὄκνος apud Andronicum, Diogenem, Stobaeum et Nemesium Nat. Hom. 20. definitur φόβος μελλούσης ἐνεργείας.“ *Dav.* in Ed. 1.

Terrorem] Omissa est definitio *pudoris*, quem paullo ante post pigritiam nominavit, cuiusque etiam mentio subsequitur. id utrum librarii negligentia, an Ciceronis ipsius oblivione, coniicere non licet. *Pudor* autem a Zenone, a quo haec fere omnia Cicero sumsit, ita definitur apud Laërtium: αἰσχύνη δὲ φόβος ἀδοξίας, i. e. *pudor autem metus infamiae sive impendentis turpitudinis*. Quod autem *terrorem* Cicero definit *metum concutientem*, vereor ne sit imperfecta definitio, et hoc fortasse omissum sit: *ex cogitatione inusitatae rei*. Est enim haec Zenonis apud Laërtium terroris definitio: ἔκπληξις, φόβος ἐκ φαντασίας ἀσυνήθους πράγματος.“ *P. Manut.*

Pudorem et *terrorem*] Vulgo desunt duae primae voculae, quas merito doctissimus Bentleius addendas censuit, ut docent sequentia. Vide sis Agellium XIX, 6. *D.*

Terrorem, metum concutientem,] „Bene vidit Bentleius, omissam hoc loco esse *pudoris* definitionem.“ [Viderant hoc pridem alii.] Sanatum existimabat locum scribendo: *Pudorem et terrorem, metum concutientem*. Ingeniose quidem: sed videtur Cicero voluisse exhibere singulorum affectuum proprias definitiones ad exemplum Chrysippi, cuius fideliter expressit doctrinam, qualem eam retulit Diogenes Laërtius VII. 111. sq. Quare quum Graecus ille philosophus ita seorsim definierit *pudorem:* αἰσχύνη, φόβος ἀδοξίας, similiter sine dubio Cicero definivit *Pudorem, metum ignominiae. Terrorem* etc. Facile potuerunt negligi tria ista vocabula a librariis. Quod si vero quis praeferat Bentleii coniecturam, receptam a Davisio, non habebit me adversantem.“ *Bouhier.*

Pudorem et terrorem] „*Pudorem* in Edd. fere excidit. Sed abesse non potest: nam et supra adiungitur *terrori*, et consequens postulat.“ *Ern.*

Pudorem .... terrorem] „Excidit hic definitio *pudoris*.“ *Schz.* „Excidit *pudoris* definitio, ut vides ex verbis *ut pudorem rubor*. Erat fortasse scriptum: *pudorem metum infamiae concutientem*, vel potius aliud additum erat vocabulum voci *concutiens* simile.“ *FAW.*

rorem metum concutientem; ex quo fit ut pudorem rubor, terrorem pallor et tremor et dentium crepitus consequatur: *timorem*, metum mali appropinquantis: *pavorem*, metum mentem loco moventem, ex quo illud Ennii,

---

in scholis. „Recte W. post *pudorem* lacunae signum addidit. Recepi Wolfii scriptionem, addito vocabulo *pudorem*, quia non credo Ciceronis ipsius negligentia omissam esse eam definitionem, cuius eum sua ipsius verba proxima admonere debebant (*pudorem rubor*): scripsit igitur *pudorem* sine dubio; quid ad eum definiendum addiderit, divinare quidem non certo licet, quamvis non admodum erraverit, si quis Bouhierii sententiam adoptaverit. Edd. ante Dav. sine lacunae signis post *laboris* pergunt *terrorem*. Davisium secuti sunt Ern. Bip. Mannh. Nobb. nisi quod Nobb. inter *Pudorem* et *et terrorem* duos asteriscos posuit. Cum Wolfio nobiscum facit Schz. Orellius ut Edd. vett. et Codd. nisi quod post *laboris* ante *terrorem* tres asteriscos, lacunam indicantes, posuit. Solus Cod. Marb. ad v. *laboris* in marg. habet *pudorem, metum, ignominiam*: unde vides fuisse sine dubio in eo codice admodum antiquo, quem stupidus ille monachus descripsit, pudoris explicationem plane eandem, quam volebat Bouh., *pudorem, metum ignominiae*. Nolui tamen ex uno Cod. recipere, quod potest esse correctoris, quamquam valde antiqui: recepta tamen est in Ed. Tbn. unius Codicis lectio Guelferbytani, quem appellat editor Gud. 2. (qui neque est noster Gud., nec Gud., quem nos vocamus secundum) haec scriptio ut rectissima, quam ut non plane improbamus, ita tamen recipere non ausi sumus: *laboris: Terrorem metum concutientem, ex quo fit et pudor et rubor: terrorem et pallor et tremor et dentium crepitus consequitur*. Quae omnia artem correctoris produnt: Ciceronem non produnt. *Mr.*

ut pudorem rubor, sic terrorem pallor] „Ita regii Codd. ut dedit Victorius, probatque Bentleius. Vulgati omittunt voculam *sic*." *Lallem.* Habent quidem *sic*, cum Vict. et Lallem., Edd. A. B. S. E. C. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Sed non habet Regius optimus, non habent eius simillimi Gud. 1. Marb. Gud. 2. praeterea Gud. Duisb. Rehd. Aug. Mon. 1. 2. Pro *pallor* est *palor* in Cod. Marb. *pavor* in uno Ox. In Rehd. et Vind. 1. legitur *et tremorem dentium crepitus*. Unus Ox. *strepitus*, alius *consequetur*. Pergit Cod. Vind. 2: *timor est metus mali consequentis*. Post *timorem, metum* in Cod. Gud. 2. verba *mali* usque ad *metum* exciderunt. In Aug. est *mentis de loco moventem*. Habet etiam unus Ox. *consequentis* pro *appropinquantis*. Rehd. *pavorem metum vehementem ex quo*. Gud. omittit *loco*. Unus Ox. habet *pavorem vehementem metum vel metum loco*. — Habet *de loco* Vind. 2. cum Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Solus Gud. 1. habet *pavorem metu*. *Mr.*

Terrorem, metum concutientem] Cum terror, qui est *ἔκπληξις*, Graecis fere definiatur *φόβος ἐκ φαντασίας ἀσυνήθους πράγματος*, P. Manucius definitionem Ciceronis imperfectam censet; quamobrem supplet *ex cogitatione inusitatae rei*. Absque causa, sicut opinor, sontica; nam Graecorum *ὁρισμὸς* terroris exprimit originem; Tullii vero definitio, effectum solum respicit. Minus etiam necessaria videtur J. G. Graevii coniectura, qui *metum* mentem *concutientem* rescribit ad lib. I. Offic. cap. 36. non enim mentem solam, sed et corpus concutit: siquidem eum *pallor et tremor, et dentium crepitus consequatur*. *D.*

ex quo illud Ennii:] Scribitur *Ennius* in optimis antiquissimisque, Reg. Gryph. Gud. 1. Marb. [*Enni*9] duobus Oxx. *Mr.*

Tum pavor sapientiam omnem mihi ex anima expectorat:

Tum pavor — ex animo expulerat] „M. Tullius in tertio de Oratore [38 et 58.] mentionem facit huiusce Ennianae sententiae, sed pro *expulerat* legit *expectorat:* quod verius elegantiusque est, et ita hoc in loco legendum. Ait enim verba novari, quae ab eo, qui dicit, ipso gignuntur aut fiunt, vel coniungendis verbis, ut: *Tum pavor sapientiam omnem mihi exanimato expectorat.* Mox subiungit, (docens istud verbum *expectorat* novum esse et ex coniunctione factum) sicut illud: *baccarum ubertate incurvescere;* qua sententia commovemur, id quod in prima Tusculana dictum est, *rami baccarum ubertate incurvescere,* usurpari a Cicerone tanquam alienum et ex vetusto poeta transscriptum.“ *Beroaldus.* „Lege iunctim *mihi omnem exanimo expectorat,* i. e. *mihi exanimato:* nam qui duobus verbis *ex animo* scribunt, ridiculam reddunt translationem: cum *ex animo expectorare* non minus risum commoveat, quam si quis vicissim *ex pectore exanimare* dicat: utrumque certe invenustum et ineptum est.“ *Turnebi* Adv. VII. 17. „Non convenit inter viros doctos, utrum *exanimo* coniunctim, an *ex animo* separatim legi debeat: illud Turnebo, hoc Lambino in Ann. ad L. III. de Orat. probatur.“ *Fr. Fabric.* „Quod *ex animo* excudendum curavi, non *exanimato,* ut habent Codd. MSS., in eo Nonium secutus sum: quod autem *ex animo,* separatim, vulgatos codices et rationem. Nam si *exanimo* coniunctim legeremus, quomodo ei, qui iam animo caret, sapientia ex animo aut pectore eiici potest? Dictum autem *ex animo expectorare,* quemadmodum οἰνοχοεύειν οἶνον et *aedificare aedeis* et *in latebras inlatebrare,* quod profert Nonius ex Coelio et similia. Est autem hic versus ex Alcmaeone Ennii:“ *Lambinus* ad l. c. Add. Maranta Lucullian. Quaestion. V. p. 401. (Bas. 1564. f. m.) Nonius *expectorat* interpretatur *extra pectus eiicit.* Gruter. ad Cic. de Or. III. 38. 154: „Revocavi, ait, veterem lectionem MSS. omnium [*Tum pavor sapientiam mihi omnem exanimato expectorat*] item olim editorum. male post impressi *ex animo exp.* Idem restitui infra c. 58. volentibus rursum omnibus MSS.“ Ad nostrum locum Gebh. nihil annotavit. Ern. ad locum de Or. haec: „*omnem mihi* scripsi ex Edd. pr. MS. E. et pluribus aliis apud Pearc. non *mihi omnem:* et sic volebat Bentleius.“ „Dav. et Bipp., ut metri ratio constaret, ediderunt *sapientiam mihi omnem.* Verum ne sic quidem constat, nisi vocis *mihi* altera syllaba non elidatur. Quare si idem observetur, ordo verborum vulgatus retineri potest.“ *Nissen.* Beroaldus ad h. l. haec: „Inter *exanimatum* et *exanimum* hoc interest, docente Donato: *exanimatus* est conterritus et conturbatus: *exanimus* est occisus. Apud eruditos usurpative invenies poni exanimatum pro exanimo, exanimem pro exanimato.“ *Mr.*

Tum Pavor sapientiam mihi omnem *ex animo expectorat*] Vulgo *omnem mihi,* quo modo peccatur in Trochaicorum leges, nisi forte reponas *exanimato,* quemadmodum lib. III. de Orat. capp. 38, 58. nunc editur. At Nonius in *expectorare:* Cicero de Oratore lib. III. Tum pavor sapientiam omnem mihi (Leg. *mihi omnem,* cum Msto Coll. Corp. Christi Cantab.) *ex animo* expectorat: ut dubium non videatur, quin ibi lectio sit reducenda, quam constanter hoc in loco ferunt omnes Codices. Accius in Phoenissis quem Marcellus in eadem voce laudat:

Incusant ultro, a fortuna opibusque omnibus
Desertum, abiectum, afflictum ex animo expectorant.

Hinc patet errare Turnebum, qui lib. VII. Advers. cap. 17. *ex animo expectorare* non minus ridiculum censet, quam si quis vicissim *ex*

exanimationem, metum subsequentem et quasi comitem pavoris: *conturbationem*, metum excutientem cogitata: *formidinem*, metum permanentem.

9 20. *Voluptatis* autem partes hoc modo describunt, ut *malevolentia* sit voluptas ex malo alterius sine emolumento suo: *delectatio*, voluptas suavitate auditus animum deleniens: et qualis est haec aurium, tales sunt oculorum et tactionum

---

pectore exanimare dicat, ut etiam vidit Hier. Columna ad Ennii Fr. pag. 283. Sed cum viro tam docto tales exciderint naeniae, nemo iure miretur, si librariorum παῖδες phrasin sibi prorsus ignotam pro libitu mutaverint. *D.*

Tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat:] „Vulgo *omnem mihi ex animo expectorat.* Et sic Nonius Marcellus v. expectorare. Davisius metro convenientius *mihi omnem ex animo expectorat.* Sed cf. de Or. III. 38. et 58.“ *Schz.*

Tum pavor sapientiam omnem mihi ex anima expectorat.] Ita dedi ex Codd. optimis, Reg. Gud. 1. 2. Marb. Duisb. nisi quod pro *expectorat* habent *expecturent.* Est etiam *ex anima* in quinque Oxx. Mon. 1; in Mon. 1. est *expulerat*, in Aug. *expelleret ex animo*, in Rehd. *ex animo pellerat*, in uno Ox. *expulerat ex animo*, quatuor (ex illis quinque item *expulerat*, unus (quintus) *expectoret. eiectaret vel expelleret.* Vind. 1. *expectorat ex animo.* Gud. et Vind. 2. *expelleret.* Ad scriptionem quae est de Or. III. se accommodarunt Wolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. In Ed. P. est *mihi sap. omnem ex animo expulerat*, in Edd. A. B. S. Junt. *m. s. o. extra animo expectorat*, in E. C. Asc. 1. 2. Ven. nostr. *m. s. o. ex animo expectorat*; in Brut. Leod. M. L. Ald. Boul. Dav. *sap. mihi omnem ex animo expectorat.* in V. Rob. Steph. Gebh. Ern. *sap. omnem mihi ex animo expectorat.* Ego vero contra optimos Codd. eosque antiquissimos, quorum certe ferri potest lectio, nihil mutare mihi licere existimavi: neque etiam refingere volui contra libros omnes et Nonium ad librorum de Or. lectionem, quae antiquior certe et certior non est nostrà. Ceterum de vocibus eiusmodi qualis est *expectorandi* verbum vid. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 195 sq. ed. 3. *Mr.*

conturbationem] Voce haec Cicero rarissime usus est. Comparet ea praeter hunc locum etiam Topic. 12, 52. ubi in uno Codice (Erf.) scriptum est *perturbationis.* Ad seqq. Gebhardus: „Fabr. *exacuentem*: non invenio quomodo huc quadret.“ Gud. 2. *exacientem*; unus Ox. *exacuentem cogitatum.* Aug. *excutientem excogitata. Mr.*

c. 9. *hoc modo describunt*] Cod. Rehd. *distribuunt*, duo Oxx. et Mon. 2. *describuntur.* Unus Ox. omittit *voluptas.* Post *delectatio* Vind. 1. addit *sit.* Ad h. v. Fr. Fabric. „Sic, ait, κήλησις apud Laertium definitur ἡδονὴ δι' ὤτων καταχηλοῦσα.“ Ad v. *auditus* Gesnerus monet apparere ex sequentibus *auditum* tantummodo exempli causa positum esse. Verius dixeris Ciceronem angustam quidem Stoicorum definitionem ad verbum reddidisse, additis vero sequentibus, ut res postulabat, dilatasse. In Cod. Rehd. *animum* scribitur ante *auditus:* perperam. — Scripsi *deleniens* cum optimis; plerique habent *deliniens*, unus Ox. *declinans*, Vind. 1. *deliciens.* Mox Aug. *est hoc aureum.* Rehd. *haec est.* Mon. 2. *haec delectatio aurum:* qui est error cum glossemate. Ut h. l. ponitur *haec* intellecto *voluptas:* ita Divin. in Caecil. 11. extr. ponitur *illa*, in his: *Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentiae multo molestissima.* Quem locum laudavit Gesn. De hoc usu, quidque in eo qu-

et odorationum et saporum: quae sunt omnes unius generis ad perfundendum animum tamquam illiquefactae voluptates. *Iactatio* est voluptas gestiens, et se efferens insolentius. 21. Quae autem *libidini* subiecta sunt, ea sic definiuntur, ut *ira* sit libido poeniendi eius, qui videatur laesisse iniuria: *ex-*

---

vendum sit, vid. disputantem Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 223. ed. 3. In uno Ox. omittitur *sunt*. Vind. exhibet *et tactionum odorumque venustates*. Mon. 1. *odoratorum*. Unus Ox. omittit *et odorationum*. Mon. 2. habet *ad profundum animum*. Vind. 1. *profundendum*. *Mr.*

tanquam illiquefactae voluptates] „Pal. quart. Fabr. *liquefactae*." *Gebh.* Eodem modo Duisb. et Mon. 2. cum Aug. Duo Oxx. *illi quae factae*: de hoc errorum genere, quo coniungenda disiunguntur, vid. quem paullo superius laudavimus, Scioppium de Arte Critica p. 83 sq. Duo Oxx. habent *quae factae*. Ad v. *Iactatio*, quae dicitur esse Graecorum τέρψις, Bill. laudata definitione Graeca scripsit: τέρψις οἷον τέρψις προτροπὴ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἀνειμένον: mire; debebat: οἷον τρέψις, προτροπὴ κ. τ. λ. Pro *efferens* Gud. 1. *efferrens*. *Mr.*

Ea sic definiuntur, ut ira sit libido puniendi] „In paciendi figura edidit hic Victor. cui subcinunt Vatic. Pall. quart. quintus. Vulgo *definiunt*. Porro, pro *puniendi*, Pall. sec. tert. *penitendi*; unde feceris, ut supra, *poeniendi*, ut videatur non indelectatus hoc modo Tullius." *Gebh.* „Quod quum ita integrum in Vaticano libro exstare intelligam ex collatione, quae penes me est, recepi plene in ipsum contextum. Etiam mox video in illis *nec regi nec contineri* [§. 22.] prius *nec* abesse." *Gronov.* Activam formam, *definiunt*, defendit Wopkensius l. c. p. 86. ed. Hand. *Mr.*

Ea sic definiunt] Sic ediderunt Ascensius, Erasmus, Manucius, Lambinus et alii. Vulgo *definiuntur;* ac ita fere Codices. *D.*

ea sic definiuntur] sc. a Stoicis. Ita habent septem Oxx. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Duisb. Mon. 2. Vind. 1. 2. Edd. P. V. Rob. Steph. Gebh. Ern. Nobb. Tbn. Quod ait Niss. in activo sensum eundem, elegantiam maiorem esse, id tum curarem, si quaereretur, an optimorum librorum lectio (si ibi esset agendi forma) mutanda videretur in passivam? Nunc, cur variari locutionem a Cicerone nolimus, cur eum eleganter loqui doceamus, non video. Quod ait W. in scholis, *definiunt* esse in Codd. optimis, cupidius dixisse eum, quam verius, nunc, opinor, nemo dubitabit. Sola Ed. A. habet *designunt* (sic): Ven. nostr. *designant*. *Mr.*

ut ira sit libido poeniendi eius] Scribitur *poeniendi* in libris antiquissimis et optimis Reg. Gud. 1. 2. Edd. Dav. Ern. seqq. et ita est in palimpsesto Vatic. apud Cic. de Rep. III. 9. p. 358. Iam vid. Beierum in Philol. Paedag. Lit. Bl. z. Schulztg. 1826. II. 49. p. 422. ibiq. laudd. Ii quoque libri, in quibus est *penitendi* et *poenitendi*, veteris scriptionis vestigia in ipso errore servarunt, ut habet, cum duobus Pall., noster Marb., a monacho aliquo admodum stupido ex antiquissimo libro descriptus. Sequitur *videtur* pro *videatur* in Cod. Rehd. Pro *eius* est *eum* in Cod. Aug. Vulgarem Aristotelicam *irae* definitionem esse ait Gesn. in Chrest. Cic. p. 392: ὄρεξις ἀντιλυπήσεως. Vid. Camerarium in Explicat. Lib. II. Ethic. Nicom. p. 85. Ed. Wechel. 1578. *Mr.*

qui videatur laesisse iniuria] „Quia video quibusdam in libris desiderari verbum *iniuria*, quod etiam in iis, qui ex aedibus nostris, alioqui satis emendati, superioribus annis exierant, omissum erat; ideo Graeca Zenonis verba, iram definientis, ut omnis in posterum

b. *candescentia* autem sit ira nascens et modo exsistens, quae θύμωσις Graece dicitur: *odium*, ira inveterata: *inimicitia*,

---

occasio mendi tollatur, recitare visum est. sunt autem haec apud Laertium: ὀργὴ δὲ ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι, οὐ προηκόντως." *P. Manut.* Ex nostris libris nullus omittit *iniuria*. *Mr.*

excandescentia autem sit ira nascens et modo exsistens, quae θύμωσις Graece dicitur:] „*Excandescentia* apud Laërtium est θυμός. Itaque Manutius edidit *quae* θυμὸς *Graece dicitur*: in manu scripto est θύμωσις. θυμὸς autem Stoicis est ὀργὴ ἀρχομένη: mendose igitur in Nonii legitur libris *ira nascens, et sine modo existens*. Μῆνις apud Laërtium definitur ὀργὴ πεπαλαιωμένη καὶ ἐπίκοτος, ἐπιτηρητικὴ δέ. Unde Cicero *odii* et *inimicitiae* definitiones sumpsisse videtur." *Fr. Fabr.* „Quid differunt *nascens* et *existens*? nugae merae. Legendum ex duobus Pall. postremis *et modo desistens*, hoc est, cito decrescens, evanescens: ut in illo Propertii: *Nec cito desisto, nec temere incipio*." *Gebh.* [Propert. II. 20. 36.] — Cod. Marb. *fit ira*. Asc. 2. habet cum Cratand. *ira modo nascens*. Unus Ox. omittit *autem*. Pergit Ed. Ven. nostr. *ex modico existens* cum Ed. A. Erasm. in marg. habet: fortasse leg. *mox desistens*, et sic marg. MS. Asc. nostrae 2. Haec autem cum Junt. Asc. 1. P. B. S. E. C. duobus Codd. Oxx. Aug. Mon. 2. *modo desistens*. Non esse idem *nascens* et *exsistens* (contra Gebhardum,) monet Dav. laudans suam annot. ad Cic. de Div. I. 28. ubi vid. nostr. ed. p. 141. Solus Mon. 1. habet modo *sistens*. *Mr.*

ira nascens et modo exsistens] Gebhardus ex duobus Pall. fidenter legit, *et modo desistens*, quod cito decrescendi vel evanescendi sensu ne Latinum quidem est. Hoc vidit Des. Erasmus, cuius editio cum prae se ferret *modo desistens*, is reponendum coniecit *mox desistens*. Sed nec ea placet emendatio, nam Graeci scriptores *irae desistentis*, si ita loqui licet, haud ullam faciunt hac in re mentionem; excandescentia enim, quae Ciceroni θύμωσις est, Andronico, Diogeni, Stobaeo θυμὸς, ab iis definitur ὀργὴ ἀρχομένη vel ἐναρχομένη. Praeterea Nonius in *excandescentia* locum sic profert: *excandescentia autem est ira nascens et* sine *modo* existens: adeo ut vetus ille scriptor receptam tueatur in ultima voce lectionem, quamvis apud eum *praepositio* sit a Librariis infercta. Revera nihil hic est innovandum: *existens* enim est apparens et semet ostendens. Vide nos ad lib. I. de Divin. cap. 28. *D.*

θύμωσις] Haud immerito, cum alibi non legatur, suspectum erat hoc vocabulum Henrico Stephano in Thesauro L. Gr. T. I. p. 1597, ubi coniicit Vir doctissimus a Cicerone scriptum esse θυμός, quo usi sunt Stoici in hisce definitionibus a Cicerone latine conversis. Vid. Stobaei Eclogg. p. 176." *Bouh.* „Displicet vox θύμωσις h. l. Stephano in Thes. Gr. L. Valckenarioque in Fragmm. Eurip. p. 231: qui legi vult θυμός. sed ita et legendum *qui*." *Ern.* „Mihi videtur Chrysippeum vocabulum θύμωσις: ideo novatum, ne confunderetur haec *excandescentiae* notio cum θυμῷ Platonis." *Or.* Recte Ern. et, Or. Neque cum Wolfio facere possum, in scholis monente, videri vulgatam lectionem pravam librariorum correctionem, qui ad vi. *quae* femininum effingere vellent. Ceterum peccari varie in vocabulo tam raro eoque graeco non miraberis. Est in Marb. *eyacie graece*, ubi vix graecarum literarum vestigia agnoscis, quas monachus latinis putans esse fideliter, ut sibi videbatur, depinxit. Aug. graecam vocem omittit cum Mon. 2. quinque Oxx. spatio relicto. Gud. 2. habet θύμωσις cum Asc. 1. Gud. (hac in re Marb. similis) *oyaatit Graece*. Duae *oidiocic Graece*. θυμὸς nimis cupide W. in Edd. 2. et 3. Ed. P. πασας.

ira ulciscendi tempus observans: *discordia*, ira acerbior, intimo [odio et] corde concepta: *indigentia*, libido inexplebilis: *desiderium*, libido eius, qui nondum adsit, videndi. Distinguunt illud etiam, ut libido sit earum rerum, quae

---

odium ira inveterata] Duisb. et Mon. 2. *odium est ira;* unus Ox. pergit *mente rata.* Post *inimicitia* Gud. 2. omittit *ira. Mr.*

Intimo animo *et corde*] Sic reponendum coniecit Lambinus, probante Cl. Bentleio: nam Codices habent *intimo* odio *et corde.*

intimo odio et corde concepta] „*Intimo* [*odio*], alte infixo, quod penitus inoleverit. Ut amor coniungit corda, sic odium disiungit: quod ubi intime penetravit in animum, sic dissociat corda, ut consentire ultra nequeant. Non tamen, ut concordia esse non potest nisi mutua, quemadmodum nec amicitia, sic vel discordiam vel inimicitiam oportet esse mutuam. Potest enim is, quem tu amas, odisse te. Discordia fuit inter Socratem et Anytum: est probos inter atque improbos: ira tamen in corde Socratis ac proborum nulla, nedum acerbior.“ *Passeratius.*

intimo odio et corde concepta:] „Lambinus [est videlicet haec coniectura in marg. Lambb. et Goth.] et post eum Bentl. et Davis., bene viderunt esse h. l. aliquid erroris. Correxerunt igitur *animo et corde.* Nec vero animadverterunt, eam nunc definitionem plane etiam convenire *odio* et *inimicitiae.* Quare mihi videtur legendum: *ira acerbior, inter duos corde concepta.* Inimicitia, odium, ira non necessario sunt mutua: hoc vero discordiae est proprium. Facile vides respicere Ciceronem *discordiae* originem s. ipsum vocis ἔτυμον.“ *Bouh.* Ern. nullo iudicio addito et hanc et Davisii sententiam refert. Wolfius in scholis ad Bentleii sententiam se applicat: in Edd. voces *odio et* uncinis inclusit: Schz. plane eiecit. Et hic quidem calidius. Nissenius *intimo odio* explicat *summo odio.* Non negligenda est lectio Cod. Mon. 1. *intimo odio corde concepta:* quae ei, cui non sufficit librorum lectio, ad veritatem reperiendam viam monstrare posse videbitur. Sed malo acquiescere in scriptione *intimo odio*, commendata etiam a Klotzio ad Cic. Lael. IX. 29. p. 141. qui laudat Or. de Leg. Agr. II. 6. 14. *odio penitus insito.* Davisium nemo secutus est. *Mr.*

Indigentia, libido inexplebilis] „Alibi *indigentiam ἐνδειαν*, inopiam, penuriam, egestatem significare scimus. Quae hoc loco obtinet significatio, plane singularis videtur.“ *Gesn.* Iam vid. de h. v. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. III. p. 111. et 113. — Scribitur *indignantia* in uno Ox., in alio *diligentia.* Sequitur in Gud. 2. *libido inexplicabilis*, in Edd. C. V. Asc. 2. Herw. Rob. Steph. Unus Ox. omittit *libido.* Gud. 2. habet *ei* pro *eius*, orto errore ex neglecto compendio EIo. Pergit Mon. 2. *qui modum assit.* Media vox orta ex *nōdū*, ultima est antiqua verbi scriptio. V. Forcellin. v. *adsum* fin. Habet etiam *assit* Cod. Rehd.; idemque cum uno Ox. *inveniendi* pro *videndi:* quod est interpretis putide diligentis. *Mr.*

Distinguunt etiam illud, ut sit libido earum rerum, quae dicuntur etc.] „Distinguuntur, quae definita iam sunt, *desiderium* et *indigentia*, sed paullo plenius esset *ut desiderium sit libido.* Sin desiderium omittimus, subaudire necesse est: sed addi malim, quam subaudiri. Posset etiam sic, verbo *illud* in alium locum translato: *Distinguunt etiam, ut illud sit libido.* Ita *desiderium* significari commodius intelligetur. Distinctio quidem haec in Laërtio, ubi Zenonis definitiones persequitur, non reperitur. Non placet autem, quod suspicari aliquis fortasse posset, Ciceronem non *desiderium* et *indigen-*

dicuntur de quodam aut quibusdam; quae *κατηγορήματα*

---

tiam, sed *libidinem* et *indigentiam* voluisse distinguere. Quis enim, exempli gratia, animal et hominem, id est genus et speciem, distinguat? distinguuntur autem varie definita, eidem generi subiecta, ut homo et lupus, desiderium et indigentia. neque nunc id Ciceroni propositum est, ut libidinis vim et naturam ostendat, sed ut eorum, quae libidine, tanquam species genere, comprehenduntur. alioqui diversum aliquid a libidine haberet indigentia. Quod fieri non potest; nihil enim est in specie, quod idem in genere non sit. licet contra, quae in genere, non eadem in specie sint omnia; utamur enim receptis vulgo et tritis iam consuetudine nominibus." *P. Manut.* „*Distinguunt etiam illud*; nonnulli libri veteres habent, *distinguitur etiam illud*, etc. ego nihil muto." *Lambin.* „Fort. *ut desiderium sit earum rerum, quae dicuntur* etc. fort. *ut sit earum rerum, quae dic.* etc." *Marg. Lambb. et Goth.*

ut disiderium sit earum rerum] „In vulgatis libris omnibus est *ut sit libido earum* rerum, *quae dicuntur* cet. ubi *desiderium* vel deesse vel subaudiendum esse Manutius animadvertit. Vidit idem parva commutatione facta sic legi posse: *Distinguunt etiam, ut illud sit libido.* Lambini emendatio plana est." *Frc. Fabric.* „*Distinguunt illud etiam, ut sit libido* etc. Steph. [Rob.] *distinguitur illud etiam*; in nonullis Codd. legitur *etiam illud*, unde, mutata interpunctione, rescribo *distinguunt etiam, illud ut sit libido* — nempe *desiderium*; enarrat enim Cicero distinctionem, quam inter hoc et indigentiam ponunt Stoici. Hinc factum, ut D. Lambinus coniecerit [v. ann. Fabr.] — P. vero Manutius [v. eius annot.] — Nostra autem correctio ad receptum ordinem propius accedit. Porro *κατηγόρημα* Graece definitur *τὸ κατά τινος ἀγορευόμενον*. Vid. Diog. Laërt. L. VII. p. 197. et Suidam in voce." *Dav.* in Ed. 1. „Puto scribendum *distinguunt etiam, illud ut sit* — ita non opus erit post addere *desiderium ut sit*, ut Bentleio visum est." *Ern.*

Ut desiderium *libido sit*] A vulgatis abest *desiderium*; quod Paullus Manucius supplendum esse monuit. *D.*

distinguunt illud etiam] „i. e. explicant desiderium [?] Sic nec hic locus correctione eget. nec opus est, ut *est* deleatur. [videlicet infra post [*rerum ipsarum*] *Nissen.* „Ego Wolfium sequor [*Distinguunt etiam illud, ut sit libido earum rerum, quae dic.*] Vulgo: *distinguunt illud etiam ut sit libido earum rerum.*" *Schz.* Non ita dedit *W.*, sed: *Distinguunt etiam, illud ut sit libido earum rerum* etc. Nihil opus est mutatione lectionis librorum optimorum, Reg. Bern. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 1. 2. Duisb. (nisi quod hic habet *fit* pro *sit*) Vind. 1. *Distinguunt illud etiam* i. e. distinguunt desiderium etiam ita, ut sit etc. Habent etiam idem Edd. vett. nisi quod exhibent inverso ordine *sit libido*. Sola Ed. Vict. et, quae cum ea facit, Rob. Steph. *Distinguitur illud etiam, ut libido sit* —. Nobiscum faciunt Edd. Or. et Tbn. Cum Wolfio facit Lall. Cum Edd. vett. faciunt Edd. Ern. et Nobb. in eo tantum a nobis recedentes quod contra Codd. exhibent *sit libido:* qui ordo neque a Gud. et Rehd. agnoscitur. Vocem *rerum* omittit Gud. 2. *Mr.*

de quodam aut quibusdam;] Unus Ox. *de quadam*, alius pergit *atque quibusdam*, Vind. 1. et Mon. 2. *aut de quibusdam.* Posterior omittit verba *quae κατηγ. dialectici appellant.* Quatuor Oxx. solam vocem Graecam omittunt, spatio relicto: abest eadem vox a Cod. Aug. Eius loco Marb. habet *kathotormata*, Gud. 2. KATHOMATA. Ven. nostr. *catigoremata*, Junt. *categoremata* Asc. 1.

dialectici appellant; ut habere divitias, capere honores: indigentia, rerum ipsarum est, ut honorum, ut pecuniae. Om- 22.

γορήματα. Omissa est vox *dialectici* in Cod. Duisb. In Cod. Gud. 2. legitur *appellent*. *Mr.*

avere divitias, cupere honores] „Vulgg. *habere divitias, capere honores*, quam lectionem vitiosam esse statim vidi; nam sine minimo desiderio honores *capi* possunt, *haberi* divitiae. Recepi igitur scripturam, quam praestat Froben. praesertim cum *cupere honores* diserte repraesentet MS. Norvic. Legi etiam possit *havere divitias*: illo enim modo saepe scripsisse vett. ex permultis inscriptionibus patet. Adi Petr. Victorium in Ciceronis Famil. lib. VIII. ep. 16." *Davis.* in Ed. 1. Est *avere* — *cupere* in Ed. E., prius etiam in marg. MS. Asc. nostrae 2. *Cupere* habent etiam Codd. Mon. 1. 2. et quatuor Oxx. Ad v. *κατηγορήματα* Camerarius haec: „Satius fuit Ciceroni visum, pluribus verbis in uno graeco interpretando uti, quam sic vertere, ut Latinum verbum vel nihil, vel non illud, quod Graecum, significaret. Nam quid esset *praedicamentum?* Sed id nunc omittamus. *κατηγορήματα* igitur sunt, quae de quodam aut quibusdam dicuntur. hoc est enunciatum, id est *ἀξίωμα* imperfectum. Illud enim de quo, aut de quibus, abest. Verum exemplo res erit plana. Enuntiatum est *Socrates disputat*. Disputare igitur dicitur de quodam. De quo igitur? de Socrate. Si igitur disputari solum relinquatur, *κατηγόρημα* hoc erit. Tale fuerit, *Crassus habet divitias, Cato honores cepit*. Separetur habere divitias a Crasso, et capere honores a Catone, non magis plenum erit enuntiatum, disiunctis iis, quae dicuntur, et iis, de quibus dicuntur. Ut autem haec *κατηγορήματα*, ita de quibus dicuntur, *πτώσεις* appellatae fuerunt" *Mr.*

Diligentia libido rerum ipsarum est,] Videtur omnino *indigentia* legendum esse. Cum enim partes libidinis exposuisset, iram, excandescentiam, odium, inimicitiam, indigentiam, desiderium: alio etiam pacto eosdem (Stoicos inquam) has res distinguere dicit, ut necesse sit res supra explicatas iterum tractare. Dixerat autem *indigentiam* esse libidinem inexplebilem: reddideratque indigentiam, nisi fallor, quam illi appellabant *σπάνιν*, sicque definiebant auctore Laërtio: *σπάνις ἐστὶν ἐπιθυμία τις ἐν ἀποτεύξει καὶ οἷον κεχωρισμένη ἐκ τοῦ πράγματος, τεταμένη δὲ διακενῶς ἐπ' αὐτὸ καὶ σπωμένη.* Quare ex hac ipsius etiam Graeca definitione mihi videtur sic, ut emendavimus, omnino locus ille legi debere Quem enim sensum hic *diligentia* habere poterat?" *Victorius.* „Veneti *indigentia*: de cuius scriptionis veritate dubitari non potest." *Camerar.* „*Indigentia rerum ipsarum est.* Cum indigentia pendere videatur a verbo *distinguunt* (patet enim, hic distingui *desiderium* et *indigentiam*), adducor, ut *est* abundare putem, aut legendum *sit*." *P. Manut.* „*Diligentia rerum ipsarum est.* Sic est in Ed. Aldi avi, in MSS. Pall. quinque (secund. *diligentia libido rerum*) Vatican. Vulgo *indigentia*. unde Victorius *indigentia libido*. Nos vulgatam amplexi sumus: nam id ratio omnino flagitat ac subiicit textum orationis." *Gebhard.* „*Indigentia:* Aut distinguit indigentiam a desiderio, ut desiderium sit *κατηγορημάτων*, indigentia rerum simplicium, cum in ea spectetur (ut sic dixerim) *carentia*: aut, quod non aeque placet, distinguit libidinem et indigentiam. quamquam indigentia est quodammodo libido. Indigentia enim proprie non est libido, sed eam annexam habet. Itaque quamquam eam libidini subiecit, nunc merito ab ea separat." *Comm. anonym.* ap. Leod. a Qu. Quod ad v. *est* Bouh. Manutii sententiam amplectitur: idem facit Ern. *Mr.*

nium autem perturbationum fontem esse dicunt *intemperantiam*: quae est a tota mente et a recta ratione defectio, sic

---

Rerum ipsarum sit] Vulgo *est*. Sed recte mutavit Cl. Bentleius, siquidem haec a superioribus pendent. *D.*

indigentia, rerum ipsarum est] Ita dedi cum Boul. Lamb. et seqq., non recepta correctione *sit*, quae non ita necessaria est, ut absque ea Ciceronem non agnoscas: quamquam est paullo laxior et liberior. Ut vero *indigentia* reciperem, suasit ipsa sententia: nec plane sine libris *diligentiam* eiecimus, quae plurimos certe occupat, infelici quodam eoque inveterato errore. Est autem *indigentia* (pro *diligentia*) in duobus, ut videtur, Codd. Oxx. Gud. Duisb. Mon. 2. Vind. 1. 2. Edd. quas dixi, in Aug. et Vind. 1. ante *rerum* additur *libido*, ut in Edd. P. B. S. E. C. Junt. Asc. 1. 2. V. Rob. Steph. Herw. M. Ald. Brut. Leod. Scribitur *ipsarum rerum* in Codd. Rehd. Gud. Vind. 1. *rerum* omittit Gud. 2. Pergit unus Ox. *ut honoris*. Mon. 2. *ut bonorum et ut pecuniae*, sex Oxx. Mon. 1. *et pecuniae*, Vind. 1. *aut pecuniae*; solus Gud. *ut honorum pecuniae*. Mox Cod. Vind. 1. a I. m. *fomitem esse*: in marg. *al. fontem*. Scribitur *esse fontem* in Gud. 2. (in quo etiam scriptum est *perturbatio nem*); *dicunt esse* in Rehd. et Mon. 2. Ad v. *intemperantiam* Camerarius, Hanc, ait, ἀμετρίαν et ἀσυμμετρίαν, et temperantiam συμμετρίαν dixere. *Mr.*

A recta ratione] Voces, quibus uncini sunt circumdati, Cl. Bentleius subditicias esse merito statuit. *D.*

et a recta ratione] „Hoc supervacuum est per sequentia. Itaque Davisius uncis inclusit, ut spurium. In Guelf. deest *et*, quod firmat *recta ratione* esse glossam.“ *Ern.*

et a recta ratione defectio, sic aversa a praescriptione rationis] „Prius comma spurium Davis. et Ern. iudicarunt, quia ab altero non differret. Quodsi illud iudicium verum, cur hoc potius, quam posterius deleas? Scilicet non vi differunt et sensu, sed verbis et ordine, qualia apud Ciceronem sexcenties leguntur.“ *Nissen.*

a tota mente et a recta ratione defectio] Ita dedi cum FAWolfio, Schz. Or. Nobb. Tbn. et sic plerique Codd. Abest tamen in duobus Oxx. Mon. 2. Gud. Duisb. Marb. Gud. 2. Aug. (qui omittit etiam sequens *a*). Pro *et* habent *ac*, omisso *a*, Edd. V. Rob. Steph. Herw.; *etiam* Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Cod. Rehd. post *quae* additum habet *ut*, quod est arguti correctoris, qui sequenti *sic* opponi vellet *ut* oppositum, neque satis esse crederet, quod sequitur *ut* respondens antecedenti *sic*. Ceterum quum tam multi iique optimi libri omittant *et* ante *mente*, venit mihi aliquando in mentem legere: *quae est tota mente a recta ratione defectio* i. e. quam esse dicimus, si quis tota mente a recta ratione deficiat: videlicet ut substantivi *defectio* sit eadem structura, quae est verbi *deficere*. Pro *aversa* duo Oxx. *adversa*, Mon. 2. *a perscriptione*, perperam lecto compendio; unus Ox. [*a praedicta descriptione*; Gud. 1. et Mon. 1. *contineri quaeant*. In seqq. in ed. vet. nescio qua esse ait Verb. *se ad* pro *sedat*. Duisb. habet *appetitiones sedat*: unus Ox. omittit *sedat*, Duisb. verba *et efficit*. *Mr.*

ut eae rectae rationi pareant] Dedi *eae* ex Codd. Reg. Gud. 1. Marb. (in quo est *heae*, ubi vides originem peioris scriptionis *hae*) Mon. 1. Oxx. (quorum unus habet *rectae eae*) cum Dav. Ern. seqq. Reliqui habent *hae*, nisi quod Gud. 2. perperam distracta voce habet *ea erecte*. Scribitur *he* in Cod. Mon. 2. *recte* in Codd. Gud. 1. (a 1. m.) Mon. 1. Edd. Ven. nostr. Junt. Solus Rehd. omittit *eae*,

aversa a praescriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi nec contineri queant. Quemadmodum igitur temperantia sedat appetitiones, et effecit, ut eae rectae rationi pareant, conservatque considerata iudicia mentis: sic huic inimica intemperantia, omnem animi statum inflammat, conturbat, incitat. Itaque et aegritudines et metus et reliquae perturbationes omnes gignuntur ex ea.

Quemadmodum, quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat aut bilis, in corpore morbi aegrotationesque nascuntur: sic pravarum opinionum conturbatio, et ipsarum inter se repugnantia, sanitate spoliat animum, morbisque perturbat. Ex perturbationibus autem primum morbi confi- 10 23.

---

sola Ed. B. habet *haec*. Unus Ox. habet *observatque*, alius *conservetque*. Vind. 1. *conserventque considerata mentis iudicia*. Unus Ox. omittit *iudicia*. Vocem *animi* ante *statum* omittit Cod. Gud., vocem *et* post *Itaque* unus Ox. cum Mon. 2. Ad pluralem *metus* vid. nos supra c. 6. extr. ad v. *tres constantiae*. Add. Vogel. Obss. ad Cic. p. 27. (in Prolus. Bip. 1830. 4.) In Cod. Gud. l. a l. m. est in seqq. *conturbationes*. Gud. 2. omittit *omnes*. *Mr.*

C. 10. *Quemadmodum cum sanguis — offensiones*] Vide Menagium ad Laertii VII, 115. *D.*

Quemadmodum, quum sanguis corruptus est.] Haec omnia exciderunt in Cod. Gud. 2. Solus Lamb. edidit *quemadmodum enim, quum* — Vocem *quum* omittit unus Ox., *est* Cod. Mon. 1. cum eodem Ox. — Ad v. *pituita* Beroaldus: quod Graece φλέγμα dicitur, Latini *pituitam* vocant, cuius domicilium est in capite. — A pituita *pituitosus* dicitur, quem Graeco vocabulo usitatissimo phlegmaticum vocant. M. Tullius in lib. de Fato [4, 7.] *in aliis esse pituitosos et quasi redundantes, in aliis exsiccatos atque aridos*. Dicit Horatius in I. Epistolarum [1, 108.] *Praecipue sanus, nisi quum pituita molesta est*: ubi exponit Porphyrio *nisi καταῤῥους* impedit, quasi pituita sit fluor et destillatio. L. Aelius *pituitam* dici affirmat, *quia petat vitam*: cuius etymologiam ridet Quintilianus in primo [c. 6. p. 81. ed. Burm.]." — Pro *conturbatio* Verb. ex MS. nescio quo enotavit tritius vocabulum *perturbatio*, idque habet etiam Cod. Vind. 1. Mox Mon. 2. *ipsorum interesse* [scriptum erat fortasse in vetustiore libro *inter esse*] *repugnantia*; unus Ox. *inter se non repugnantia*. *Mr.*

sanitate spoliat animum, morbisque perturbat] Scribitur *animum spoliat* in Edd. ante Gebh. omnibus, exceptis V. Rob. Steph. Herw. Laed. Codices MSS. nobiscum faciunt. Pro *perturbat est conturbat* in Codd. Col. et Mon. 2. accommodato verbo ad substantivum paullo antecedens. Pro *conficiuntur* Cod. Gud. 2. habet *concutiuntur*. *Mr.*

morbi — quae vocant illi νοσήματα] De hac constructione, qua in explicationibus nominum pronomen relativum ad sequens substantivum accommodatur, et alii dixerunt, et nos ad Cic. de Fato l. l. p. 559 — 561: ubi est: *ad mores, quod ἦθος illi vocant*, et paullo post: *enuntiationum, quae Graeci ἀξιώματα vocant*. Quibus add. Kritz. ad Sall. Cat. 55. 3. p. 291. Klein. in Append. ad Heinr. Ed. maj. Cic. de Rep. p. 9; nos ad Cic. de Rep. IV. 15. p. 482. Hand. ad Wopkens. Lectt. Tull. p. 43 sq. Krüger. v. d. Attract. §. 26 sqq. inpr. p. 104. Ochsner. ad Cic. Ecl. p. 36 — 38. ed. 3. Nos ad Cic. de Legg. I. 7. p. 55. Huius structurae ignarus correxit

ciuntur, quae vocant illi *νοσήματα*, eaque, quae sunt eis morbis contraria, quae habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium: deinde aegrotationes, quae appellantur a Stoicis *ἀῤῥωστήματα*, iisque item oppositae contrariae of-
p. 214. a. fensiones. Hoc loco nimium operae consumitur a Stoicis, maxime a Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo. Qua oratione praetermissa minime necessaria, ea, quae rem continent, pertractemus.

---

scriptor Cod. Vind. 1. *quos* pro *quae*. Pro *νοσήματα* in quatuor Oxx. lacuna est, Gud. 1. Aug. Duisb. habent *nosemata*, Edd. Ven. nostr. Junt. *nosimata*, Ced. Marb. *noceamata*, Mon. 1. *mostemata*, Gud. 2. *νοσέματα*. *Mr.*

eaque, quae sunt eis morbis contraria] Unus Ox. Gud. 2. Marb. *ea quae*. Pro *eis* solus FAWolf. dedit *his*, nescio cur et unde: nam et per se minus probum est, et in fine capitis plane idem redit: *quae sunt eis morbis — contrariae*, ubi nihil mutavit Wolfius. Ceterum est *his* in Cod. Vind. 1., unde fortasse W. recepit, *iis* in Rehd., *hiis* in Gud. Mox Rehd. *habeant res*, omisso *ad*. Unus Ox. *habentur ad*. Idem cum Vind. 1. 2. Gud. *vitiosas offensiones*. Reg. Marb. Gud. 1. 2. *vitiosa offensione*: unus Ox. *fastigium* pro *fastidium*. *Mr.*

aegrotationes] „Cum *aegrotatio* proprie sit in corpore, sicut *aegritudo* in animo: tamen et aegrotationes animi dicuntur, quae ex quodam metu nascuntur earum rerum, quas fugiunt et oderunt.“ *Beroald.* „Aegrotatio omnis est etiam morbus, sed morbus non statim etiam aegrotatio.“ *Camerar.* Lacunam habent loco vocis *ἀῤῥωστήματα* quinque Codd. Oxx., plane omisit sine lacuna Cod. Aug. In Marb. est *appcoincta*, in Mon. 2. *appocremata*, ubi causam erroris habes apertam; Ed. Ven. nostr. *arrisimata*, Junt. *arrostimata*. *Mr.*

iisque item oppositae contrariae offensiones] Scripsi *iisque* ex Codd. Duisb. (ubi est *hiisque*) uno Ox. (qui habet *isque* i. e. Isqve) Mon. 1. (*iis*, om. *que*) marg. MS. in Asc. 2. Edd. S. E. HWolf. probante Kühnero. In reliquis est *hisque*, nisi quod duo Oxx. habent *his*. Pro *item* est *idem* in Codd. Gud. 1. (a. sec. m. correctum est) Gud. 2. Gud. In Marb. legitur *appositae* itemque in Aug.; in Gud. 1. a. 1. m. est *appossitae*. Ad superiores voces *morbis contraria* Beroaldus in exemplum affert (videlicet ut *vitiosam offensionem*) odium mulierum, oppositum morbo, qui est mulierositas. Hoc loco, ut aegrotationi oppositam offensionem contrariam, affert inhospitalitatem, ut opinionem vehementem valde fugiendum esse hospitem. Comm. Anonym. ap. Leod. a Qu. „Morbi ait, nascuntur ex cupiditate et laetitia; offensiones contrariae a metu.“ De offensionibus vid. Tiedemann: Syst. d. stoisch. Philos. III. p. 276 sq. Ad totum locum vid. Baguet de Chrysippo p. 303 seqq. Rehd. *operae sumitur*. *Mr.*

morborum animi similitudo] Cod. Gud. *morbi animi similitudo*. Pergit Cod. Mon. 2. *qua ratione*, pro *qua oratione*, et ita est etiam in Aug. et Gud. 2. itemque in marg. Crat. De qua confusione non semel monuimus: est enim satis frequens. Non semper autem tam facile est, quam hoc loco, manum Ciceronis discernere. Pergunt Edd. ante Gebh. (exceptis V. Rob. Steph.: Herw. Leod.) *minime necessaria praetermissa*, ordine a Codd. non confirmato. Tum Mon. habet *rem continet*. Unus Ox. *pertractamus*. *Mr.*

Intelligatur igitur, perturbationem, iactantibus etc.] „Secesserunt hic mirifice facit Palat. quart. *perturbatione iactantibus opinat*

Intelligatur igitur, perturbationem, iactantibus se opinioni- 24.
bus inconstanter et turbide, in motu esse semper: quum autem hic fervor concitatioque animi inveteraverit, et tamquam in venis medullisque insederit, tum exsistit et morbus,

---

inconstanter (puto *inconstanti) et turbido in animo motus esse semper.*" *Gebh.*

Intelligatur igitur, perturbationem, *iactantibus se opinionibus* inconstanter et turbide, in motu *esse semper*] Cum perturbatio sit motus animi turbidus, aut, ut Zeno definivit, *aversa a recta ratione, contra naturam, animi commotio;* nos certe beat Cicero, quum docet perturbationem in motu esse semper, seu motum turbidum, quamdiu movetur, semper moveri! Grave procul dubio latet mendum, cui tollendo quasi viam sternit Pal. quart. Is habet, *intellegatur igitur* perturbatione *iactantibus opinionibus* inconstanter et turbido in animo motus *esse semper.* [Unde, deleta *perturbatione,* lego, *intellegatur igitur, iactantibus se opinionibus, inconstantes et turbidos in animo motus esse semper.* Forsan etiam minore mutatione — *Dav.* Ed. 2. —] rescribi possit, *intellegatur igitur*, perturbationum, *iactantibus se opinionibus inconstanter et turbide, in* animo motus *esse semper.* Hos *motus iactantibus se opinionibus* tribuit, quod omnes perturbationes opinione fieri censent Stoici; quapropter in earum definitiones *opinionem* semper includunt. Vide supra cap. VII. *Hinc nunquam opinaturum esse sapientem* statuunt, quod is ἀπαθὴς sit, nec his animorum morbis laboret. *D.*

Intelligatur igitur etc.] „Nullum hic mendum subesse credo. Perturbatio dicitur in perpetuo esse motu, neque unquam remittere, quamdiu opiniones se inconstanter ac turbide iactent; his autem quiescentibus, sedari quidem perturbationis motum, sed ipsam alte iam insidere animo, ut exsistat morbus. Hoc quidem commode Tullioque digne his verbis exprimi arbitror. Neminem autem offendat, quod *perturbatio* dicitur *in motu esse,* id quod Cicero etiam in libris de Finn. saepenumero voluptati tribuit." *Wopkens.* l. c. p. 124. ubi laudat Hand. Cic. de Finn. II. 5. 16: *sin autem voluptatem putat adiungendam eam, quae sit in motu.* Cum Wopk. facit Bouhierius: neque quisquam Davisio obsequendum duxit. Cod. Mon. 2. *intelliganur.* Vind. 1. *intelligamus.* Unus Ox. omittit *igitur;* alius habet *perturbatio.* Cod. Gud. *et turbidus inconstanter esse semper.* Codd. Reg. Gud. 1. 2. *immotus* pro *in motu.* Marb. Rehd. et Aug. *in motus.* Tum Vind. 1. et Aug. *semper esse. Mr.*

Quum autem hic fervor — inveteraverit] Cod. Rehd. *fervor hic.* Verb. in marg. ait alios habere *inveteravit:* idque ego reperio in Edd. Boul. Lambb. Goth. sed posteriores in marg. habent *inveteraverit;* in Vind. 1. est *inveteraverint,* et mox *insederint.* Pergit Aug. *cum* pro *tum,* Mon. 2. *tunc.* Tum Ed. P. *extitit* pro *exsistit.* Variat autem h. l. Cicero structuram: debebat enim pergere: *exsistere et morbum* etc. Laudat huius structurae exemplum Kühnerus Cic. de Finn. III. 15: *Si voluptas — sit in bonis, divitias quoque in bonis esse ponendas: at si sapientia bonum sit, non sequi, ut — dicamus: neque — potest* etc. Add. nos ad Cic. de Fato 20, 47. Ad sententiam cf. Gernh. ad Cic. de Off. I. 15. 49. p. 60. *Mr.*

eae, quae sunt eis morbis aegrotationibusque contrariae.] Pro *eae* est *hae* in Codd. Marb. Mon. 2. Vind. 1. Rehd. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Herw. — In Aug. est *hec,* in Gud. et Duisb. *hee.* Pergit posterior *et quae sunt.* Tum Rehd. *iis.* Vind. 1. et Gud. 2. *aegrotationibus,* omisso *que. Mr.*

et aegrotatio, et offensiones eae, quae sunt eis morbis aegrotationibusque contrariae.

11 Haec, quae dico, cogitatione inter se differunt, re quidem copulata sunt; eaque oriuntur ex libidine et ex laetitia. Nam quum est concupita pecunia, nec adhibita continuo ratio, quasi quaedam Socratica medicina, quae sanaret eam cupiditatem; permanat in venas, et inhaeret in visceribus

---

c. 11. *Haec, quae dico, cogitatione inter se differunt, re quidem cop.*] „Hoc reposui, ex quinque Pall. Vatic. concinnius, quam vulgo: *haec, quae dico, cogitatione quidem inter se differunt, re vero copulata sunt.*“ *Gebh.* „Apertum in citatione mendum: et prius *quidem* necessario fuerat omittendum. Deinde ex eadem Vaticani collatione adscriptum *ex libidine et ex laetitia*, quam praepositionis iterationem tot locis defendimus.“ *Gronov.* Scribitur *cogitatione quidem — re vero* in Edd. ante Gebh. omnibus, excepta P., quae cum Codd. et nobiscum facit. Cod. Aug. habet *cogitationibus*. Gud. 2. *re qui quidem*. *Mr.*

cogitatione inter se differunt, re quidem copulata sunt] Amat huiusmodi oppositiones Cicero. Sic dixit de Legg. I. 10. 30: *oratio verbis discrepans, sententiis congruens.* De Legg. I. 13. 38: *cum illis re congruentes, genere docendi paullum differentes.* De Or. I. 42: *similes communione quadam, specie autem differentes.* De Legg. I. 10. 30: *doctrinâ differens, discendi quidem facultate par.* *Mr.*

Ea quae *oriuntur*] Sic Med. Vulgo *eaque*. *D.*

eaque oriuntur] i. e. morbi et aegrotationes. Ceterum non placuit recepta a Davisio scriptio *ea quae*, quamvis eam habeant Codd. Gud. I. 2. Mon. 1. Improbabat etiam Bouh., neque quisquam sequentium editorum recepit. In Mon. 1. scriptum est *et libidine* pro *ex libidine*. Pergunt *et ex laetitia*, cum Dav., Codd. Vat. Gud. 1. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. et sine dubio etiam Reg. ex quo multa tacite recepit Dav. Quare et mihi idem faciendum visum est, cum et usus Ciceronis et ipsa sententia ei scriptioni faveat. Unus Ox. omittit utrumque *ex*. Unus Ox. omittit omnia inde ab *adhibita* usque ad *sanaret*. Alius habet *continua ratio*. Ad formulam *quasi quaedam* v. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 18. 58. p. 111. Habet Cod. Vind. 1. *medicina Socratica*. Ceterum h. l. *quasi* comparationi inservit, *quaedam* excusandae locutioni minus propriae. *Mr.*

Quae sanet *eam cupiditatem*] Vulgo *sanaret;* quod Cl. Bentleius, iubente Latinitate, mutavit. *D.*

quae sanet] „Placet Bentleii correctio, vulgatum *sanaret* in *sanet* mutantis.“ *Bouh.* „Bentleius correxit *sanet*, quod et Bouh. probavit. male. *Adhibita est* postulat *sanaret*. Illud germanizat.“ *Ern.* Handio ad Wopkens. L. Tull. p. 270 sq. placet *sanet*. „Nam *quae sanaret*, ait ille, esset: quae, si adhiberetur, *sanaret*.“ Sed recte Kühn. et ad h. l. et ad I. 4. 7. *sanaret* restitui vult. Imperfectum tempus consilium significat: quare nimis cupide secuti sunt Bentleium FAWolf. Schlz. Nobb. (qui scripsit *san[ar]et*) Or. (qui ad Wolfii scholas *sanaret* restitui vult) Tbn. Ernestum vero quod ad scriptionem recte sensisse, quod ad rationem causamque errasse, non est quod doceam. Neque Handii sententiae possum equidem accedere. Ceterum Codd. nostri omnes habent *sanaret*, itemque Edd. vett. excepta (ut est in schedis Or.) Lamb. 1566. Rehd. pro *eam* habet *etiam*. *Mr.*

permanat in venas et inhaeret in visceribus] „Pal. pr. *inh. in visceribus illud malum, exsistitque morbus et aegrotatio.* secund. *inh.*

illud malum, exsistitque morbus et aegrotatio, quae avelli

---

visceribus, illud malum exsistit; qui. quart. *inheret in visceribus illud malum exsistit. Qui morbus et aegrotatioque avell.* quint. *et 'heret in visceribus* cet. ex quibus omnibus legerim, si coniecturae locus; *inhaeret in visceribus; illico malum exsistit; qui morbus aegrotatioque invet.* sed N. L. [i. e. non liquet]" *Gebhard.* Mon. 2. *sed permanat.* Cod. Rehd. exhibet *permeat venas*, ubi agnoscis correctoris manum. Unus Ox. habet *permanat venas.* Duo Oxx. et Vind. 1. cum Aug. *et haeret.* Ad locutionem *inhaeret in visceribus* vid. Garaton. ad Cic. Or. pro Milon. 25. p. 260 sq. — Pergit Dav. in Ed. 2: *exsistitque morbus, seu aegrotatio, quae avelli inveterata non possit:* nihil addens, nisi vulgo legi *et aegrotatio — non possunt.* Ad quae Ern. (qui, ut non semel monui, ed. Davisianum 3. non vidit) „Quia refertur, ait, hoc ad unam aegrotationem, *possunt* locum non habet. Bentleius bene *possit:*" recepitque illud *possit* in contextum: nec vero Davisianum illud sive Bentleianum *seu*, pro *et*, ut refert Or. Nissen. vero „Coniunctivo modo, ait, nihil hic loci est, ut vulgatum *possunt* servandum videatur, quod ad morbum et aegrotationem referatur." *Mr.*

Inhaeret in visceribus illud malum exsistitque morbus] Quod Pall. nonnulli prae se ferant, *exsistit* qui *morbus et aegrotatio*; Janus Gebhardus legi posse censet, *inhaeret in visceribus; illico malum exsistit, qui morbus aegrotatioque avelli inveterata non possunt.* At hac insignis est παραδιόρθωσις, eaque recepta, nec sensus nec Latinitas constabit. Ob leves certe librariorum lapsus, quae bene se habent, non sunt movenda. Vulgatam vero lectionem a Ciceronis manu fuisse, satis constat; nam secundum Stoicos hoc *inter morbos animi interest et affectus, ut morbi sint inveterata vitia: affectus vero, motus animi subiti et concitati, qui frequentes neglectique fecere morbum.* Verba fere sunt Senecae Epist. LXXV. Vide sis et Epist. LXXXV. *D.*

existitque morbus etc.] Wopkens. ad h. l. p. 124: „Quo minus in his rescribamus . . . *seu agrotatio, q. a. i. n. possit*, retinent ista c. 13: *Quomodo autem in corpore est morbus, est aegrotatio, est vitium: sic in animo . . . Itaque duo illa, morbus et aegrotatio ex totidem* etc. Si Tullius, inquit, *morbus et aegrotatio* scripsit, quo pacto cum his conciliabitur, quod addit *eique morbo?* Posterior *morbi* notio est generalior, duoque illa, tanquam species quodammodo distinctas, complectitur. Quod ne modo dictum, sed etiam illustratum ac comprobatum videas, en geminum plane locum c. 14: *Aegrotationes autem morbique animorum difficilius evelli posse putantur, quam summa illa vitia, quae sunt virtutibus contraria: morbis enim manentibus, vitia sublata esse possunt.* Ex quo loco id forsitan quoque cogendum, ut in eo, quem iam proposuimus legi oporteat: *quae evelli inveterata* etc. uti etiam c. 26. dixit Cicero: *sunt enim omnia ista ex errorum orta radicibus; quae evellenda et extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda sunt.* Nec uspiam hanc vim verbi *avellere* in scriptis Tullii offendi." Ad quae Handius: „Bonam hanc emendationem receperunt Wolfius et Orellius. Sic Ep. ad Q. Fratr. I. 1. 13: *difficile est — si quid est penitus insitum moribus, id subito evellere.* Tamen dubito an non necessaria ea sit. Legitur quidem Epist. V. 12. 16: *qui tum denique sibi avelli iubet spiculum:* quod in eiusdem rei expositione de Fin. II. 30. 97: *evelli iussit eam, qua erat transfixus, hastam.* Et erat ferrum, quod ex hastili remanserat, in corpore Epaminondae. Igitur etiam in illo

inveterata non possunt: eique morbo nomen est avaritia.
25. Similiterque ceteri morbi: ut *gloriae cupiditas*, ut *mulierositas*, ut ita appellem eam, quae Graece φιλογύνεια dicitur; ceterique similiter morbi aegrotationesque nascuntur. Quae

---

loco scribendum esset *evelli*, nisi pronomen *sibi* repugnaret. Ita dicuntur *inveterata mala non posse avelli*. In Appuleii Met. I. p. 110, 24. Elmenh. *nihil non, et iugulum ipsum dolui, et cor ipsum mihi avelli putavi*. Tollius probavit lectionem codicis Bemb. *evelli*. Equidem non sequar." *Mr.*

exsistitque morbus etc.] In Cod. Vind. 1. est: *existitque illud malum: qui morbus aegrotatioque dicitur, quae avelli* etc. Quatuor Oxx. *exsistit qui morbus*, et ita Reg. Gud. I. 2. In Duisb. deest *et* post *morbus*. In Mon. 2. est *morbus et cogitatio*. Servavi quidem in tanto librorum consensu *avelli*: nec tamen diffiteor, non plane satisfacere mihi eius scriptionis defensionem. Quod enim ex Appuleio affertur exemplum, etiamsi non dubia esset lectio, nihil faceret ad Ciceronem. Quod vero est in Epp. ad Famm. V. 12: *sibi avelli iubet spiculum*, nec hoc plane cum nostro loco convenit. *Avellere* enim dicitur vel *ab aliquo* vel *ab aliqua re* vel *a loco*, item cum dativo casu, ut illo ipso loco *sibi avelli*. Iungitur item cum *de* et *ex*. Sed ita absolute a Cicerone positum vix credo. Accedunt loci, quos ex c. 14. et 26. attulit Wopk. cuius sententiae accedunt Bouh. FAW. Schz. Kühn. Bilk. receperuntque W. Sch. Or. Tbn. Correctionem Bentleianam *possit*, ab ipso Dav. in Ed. 3. reiectam, nimis cupide arreptam esse ab Ernesto, nemo, opinor, non videt. *Mr.*

eique morbo nomen est avaritia. Ad sententiam conf. Sallust. Catil. XI, 1 — 4. cui locum quoque nostrum adhibuit Cortius. Ad structuram vid. M. Hoffmann. in Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1828. II. 1. p. 14. Pergit Cod. Rehd. *similiter* omisso *que*, Gud. 1. *similiter quae*, Gud. 2. *similiterque et* cet. Marb. *similiterque ut ceteri morbi, ut gloria, cupiditas*. Gud. 2. *gloriae et cupiditas*. Additur illud *ut* etiam in uno Ox. Vocem *mulierositas* in aliis ab ipso Cicerone formatis refert Susius in Lima Ciceroniana p. 69 sq.

Similiterque ceteri morbi — ceterique similiter morbi] Ut post interposita pauca verba voces eaedem vel similes repetantur, non est novum. Agellius XVII, 20. Verba illa *Pausaniae inter convivas amorem vice sua laudantis*, ea verba *ita prorsum amavimus* etc. Vide sis et Plinium lib. VIII. Epist. 6. *D.*

Ut ita appellem, ea *quae*] Vulgo *appellem* eam, *quae*. Lectionem, quam dedimus, exhibent Reg. Pithoean. et Balliol. *D.*

ut ita appellem eam, quae Graece φιλογύνεια dicitur] *Ut* omittit unus Ox., alius *dicam* pro *appellem:* quod videtur esse correctoris, qui fortasse in seqq. legeret cum nonnullis *ea quae*, quod stare non posse videret, si scriptum esset *appellem* sine accusativo obiecti. Correctori item tribuo, quod est in Vind. 1. *illam appellem, quam Graeci φιλογύνιαν dicunt*. Legitur autem *ea quae* in Codd. Aug. Marb. Quod vero eandem lectionem Regio tribuit Dav., eius vestigium in mea collatione nullum est: neque habet, qui ei ceteroquin est simillimus, Gud. 1. Graecam vocem non habent quinque Oxx. Mon. 2. Rehd. Gud. sed hi vacuo relicto spatio, itemque Aug.; *φιλογυνία* est in Gud. 1. 2. Latinis literis exscripta ea vox in Ed. Junt. Ed. P. habet *ιλογει*, A. *athinilia*, Ven. *athinllia*; Cod. Marb. *Φiaotinia* in quo agnoscis religiosam stupiditatem. hominis sedulitatem. Cod. Gud. omittit *dicitur*. *Mr.*

ceterique similiter morbi] Dedit Dav. in Ed. 2. ex sententia Bent.

autem sunt iis contrariā, ea nasci putantur a metu: ut *odium mulierum,* quale in *Μισογύνῃ* Attilii est; ut *in homi-*

---

leii: *ceteri, inquam, similiter morbi,* probante Bouh., eandemque emendationem recepit Lall. stare non posse vulgatam contendens. Quod ut non simpliciter dixerim, ita placere mihi Bentleianam emendationem non diffiteor. Quem enim in superiore annotatione affert ex Gellio locum Davisius, tantum abest ut is languidam librorum lectionem tueatur, ut ipsi emendationi faveat, etiamsi ab eo abest *inquam.* Post *aegrotationesque* in Edd. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Junt. Asc. 2. [nec vero in 1.] Rob. Steph. Herw. additur *morborum,* contra libros MSS. In Marb. scribitur *aegritudinesque;* in uno Ox. *quae nascuntur. Mr.*

Quae autem sunt iis contraria] Dedi *iis* pro his ex Codd. Duisb. Mon. 1. Cod. Aug. habet *sinit* pro *sunt.* Scribitur *his sunt* in Codd. Aug. Gud. 2. Edd. ante Gebh. exceptis V. Rob. Steph. Herw. Cod. Rehd. habet *sunt autem;* Vind. 2. *his contraria sunt.* Pro *putantur* unus Ox. cum Rehd. habet *putant,* ut subaudiendum sit *Stoici. Mr.*

quale in μισογυνείᾳ est.] „In scripto Codice ita legitur: *quale in Misogyno Atili est: ut hominum*: videndum igitur, an Atilii *μισόγυνος* hic exempli loco nobis proponatur. Lambinus autem hic recte ex libro antiquo reposuit *ut hominum universi generis,* in quo *ἀπὸ κοινοῦ* repetendum est nomen *odium;* in aliis est *ut in hominum universum genus. μισανθρωπία* est odium universi generis hominum.“ *Frc. Fabr.*

quale in μισογυνείᾳ est] „Nihil volui novare in hoc corruptissimo loco, contentus ingeniosioribus veterem prodidisse scripturam: Pal. sec. *quae in missogino atilia est.* tert. *in missagino atilia est*: in marg. *immisso gino atilie.* quart. *in misso gynotili est.* quint. *quale in missogymo atilia est.* Vatican. *quale in misso guno atili est.* Vet. Cod. et Fabr. *quale in μισογύνῳ Atilii est:* quae videtur verissima lectio, probatque Mercerus ad Nonium, in *Mulierositas.*“ *Gebh.* „Davisii *μισογύνῳ* recipere non dubitavi. Bentleius totum locum hoc modo constituit, an satis modeste, iudicent alii: *ut odium in mulieres, quale μισογύνου Hippolyti est, ut in* etc.“ *Verburg.*

Quale in μισογύνῳ Atili est] Vulgo *quale in μισογυνείᾳ est.* Inepte, cum *μισογύνεια* sit ipsum feminarum odium. Mss. Colon. et Lambin. scripturam, quam dedi, clare repraesentant; eoque adludunt reliqui Codices, qui fere *misso gino* vel *misso guno Atili* prae se ferunt. Nos igitur eam recepimus lectionem quam Mercerus ad Nonium pag. 127. et alii veram censuerunt. De Atilio vide G. J. Vossium Poet. Latin. pag. 232. *D.*

quale in μισογυνείᾳ] „Cod. Reg. *in Missogyno Atili est.* Leid. in *Musogunio Attilii est.* Bentleius corrigit *μισογύνου Hippolyti:* quod nimis longe recedit a Codd. MSS. *Atilii* nomen nisi esset a Cicerone scriptum, non esset in tot libris. Davisius legit *in Μισογύνῳ Atili.* Sed debebat scribere *Μισογύνῃ.* Veram ego lectionem esse existimo: *in Μισογυναίῳ Attilii.* Erat haec manifesto inscriptio Comoediae poetae illius.“ *Bouh.* „*Quale in μισογύνῳ Attilii est*: ita Dav. et sic habent tres e regiis MSS. quorum in duobus latinis literis scribitur *in misoguno Atilii est.* Vitiose vulgati *in μισογυνείᾳ,*“ *Lall.* Receperunt Davisii scriptionem Ern. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Ait. Kühnerus non improbabiliter Neidium e §. 27. coniicere, fabulam fuisse Attilii Hippolytum inscriptam. Unus Ox. habet *in est,* cum spatio, in duobus aliis *in missoginio, Athilia est;* in uno:

num universum genus, quod accepimus de Timone, qui μισ-

inmissogine atilia est, in uno: *in misso gino Atili*, in uno *inmisso ginoatili*; in Gud. 1. *in misso gyno atili est*; Gud. 2. *in misso gemo atili est*, in Aug. *in missoginociali est*. Marb. *in missogino athali est*; Mon. 1. *in missogine atilia est*, Mon. 2. *quale . . . gynoatilie est*; Duisb. *in missogino atilie*. Vind. 1. *in μισογυνίᾳ est*. Ed. P. *in πισγυνεια est*. A. *in philogyna est*. S. E. *quale μισογύνεια est*. Ven. nostr. *quale in philogina est*. Reliquae Edd. ut Gebh. Ego autem dedi *Μισογύνῃ*, quod legendum esse vidit iam Bouh., vidit item Meineckius ad Menandri Reliqq. p. 115. Est autem apud A. Weichertum in Poëtarum Latt. Hostii etc. Vitis et Rell. (Lips. Tbn. 1830. 8.) p. 140. haec de nostro disputatio: „Hic Ciceronis locus Bothium, qui, in Poët. Lat. Scen. Vol. V. P. I. p. 254, Attilio locum inter Tragicos Romanorum poetas dedit, prorsus latuisse videtur, nisi forte amplexus est sententiam Bentleii, qui huic Ciceronis loco controversiam movit et Ciceronis verba ingeniose quidem, sed audacter ita refinxit: *ut odium in mulieres, quale μισογύνου Hippolyti est*: atque Attilii nomen textu prorsus exterminavit. Dav. ex Codd. MSS. *misso gino* v. *misso guno Atili* enotavit, et quum in Prisciano XVIII. c. 25. p. 228. T. 2. Kr. legatur: *Idem* [Menander] *in Misogyno*, suspicari possimus, controverso in Ciceronis loco scribendum esse: *quale in Misogyno Attilii est*. Nam ab Attilio illam Menandri fabulam Latine esse conversam licet unus testetur Cicero, tamen de more illius aetatis veri simillimum est. Menandri *Μισογύνης* a multis memoratur; et quae hodieque eius fabulae supersunt reliquiae, eas collegit et illustravit Meinecke, qui hoc in Ciceronis loco verissime correxit: *quale in Μισογύνῃ Attilii est*.“ Accedit scriptio duorum Codd. quorum unus Ox. habet *inmissogine*, Mon. 1. *in missogine*. Attilium Cicero ad Att. XIV. 20. poetam durissimum vocat. De eo vid. Baehrii nostri Hist. Litt. Rom. (germanice scriptam) p. 51 sq. Add. G. J. Vossium de Poetis Lat. p. 7 sq. Correxit iam *Μισογύνῃ* (v. *Μισογυναίῳ*,) Pierson. ad Moerid. Atticist. p. 258. *Mr.*

ut hominum universi generis] „Sic esse legendum pervincunt et codex vetus et ratio. subintelligitur enim et repetitur *ἀπὸ κοινοῦ odium*. Quemadmodum autem supra dixit odium mulierum, sic debet hic dici *odium universi generis hominum*.“ *Lamb.* Probat Lambini emendationem Fr. Fabr.; recte cum Dav. improbat Wopkens. p. 226. ed. Hand. *Mr.*

Ut in *hominum* universum genus, *quod accepimus de Timone*] Lambinus reponit, *ut hominum universi generis;* quod ante, non *odium in mulieres*, sed *mulierum*, dixerat. At haec ratio nihili videtur; nam Latine dicitur utrumque: nec video cur Ciceroni phrasin variare non liceat. Sic supra cap. VII. Sub metum *subiecta sunt pigritia, pudor* — Voluptati *malevolentia* — Libidini *ira*. Ibi quoque propter eandem caussam *metui subiecta* perperam legit vir ille doctus. Sed haec hactenus. Timonis autem historiam nitidissimo Dialogo Lucianus expressit, eamque tradidit etiam Tzetzes Chil. VII. Hist. 129. Mores eius descripsit Plutarchus in Anton. pagg. 948, 949, ubi hoc Epigramma Callimacho tribuitur:

Τίμων μισάνθρωπος ἐσοικέω· ἀλλὰ πάρελθε,
Οἰμώζειν εἴπας πολλά, πάρελθε μόνον.

Leg. *ἐνοικέω*, quod patet ex Anthol. lib. III. cap. 7. Illic exstat integrum, et Hegesippum prae se fert auctorem. *D.*

ut in hominum universum genus] Cod. Mon. 2. *ut universum in*

ἄνθρωπος appellatur: ut *inhospitalitas* est: quae omnes aegrotationes animi ex quodam metu nascuntur earum rerum, quas fugiunt et oderunt. Definiunt autem animi *aegrotationem*, opinationem vehementem de re non expetenda, tamquam 26.

---

hominum genus, quale accipimus de timore, qui misane putoca appellantur. Vind. 1. *ut est in hominum.* Duisb. *in hiis ut hominum.* Ad v. *de Timone* vid. Beier. ad Cic. Lael. 23, 87. p. 136. De Timone Camerarius hoc quoque epigramma, quod ab ipso vivente compositum fuisse ferebatur, laudat:

ἔνθάδ' ἀποῤῥήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι·
τοὔνομα δ'οὐ πεύσασθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

Quod est Analectt. I. p. 153. Ed. Jacobs. p. 86. T. I. — Cod. Gud. 2. ut Mon. 2. *timore* exhibet pro *Timone.* Pergit Mon. 1. cum uno Ox. *quivis.* Aug. *quae.* Idem *misano..appellantur.* Quatuor Oxx. cum Mon. 1. loco graeci vocabuli lacunam habent, Cod. Reg. rasuram. Gud. 1. *mis ane PωITOCA,* Gud. 2. *miſavepωTICA.* Duisb. *misane poyTirca.* Marb. *quivisAnepωcota.* Ed. Ven. nostr. *misantropos.* Scribitur *appellantur* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Duisb. Marb. duobus Oxx. *Mr.*

ut inhospitalitas est: quae omnes —] Scribitur *inhospitabilitas* in Edd. P. A. B. S. Junt. Ven. nostr. Verbum *est* omittunt tres Oxx.; unus pergit *quae omnis.* Mon. 2. habet *omnes cogitationes,* Gud. *omnes aegritudines.* Legitur in seqq. in Codd. Col. et Duisb. *quas fugiunt et odiunt.* Hac forma neque Cicero neque quisquam bonae notae scriptor unquam est usus. *Mr.*

Definiunt — opinationem] Vocem *opinationem* omittunt duo Oxx. *Opinionem* habent tres, itemque Duisb. Gud. 2. Mon. 1. 2. Edd. P. A. B. S. E. C. M. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. In Cod. Bern. est *de re non expetenda sit,* omissis verbis (quae in marg. adduntur) *tanquam valde expetenda,* quae etiam absunt cum v. *sit* a Codd. Gud. 2. Rehd. Ed. P. Ernestus vero ad h. l. „Delendum est, ait, sine dubio *sit.* Sic et mox *de re non fugienda, tanquam fugienda.* Infra in loco simili delevit Bentleius." Cui equidem correctioni, utpote non plane necessariae, locum dare non potui, nec vero eam reprobo. In Cod. Aug. est *tanquam valde non expetenda inhaerentem et penitus insitam tanquam valde expetenda sit.* Codd. Duisb. et Mon. 2. ante *inhaerentem* addunt *et.* Post *insitam* unus Ox. addit *tanquam fugienda,* nec vero infra omittit. Quae sequuntur *Quod autem* usque ad *penitus insitam* in Cod. Rehd. exciderunt omnia. Pro *nascitur* duo Oxx. habent *nascatur.* Gud. 2. *offensio* pro *offensione. Mr.*

Animi aegrotationem, opinationem vehementem] Cum animorum *morbi* et aegrotationes cogitatione tantum differant; Tullius aegrotationem, ἀῤῥώστημα, eo modo, quo reliqui νόσημα, definit. Laertius VII, 115. Νόσημα, οἵησις σφόδρα δοκοῦντος αἱρετοῦ. Seneca Epist. LXXV. *Morbus est iudicium in pravo pertinax, tanquam valde expetenda, quae leviter expetenda sunt.* Ad id, quod agimus, praeclare Stobaeus Eclog. Ethic. p. 177. Νόσημα δ'εἶναι δόξαν ἐπιθυμίας ἐῤῥυηκυῖαν εἰς ἕξιν καὶ ἐνσκιῤῥωμένην, καθ' ἣν ὑπολαμβάνουσι τὰ μὴ αἱρετὰ σφόδρα αἱρετὰ εἶναι, οἷον φιλογυνίαν, φιλοινίαν, φιλαργυρίαν· εἶναι δέ τινα καὶ ἐναντία τοῖς νοσήμασι κατὰ προκοπὴν γιγνόμενα, οἷον μισογυνίαν etc. *D.*

opinionem vehementem de re non fugienda] Alios, nescio quos, habere *opinationem* pro *opinionem* legitur in marg. Edd. Lambb. et Goth. indeque in marg. Verb. Et sic coniecit legendum esse Orellius. Certe paullo superius ita scripsit Cicero. Sed nihil impedit, quo minus h. l. alteram ponat formam. Post *re* Gud. 2. omittit *non.* Reg. habet *de*

valde expetenda sit, inhaerentem et penitus insitam. Quod autem nascitur ex offensione, ita definiunt: opinionem vehementem de re non fugienda, inhaerentem et penitus insitam,
b. tamquam fugienda: haec autem opinatio est iudicatio se scire, quod nesciat. *Aegrotationi* autem talia quaedam subiecta sunt, *avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, ligurritio, vinolentia, cuppedia,* et si qua similia. Est autem ava-

---

re non expetenda. Verba *inhaerentem* usque ad *tanquam fugienda* absunt a Codd. Vind. 1. Mon. 1. uno Ox. Edd. P. Ven. Alt. Cod. Mon. 2. omittit *et* ante *penitus*. Gud. 2. habet *et penitus tanquam haec autem,* omissis verbis *insitam* et *fugienda*. Unus Ox. exhibet cum Marb. *tanquam fugiendam;* alius Ox. *tanquam fugienda sit;* alius pergit cum Vind. 1. Aug. *haec autem opinio est. Mr.*

haec autem opinatio est iudicare se scire] „*Haec — est iudicatio se scire,* Cod. Gryph." *Brut.* „Pal. quart. vet. cod. Vat. *est iudicatio se scire.*" *Gebh.*

Opinatio est iudicatio *se scire*] Sic recte Reg. Gryph. Vatic. et Pal. quart. Vulgo *iudicare. D.*

iudicare se scire] „Recte Dav. ex melioribus Codd. in quibus est Regius, recepit *iudicatio.*" *Bouh.* Non placebat *iudicatio* Ernesto: sed merito placuit Wolfio, Schz. Or. Tbn. et habent *iudicatio* Reg. (quamvis collatio nostra taceat: est enim in eius simillimo) Gud. 1. et duo Oxx. Quod vero Wolfius in scholis ad *se scire* addit: sc. *aliquem*: id accuratius ita dici debuit: *haec autem opinatio eiusmodi est quasi aliquis iudicet se scire id quod nesciat.* Esse autem vocabula complura in *io* a Cicerone ipso ficta, in his etiam *lapsio* §. 28., et *iudicatio* h. l., monet Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 20. 67. p. 95.

ambitio, mulierositas, pervicacia, ligurritio,] Verba *ambitio mul. pervicacia* desunt in Cod. Gud. 2. Unus Ox. habet *ambitus;* Marb. *pnicacia* (sic). Gud. *pertinacia*: frequentissima permutatione. Utramque vocem Beroaldus ad h. l. ita distinguit: Est *pervicacia* opinatio vehemens, quasi valde perseverandum sit in eo quod pertendit: distans a *pertinacia,* quod *pervicacia* est interdum bonarum rerum perseverantia: *pertinacia* semper malarum: quamquam apud Livium et Senecam *pertinax* virtus et *pertinax* bonitas dicitur, quod laudis est. Accius in Myrmidonibus: Tu pertinaciam esse, Antiloche, hanc praedicas, *Ego pervicaciam aio et a me uti volo. Nam pervicacem dici me esse et vincere, Perfacile patior; pertinacem nil moror. Haec fortes sequitur: illam indocti possident.* Eam ipsam ob distinctionem Doederleinius in Lat. Syn. u. Etymol. IV. p. 174 sq. (qui universe de utraque voce videndus) a Gudiani Codicis lectione *pertinacia* se non alienum profitetur. Ego in tanto optimorum librorum consensu audacius agere nolui. Pro *vinolentia* est *violentia* in Codd. ad marg. Asc. 2. Mon. 2. Marb. Edd. A. B. S. E.; *cumolentia* in Gud. 2; *temulentia* in Edd. P. C. Asc. 2. Junt. *Mr.*

Ambitio — cuppedia] Hunc locum adducit Nonius in *cuppedia.* Ei tamen male *cupiditas* exponitur, nam φιλοψίαν vel immoderatam delicatiorum ciborum cupiditatem denotat. *D.*

cuppedia, et si qua similia] Habet pravam glossam *cupiditas* Cod. Mon. 2. Ad h. v. (*cuppedia*) vid. Forcellin. in Lex. Post *et si qua* additur *sunt* in Edd. ante Gebh. (exceptis V. et Rob. Steph.) itemque in Codd. Vind. 1. 2. duobus Oxx. Aug. Mon. 2. Gud. Pal. *avaritia* sequitur *opinio* in Cod. Vind. 1. Edd. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. In seqq. pro *quasi* unus Ox. habet *tanquam.*

ritia opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhaerens et penitus insita: similisque est eiusdem generis definitio reliquarum. *Offensionum* autem definitiones 27.
sunt eiusmodi, ut inhospitalitas sit opinio vehemens, valde fugiendum esse hospitem, eaque inhaerens et penitus insita: similiterque definitur et *mulierum odium*, ut Hippolyti; et, ut Timonis, *generis humani.*

Atque ut ad valetudinis similitudinem veniamus, eaque 12

---

quasi valde expetenda sit] „Hanc lectionem ex Petrens. et Cantabr. recepi. Eam etiam praestant omnes editi vetustiores, nisi quod Ven. 1491. corrupte repraesentet: *quasi valde expectanda sit.* Janus Gebhardus ac recentiores exhibent, *quasi petenda sit*, quam quidem scripturam ne unus quidem, ut videtur, confirmat MStus.“ *Dav.* in Ed. 1.

Quasi valde expetenda *sit*] Vulgo *quasi petenda sit.* Nos autem Msstorum fide nitimur, nec minus ipsa re; vox enim a recentioribus omissa, vehementiam seu σφοδρότητα denotat, quae definitioni prorsus est necessaria. Sic paullo post: *ut inhospitalitas sit opinio vehemens, valde fugiendum esse hospitem* etc. D.

quasi petenda sit,] „Plurimi Codd. MSS. in his etiam Reg. et Leidd. itemque nonnullae Edd. vett. Davisio favent, cuius lectio videtur recipienda.“ *Bouh.* „*Sit* et h. l. delendum et scribendum *expetenda.* Et sic MSS. qui et addunt *valde*, ut et Guelf.“ *Ern.* Nullus ex nostris Codd. cum Gebh. facit, cuius lectionem reperio nonnisi in Edd. Gron. Verb. Alt. *Sit* praeter Ernestum nemo omisit, nisi Bipp. et Mannh. Mox Mon. 2. *similis*, omisso *que.* Duo Oxx. omittunt *est.* Aug. habet *generis eiusdem*: unus Ox. habet *reliquorum.* Pergit Mon. 2. *offensionis.* Aug. *diffinitiones autem offensionum.* Duo Oxx. omittunt *sunt* cum Duisb. Hic cum Rehd. et Mon. 2. habet *huiusmodi.* Gud. 1. *eiusdemmodi:* sed syllaba media punctis notata. Quod sequitur *ut* abest a duobus Oxx., qui lin. seq. omittunt etiam *esse.* Pro eo, quod sequitur, *opinio*, Or. ut paullo superius coniicit *opinatio:* ad quod idem dicendum videtur, quod supra diximus. Verba *vehemens, valde fugiendum esse hospitem* exciderunt in Cod. Mon. 2. Pro *similiterque* est *similiter*, contra Codd. MSS., in Edd. vett. ante Gebh. exceptis V. Rob. Steph. Herw. Mox Cod. Rehd. *definitur etiam. Mr.*

mulierum odium, ut Hippolyti, et, ut Timonis, generis humani.] De hac Genitivorum cumulatione vid. Jo. Fr. Gronov. ad Liv. 34, 26. 5. p. 111. Ad v. *Hippolyti* Ern. „In Atilii, ait, opinor, fabula.“ Unus Ox. habet *et Hippolyti*, Mon. 2. *ut Ipoliti et Timonis*, omisso altero *ut.* Marb. *et yppoliti et ut tymonis.* Posterius *ut* omittit etiam Cod. Vind. 1. *Mr.*

c. 12. *Atque ut ad valetudinis* —] Haec autem valetudinis similitudo a Laërtio in Zenone his verbis exposita exstat; καὶ ὡς ἐπὶ τοῦ σώματος εὐεμπτώσιαι τινὲς λέγονται, οἷον κατάῤῥους καὶ διάῤῥοια, οὕτω κἀπὶ τῆς ψυχῆς εἶσιν εὐκαταφορίαι, οἷον φθόνοι, ἔριδες καὶ τὰ παραπλήσια: id est: *Atque ut corporis quaedam proclivitates dicuntur, cuiusmodi sunt gravedo et tormina; sic et in animo sunt proclivitates, ut invidentia, contentio et similia.* Unde cognoscimus κατάῤῥουν Ciceroni esse *gravedinem* seu potius *gravidinem.* Nonius enim *gravidinosos* hic agnoscit, quomodo et in scriptis libris hoc nomen invenitur, de quo Victorius in Varr. Lectt. lib. IV. c. 8.“ *Erc. Fabric.* [p. 77. ed. Arg. 1609. 8.] Transeundi formulam *Atque ut* habes etiam

collatione utamur aliquando, sed parcius, quam solent Stoici: ut sunt alii ad alios morbos procliviores; itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iam

---

c. XIII. 30. Unus Ox. habet *ad valetudines et tunc tardius similitudinem*. Cod. Mon. I. *similitudines*. *Mr.*

Ad valetudinis similitudinem veniamus] Vulgo *veniam*. Lectionis quam admisimus auctores sunt vetus Lambini Codex, Colon. Bak. et Cantab. eamque veram esse suadent sequentia, quae *pluraliter* efferuntur. *D.*

veniamus,] Sic duo Leidd. duo Oxx. Colon. Mon. I. Gud. Rehd. Duisb. Vind. 1. 2. et Edd. inde ab Ern. qui „Vulgo, ait, male *veniam*: nam post est *utamur*. atque sic etiam MSS. plures." Nihil certe facilius excidere potuit syllaba finali *us*, compendio 9 scripta. Pergit Mon. 1. *atque* pro *eaque*. *Mr.*

ut sunt alii ad alios morbos] „Imperfecta similitudo: nam ad particulam *ut*, quod respondeat, nihil est. Fortasse ita corrigendum: *ut sunt alii ad alios morbos procliviores: itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia iam sint, sed quia saepe: sic alii ad metum.*" *P. Manut.* Ob id ipsum, quia abest *sic* a Codd. MSS., erant qui corrigerent *ut sint* pro *ut sunt:* idque habent Edd. C. V. Aliam medendi rationem iniit, qui in Cod. Duisb. omisit *ut*. In seqq. Cod. Rehd. *proclivios os*. Unus Ox. omittit *morbos:* alius habet *dicimus*. *Mr.*

Itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos,] Ita legendum esse iam Beroaldus monuit. Alterum *quosdam* cum abesset a Codd. factum est ut Nic. Perottus in Cornu Cop. p. 431. ed. Ald. perperam intelligeret locum nostrum, quasi gravedinosi nonnulli dicantur etiam torminosi, cum tamen gravedo sit humor ex capite destillans, capitis morbus, tormina intestinorum, quae vulgo dysenteria nominatur. *Gravedinosos* Graeci dicebant καταῤῥώδεις. Verba *itaque — saepe sint* in Ed. Frc. Fabr. parenthesi includuntur. De *torminibus* v. supra II. 19. 45. — Quam legis in ann. proxima sententiam Davisii, eam esse curarum secundarum, vides ex annot. Ed. 1. in qua haec posuit idem vir doctus: „*Grav. quosdam, quosdam torm.* Sic vulgg. Norvic. autem *gravidinosos quosdam, alios torminosos.* Ven. 1491. *Itaque dicimus gravedinosos, quosdam torminosos;* Sic etiam a prima manu Petrens. nec aliter Nonius cap. II. p. 549. ubi hunc locum adducit. Haud de nihilo est haec lectio, nam ita loquuntur veteres. Curtius lib. VII. c. 4, 11: *obstat metus, aliis cupiditas,* ubi quaedam editt. *obstat aliis metus, aliis cupiditas:* sed vocalem secundam recte delevit Jo. Freinshemius, cum quo facit MS. qui in bibliotheca Petrensi servatur. Livius lib. III. c. 37. *Et iam ne tergo quidem abstinebatur: virgis caedi, alii securi subiici.* Ibi J. F. Gronov. ea protulit exempla, quae fidem facerent homini maxime pervicaci." Ceterum scribitur *gravidinosos* in duobus Oxx. Gud. 1. Marb. Mon. 1. 2. Aug. Hic (Aug.) post hanc vocem statim pergit *non quia*, omissis mediis. Davisii annotatio Ed. 1. ita placuit Lallemanno, ut alterum *quosdam* abiiceret, cum idem abesse vidissent a suis Codd. Et abest eadem vox a Codd. Gud. 1. 2. Reg. Guelf. Duisb. Mon. 1. 2. Marb. Edd. P. A. Ven. nostr. Asc. 1. Eius loco Vind. 1. habet *alios*. Unus Ox. exhibet *grandissonis q. q. tor- minosos:* posterior scriptio est etiam in duobus aliis: unus omittit *quosdam torm.* Gud. habet *grav. dicimus:* idem *quosdum corrupte- sos.* Rehd. *grav. qu. et crinosos.* Mon. 1. *terimosos.* Mon. 2. *terug-*

sint, sed quia saepe: sic alii ad metum, alii ad aliam per-

---

niosos. Ceterum de omittendo vel non omittendo altero *quosdam* vid. Ruhnken. ad Vellej. Paterc. II. 110. p. 189. ed. Clud. *Mr.*

Gravedinosos quosdam, *quosdam torminosos*] Nonnulli Mssti dant *gravedinosos, quosdam torminosos.* Sed solennis incuria librariorum vocem, quam bis adponere debuerant, semel tantum posuit. Hoc ex eo manifestum est, quod receptam lectionem plerique Codices exhibeant, nec aliter Nonius in *Gravedinosi* et *Tormines.* Vereor etiam, ne magna pars eorum, quae laudat J. Fr. Gronovius ad Livii III, 37. pari negligentiae sit adscribenda. *D.*

Non quia semper, sed quia saepe sint] „Abest ab antiquo libro verbum *sint*, quod est secundo loco positum." *Ursinus.* In contextu habet Leod. *non quia semper sint, sed quia saepe sint: alii ad* — In marg. idem: „al. *non quia iam sint, sed quia saepe: sic alii ad metum* — Ac sic erit similitudo perfecta." Schottus Nod. Cic. p. 388. ad eam lectionem, quam ex Leod. posuimus, Scriptura, ait, vetus verior: *non quia iam sint, sed quia saepe.*" Ortum est illud *semper* ex glossa interpretis, qui vellet habere vocem, quae responderet voci *saepe.* Et habent *semper* Edd. C. V. M. Asc. 2. Rob. Steph. Herw. Ald. et vet. Cod. ap. Car. Steph. *Mr.*

non quia iam sint, sed quia saepe sint,] Sic legendum ex quinque Pall. Fabr. Vatic. Vulgo *non quia semper sint.*" *Gebh.* „*Sint* (post *saepe*) delevit Dav. et addidit *sic.* In hoc eum secuti sumus, quia id postulat *ut* in antecedente. Atque id potest esse mutatum in *sint*. fortasse tamen fuit *ita.*" *Ern.* „Non desidero additum *sic*, cum saepius Latini eam particulam omittant." *Bukier.*

Non quia iam sint, sed quia saepe: sic alii] Vulgo, *non quia iam sint, sed quia saepe sint: alii* etc. qua quidem ratione deest ἀπόδοσις, et similitudo redditur imperfecta. Nos igitur Manucii coniecturam recepimus; et simile prorsus mendum primi observavimus ad Minucii Felicis cap. XVI. pag. 79. *D.*

non quia iam sint, sed quia saepe: sic alii —] „Vulgati: — *sed quia saepe sint: alii* — sed similitudo est imperfecta, et sine causa iteratur verbum *sint.* Idcirco emendationem Manutii admisimus, quae et Davisio placuit." *Lallem.* Ego vero recepi eandem lectionem, quae totidem literis exstat in Codd. Gryph. Aug. nisi quod posterior habet *saepe sint: sic alii*, ut ediderunt Ern. Schz. FAWolf. Or. Nobb. Tbn. Non improbo additum alterum *sint*, idque admitterem ex Codd. plerisque, nisi ab iisdem abesset *sic*; quod ita factum esse existimo, ut *sic*, propter similitudinem literarum *t* et *c*, lectum fuerit a librario *sit*: quod cum stare non posse ille vidisset, compendio scriptum esse *sīt* pro *sint* existimans, hoc restituit, parum curans apodosin, cuius necessitatem non sentiret, cum paullo longius abesset *ut.* Cod. Rehd. omittit alterum *sint* ut Cod. Urs. non addito *sic.* Cum Ern. facit etiam Lamb. Reliquae habent, quod vulgo scribi ait Dav. *Mr.*

sic alii ad metum] Solus Cod. Mon. 1. *alii ad metum habitabiles, alii ad* — „Intellige *procliviores sunt:* et hi timidi dicuntur, qui distant a timentibus, cum *timidus* ex natura sit, *timens* ex causa." *Beroald.* Mox Ed. P. *ex quo anxietas in aliis.* „*Ex quo* est ex qua ratione, unde: in Folge dessen. Dicit Cicero: quoniam corporis et animi affectiones, quibus homines saepe, non semper, moventur, tribuimus iis tanquam perpetuam conditionem, ex hac ratione dicimus in aliis anxietatem, in aliis iracundiam." *Hand.* ad Wopkens. p. 126. De v. *anxius* v. Doederlein. Lat. Synon. u. Etym. IV.

turbationem: ex quo in aliis *anxietas*, unde anxii: in aliis *iracundia* dicitur, quae ab *ira* differt: estque aliud iracundum esse, aliud iratum: ut differt *anxietas* ab *angore*: neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, nec qui anxii, semper anguntur: ut inter ebrietatem et ebriositatem interest; aliudque est amatorem esse, aliud amantem. Atque

---

p. 415. „Antiqui *anxietudinem* dixerunt, quae nobis *anxietas*. Sic M. Tullius libro de Rep. secundo: *Anxietudo prona ad luctum et maerens semper, ipsa se solicitans.* Pacuvius: *Tristitia atque animi intoleranda anxietudine.*“ *Beroald.* Loco de Rep. II. 41. nunc ex Nonio est *anxitudo:* v. ed. nostr. p. 328. Quod ego ibidem dixi alibi eam vocem non legi, ita verum est, ut apud Ciceronem quidem sit ἅπαξ λεγόμενον. Habet autem eandem Attius ibid. et Pacuvius in ipso eo loco, quem laudavit Beroaldus. Vid. Scriverii Collectanea vett. Tragg. p. 100. et p. 61. *Anxietudo* recentiorum est. *Mr.*

Iracundia efficitur] Vulgo *dicitur*. Sed cum illa lectio sensum non pareret idoneum; nos coniecturam nostram, quae Msstis accedit quam proxime, recepimus. Sic infra cap. XIII. *Morbus* efficiatur *et aegrotatio*. Livius V, 5. *Si quis aegro — cibi gratia praesentis aut potionis, longinquum et forsitan insanabilem* morbum efficiat. *D.*

in aliis iracundia dicitur, quae —] „Coniicit Dav. *iracundia efficitur*: sed lectio, quam temerat, talem βραχυλογίαν refert, quae Tullio usitatissima fuit.“ Haec *Wopk.* Et recte ille. Sed quae affert ad probandam sententiam, minus sunt probabilia. Meliora Handius, cuius sententiam paullo superius apposuimus. Improbavit item Davisii sententiam Bouhierius. Ernestus vero „Bene, ait, Davisius correxit *efficitur*, etsi sine libris. Puto esse a glossatore.“ Ex perperam lecto compendio unus Ox. pro *dicitur* habet *dei*. In Cod. Aug. legitur *et aliis ir.* pro *in al. ir.* Pro *estque* Gud. 1. a pr. m. habet *est*, sed supra lin. additum est *q*. Unus Ox. *est quod:* ex depravato vel distorto compendio. Cod. Aug. exhibet *aliud iratum esse*. *Mr.*

Neque enim omnes anxii,] Cod. Rehd. *Non enim.* Mon. 1. *Heque*, omisso enim. Literae *H* et *N* maiusculae in multis Codd. sibi invicem sunt simillimae. Post *omnes* additur *sunt* in Edd. Lamb. et Fr. Fabr. Verba *qui anguntur aliquando, nec qui anxii* in Ed. Rathii exciderunt. Omittuntur simili negligentia in Cod. Vind. 1. verba *anguntur aliquando, nec qui anxii, semper*: eadem desunt in Cod. Gud. Pro *nec* est *neque* in Cod. Rehd. Ed. P.; *hec* in Codd. Reg. et Gud. 1. 2. errore modo notato. *Mr.*

nec qui anxii] „Ita reposui ex quinque Pall. Vatican. Vulgo *neque anxii.*“ *Gebh.* Quam dicit Gebh. lectionem vulgatam habent Edd. ante Gebh. omnes, exceptis S. E. HWolf. Solus Mon. 1. *neque semper, qui anxii anguntur.* Cod. Gud. 2. *qui semper anxii et interest aliumque est amatorem esse. Mr.*

Ut inter ebrietatem et ebriositatem interest] „Pall. quatuor posteriores ut et Vatic. *exterunt et ebriositatem.*“ *Mr.*

inter ebrietatem et ebriositatem] Omittunt duo posteriora verba sex Codd. Oxx. Reg. Gud. Marb. In Vind. 1. legitur *inter ebrium interest et ebriosum*, in Rehd. *inter ebrium et ebrietatem*, in Mon. 2. et Aug. *inter ebrietatem et ebrium. Mr.*

amatorem — amantem] „In amatore proclivitas est naturalis ad amandum. Amans vero amat ex causa. Amator, ut inquit Donatus, fingi potest: amans vere amat.“ *Beroald.* „Ira est ὀργή, iracundia ὀργιλότης: μέθυσος ebriosus, μεθύων ebrius: ἐρωτομανεῖς et φιλήτορες, ut opinor, amatores. Ut apud Plautum, *Magnus amator* [illegible]

haec aliorum ad alios morbos proclivitas late patet: nam pertinet ad omnes perturbationes: in multis etiam vitiis apparet, sed nomen res non habet: ergo et invidi, et malevoli, et lividi, et timidi, et misericordes, quia proclives ad eas perturbationes, non quia semper feruntur. Haec igitur pro- 28. p. 215. a.

[Men. II. 1. 43.]. Nam ἐρασταὶ et ἐρῶντες, magis amantes, referuntur ad ἐρωμένους et ἐρωμένας. Etsi Euripides Troadibus generalius posuit hoc nomen: *οὐκ ἔστ' ἐραστὴς, ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ: non est amator, amare si quis desinit.*" [1044. ed. Matth.] *Camerar.* Confert FAWolf. Horat. Epp. I. 1. 38. Add. Forcellin. Lex. v. *amator.* Scribitur *esse amatorem* in Codd. Ven. 1. Rehd. Edd. ante Grut. exceptis Vict. Rob. Steph. Herw. Leod. *Mr.*

Aliud iracundum — aliud amantem] Haec omnia proferuntur a Nonio in *iracundus.* Vide et Senecam de Ira lib. I. cap. 4. ac Epist. 85. *D.*

Atque haec aliorum ad alios morbos] Cod. Mon. 1. habet *Haec atque aliorum* — Omittunt *haec* unus Ox. et Gud. 2. Mox. Duisb. *late proclivitas patet.* Aug. *pateat.* Unus Ox. *ad omnis.* Duisb. *in multis em̄* i. e. enim. Ad v. *sed nomen res non habet* Beroaldus: ut qui proclivis est in odium hominum: quae res nomen singulare non habet." Unus Ox. omittit *in multis — eas perturbationes,* alius pro *multis* habet *omnibus. Mr.*

Ergo *et invidi, et malevoli, et lividi, et timidi, et misericordes* —] Primum *et* omittunt quatuor Oxx. Gud. 2. Ursinus tertium *et* addidit ex suo Cod. Gebhardus ad h. l. „Et *πολυσύνδετον* effeci hunc orationis tractum ex MSS., et verbo *sunt* indidem decurtavi [videlicet post *perturbationes.*] Vulgo fere *δασύνδετα.*" Nimirum primum *et* omittunt Edd. ante Gebh., tertium eaedem, exceptis S. E. HWolf. Cod. Duisb. habet *Ergo dicuntur invidi,* Mon. 1. *ergo dicuntur et invidi. Mr.*

quia proclives ad eas perturbationes, non quia semper feruntur.] „Verbum *sunt,* quod est in libris vulgatis, nullis in veteribus reperitur." *Lamb.* Pro *eas* unus Ox. *alias.* Verbum *sunt* post *perturbationes* non abest ab omnibus Codd. sed habent id Vind. 1. Mon. 1. 2. et est in Edd. P. A. B. S. E. C. Brut. [nec vero in Cod. Gryph.] Ven. nostr. Asc. 1. 2. Car. Steph. Leod. Boul. Sylb. Sed merito abiecit Lamb. *Mr.*

Quia proclive] Sic recte Cl. Bentleius. In Codicibus *proclives. D.*

quia proclives — feruntur] Restitui cum reliquis *proclives,* quod cur invitis libris Dav. auctore Bentleio in *proclive* mutaret, nullam esse causam idoneam iam Bouh. vidit. Tu confer nunc infr. IV. 18. 42. extr. ibiq. Gronov. et all. interprr. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 65. ed. 3. Goerenz. ad Cic. de Finn. V. 28. 84. p. 635 sq. Gesner. in Thesaur. L. L. v. *proclive. Mr.*

non quia semper feruntur] Verb. in marg. ex MS. enotavit *ferantur* vel *perferantur.* Posterius sicubi est, ex ultima vocis antecedentis syllaba posteriori verbo adhaesit. Priorem lectionem reperi in uno Ox. et Cod. Mon. 2. Edd. P. A. B. Junt. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. In seqq. Cod. Mon. 1. exhibet *in similitudinem,* Vind. 1. Rehd. unus Ox. et Ed. P. *ad similitudinem.* Praepositione abiecta habent *similitudine* Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *Mr.*

Aegrotatio dicatur] Vulgo *dicitur;* quod optimo iure mutavit idem vir summus. *D.*

clivitas ad suum quodque genus, a similitudine corporis, aegrotatio dicatur, dum ea intelligatur ad aegrotandum proclivitas. Sed haec in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, *facilitas* nominetur, in malis *proclivitas*, ut significet lapsionem, in neutris habeat superius nomen.

13 Quo modo autem in corpore est morbus, est aegrotatio,

---

aegrotatio dicatur] „Probo sententiam Bentleii et Davisii, *dicatur* pro *dicitur* corrigentium.“ *Bouh.* „Alii *dicitur*, et *cum* [pro *dum*]: quod ferri utcunque potest. sed si *dum* legitur, necessarium est *dicatur*.“ *Ern.* „*Dicatur* suadere ait Kühnerus id quoque, quod in proximis est *nominetur*. Ego firmatam video Bentleii correctionem Codd. Mon. 1. 2. Duisb. Gud., in Gud. 2. est *dr*. quod utroque modo legi potest. Receperunt *dicatur* post Dav. Lall. et Ern. omnes. Pergunt *cum ea* duo Oxx. (sed in marg. est al. *dum*) Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Cod. Gud. 2. omittit *dum*. Aug. habet *dum in ea*. In seqq. Vind. 1. *sed haec etiam in*, Aug. *sed hoc in*, Mox Mon. 1. *quod alie*. Rehd. omittit *bona* pergitque *sunt faciliores*, quod est correctoris sibi nimium placentis; Gud. 2. pro *aptiores* habet *abitiores*, ut voluisse videatur *habiliores*. Pergit Cod. Mon. 1. *facilitas nominatur*. Quod sequitur *lapsionem*, ab ipso Ciceron fictum est vocabulum, idque ἅπαξ λεγόμενον. Vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 20. 67. Verba *ut significet* absunt a Cod. Gud. 2. *Mr.*

In malis proclivitas] *Εὐκαταφορία* vel *εὐεμπτωσία* Graece dicitur. Vide Diogenem Laertium lib. VII. §. 115. et Stobaeum Eclog. Ethic. p. 177. *D.*

in neutris habeat superius nomen.] „In bonis, inquit, rebus et honestis affectio, sive, ut vulgo in scholis loquuntur, *dispositio*, quae facit, ut alii ad alia bona capessenda atque efficienda sint aptiores, nominetur *facilitas*. In rebus malis et a laude atque ab honestate seiunctis eiusmodi affectio ac dispositio nominetur *proclivitas*: quod nomen videtur eo ipso convenire melius, quia proclivitas significationem habet non remotam a lapsione: et qui aptior est ad mala, pronus est ad labendum et peccandum. In iis autem rebus, quae *neutrae* sunt, neque bonae neque malae, sed mediae, atque, ut Stoici aiunt, indifferentes [*ἀδιάφορα*], dispositio illa, qua fit, ut quispiam ad aliqua ex illis sit aptior, quam ad alia, habeat nomen, quod prius positum est, et nominetur facilitas.“ *Anonym.* ap. Olivet. Add. Kühner. in libro de Cic. in philos. meritis p. 233. — Unus Ox. pro *habeat* exhibet *habet*. Recte v. *neutris* iam explicavit Beroaldus. *Mr.*

c. 13. *Quomodo autem in corpore est morbus, est aegrotatio, est vitium,*] „Sic Gryph. Verbum *est* priore loco Victor. habet, in reliquis pro *est* copulam *et*.“ *Brut.* „Ita vet. cod. et ita Lamb.“ *Goth.*

est morbus, est aegrotatio et vitium] „Ut Lambinus edidit, conspicio in Palatt. omnibus (nisi quod pro posteriore *est* Pal. pr. *et*, tert. *at*:) et Vatic. Vulgo: *quomodo autem in corpore morbus, aegrotatio et vitium*.“ *Gebh.* „Habent nonnulli libri *at aegrotatio*, duo Leidd. *et aegrotatio*. Sic legendum, ut opinor. Quod si servaveris *est aegrotatio*, scribendum erit etiam *est vitium*.“ *Bouh.* Buh. et Bipp. e MSS. duobus *et aegrotatio* rescripserunt. Nihil differt. *Nissen.* Recepi ter scriptum *est* cum Or. qui recte monet hac ratione tria ista optime distingui. Firmant eam lectionem, praeter Cod. Gryph. marg. Lambb. et Goth., etiam Cod. Rehd. et, ut videtur, quatuor Oxx. recepta est in Ed. Tbn. probata a Kühn. Laudat Or. ad Wolfii scholas Epp. ad Qu. Fr. I. 1. 9: *in quo erat dignit*

est vitium, sic in animo. *Morbum* appellant totius corporis corruptionem: *Aegrotationem*, morbum cum inbecillitate: 29.
Vitium, cum partes corporis inter se dissident, ex quo pravitas membrorum, distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus et aegrotio, ex totius valetudinis corporis conquassatione et perturbatione gignuntur: vitium autem, integra valetudine, ipsum ex se cernitur. Sed in animo tantummodo

---

tas, erat lex, erat — voluntas. Legitur *est — et — et* in Edd. P. Lall. Bipp. Primum *est* omittit Cod. Duisb., alterum Codd. Mon. 1. Vind. 1. 2. Edd. A. B. S. E. C. V. M. L. HWolf. reliquae ante Gebh. Cum hoc faciunt reliqui libri scripti et editi, nisi quod Cod. Aug. habet *est in corpore morbus*, duo Oxx. *aegritudo* pro *aegrotatio*. In Cod. Marb. legitur *sicut in animo*. Sequitur in Cod. Rehd. *totius corporis corruptionem morbum appellant*; in Cod. Aug. *morbum appellant et totius*. Ad definitionem v. *morbus* haec est docta Beroaldi annotatio: „Sabinus, Labeo ceterique iurisconsulti, titulo ad edictum aedilitium, sic morbum definiunt: Morbus est habitus cuiusque corporis contra naturam, qui usum eius faciat deteriorem. sed morbum alias in toto corpore accidere dicunt, alias in parte corporis. totius corporis morbum esse, veluti phthisis est et febris: partis autem veluti caecitas aut pedis debilitas. In libris quoque iuris peritorum scriptum est, morbum et vitium distare, quod vitium perpetuum, morbus cum accessu decessuque sit. Nunc M. Tullius paullum dissidens a finitione iurisconsultorum, ait morbum esse totius corporis corruptionem, velut febris est: vitium vero, quod in parte corporis, veluti claudicatio, est, et gibbositas. Interdum est vitium corporis, usque ad animum penetrans eumque vitians, ut in phrenetico fit. Fit etiam comparatio per similitudinem morborum corporis ad morbos animi. Seneca [Epist. 85.] *morbos animi* ait esse *vitia inveterata et dura*, ut est avaritia: *affectus* vero *motus animi improbabiles et concitatos* [Ep. 75.]. M. Tullius hoc in loco subtilius, distinctius, uberius cuncta partitur et explicat.“ *Mr.*

Aegrotationem — imbecillitate] *Ἀρρώστημά ἐστι νόσημα μετὰ ἀσθενείας* ait Laertius L. VII. [§. 115.] *Frc. Fabr.* Post *inter* unus Ox. omittit *se*, alius habet *inter se diffident*. Gud. 2. exhibet *ex quo parvitas*, frequenti errore. De sententia vocis *pravitas* v. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 60 sqq. Cod. Mon. 1. omittit *distortio, deformitas*. Duisb. habet *distorsio*: unus Ox. *deformatio, deformitas*. Pergit Cod. Duisb. *itaque duo illa*, Mon. 1. *itaque illa duo mō morbus*. Ox. unus *et totius*, Gud. *et ex totius*. *Mr.*

ex totius valetudinis corporis conquassatione] „Puto *corporis* esse delendum: intelligitur enim per se, cum de corporis morbis et vitiis sermo sit.“ *Ern.* „Sed, ait Schz., opponitur deinde *in animo*.“ — Eadem est sententia Kühneri. Or. ait non concoxisse Ernestum duos Genitivos. Laudat Kühn. L. III, 18, 39: *habes formam Epicuri vitae beatae*. IV, 6, 13: *praesentis autem mali sapientis affectio nulla est*. Ad quos locos v. annot. nostr. praesertim ad priorem. — Cod. Gud. habet *quassatione*, quo vocabulo non usus est Cicero; Mon. 1. *conquassio*, quod ne latinum quidem est. Ipsum nostrum est *ἅπαξ λεγόμενον*. *Mr.*

Vitium autem — cernitur.] Haec omnia desunt in uno Ox. *Ipsum ex se* intellige *ex ipso vitio et in ipsa ea corporis parte in qua vitium inest*. Pergunt Codd. Vind. 2. Mon. 1. Rehd. Edd. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. *Sed tantummodo in animo*, unus Ox. Edd. P. E. C.

cogitatione possumus morbum ab aegrotatione seiungere. *Vitiositas* autem est habitus aut affectio, in tota vita inconstans et a se ipsa dissentiens. Ita fit, ut in altera, corruptione opinionum morbus efficiatur et aegrotatio: in altera, inconstantia et repugnantia. Non enim omne vitium partes

---

Junt. Asc. 2. HWolf. *tantum in animo.* Tum Vind. 1. *morbum cogitatione possumus.* Pergit Gud. 2. *ab egritudine seiungere. Mr.*

Vitiositas autem est habitus aut affectio] Cod. Duisb. *et affectio,* Vind. 1. *et effectio,* Gud. 2. *aut addefectio,* quod vocabuli monstrum ortum est ex coniunctione scriptionum *adfectio* et *defectio,* quarum posteriorem habet unus Ox. Ad sequentia similis est locus de Finn. V. 27. 79: *quid constanter dicatur, quid ipsum a se dissentiat.* Cod. Rehd. habet *a tota vita.* Vocem *vita* omittit Gud. 2. Sed in uno Ox. est additamentum: legitur enim: *a se ipsa dissentiens, ut eorum, qui non longe a sapientia absunt. Itaque fit* —. Alius Ox. omittit sequens *ut.* Habet etiam *itaque* Cod. Rehd. In seqq. Ox. unus habet *in altero constantia.* Posterius habet etiam Cod. Marb.; scribitur *habet partis.* Est etiam *partis — dissentientis* in Codd. Duisb. Gud. 2. Verba *ut — absunt* omittuntur in uno Ox. Cod. Marb. habet *qui longe,* cum duobus Oxx., omisso *non*: quod videtur correctoris commentum. Unus Ox. *quae non. Mr.*

affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa] „*a se ipsa*: Duplex est lectio. In aliis Codd. quidam legunt *ab ipsa,* quidam *sibi ipsa.*" *Comm. Anon.* ap. Leodeg. a Qu. „*Sibi* permutavi [voluit dicere *substitui*] τῷ *a se* ex Edit. Vict. Pall. quinque Fabr. ac Vatican." *Gebh. Quidem* abest a Cod. Duisb. et, ut videtur, a duobus Oxx. Pro *sibi ipsa* est *sibi ipsi* in Codd. Mon. 1. Aug. Ed. P.; *a se ipsa* in Cod. Vind. 1. Edd. A. B. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Ald. Leod. Junt. Boul. Car. Steph. Brut. Sylb. Goth. HWolf.; *ab ipsa* in Edd. S. E. Legitur *nec parva* in Ed. Asc. 2.; *vel prava* in Cod. Gud. 2. Ad superiores errores Or. vide ne, ait, turbae istae ortae sint ex formula vere Tulliana, *discrepans cum se ipsa,* quae saepissime est obliterata. *Mr.*

Non enim omne vitium partis *habet* dissentientis] Hunc locum sicco pede reliqui praetereunt interpretes; se non intellegere fatetur Joach. Camerarius. Ad me sane quod attinet, haud equidem capio, qui *omne vitium* partes *non habeat* dissentientes, cum *eorum, qui non longe a sapientia absunt, adfectio sit illa* discrepans *ipsa sibi?* Si enim vitium *partes* non habet *dissentientes,* quomodo fieri potest, ut sit adfectio sibi ipsa discrepans? Sed hunc nodum, ut et alios bene multos, sagacissima coniectura solvit eruditissimus Bentleius, qui reponit *pares habet dissidentias.* De re ipsa vide Senecam Epist. 75. *D.*

Non enim omne vitium — sed non distorta nec prava] In annot. Ed. 1. Davisius post verba: „quomodo fieri potest — sibi ipsa discrepans" ita perrexerat: „*Etenim omne vitium partes habet dissentientes*: ac tum demum solvetur nodus, aut saltem secabitur." Bentleium correxisse ait Verb. in marg. *Non enim omne vitium pares habet dissensiones.* Sed de hoc universo loco, quae ab aliorum nostraque sententia dicenda videntur, cum paullo sint longiora, ea in excursum fuerunt coniicienda. In Ed. 2. Dav. in ordinis seriem recepit *paris habet dissidentias.* Ad structuram *affectio est illa quidem* vid. nos ad Cic. de Div. I. 20. 39. p. 101; ad Cic. de Rep. II. 11. p. 239; et supra ad I. 3. 6. Add. Beier. ad Cic. de Off. II. 6. 21. Cort. ad Cic. Epist. XII. 9. 2. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 194. ed. 3. Tursellin. de Particull. p. 355.

habet dissentientes: ut eorum, qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiens, sed non distorta nec prava. Morbi autem et aegrotationes partes sunt vitiositatis. Sed perturbationes sintne eiusdem partes, quaestio est. Vitia enim affectiones sunt 30. manentes; perturbationes autem, moventes: ut non possint affectionum manentium partes esse. Atque ut in malis attingit animi naturam corporis similitudo, sic in bonis. Sunt enim in corpore praecipua, pulchritudo, vires, valetudo, firmitas, velocitas; sunt item in animo. Est enim corpo- b.

Schwarz. Forcellin. Ed. Germ. p. 453. c. T. II. v. *ille*. Ad constructionem *discrepans sibi ipsa* cf. Cic. de Or. III. 50. 196: *sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes*. *Mr.*

Morbi autem et aegrotationes] Duo Codd. Ox. et Marb. *aegrotationis*, quibus accedunt Gud. 1. et 2. Ed. P. Et haec quidem Ed. habet in seqq. *vitiositates*, unus autem ex illis Oxx. *vitiositas*. Mox Cod. Aug. *eiusdem partis*. Gud. post *quaestio* omittit *est*. Unus Ox. habet *sint in*, alius *sunt ne*. Verba *manentes* et *moventes* Kernius, qui de toto loco recte iudicavit, commode vertit beharrliche und wechselnde (Zustände). Ad sententiam loci cf. etiam Facciolati Institutiones Logicae Peripatet. p. 65. qui liber elegantissimus in nostris terris paullo rarior est. Prodiit Venetiis 1729; cum quo coniungenda sunt eiusdem viri Logicae Disciplinae Rudimenta; ib. 1728. Cod. Rehd. exhibet inverso ordine *sunt affectiones*. — Manentes intellige v. c. *avaritiam, iracundiam: moventes; laetitiam, metum, cupidinem* al. Post *manentes* in Cod. Mon. 1. sequitur *vero*. Pergit Cod. Duisb. *perturbationes vero*, unus Ox. et Aug. *perturbationes sunt autem*, Gud. omittit *autem* cum Gud. 2. Unus Ox. omittit *perturbationes autem, moventes*. Ad v. *moventes* cf. Liv. V. 25: *quae rerum moventium sit*, ubi vid. interprr. Fuisse hunc usum etiam in iure, ut sint *res moventes* i. q. res mobiles (sicuti h. l. *affectiones in motu*), vid. Barnab. Brisson. de Verb. Signif. v. *res Moventes*. Pro *possint* unus Ox. *possunt*; mox duo *manentes partes*. Gud. 2. omittit *manentium*, unus Ox. vocem *corporis*.

sic in bonis] Contra Ciceronis morem habent *sic et in bonis* Edd. ante Grut. fere omnes, excepta P. Sed codices non addicunt, excepto uno Vind. 1. Reliqui omnes nobiscum faciunt. Voculam *et* servarunt tamen, post Gruteri correctionem, Lallem. et Olivet. itemque, qui eos saepissime sequuntur, Bipp. et Mannh. *Mr.*

Sunt enim in corpore] Abest *in* a quinque Codd. Oxx. Duisb. omittit *praecipua*. Rehd. pergit *valitudo, pulcritudo, formositas, vires, velocitas*. Ad sententiam cf. Stallbaumii Prolegg. in Platon. Phileb. p. XXVIII, 37. *Mr.*

Sunt item in animo. Ut enim corporis temperatio] „Vulgo: *in animo corporis temperatio cum ea congruunt:* Liber MS. habet: *sicut enim corp. temperatio* etc. quae videtur melior lectio. Sed cum addantur duo verba, minusque sit, transponere verba, quam addere, ita legerim: *Sunt enim in corpore valetudo, pulchritudo, vires, velocitas: sunt item in animo. praecipua corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, e quibus constamus; sanitas sic animi dicitur.*" *Ursinus.* Camerarii lectionem habes in Excursu ad paullo superiora. „*Et ut corporis est temperatio, quum ea congruunt inter se e quibus constamus, sic animi sanitas dicitur, quum* etc. Etiam hic conspirat et congruit ratio cum auctoritate veterum librorum, in quibus

ris temperatio, quum ea congruunt inter se, e quibus constamus, sanitas. Sic animi dicitur, quum eius iudicia opi-

---

ita legitur, ut edendum curavimus: nisi quod deest adverbium similitudinis *ut*, quod a librario omissum putamus propter copulae *et* similitudinem." *Lambinus.* „In Gryphii libro, post vocem *animo*, *enim* corrupte legitur, ut veri simile sit, lapsum librarium in describendo ex similibus literis contractis angustiore spatio, vocem, quae nulla hoc loco esset, repraesentasse. Ita, ex duabus literis prioribus copula *et*, ex sequentibus *ut* effectis, non aegro locus a Lambino potuit emendari." *Brut.* „*Sunt item in animo. Enim corporis temp.* Malui locum, ut prostat in Pall. sec. tert. quart. Vatic. edere, quam creperas aliorum mications in refingendo et integrando attendere. Victorius edidit *sunt item in animo, corporis temperatio, quum ea.* Lambinus *e t u t corporis e s t temp.* ex suis obsequentissimis (quos non nominat) libris. Pal. tamen quint. aevo, ut videtur musteus, *e s t e n i m corporis.* alias, *sunt item in animo. Corporis — Gebh.* Lambino assentit Fabricius, Bentleio Davisioque Bouhierius. Wopkensius contra p. 291. Hand. [p. 213.] legit *Est enim corp. temp.* etc. addens, distinctione plena ante sequens *Sic* posita haud ita necessario flagitari προοιμιακὸν illud *ut*. In 2 Ed. Davisius receperat *Sicut enim corporis . . . . sanitas: sic animi dicitur* etc. Unus Ox. habet *idem* pro *item*. *Mr.*

Ut enim corporis — sanitas: sic animi dicitur] Vulgo omissa prima voce dant, *enim corporis temperatio, cum ea congruunt inter se e quibus constamus: sanitas sic animi dicitur.* Sed a nobis receptae sunt interpunctio simul et emendatio Joach. Camerarii, quam quodammodo firmant Pal. quint. et Balliol. dum repraesentant *est enim*; certam vero reddunt Graeca, quae leguntur apud Stobaeum Eclog. Ethic. p. 168. Ὥςπερ γὰρ τὴν τοῦ σώματος ὑγείαν εὐκρασίαν εἶναι τῶν ἐν τῷ σώματι θερμῶν καὶ ψυχρῶν καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν· οὕτω καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ὑγείαν, εὐκρασίαν εἶναι τῶν ἐν τῇ ψυχῇ δογμάτων. Similiter Plato statuit, ut *aequalitas ista sicci, humidi, ferventis, ac frigidi, corpori sanitatem, vires, speciemque, largitur: sic tunc* animae dicit *sanitatem adesse, vires, et pulchritudinem, cum ratio totam regit.* Verba sunt Apuleii lib. I. de Habit. Doct. Plat. p. 591. Hinc *ex quatuor principiis vel superans aliquid vel deficiens adversam valetudinem creat, ut quidam ex sapientiae professoribus dixerunt,* testante Celso lib. I. pag 4. *D.*

Ut enim] „Addidi *ut*, quia sequitur: *sic sanitas animi dicitur.* Nec *enim* ab initio dicitur [ut ed. Gebh.]" *Ern.*

sunt item in animo. E s t e n i m corporis temperatio] Ita dedi ex Codd. tribus Oxx. Pal. quint. Aug. (nisi quod hic pro *enim* ex prava compendii lectione habet *est in*): neque contradicunt Pall. sec. tert. quart. Gud. 1. Gryph. Marb. duo Oxx. Reg. in quibus *enim* legitur; quod facillime obliterari potuit compendium verbi *est* ante *enim* vel plene vel compendio scriptum. Post *animo* statim sequitur *corporis temp.* in Codd. Gud. 2. Mon. 2. Rehd. (sed hic habet *rō* i. e. *ratio* pro *temperatio*) Gud. uno Ox. Edd. P. A. B. S. E. C. V. M. Asc. Ven. nostr. Junt. Ald. Boul. Leod. Rob. Steph. Herw. Cum Lambino faciunt Brut. HWolf. Sylb. In Cod. Col. legitur *sicut enim corporis temp. est;* in Mon. 2. et Duisb. *sic enim.* Lallem. dedit *ut enim corporis e s t temperatio;* Oliv. *ut corporis e s t temperatio.* Rehd. sine librorum auctoritate, cum Davisio Camerarium sequuntur. *Ex quibus* Codd. Rehd. Mon. 1. et unus Ox. habent *ex quibus;* Mon. 2. *constat,* unus Ox. *constantius.* Pergit Lamb. ut Mon. 1. cum Duisb.

nionesque concordant: eaque animi est virtus; quam alii ipsam temperantiam dicunt esse, alii obtemperantem temperantiae praeceptis, et eam subsequentem, nec habentem ullam speciem suam: sed sive hoc, sive illud sit, in solo esse sapiente. Est autem quaedam animi sanitas, quae in in-

---

sic animi sanitas dicitur. Distingunt Ed. pleraeque vett. itemque Gebh. Ern. *constamus: sanitas sic animi dicitur.* Cum Dav. faciunt Schz. FAWolf. Nobb. Thn. Ego ex Wopkensii sententia, abiecto illo *ut*, plene distinxi ante *sic.* Ad v. *sic animi dicitur* Wolf. in scholis intelligit: *sic animi temperantia, εὐκρασία, dicitur sanitas.* Facit, huc Horatianum illud Sat. II. 3. 158 sqq.

Quisnam igitur sanus? Qui non stultus. Quid avarus?
Stultus et insanus. Quid? si quis non sit avarus,
Continuo sanus? Minime. Cur, Stoice? Dicam. etc.

Ubi vide interpretes. — Post *opiniones* unus Ox. omittit *quae. Mr.*

eaque animi est virtus;] Edd., praeter Herw. V. et Rob. Steph., ante Grut. *est animi.* Verbum *est* omittunt Rehd. et unus Ox. In Vind. 2. scribitur *animi virtus est.* Unde ne quis litem moveat Beieri more verbo substantivo, quod abesse nequit. Gud. 2. habet *ea quae.* Pergit unus Ox. cum Codd. Marb. Gud. 1. 2. *quam aliam.* Mon. 1. omittit *ipsam.* Duisb. habet *temperantiam dicunt esse ipsam.* Unus Ox. *dicuntur esse. Mr.*

alii obtemperantem temperantiae praeceptis] Cod. Gud. *obtemperantiam temperantiae praeceptis:* quod fortasse non displiceat ei, qui reputaverit plane eandem esse structuram ap. Cic. de Legg. I, 15. 42: *iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum:* nisi id unum obstaret maximum, quod in simili verborum conformatione exstant quidem *observatio et observantia,* ab eodem *observandi* verbo ducta: ab *obtemperandi* verbo *obtemperatio* quidem, *obtemperantia* non item. Ad sententiam cf. supra IV. 9. 22. Unus Ox. habet *obtemperantes. Mr.*

et eam subsequentem] Tres Oxx. tres Pall. Fabr. Mon. 2. Gud. 1. 2. Marb. *etiam subsequentem,* Aug. *et etiam subs.,* Mon. 1. *eam subs.* omisso *et.* Sequentia explicat Nissen.: *nihil proprii muneris habentem, praeterquam quod temperantiam ducem sequatur* (kein eigenes, für sich bestehendes, Subject [volebat, opinor, Object]).“ Wolfius quoque in scholis *speciem suam* explicat *propriam.* Merito Or. ad eas scholas reprehendit eos qui explicarunt: sie sci eine bloſse Idee (ohne Realität) vel: ohne jedoch irgendwo ihr Abbild zu haben. Cod. Gud. 2. exhibet *illam* pro *ullam;* tres Oxx. *spem* pro *speciem,* ex perperam lecto compendio. Mox. Mon. 1. *in solo est sapiente,* eodem errore. *Mr.*

Est autem quaedam animi sanitas,] „Turnebi coniectura *animi insanitas — in sapientem* — valde mihi probabilis videtur, atque adeo plane certa.“ *Lambin.* (in Omissis post T. I. ed. p. 1566.) „Non celabo lectorem, me in plerisque libris veteribus scriptum reperisse: *Est autem quaedam animi sanitas, quae in insipientem etiam cadat, cum curatione et perturbatione medicorum conturbatio mentis aufertur.* Quam scripturam quis non videt esse mendosam? et hoc *perturbatione* a scriptore librario errante scriptum esse propter vocem *conturbatio,* quae proxime sequitur. Quid? si quis dicat ex hac vitiata scriptura sic esse reponendum: *est autem quaedam animi sanitas, quae in insipientem etiam cadat, cum curatione medicorum et purgatione conturbatio mentis aufertur.* Sed Adr. Turnebus novam

sipientem etiam cadat, quum curatione medicorum contur-

---

hic lectionem et valde a vulgata et ab antiqua discrepantem excogitat, quae talis est: *Est — animi insanitas, quae in sapientem* etc. ut vulgo." *Lambinus*, in curis secundis. „In meo Cod. loco *perturbatione* supra scriptum erat *gubernatione*." *Schott.* in Nod. Cic. p. 388. „*Cum curatione et perturbatione medicorum conturbatio mentis aufertur.* Ita Gryph. Fortasse ita legendum: *cum curatione et pertractatione medicorum conturb. m. a.* Conturbationem autem iam definierat *Metum excutientem cogitata.*" *Brutus.* „Adr. Turnebus hunc locum de mendo suspectum habet atque sic restituendum putat: *Est autem* etc. Confirmat, quod Laërtius in descriptione Stoici sapientis, quum dixisset, eum non insaniturum, addit: *προσπεσεῖσθαι μέντοι ποτὲ αὐτῷ φαντασίας ἀλλοκότους διὰ μελαγχολίαν ἢ λήρησιν, οὐ κατὰ τὸν τῶν αἱρετῶν λόγον, ἀλλὰ παρὰ φύσιν.* Itaque Lambino nostro haec coniectura valde probabilis atque adeo plane certa videtur." *Fr. Fabric.*

Est autem quaedam animi sanitas, quae in sapientem etiam cadat, cum curatione medicorum conturbatio mentis aufertur] „Secutus sum Victorium et Turnebum, Palat. quint. cum reliqui fere omnes MSS. restent [an voluit *praestent?* Verb. excudi curavit: cum in reliquis fere omnibus restet] tale quid: *cum curatione et perturbatione medicorum conturbatio m. a.* unde Lamb. *curatione medicorum et purgatione.* In Vatic. super voce *perturbatione* repositum est *gubernatione*, de quo ampliandum censeo. In Fabriciano Cod. *cum curatione et procuratione*, cui, si tamen quid est, longe praefero Vaticanum." *Gebhardus.* „Quum citet *in sapientem*, et in hac quoque parte secutum se testetur viros illos doctissimos et MSStos libros, in quibus est et Vaticanus; tamen edere perrexit *in insipientem*, sequutis hanc primarum partium illis, quae egerunt secundas ad hunc diem. Viderit Gebhardus: ego notandum putavi." *Gronov.* Error est in Gebhardianae annotationis lemmate; nam sine dubio non habent *in sapientem* ii, quos eius scriptionis auctores affert: et ipse dedit *in insipientem*, quamquam illam habent lectionem (*in sapientem*) duo Oxx. pessimae notae (unus etiam *in sapiente*) Gud. (in quo scribitur etiam in antecedd. *animi quaedam sanitas*). Cod. Mon. 1. habet *quae insipiente*, ubi agnoscis errorum istorum originem, qui orti nimirum sunt ex recta scriptione INSIPIĒTĒ. Davisius in Ed. 1. quum nondum, ut videtur, nosset Lambini curas secundas, mirabatur Turnebi emendationem Lambino fuisse probatam, quod factum contra placuerat Franc. Fabricio. Legitur *cadit* pro *cadat* in Codd. Gud. et Gud. 2. Cod. Duisb. habet a 1. m. *curatione et procuratione*, ut Cod. Fabr.; sed supra lin. adscriptum est *perturbatione*. *Mr.*

Est autem quaedam animi sanitas, *quae in* insipientem *etiam cadat*] Miror Hadr. Turnebum Advers. VII, 17. rescripsisse, *est autem quaedam animi* insanitas, *quae in* sapientem *etiam cadat.* Nam praeterquam quod *in sapientem cadere non possit insania*, ut ex mente Stoicorum docuit noster lib. III. cap. 5. illam coniecturam absurdam esse docent sequentia; prorsus enim repugnat *esse quandam insanitatem, quae in sapientem cadat, cum curatione medicorum conturbatio mentis aufertur;* siquidem perturbatio mentis est in caussa, cur insaniant animi. Adde quod virtutes *ἀθεωρήτους* insipienti competere monet Laertius VII, 91. inter quas *ὑγείαν ψυχῆς* ponit Stobaeus Eclog. Ethic. pag. 168. *D.*

Et gubernatione] A vulgatis absunt. Codices fere dant, *et*

batio montis aufertur. Et ut corporis est quaedam apta 31.
figura membrorum cum coloris quadam suavitate, eaque

---

turbatione, pro qua Lambinus conlecit *purgatione*; Brutus autem *pertractatione*. Nos eam scripturam repraesentandam esse censuimus, quam dant Balliol. et Vatic. pro varia lectione, quamque Ven. 1491. et Erasmi editio praestant. *D.*

quum curatione medicorum turbatio mentis aufertur.] „Quidam libri edd. et scr. post *curatione* addunt *et gubernatione*, quod et recepit Davisius.“ *Ern.* Delevi ego quoque verba *et gubernatione*, quae produnt manum correctoris haud nimis acuti. Postquam enim vocabulum, paullo minus notum librariis *conturbatio*, explicatum viderunt alii voce *perturbatio*, haec vox in aliis libris veram extrusit, ut est in Edd. P. B. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Car. Steph. Junt. Ald. Boul. Leod. Brut. Dav. 1. 2. Sylb., quatuor Codd. Oxx. Mon. 2. Aug. Gud. Duisb.; in aliis alieno loco ante *medicorum* irrepsit et voci *curationi* quod ad casum inepte fuit accommodata, ut scriberetur *curatione et perturbatione*: quod est in aliquot antiquissimis, veluti in Reg. (sine dubio) Gud. 1. 2. Mon. 2. Rehd. tribus Oxx. Marb. Vind. 2. Gryph. Cod. Schotti; alii, quum id ineptum esse vidissent, alia tentarunt, veluti Mon. 1. *curatione et provisione*, Vind. 1. *curatione et pertrectatione*, Gud. *curatione et pertractatione*, alii denique, ut unus Ox. Baliol. corrector Codicis Schotti, Edd. A. S. E. Ven. nostr. HWolf. *et gubernatione*, quos secuti sunt Dav. Lall. — Ceterum habent *turbatio* Edd. Ern. FAWolf. Schz. Nobb. et, ut videtur, Cod. Bern. et aliquot Codd. Oxx., quamquam hoc quidem non admodum certum est; ut illud *turbatio* contra librorum auctoritatem irrepsisse videatur. In Cod. Gud. solo est *quum curationi et pertractatione medicorum perturbatiōe* [sic] *mentis auferat*. Duisburg. *affertur*. Recte autem lectionem *conturbatio* probari ait a Lambino Orellius, quum hic de morbo animi physico (Gemüthskrankheit), non de eâ quae proprie dicitur, animi perturbatione (Leidenschaft) sermo sit. Unus Ox. omittit *mentis*: alius ei voci addit *nihil*. *Mr.*

Et ut corporis est quaedam — vires nominantur] Stoici apud Stobaeum Eclog. Ethic. pag. 168. Καὶ ὁμοίως περ (Leg. ὥςπερ) ἰσχύος τοῦ σώματος τόνος ἐστὶν ἱκανὸς ἐν νεύροις, οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς τόνος ἐστὶν ἱκανὸς ἐν τῷ κρίνειν καὶ πράττειν καὶ μή. Ὥςπερ τε τὸ κάλλος τοῦ σώματός ἐστι συμμετρία τῶν μελῶν καθεστώτων αὐτῷ πρὸς ἄλληλά τε καὶ πρὸς τὸ ὅλον· οὕτω καὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος ἐστὶ συμμετρία τοῦ λόγου καὶ τῶν μελῶν αὐτοῦ πρὸς ὅλον τε αὐτοῦ (forsan αὐτὸν) καὶ πρὸς ἄλληλα. Sensus est idem, sed a Cicerone differt orationis ordo. *D.*

cum coloris quadam suavitate] Cod. Marb. *cum dolo coloris*, sed syllabis *dolo* supervacaneis puncta subscripta sunt. Codd. Gud. Rehd. habent *suavitate quadam*. Infra V. 16. 46. ad venustatem vel pulchritudinem corporis requiri etiam dicitur *color suavis*. Unus Ox. *forma* pro *figura*. *Mr.*

ea quae dicitur pulchritudo:] „Vulgg. *eaque.*“ *Dav.* in ed. 2. ex Bentleii videlicet sententia. „Cur malit heic doct. Bentleius *ea quae dicitur pulchritudo*, quemadmodum etiam in his supra c. 11: *Haec re quidem copulata sunt, eaque oriuntur ex libidine* etc. *ea quae oriuntur*; rationem iustam subesse haud facile mihi persuaserim.“ *Wopkens.* l. c. p. 127 sq. Ad quae Handius: „Tamen receperunt hanc correctionem Ern. Wolf. Schz. a Beiero ad Off. I. 28. p. 217 sq. reprehensus. Paullo ante legitur *eaque animi est virtus*. Et de Legg. I. 16. 44: *nam et communis intelligentia notas nobis res efficit, easque in animis nostris inchoavit, ut honesta in virtute*

dicitur pulchritudo: sic in animo, opinionum iudiciorumque aequabilitas et constantia, cum firmitate quadam et stabilitate, virtutem subsequens aut virtutis vim ipsam continens, pulchritudo vocatur. Itemque viribus corporis et nervis et efficacitati similes similibusque verbis animi vires nomi-

---

ponantur. ubi non audiendus erat Pearcius, qui scripserat *eas, quae.*" *Mr.*

eaque dicitur pulchritudo:] Restitui cum Dav. in Ed. 3. Or. Tbn. *eaque*, quia haec, ut recte monuit Or., respondent superioribus *eaque animi est virtus*. Quod autem Kühn., qui Wolfium sequitur, ad defendendum illud *ea quae*, quod receperunt sine librorum auctoritate Ern. Wolf. Schz. Nobb., laudat IV. 1. 2: *quum floreret in Italia Graecia potentissimis — urbibus, ea quae magna dicta est* — collatis ad eum locum et aliis et nostro, eorum locorum alia est ratio, quam nostri. Eadem esset, si hoc vellet Cicero: eam intelligo (sc. figuram v. suavitatem) quae dicitur pulchritudo. Sed vult: et ut ea dicitur pulchritudo [corporis]: sic in animo item vocatur pulchritudo opinionum — constantia etc. Sola Ed. P. ex vett. habet *ea que* seorsim scriptis vocibus: sed casu, opinor. Unus Ox. habet *ea*, omisso *que*. Gud. 1. *dicuntur*, a 1. m. quod secunda correxit, tertia, ut videtur, restituit. *Mr.*

sic in animo, opinionum —] Cod. Duisb. *iudiciorum opinionumque*. Tres Oxx. Mon. 1. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *aequalitas* pro *aequabilitas*. Mira hallucinatione in Ed. Schz., in qua coniunctio *cum*, ut in nostra scribitur *quum*, hoc quoque loco proxima praepositio *cum* scripta est *quum*. In seqq. unus Cod. Ox. habet *et stabilitatem et virtutem*. Rehd. *virtutum subsequens*. Alius Ox. omittit *vim*. *Mr.*

virtutis vim ipsam continens] Ex Bentleii sententia Dav. in Ed. 2. (nec vero in 3.) dedit *ipsa*, idemque fecerunt FAWolf. in Ed. 1. Koel. Bill. Iusto cupidius, quamquam illud probat etiam Kühn., allata Bentleii ratione. Libri non assentiunt, neque ratio eam mutationem flagitat. Est in Cod. Mon. 1. *virtutis vim continens ipsam*; in Gud. 2. *virtutis summam ipsam continens*. Stoicum esse usum, non Latinum, ait Wolf. in scholis, quod adhibetur *pulchritudo* de animi praestantia. *Mr.*

Itemque viribus corporis et nervis —] Cod. Duisb. *Itaque et viribus*. — Scribitur *item quae* in Edd. A. B. E. Ven. nostr. Asc. 1; *item que* in Ed. P. Inde a *corporis* usque ad *celeritas* omnia desunt in Cod. Gud. 1. 2. Post *corporis* unus Ox. pergit *et naturae vis*. Sequens *et* omittit Mon. 1. *Efficacitas* in aliis Ciceronis libris non legitur, sed apud Q. Ciceronem de Petit. Consulat. 3, ubi iungitur cum *arte*: *Tantum — habet — in libidine artis, tantum efficacitatis, ut* cet. *Mr.*

Similes, similibusque *verbis*] Vulgo *similes, similibus verbis*. Sed Reg. Pithoean. Balliol. et veteres editi lectionem, quam repraesentamus, exhibent. *D.*

similes, similibusque verbis] Servari vult lectionem Ed. Graev. *similibus*, quae tamen omni fere codicum auctoritate destituitur (habent nonnisi duo Oxx.) Wopkensius l. c. p. 145 sq. *Similibusque* habent Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Rehd. Duisb. Bern. Vind. 1. Leid. quatuor Oxx. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Leod. Scribitur autem *similibusque* pro *et quidem similibus* vel *similibus quoque*: quare non necessarium existimavi recipere posteriorem lectionem, quam habent Cod. Mon. 1. Edd. M. L. Ald. Gul.

nantur. Velocitas autem corporis, celeritas appellatur: quae eadem ingenii etiam laus habetur, propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem.

Illud animorum corporumque dissimile, quod animi 14
valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt: sed

Steph. Boul. Sylb. Lall. FAWolf. Schz. Or. Tbn. Cum Grutero faciunt Ern. et Nobb. Scribi autem saepe *que* pro *quoque* et illam vocem saepe in hanc a librariis mutari, non est quod doceam post Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 2. 5. p. 312 sq. II. 8. 25. p. 157. II. 9. 26. p. 160. ad de Legg. II. 24. 60. — Ita cap. proximo §. 32. in Cod. Mon. 1. scribitur *morbi quoque* pro *morbique*. Unus Ox. habet *viribus* pro *vires*. Vind. 2. *vires animi*. *Mr.*

Velocitas autem corporis, celeritas appellatur] Ad voces *Velocitas* et *Celeritas* vid. Doederlein: Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 236. — Cod. Duisb. habet *celeritas nominatur*. Duo Oxx. omittunt *eadem*. Sed elegans est usus pronominis *idem* post *qui*, pro quo recentiores saepe ponunt *qui simul*. Conf. Cic. Or. 7: *fuisse —, qui iidem ornate et graviter — dicerent*. De Or. III. 44: *musici, qui erant quondam iidem poëtae*. De Off. I. 7: *beneficentia, quam eandem benignitatem appellari licet*. De Finn. III. 7: *quod idem in ceteris artibus non contingit*. Unus Ox. omittit *etiam*. Cod. Mon. 2. cum uno Ox. et Ed. P. exhibet *habeatur*. Verba *propter animi* desunt in Cod. Gud. 2. Genitivorum cumulationem *propter animi multarum rerum — percursionem* Ciceroni non admodum esse infrequentem, quamvis sit minus grata, paullo superius §. 29 ad v. *ex — valetudinis corporis conquassatione* monuimus. — Pro *percursionem*, quod sine dubio est verissimum, habent *percussionem* Pall. pr. tert. quart. quint. duo Oxx. Gud. 1. 2. Mon. 2. (a pr. m.) Gud. Rehd. Marb. Solus Mon. 1. habet *perceptionem*, quod sine dubio est vel interpretis vel correctoris, nec vero eius, qui reputaret ad *celeritatem* respici. Laudat nostrum locum, quasi ex quinta Tusculana, Nonius v. *percursionem* p. 161: ibi vero scribitur *propter animi — percursiones*. Sola Ed. P. habet *percusionem*. *Mr.*

c. 14. *Illud animorum corporumque dissimile,*] Verba *corporumque* usque ad *sed* desunt in uno Ox. Additur *est* post *dissimile* in Edd. ante Grut. (excepta Ed. P.) et in Cod. Vind. 1. In seqq. lectio vulgata exhibet versum Hexametrum, observatum iam B. Marantae Venusino Luculliann. Quaestionn. [Basil. 1564. f. m.] p. 313:

Morbo tentari non possunt, corpora possunt —

isque eum in elegantiis ponit. Paulus contra Manutius ad eundem versum: „Est fortasse, ait, vitium in ordine verborum. hoc enim malo, quam integrum Ciceroni nostro versum effluxisse: quod quam in soluta oratione turpe sit ipsemet in Oratore ostendit.“ Intelligit, opinor, de Or. III. 44. 175. ubi vid. Müller. p. 537. *Mr.*

Morbo temptari possunt, ut *corpora possunt*] Vulgo, *morbo tentari* non *possunt, corpora possunt;* nec abeunt Codices. At ipsa res veritati repugnat: quapropter emendationem Bentleianam recepi. *D.*

morbo tentari non possunt, corpora possunt] „Ita Codd. omnes. Difficile tamen est non audire Bentleium. Nemo enim tanto est praeditus animi robore, ut nulla possit affici perturbatione.“ *Bouh.* — „*Morbo tentari possunt, ut corpora possunt*. Ita cum Bentleio unus Codex e regiis, omissa tamen vocula *ut*. Vulgata nullum exhibet sensum idoneum.“ *Lallemannus.* „Satisfacit vulgata: nam animus sanus perturbationibus non obnoxius est. Bentl. et Dav. correxere: a *sed*, puto, inducti, in quo etiam intelligi debet.“ *Nissen.* „Recte,

corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item: quorum omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt. Itaque in hominibus solum exsistunt: nam bestiae simile quiddam faciunt, sed in pertur-

---

puto, defendit Nissenius. Sensus est: „animus (sapientis) valens vereque sanus nullo unquam morbo sive perturbatione tentari potest: corpus contra vel valentissimum repentinum in morbum potest incidere: sed hoc praeterea dissimile est, quod corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animi vitiosi et insipientis morbus semper cum culpa coniunctus est. Si, quem volunt Bentleius, Dav. Bouh. FAWolf. Schz. Ochsn., prorsus necessarius esset sensus, mallem sequi codicem illum regium Lallemandi [*morbo tentari possunt, corpora possunt*], quam inculcare istud *ut*, sane quam languidum, quod cum uncinis tantummodo recepit W. [nimirum, ut coniecturae deberi eam voculam significaret, nec vero quod diffideret emendationi.]“ *Orell.* Assentit Orellio Kühnerus. Ochsnerus contra ait „non convenire haec cum iis, quae c. 13. dicta sunt: *quo modo in corpore est morbus, est aegrotatio, est vitium, sic in animo.* et 37: *ut optima quisque valetudine affectus potest videri, at natura ad aliquem morbum proclivior: sic animus alius ad alia vitia propensior.* Quid? quod differentia inter animum et corpus in sequentibus demum exponitur: *sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item.*“ Adde, quod coniunctio *quod* pertinet etiam ad *accidere possunt.*“ Mihi vero magis probatur Orellii sententia, ita tamen, ut non assentiam dicenti probari posse codicis regii illius apud Lallemannum lectionem, si is necessarius esset sensus, quem volunt ii, qui a Bentleji stant partibus. Quod si voluisset Cicero, alio plane usus esset verborum ordine; hoc, nisi fallor: *quod possunt animi valentes morbo tentari, possunt corpora: sed* cet. Ceterum omnes ad unum nostri Codd. consentiunt, neque est cur eos deseramus, quum haud absurdam exhibeat eorum lectio sententiam. Cod. Vind. 1. omittit *morbo;* Gud. 1. post *corpora* additum habebat *autem:* sed punctis notatum est hoc vocabulum. Gud. 2. post *sed* omittit *corporum.* Pro *non item* unus Ox. habet *non idem.* Cod., nescio qui, in marg. Verb. *non ita*, Rehd. omittit *item.* Similiter infra peccatur in locutione: *hebetes non item*: ubi vid. varr. lectt. Scriptor Codicis Rehd. recentiorum usum reputans delevit vocem, quam, qui Germanice cogitant, non desiderant. Nec plane desunt eius usus exempla apud Ciceronem, v. c. ad Att. XIV. 12: *quem quidem sui Caesarem salutabant. Philippus non*, ib. XVI. 9: *Varroni quidem displicet consilium pueri, mihi non.* De eo vero usu, qui nostro loco obtinet, vid. Tursellin. de Particc. p. 435. ed. Schwarz. Ad eum, qui in seqq. obtinet, vocis *morbi* usum vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. I. 10. 38. p. 60. Mox unus Ox. *perturbationes exasperatione,* quod vocabulum ne Ciceronianum quidem est, quamquam ita, fortasse invitus edidit, Alterus, sed separatis vocibus *ex asperatione,* quod non magis est Ciceronis, fortasse nihili. Rehd. a 1. m. habet *ex asperitate.* Mox Duisb. *ita* pro *itaque,* duo Oxx. *omnibus* pro *hominibus.* Ad v. *in hominibus solum* confert FAWolf. in scholis §. 15. [c. 7.] *non in eis perturbationes solum. Mr.*

Bestiae simile quiddam faciunt, sed in perturbationes non simile dunt] Sic Seneca de Ira lib. I. cap. 3. *Dicendum est feras ira carere, et omnia praeter hominem; nam cum sit inimica rationi, non quam tamen nascitur nisi ubi rationi locus est — Muta animalia manis affectibus carent; habent autem similia illis quosdam impetus*

bationes non incidunt. Inter acutos autem et hebetes interest, quod ingeniosi, ut aes Corinthium in aeruginem, sic illi in morbum et incidunt tardius et recreantur ocius: hebetes non item. Nec vero in omnem morbum ac perturba- 32. p. 216. a.

Hinc Stoici apud Stobaeum Ecl. Ethic. pag. 175. diversam esse statuunt τήν τε ἐν τοῖς λογικοῖς γιγνομένην ὁρμὴν καὶ τὴν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις. Vide et Galenum de dogm. Hippocr. et Platon. lib. IV. cap. 2. pag. 137. Certe cum Stoici perturbationes in animae parte rationali collocent, eaque careant bestiae, perturbationibus careant necesse est. *D.*

nam bestiae simile quiddam faciunt] Cod. Mon. 1. *simile quid:* duo Oxx. *simile guidem*, quod ortum est ex scriptione *simile guidam*, quam habent Gud. 1. et 2; nimirum ex QVIDAM i. e. *quiddam*. Pro *faciunt* nescio quem correxisse ait Or. *patiuntur*, idque, vel *habent*, exspectari idem ait ad scholas Wolfii. Recte autem Kühn. et Ochsn., quorum ille saepe, ait, *faciendi* verbum, ut Graecum ποιεῖν et nostrum thun, ita ponitur, ut alius verbi vices sustinens eius universam vim denotet. Laudat idem Corn. Nep. Chabr. III. 4. ibiq. Bremium. A. Grotefend. Commentar. ad libr. qui inscribitur Materialien IX. 16. 5. p. 234. Passow. Lex. Gr. v. ποιεῖν. Ochsnerus p. 112. ed. 3. laudat Cic. de Legg. II. 1. Herodot. I. 142. IV. 5. Wopkens. Lectt. Tull. I. 3. p. 11. Add. nos et Creuzer. ad Cic. de Div. I. 56. 127. p. 276 sq. Locus ap. Wopk. est in Ed. Hand. p. 16. Günther. ad Corn. Nep. Chabr. III. 4. p. 154. et IV. 3. p. 156. Feldbausch. ad eund. l. p. 112. — Pro *incidunt* unus Ox. habet *incultum*. *Mr.*

inter acutos autem et inter hebetes interest,] „Sic partim ex Ed. Vict. partim ex omnibus mss., qui illud *hoc* excutiunt [Lamb. videlicet dedit *hoc interest*, et cum eo Fr. Fabr.] Ceterum bis *inter* repetunt Fabr. Pal. quint. Vatican.“ *Gebhard.* Receperunt repetitum *inter* post Gebhardum (nam priores Edd. non habent) Verb. Dav. Ern. FAWolf. Schz. Nobb. Non assentiunt Codd. nostri Gebhardo. Laudat Or. Paradox. I. extr. ubi alterum *inter* induxit Gernh., Sch. retinuit. „Omnino, ait, iteratum vix locum habet apud Cic. nisi ubi vocabula aliquot interponuntur.“ Illum vero ipsum Paradoxorum locum Zumptius Gr. Lat. §. 744. laudans nihil de delenda praepositione repetita monuit. Deleri autem vult nostro loco Otto ad Cic. de Finn. p. 406. in Excursu. Ceterum quamvis nolim contra libros *hoc* interponere cum Lambino, suspicioni tamen locus est ante vocem ab *i* incipientem excidisse *i*, quod addito apice facile evanido fuit compendium vocum *id* et *illud*. Ad structuram *ingeniosi — sic illi — incidunt* vid. A. Matthiae ad Cic. Oratt. sex. p. 378. Hülsemann. ad Cic. Acadd. II. 5. 14. p. 454. [nec vero 453. ut est apud Kühn.] *Mr.*

ut aes Corinthium] De hoc aere laudat Bill. Plinii H. N. XXXIV. 2. Add. Winckelmanni Opera ed. Meyer. et Schulze T. V. p. 135. et p. 430 sq. Pergunt Codd. Reg. Gud. 1. *in aerugine*. Vind. 1. post has voces habet glossam *non cadit*. Sed vid. annot. anteced. extr. Pro *in morbum* Cod. Mon. 1. habet *in modum*. Pergit Gud. 2. *et incidunt et incidunt otius* (sic!). Tum duo Oxx. Aug. Rehd. Gud. Vind. 1. 2. MS. in marg. Verb. Edd. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. *hebetes non ita:* de quo errore paullo superius locuti sumus. Unus Ox. *non idem*. Duisb. *hebetes autem item*. Tum unus Ox. *nec non* pro *nec vero*, ex perperam lecto compendio *uo*. Aug. omittit haec duo vocabula. Mox unus Ox. post *morbum* pergit *aut perturbationem:* mox Mon. 1. habet *ut ingeniosi*. *Mr.*

tionem animus ingeniosi cadit; non enim in ulla efferata et immania: quaedam autem humanitatis quoque habent primam speciem, ut misericordia, aegritudo, metus. Aegrotationes autem morbique animorum difficilius evelli posse putantur, quam summa illa vitia, quae virtutibus sunt contraria. Morbis enim manentibus, vitia sublata esse possunt,

---

non enim multa efferata et immania] „Bene animadvertit Bentleius, librorum MSS. lectionem ferri non posse. Quare coniecit: *Non enim in ulla efferata et immania*, vel: *non enim in vitia efferata et immania*. Mihi quidem magis probatur posterior correctio; nisi malis: *in illa efferata*. Davisius cur in posterioribus Edd. maluerit recipere: *in ullam ecferatam, et inmanem*, non video.“ *Bouh.*

Non enim in ullam ecferatam *et* inmanem] Vulgo, *non enim multa efferata et immania*. Sed loci mens et ipsa constructio διόρθωσιν Bentleianam flagitant. *D.*

in ulla efferata] „Codd. cum vulgatis *multa efferata*; sed vocem *multa* ex *in* et *ulla* coalescentibus factam esse recte vidit Bentleius.“ *Lallemannus.* „*Non enim multa efferata — Multa* varie tentatum, tam ne anacoluthon existeret, quam quod vis verbi non placeret. Sed illud non nimis insolens est, haec vero etiam aptissima. Nam *in ulla*, quod aut coniecerunt aut ediderunt, non valde arridet. Etenim si. nulla immania, i. e. inhumana, in animum ingeniosi caderent, quid opus erat adiungere, quaedam humanitatis quoque primam speciem habere? Sin *non multa*, jam gradationis causa apparet.“ *Nissen.* Haec contra Ernestum sunt disputata, qui servavit quidem vulgatam, ad v. *non enim multa efferata et immania* intelligens: in eo esse solent: sed addit: „sed pro *multa* legerim *in ulla* sc. *cadit*: aut *non enim ulla eff.* sc. *in eo sunt*. Quamquam Bentleius etiam legit *in ullam efferata et immania*.“ Cod. Marb. *inanima* pro *immania*. *Mr.*

in ulla efferata et immania] „Paullo durior est Pluralis ille generis neutrius [ita nimirum dedit FAW. in Ed. 1.]. Audacter quidem, sed commode, Bentleius corrigit *in ullam efferatam et immanem*: quamquam, quod sequitur, *quaedam*, pluralem desiderare videtur.“ *Wolf.* in scholis. Postremam Bentleii emendationem recepit Schs. Nobbius librorum lectionem sequitur; Or. Bill. et Tbn. primam receperunt Bentleii coniecturam, quae proxime accedit ad librorum MSS. scriptionem. Quam facile vero in Codd. MSS. *multa* et *in ulla* permutentur, nemo nescit. Ita Liv. 36, 6. 4. *m* pro *in* positum comparet in uno Cod. ut scribatur *quam colloquio* pro *qua in colloquis — (usus erat)*. Conf. Sciopp. de Arte Critica p. 50. 51. Sic de Div. loco quodam, quem nunc ad manum non habeo, confunduntur *multus* et *inultus*. Add. Clerici Art. Crit. II. 51. Ego vero, cum non possim non insulsam appellare cum Kühnero vulgatam, primam item recepi emendationem Bentleii, nihil fere a libris recedentem. Ad verba cf. Cic. de N. D. I. 23: *gentes immanitate efferatae*. Solus Gud. 2. habet *et efferata*: unus Ox. *inania* pro *immania*. Cod. Duisb. in seqq. inverso ordine exhibet *speciem primam*. Idem mox *et metus et aegritudo*. Misericordiam a Stoicis in vitiis poni notum est. *Mr.*

Aegrotationes autem morbique animorum] Ccd. Mon. 1. *aegrotationes an morbi quoque*. Edd. ante Gebh. habent *et morbi*, contra Codd.; *morbi* pro *morbique* est in uno Ox.; *morbi et*. Unus Ox. omittit *animorum*; alius habet *difficile*. *Mr.*

Morbis enim manentibus vitia sublata esse possunt, quia

qui non tam celeriter sanantur, quam illa tolluntur. Habes 33.
ea, quae de perturbationibus enucleate disputant Stoici: quae λογικὰ appellant, quia disseruntur subtilius. Ex quibus

---

celeriter sanantur, quam illa tolluntur] „Sic legendum, non, ut est in libris vulgatis, *vitia sublata esse non possunt*. Quodsi Codices veteres hanc emendationem non confirmarent, sola ratio tamen satis confirmare deberet." *Lambinus*. „Lambini coniecturam ratam facit Cod. Eliens. 2. quo usus est Davisius, quem vid. p. 323. [Ed. Rath.] Gothofredus p. Lemaer. 234: „fortasse: *morbis enim manentibus vitia sublata esse possunt, quia* etc. vel sic: *vitiis enim non manentibus morbi sublati esse non possunt, quia non tam* etc." *Klein*. Hanc non esse Gothofredi coniecturam, sed Lambini secundam, vides ex eius annot. in curis secundis Ed. Arg. 1581. fol. Pp ÿ. *Mr.*

vitia sublata esse possunt] „Sic olim edidere D. Lambin. et A. Manutius, quam lectionem ratam esse iubet MS. Norvic. Recentiores *vitia sublata esse non possunt*. Inepte prorsus. Si enim etc. [v. ann. Ed. 3.]" *Davis*. Ed. 1. Assentit etiam Lambino Fr. Fabricius dicens: Quum enim morbos difficilius, quam vitia, evelli et sanari dicat, quis negationi locus hic esse potest? Assentit Bouhierius, eamque lectionem firmari ait uno Cod. Leid. In eandem sententiam disputat Nissen. „*Non*, ait, non potest esse verum. Et sane singula quidem vitia facilius tolluntur, quam totius mentis sanatur corruptio. *Mr.*

Vitia sublata esse possunt] Sic rescribendum coniecit Lambinus, eiusque coniecturam ratam facit Eliens. sec. Vulgo, *vitia sublata esse* non *possunt*. Inepte prorsus, licet ita dent Mssti praeter unum illum, cuius meminimus, universi. Nam si *morbi non tam celeriter sanantur, quam vitia tolluntur*: ipsa res indicat, morbis manentibus, vitia sublata esse posse. *D.*

vitia sublata esse possunt] Ita praeter Codd. laudatos etiam unus Ox. ut admodum vetus illa sive correctio sive macula esse videatur. Habent Edd. C. V. M. Ald. Brut. Car. Steph. Goth. Boul. Sylb. Grut. Ern. *vitia sublata esse non possunt*; Edd. P. A. B. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *esse vitia sublata non possunt*; Edd. S. E. HWolf. *vitia esse sublata non possunt*. Nobiscum faciunt Lall. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. *Mr.*

Quia] „Puto addendum *hi*, sc. morbi, sicut *illa* ad vitia pertinet." *Ern.*

qui non tam celeriter sanantur] Ita Dav. in Ed. 2. FAWolf. Schz. Or. [Nobb. Ernesti coniecturam recepit, Tbn. Codd. secutus dedit *quia*]. Wolfius in scholis ad scriptionem *qui* dicit: *qui* sc. *morbi*. Minus quidem durum esset *hi*, sed minus Ciceronianum. Ern. ipse suam coniecturam non recepit. Ego vero facillimam admisi mutationem, cum *qui* mutatum esse videatur vel explicandi causa, vel quia librarius ad *vitia* respiceret, quibus non conveniret *qui*. Unus Ox. et Gud. omittunt *tam*. Marb. habet *sanatur*. Post *enucleate* in seqq. Gud. pergit *tribulant*. Scripsi autem λογικὰ pro *logica*, ut de Fato 1, 1: *quae tota est* λογική pro *logice*. Unus Ox. habet *loica*, ut aliis locis in multis scribitur Codd.; errore ex enuntiatione *lojica*, satis illa frequenti hodieque, orto. In proximis unus Ox. *qui* pro *quia*, inverso errore, quo supra omnes exhibent *quia* pro *qui*. De utriusque vocis confusione vid. Indic. Ed. Liv. Drakenb. Stuttg. T. XV. p. 174. part. poster. Cod. Duisb. a 1. m. *disputantur*, supra lin. ut reliqui. Recordabatur fortasse scriptor Codicis Acadd. II. 10. 30: *sed id disputari poterat subtiliter*. Unus Ox. habet *disserunt*: nimirum ut concordet cum *appellant*. *Mr.*

quòniam tamquam ex scruposis cotibus enavigavit oratio,

tanquam e scrupulosis cotibus] „Legendum fortasse est *scruposis*. Lucretius libro IV. [v. 526:] *haud quaquam ratio scruposa relicta est.*“ *Lambinus.* Ad Lucretii locum Lambinus p. 481. ed. Wechel. „*Ratio scruposa*, difficilis, aspera; tralatio a viis. *Scrupi* autem dicuntur saxa aspera: ex quo scruposam rem dicimus, quae aliquid habet in se asperitatis. Proprie dixit Plautus in Capt. *scruposam viam* i. e. asperam et saxis impeditam, quamvis totus ille sermo sit allegoria tectus. Sic igitur Plautus: *I modo, venare leporem, nunc irim tenes. Non meus scruposam victus commeat viam.*“ „Manutius hoc in posterioribus Edd., nescio qua de causa, mutavit et *tanquam e scopulosis cotibus* scripsit. Sed duras cotes scrupulosas, id est asperas, bene appellari, nemo, opinor, infitiabitur. Lambinus tamen *scruposis* legi vult. Sed et *scrupulosum*, quod aliquid in se asperi habet, a scrupis dici, vel ex Festo constat. Quare nihil mutandum censeo.“ *Fr. Fabr.* „Recte notatum Fr. Fabricio, non fuisse, cur D. Lambinus reponeret *e scruposis cotibus*, siquidem illam vocem agnoscit Festus. Sic etiam Pacuvius in Niptris apud Priscianum lib. VI. col. 713: *Advenio in scrupulosam specum.* Eleganter Tertullianus de Cultu femin. lib. II. c. 10: *Deus et auri tanta opera produxit complectendis et distinguendis lapillis: scrupulosa deus auribus vulnera intulit.* In significatu metaphorico passim occurrit.“ *Dav.* in Ed. 1. „Non video causam, cur contra omnes MSS. pro *scrupulosis cotibus* legant quidam *scruposis*, alii *scopulosis locis et cotibus.*“ *Oudendorp.* ad Appulej. Flor. II. 12. p. 42. „Placet ingeniosa Lambini, Bentleii et Davisii correctio *scruposis.*“ *Bouh.*

Ex quibus quoniam tamquam ex scruposis cotibus enavigavit oratio] Vulgo *e scrupulosis.* Reg. *ex scrupulosis.* Leg. *ex scruposis*, ut Lambinus et Bentleius voluerunt. Adi sis Nic. Heinsium ad Valerii Flacci Argon. II, 518. Porro *cotes* aut *cautes* aeque dici notat Scholiastes ad Iuvenalis Sat. VI, 344. Virgilius Georg. IV, 203.

— *Errando in* cotibus *alas Attrivere.*

Prudentius Apoth. vs. 429.

Caucasea de cote —

Ipsam vero loquendi rationem saepius adhibet Hieronymus. Sic ad Heliodorum Epist. 1. pag. 4. ed. Victor. *Quoniam e scopulosis locis enavigavit oratio, et inter canas spumeis fluctibus* cautes *fragilis in altum cymba processit.* Advers. Helvidium cap. IX. pag. 315: *Quoniam iam e cautibus et confragosis locis enavigavit oratio.* Et in Rufinum lib. I. c. 7. p. 499: *quoniam de confragosis et asperis locis enavigavit oratio. D.* His addit Dav. in Ed. 2. haec: „Haec loca faciunt, ut suspicer e Ciceronis exemplaribus aliquid excidisse: quum enim MSS. quantum constat omnes, ut et vulgati dent *e scrupulosis cotibus*, puto fuisse primitus *e scopulosis locis et cotibus*; nam *cautes* ipsae saxa sunt aspera, et *scrupus* est *lapillus minutus et asper*, unde *scrupea saxa*, id est aspera. Vid. Isidor. Orig. XVI. 3. Utcunque est, obiter emendandus Cyprianus, nam de Mortal. p. 159. legendum *scopulosa saxa confringunt*, non *constringunt*, ut est in editis.“ *Mr.*

E scrupulosis cotibus] „Putavi olim legendum *scopulosis* ex Or. in Caecil. c. 11. Lambinus et Bentleius correxere *scruposis*, quod cum *scrupulosis* confundi solet in libris. Vid. Heins. ad Valer. Flacc. II, 518. *Scruposa saxa* occurrunt apud Lucanum.“ *Ern.* [Lucan. Phars. V, 675.] In Or. in Caecil. l. c. est: *Intelligo, quam in scopuloso difficilique in loco verser.* Conf. Or. pro Coelio 21, 51: *Sed quoniam emersisse iam e vadis, et scopulos praetervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Mr.*

reliquae disputationis cursum teneamus: modo satis illa dilucide dixerimus pro rerum obscuritate. A. Prorsus satis: sed si quae diligentius erunt cognoscenda, quaeremus alias: nunc vela, quae modo dicebas, exspectamus et cursum.
M. Quando et aliis locis de virtute et diximus et saepe 15
34.

e scruposis] Ita, ut videtur, tres Oxx.; nec plane abeunt Codd. Reg. et Gud. 1. qui habent *scruplosis*, quamquam in posteriore literis *pl* superscriptum est *v*. Receperunt nobiscum *scruposis*, quod, utpote librariis minus notum, facillime in vocabulum usitatissimum (*scrupulosis*) mutari potuit, Dav. Lall. FAWolf. Schz. Or. Tbn. Nobbius syllabam *ul* uncinis circumdedit. Unus Ox. cum Rehd. habet *scopulosis*. Reliqui consentiunt in *scrupulosis*, quod Kühnero non improbandum videtur. Neque ego ita improbo, ut ferri non posse contendam: sed facile apparet, cur in voce *scrupulosis* tantus sit librorum consensus, quo vocabulum paullo insolentius fere fuit obliteratum. Ceterum dedi *ex quibus — e scruposis*, prius ex Codd., cum Edd. ante Gebh. habeant *ex quibus*; alterum item cum octo Codd. Oxx. Aug. Reg. Vind. 1. et Edd. omnibus. *Quoniam* omittunt Codd. Gud. 2. Duisb. Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph. Herw. Unus Ox. habet eius loco *quando*: de qua permutatione vel confusione dicemus ad principium cap. seq. *Tanquam* abest a Vind. 2. In Gud. 2. omittitur sequens *e*. Mox Aug. *reliquae cursum disputationis*. Unus Ox. omittit *illa*; Vind. 1. habet *dilucide illa*. Aug. omittit *dilucide*, et exhibet *diximus*, orto errore ex neglecto compendio [*dix'imus*]. Mon. 1. pro *obscuritate rerum*: in eodem paullo superius scriptum est *cantibus* pro *cotibus*, quod mendum ortum est ex scriptione *cautibus*, quae erat correctio hominis, qui existimaret *cotibus* significari nonnisi eos lapides, quibus ferramenta accuuntur, *cautibus* vero saxa et rupes adeoque scopulos, de quibus hic sermo est in comparatione. *Mr.*

Prorsus satis:] Deest *satis* in Edd. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. Eius enim vocis compendium [SAT^{6}] absorptum est a proximo vocabulo, ei in antiquissimis Codd. simillimo, SET. Vid. Conspectum Orthogr. Cod. Vatic. Niebuhrianum ad calcem Cic. de Rep. ed. nostr. p. 622. Proximum *si* omittit Cod. Mon. 1. et pergit *quia diligentius*, plane ut Cod. vet. Caroli Steph. Scripsi autem *si quae*, contra Edd. lectionem *si qua*, cum Dav. ex Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Mon. 1. 2. Marb. Rehd. Duisb. et tribus Oxx. Sic etiam de Finn. V. 17. 46: *ut, si quae in membris prava sint*, — ubi item vulgo legitur *si qua*, Goer. vero ex Codd. *si quae* restituit, quod ibi neglectum est a Davisio. Mox duo Oxx. *quaeramus* pro *quaeremus*, cum Vind. 2; Cod. Rehd. habet *dicemus*. In Gud. 2. est *cognoscendi*. *Mr.*

nunc vela, quae modo dicebas, exspectamus et cursum] Respicit ad huius libri c. 4. extr. *Utrum igitur navis statimne nos vela facere, an quasi e portu egredientes paullulum remigare?* Pro *exspectamus* Cod. Marb. *expetam*, qui error ortus est ex scriptione *expectamq*. Gud. 2. omittit hoc verbum: quod si a Codice maioris auctoritatis abesset, quales sunt Reg. Gud. I. Gryph. Bern., facile inducerer, ut delendum existimarem, cum in oratione, sermoni familiari accommodata, intelligi possit. *Mr.*

c. 15. *Quando et aliis locis*] „Quae paullo post subiungit, cum ait: *quando igitur virtus est affectio animi*, ea mihi coniecturam attulerunt, quam studiosis aperire operae pretium duxi. puto igitur legendum sic: *Quando, ut aliis locis de virtute diximus*. Quod enim

dicendum erit, (pleraeque enim quaestiones, quae ad vitam

hic omittit, persequitur iis verbis: *quando igitur virtus;* et hoc totum cum eo connectitur, *huius igitur virtutis.* Quod ut esset apertius, duplici interclusione, quae *παρένθεσις* vocatur a Graecis, sententiam distinximus." *P. Manut.* „*Ἀνακόλουθον* est et *ὑπερβατικόν.* Nam priora vix sequentibus aptari possunt. Ceterum haec definitio virtutis est plane Stoica, ut constat ex Diogene Laertio in vita Zenonis." *Comm. Anonym.* ap. Leod. a Qu. „Manutius mavult *Quando, ut aliis,* et illud, quod Cicero se dixisse ait, ad ea, quae sequuntur, refert. At prima *παρένθεσις* perspicue ostendit, Ciceronem hoc referre ad alios libros, in quibus quaestiones morales persecutus erat. De virtute autem quum aliis locis non paucis, tum in libris de Finibus iam dixerat; neque vero apud Ciceronem novum est, ut post verborum quorundam interpositionem constructio nonnihil mutetur." *Frc. Fabr.*

Quando et *aliis locis*] Ita quidem Codices, tam Mssti quam typis impressi. Sed nescio quid est in oratione, quod omnino displicet. Ei suus restituetur nitor, si minima mutatione legas: *quando, ut aliis locis de virtute et diximus et saepe dicendum erit — quando igitur virtus est affectio animi constans* etc. ad id enim refertur, quod de virtute subdit, nec exitum alio reperies modo. Hanc autem emendationem praecepisse Manucium video, eaque omnino est vera. *D.*

Quando et aliis] „Nihil mihi certius videtur emendatione Manutiana, *ut* pro *et*, quam adoptavit Dav." *Bouh.* „Non sunt, quibus haec respondeant. Ea vero propter parenthesin exciderunt, vel cum alia protasi conglutinata sunt, et in hunc modum suppleri possunt: hoc tempore, quae qualisque ea sit, breviter dicemus. Similiter de Finn. II. 2. 5. exposuimus. Manucius et Davis. locum, correctione sanare conati legebant: *Quando* (*ut aliis locis de virtute et diximus* cet.). Mihi *ut* non placet, cum quo *de virtute* redundat." *Nissen.* „Oratio hiulca est, nisi forte cum Manutio sic legere placet: *quando, ut aliis locis de virtute et diximus, et saepe d. e.*, vel potius sic: *quando, ut et aliis locis d. v. diximus, et s. d. e.* Quae emendatio, de mea quidem sententia, magnam prae se fert veritatis speciem, quum facile *ut* ob sequens *et* excidere potuerit: eamque necessario efflagitare videtur sententiarum nexus." *Kühn.* „Bill. Manutii emendationem recepit, in annot. omnia confundens. Mihi quidem placet Manutiana ratio, minus vero, propter incommodum illud atque insuave *et* ante *aliis*, mihi quidem probatur Kühneri ratio scribentis *ut et.* Mox §. 46. *et* et *ut* permutantur in verbis *et in omnibus fere rebus.* — Ceterum *quando*, adiuncta aliqua temporis significatione, ponitur pro *quoniam.* Estque hic locus huius usus exemplum, qualia paucissima habet non dubia Cicero, ut pro Caecin. §. 31. Parad. 3, 1. p. 196. Gernh. De N. D. 3, 17. ubi unus tantum Cod. Moseri habet *quoniam*; cf. L. 3. §. 66. Quamquam hic quoque Cod. Rehd. loco priore, et unus Ox. loco posteriore habet *quoniam.* Quod si legitur hoc sensu *quum*, error est ex compendio *quō* vel *quō* perperam lecto. Facit huc in primis locus Charisii apud Putschium p. 86: *quando prima syllaba interrogationem temporis* significat: sed posteriore sensu *quoniam* v. *quandoquidem, ut Virg. Quando tot stragis acervos ... crorum tua dextra dedit.*" *Orell.* Iam add. Beier. ad Cic. Brut. 201. prc. p. 292. sq. ed. Orell. ibid. Topic. V, 26. p. 387 sq. de anacolutho autem vid. Otto ad Cic. de Finn. Excurs. III. p. ... Equidem, ut fatear quod est, ita probo Kühneri rationem, ut ... tamen in orationis seriem recipere non audeam. Pro *aliis* unus ... habet *alii.* Cod. Rehd. mire incipit hoc caput: *Quoniam et ista* ...

moresque pertinent, a virtutis fonte ducuntur;) quando igitur virtus est affectio animi constans conveniensque, laudabiles efficiens eos, in quibus est, et ipsa per se, sua sponte,

---

esse verba magistri respondentis et aliis. Quod unde totum sit vides. *Mr.*

De virtute et *diximus*] Vulgo deest *et;* quam voculam suppeditarunt Reg. Pithoean. Med. et Bak. *D.*

de virtute et diximus et saepe dicendum erit,] Perperam Verb. Codici Reg. tribuit lectionem *et de virtute diximus*: habet enim *de virtute et diximus*, ut Codd. nostri omnes itemque Edd. S. E. et MS. in marg. Ed. Asc. 2. nostr. duo Codd. Goerenzii, quos laudat ad Acadd. II. p. 8. probans eam lectionem, quam cum Dav. recipiendam duximus. Mox Cod. Marb. habet *dicendum est*; Gud. 2. plane omittit verbum finitum. Tum unus Ox. pro *quaestiones* habet *disputationes*: contrarius vel inversus error nostris libris *Quaestionum Tusculanarum* inscriptionem dedit. Verb. ex MS. nescio quo lectionem *mores vitamque* enotavit. Tum Cod. Marb. et Ed. W. habent *fonte dicuntur. Mr.*

quando igitur virtus est affectio animi constans] „Definit virtutem, quam philosophi varie definiverunt. Virtus, inquit Aristoteles, *est habitus electivus, in mediocritate consistens.* [Vid. Camerarii Explic. L. II. Ethic. Nicom. p. 84. ed. Wechel.] Horatius ita definit: *Virtus est vitium fugere et sapientia prima* [Epist. I. 1. 41. Perperam intelligi locum a Beroaldo, nec hunc versum habere definitionem virtutis, nemo non videt.] Huic definitioni reclamat Lactantius [Div. Inst. VI. 6. p. 561. ed. Gallaei] dicens ineptam esse: quoniam enim *e contrario terminavit, ut si diceret: bonum est, quod malum non est.* Ex quo melius illi finisse videntur, a quibus dicitur: Virtus est, bonum facere, malum non facere. Lucilius paucis versibus collegit et enarrat definitionem virtutis, cum ait [p. 173. ed. Bip. ad calcem Persii et Iuvenalis]:

Virtus, scire homini rectum, utile, quid sit honestum:
Quae bona, quae mala item, quid inutile, turpe, inhonestum:
Virtus, quaerendae rei finem scire modumque:
Virtus, divitiis pretium persolvere posse:
Virtus, id dare, quod re ipsa debetur honori;
Hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum,
Contra defensorem hominum morumque bonorum:
Commoda praeterea patriae sibi prima putare,
Deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.

Virtus, inquit Seneca, *non aliud, quam recta ratio, est:* cui adstipulatur hoc in loco M. Tullius. *Virtus,* ut auctor est Augustinus in IV. de Civitate Dei [c. 21.] *a veteribus definita est ars bene recteque vivendi. Unde ab eo, quod Graece ἀρετὴ dicitur virtus, nomen artis Latinos traduxisse putaverunt.* Virtutem antiqui deam fecerunt, quam Augustinus non esse deam, sed donum dei asserit. Cicero in Rhetoricis virtutem sic definit: *Virtus est animi habitus, naturae, modo atque rationi consentaneus.* [De Invent. II. 53. 159.]“ *Beroald.* „Ad rem add. Diog. Laërt. VII. 89. Wyttenbach. ad Plut. Moral. p. 244 [p. 180. T. I. ed. Lips.]“ *Schuch.* Add. Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 20. 65 p. 394. De more Ciceronis post parenthesin continuandae vel de integro incipiendae orationis vid. Schellerum in Praeceptis Stili lat. II. p. 606 sq. ubi ad nostrum locum addit: notes hic aliam sententiam sequi. Conf. supra I. 28. 68: *Ut quum videmus speciem primum candoremque caeli* — et multis interiectis §. 70: *haec igitur*

separata etiam utilitate, laudabilis; ex ea proficiscuntur honestae voluntates, sententiae, actiones, omnisque recta ratio: quamquam ipsa virtus brevissime recta ratio dici potest. Huius igitur virtutis contraria est vitiositas: (sic enim malo, quam malitiam, appellare eam, quam Graeci κακίαν appellant: nam malitia, certi cuiusdam vitii nomen

---

et alia — quum cernimus. — Pro *quando* unus Ox. habet *quoniam.* Qua de re paullo superius monuimus. Verba *igitur* usque ad *efficiens* omissa sunt in Cod. Marb. In Vind. 1. legitur *animi est affectio.* Vox *conveniensque* omittitur in duobus Codd. Oxx. Eius loco legi volebat Ern. *consentiensque,* cum hoc verbo semper Cicero in hac re utatur. *Consentiendi* verbo saepissime uti Ciceronem, nonnunquam etiam ita, ut eidem *constare* adiungat, nemo negaverit: vid., ut hoc utar, Or. pro Cluent. 22, 60: *sibi constare et — consentire debuerunt*; de Univ. 2, 6: *sibi constet et — secum ipsa consentiat.* Sed quid erat quod non recordaretur Ern. locorum, quales sunt de Off. III. 8. 35: *recta — et convenientia et constantia natura desiderat*; ib. 1. 40. 144: *quemadmodum in oratione constanti, sic in vita omnia sint — convenientia*; de Div. II. 39. 82: *conveniens et coniuncta constantia*; de N. D. II. 21. 54: *convenienS constansque conversio*; de Invent. I. 9. 12: *cum, et quid factum sit, convenit, et quo id — nomine appellari oporteat, constat.* Haec, opinor, sufficient ad demonstrandum, nullam fuisse idoneam Ernesto mutandae lectionis causam. Tales emendationes haud paucae exciderunt viro de Cicerone ceteroqui meritissimo. — Pergit Cod. Vind. 1. *et laudabiles.* Marb. habet *seperata:* unde aliquis coniiciat *desperata etiam utilitate,* cum Cicero non semel dicat *desperare aliquid vel aliquam rem,* v. c. Or. in Catil. II. 9. 19: *honores, quos — desperant.* Nec tamen ego aliquid mutaverim. In seqq. ed. P. habet *voluptates* pro *voluntates,* eodem errore, quem correxi apud Cic. de Rep. I. 2. p. 13. ubi tamen erant, qui defenderent manifestum errorem rationibus parum idoneis. Conf. Beier. ad Laelium 16, 61. p. 97. Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 244. ed. 3. Beier. ad Cic. Brut. 20, 68. p. 49. *Mr.*

omnisque recta ratio] Unus Ox. Edd. C. V. Rob. Steph. Herw. habent *omnis recta ratio.* In seqq. Cod. Mon. 1. omittit *ipsa.* Gud. 2. habet *ipsa iusta brevissime.* Ortus est error ex scriptione *iustq.* Cod. Duisb. exhibet *ipsa virtus brevi summa recta ratio dici potest.* Ridicula illa elegantia originem debet scriptioni *brevissume,* quam habet Gud. 1. Scribitur inverso ordine *ratio recta* in Edd. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Herw. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. libris MSS. non assentientibus. Ad sententiam cf. Cic. de Legg. I. 7. 12. de Finn. III. 7. Diog. Laërt. VII. 90. Ad eum, qui hic obtinet vocis *igitur* usum, ut sit i. q. *inquam,* cf. Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 5. 17. p. 330. sq. Verba *huius — vitiositas* omissa sunt in Cod. Aug. Cod. Gud. habet *huiusmodi,* Reg. *virtus.* Pro *sic enim* Ed. Ven. notet. *sed enim* Gud. 2. habet *malum* pro *malo. Mr.*

eam, quam Graeci κακίαν appellant] „Existimavi faciendum, ut monerem, sic in Victorii, Gothofredi et aliis exhiberi editionibus, nec me scire cur *eam* fuerit expulsum a Gebhardo [in Ed. Hamb.] quem sequuti citeriores." *Gronov.* Omittit vocem *eam* solus Cod. Post *Graeci* in Cod. Marb. sequitur *kakyan,* superscriptis literis. Mon. 1. omittit graecam vocem sine spatio, ut Cod. Aug. Quin. Oxx. et Rehd. spatio relicto. Ven. nostr. habet κακιαń ut Cod. Dub. Junt. *cacian. Mr.*

κακίαν appellant, nam malitia —] „κακίαν et *vitium* et

est, vitiositas, omnium:) ex qua concitantur perturbationes,

tem interpretatur, non *malitiam*, ut sonare graecum nomen videtur. Repugnat enim usus linguae Latinae, in qua *malitia* fraudulentam astutiam significat: ut Plauto: *versute malus* [Pseudol. 4, 3, 1]: et apud Terent. *Exprompta malitia atque astutia* [Andr. 4, 3, 8.]. Ita enim in quibusdam exemplis, non *memoria*, reperitur. Idem dicitur in III. de Fin. [c. 11, 39: *quas enim Graeci κακίας appellant, vitia malo, quam malitias appellare.*]" *Camerar.* Conf. de Nat. Deorr. III. 30. 75: *est — malitia versuta et fallax nocendi ratio.* — Unus Ox. omittit *est* post *nomen*. *Mr.*

ex qua concitantur perturbationes,] „Mendose legi in libris, qui vulgo veneunt, *cogitantur*, puto omnes intelligere. correxi ex antiquo libro. Apud Nonium Fenestellae locus eodem mendo foedatus erat. nam *invidiam cogitare* legebatur, pro *concitare*." *P. Manutius.* „Odiosum illud omnino est: *ex qua cogitantur perturbationes:* non enim cogitandi usitata significatio est. Ergo vel *coagitantur* legendum, si quis hoc verbum ferre possit, vel *cogitantur* pro *coguntur* et *colliguntur* et *comparantur* dixit: multi etiam *agitantur* reponunt." *Turneb.* Advers. 7, 18. p. 229. „*Concitantur* pro *cogitantur* Manutius ex antiquo libro correxit. Camerarius quoque prius ita ex coniectura emendarat. Quidam in suis libris *gignuntur* substituerant." *Frc. Fabric.* „Vulgg. *ex qua cogitantur perturbationes;* unde D. Lambino placuit *agitantur* [in margg. Lambb. et Goth. est: fort. *concitantur:* fort. *agitantur*], quod nihili est prae J. Camerarii emendatione, qui reposuit *concitantur*. Hanc coniecturam recipere non sum veritus, cum eam firmarit vetus Codex P. Manutii." *Dav.* in Ed. 1. „*Cooriuntur:* Vulgg. *cogitantur*: nec aliter omnes Codd. praeter unum Manucianum, qui dat *concitantur*, uti quidem emendarat Camerarius. Aliis arrisit *agitantur* vel *coagitantur:* mihi *gignuntur*." *Dav.* in Ed. 2. „Non convenit loco *cogitantur*. Multi multa coniecerunt: ego proxime ad vulgatam malim *progignuntur*." *Bouh.* Verb. in marg. primam habet Bentleii emendationem *oriuntur*. Wopkensius Lectt. Tull. p. 259. Hand. defendit lectionem *concitantur* contra Bentleii coniecturam in Ed. Dav. 3. receptam, et Davisianam Editionis secundae. *Mr.*

Ex qua cooriuntur] Sic Cl. Bentleius. Vulgo *cogitantur*; neo aliter omnes Codd. praeter unum Manucianum, qui dat *concitantur*, uti quidem emendarat Cam. Aliis arrisit *agitantur* vel *coagitantur*. *D.*

Ex qua cogitantur] „Quomodo *cogitantur* —? imo *concitantur*, ut habuit MS. Manutii et voluit Camerarius. Sic et Bentleio placuit [?] deditque in Ed. 1. Davisius, in altera tamen *cooriuntur*." *Ern.* Servavi equidem Manutianum illud *concitantur*, quamquam de eius codice dubito: videntur quoque idem habere duo Codd. Oxx., habet Cod. Marb. et receperunt, post Lambinum, Ern. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Et facile quidem potuit oriri vulgata *cogitantur* ex scriptione *cōcitantur*. Sed, non inspecta Bentleii annotatione, offensus sum, cum viderem Ciceronem recepta ea lectione ita balbutire: *ex qua concitantur perturbationes, quae sunt — turbidi — concitatique motus*. Quare cum Codd. ad unum fere omnes (in uno Ox. est *excogitantur*) pertinaciter teneant istud *cogitantur*, fieri posse existimavi, ut, quod non semel fecit Cicero in libris ad philosophiam spectantibus, verbo paullo insolentiore, nec tamen inusitato, sed ad analogiam facto, uteretur scriberetque *coagitantur*, unde quam facile fieri potuerit vulgata quis non videt? Reliquae certe emendationes longius a literarum ductibus eius recedunt. Optima certe ea esset

quae sunt, ut paullo ante diximus, turbidi animorum concitatique motus, aversi a ratione, et inimicissimi mentis vi-
b. taeque tranquillae. Important enim aegritudines anxias atque acerbas, animosque affligunt et debilitant metu: iidem inflammant appetitione nimia; quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quandam animi, a tempe-
35. rantia et moderatione plurimum dissidentem. Quae, si

---

lectio, quam habet Ed. Leod., quamque cum nostra reperio in marg. Ed. HWolfii *gignuntur:* nisi certissime correctori deberetur. Reliqui omnes, et scripti et editi, in *cogitantur* conspirant: unus adeo Ox. in seqq. habet *cogitatique* pro *concitatique*. Vox *ante* abest a Gud. 2. *Mr.*

turbidi animorum concitatique motus] „Appuleius non minus licenter quam decenter *turbelas* appellat hosce turbidos motus perturbationum, cum ait in Daemonio Socratis [p. 48. 20. Elmenh.]: *Quae omnes turbelae tempestatesque procul a deorum caelestium tranquillitate exulant.*" *Beroald.* In uno Ox. est *metus* pro *motus*, in alio *adversi* pro *aversi*. *Mr.*

inimicissimi mentis vitaeque tranquillae] Solus Dav. in tribus, quae ad manum sunt, Edd. tacite dedit *menti*, non male, sed, ut videtur, invitis libris omnibus. Pergit Cod. Gud. *et vitae tranquillae.*" Verba *important — anxias atque* desunt in Gud. 2. *Importandi* verbo alibi quoque usus est Cicero, eadem significatione, itemque Cicero filius ad Famm. XVI. 2: nec vero, ut videtur, sine Dativo, ut hoc loco. *Mr.*

animosque affligunt et debilitant metu:] Duo Oxx. *animos*, omisso *que*, unus *animosque et affligunt*. Gud. *confligunt*, Duisb. *atque debilitant*. Post *metu* pergunt Reg. unus Ox. Marb. Gud. 1. 2. Gud. antiquo scribendi modo, *idem*, Mon. 1. *et idem*, Duisb. *et iidem appetitione inflammant;* duo Oxx. Aug. *item*, unus Ox. *id est*, alius *unde*; habent etiam *item* Edd. P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Scripsit Dav., nescio an sine libris, *cum cupiditatem, tum libidinem*. Sed quamquam saepissime apud Ciceronem editur *tum — tum*, ubi restituendum est *quum — tum*: quod optime docuit Stuerenburg ad Cic. pro Arch. poët. p. 164 sqq.; nostro tamen loco lectio *tum — tum* praestat, quia ponitur pro *modo — modo, nunc — nunc*, nec vero pro *et — et*: hoc enim si esset, *quum — tum* requireretur. Cf. mox §. 36: *tum moderatum — tum temperantem. Quantum* pro *quam tum* habent Gud. 1. 2; Aug. habet *tum libidinem tum cupiditatem;* alterum *tum* omittit Gud. 2. Post *impotentiam* intelligendum esse *nempe*, vel *dico*, vel *puta* monet Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 6. 17. coll. de Divin. 1. 2. 3. ubi idem ad v. *in haruspicum disciplina*, utpote in clausula explicandi causa addita, subaudiendum esse contendit. Tale quid videtur sensisse scriptor Codicis Mon. 1. in quo est *impotentiamque*. Nam et ipsum illud *que* nonnunquam explicandi causa additur. Vide modo, ne longus sim, Goerenzii Indicem ad Cic. de Finn. p. 685. — Tum Cod. Rehd. omittit *animi*. — Reg. Gud. 1. 2. pro *animi a* habent *anima*. Rehd. *plurimum dissentientem*, *dissidentem*, glossa verbo Ciceronis praemissa. *Mr.*

Quae si quando adepta est id] „Vet. cod. *adeptaretur id.* [illegible] *adeptuerit* [voluit sine dubio *adepta erit*, ut est in marg. ed. L. [illegible] Marg. *Lamb.* 1581. In marg. Goth. 1596. est: fort. *adeptar*[illegible] in marg. Goth. 1660: s. *adeptaverit id.* — Palat. pr. *eadem* [illegible] *retur id.* secund. *eadem putaretur id.* tert. ut. et Fab. Vat. *si* [illegible]

quando se adeptam retur id, quod ei fuerit concupitum,

ea demptaretur id. quart. *ea deputaret id.* quint. *adeptaretur id.*" *Gebh.* —

Quae si quando adepta est id] Haec lectio non est a Codicibus. Reg. Vatic. aliique Mssti *eademptaretur;* at vetus Lambini Codex, Bak. Balliol. et Pal. quint. *adeptaretur id,* unde ne literula quidem mutata rescribendum puto *adepta retur.* Hellenismus est, idemque valet ac *se adeptam esse retur.* Virgilius Aen. II. 377.

— Sensit *medios* delapsus in *hostes.*

Horatius lib. I. Epist. VII, 22.

Vir bonus ac sapiens dignis ait esse paratus.

Propertius lib. II. Eleg. VII, 45.

Visura *et quamvis nunquam* speraret *Ulixen.*

Ovidius Metam. XIII, 141.

— *Retulit Aiax*

Esse *Jovis* pronepos —

Nec dubito, quin eiusdem libri vs. 135. reponi debeat, ut habet Bas.

— *Quod, ut est, hebes esse* fatetur,

non *videtur;* Aiax enim se dicendo parum valere fassus est. Sulpicius Severus Dial. II. cap. VIII, 2. *Nos in hac parte numquam vel Martini exemplo vel his disputationibus* corrigendi fatemur. Sed exemplorum satis. Adi tamen sis Priscianum lib. XVIII. col. 1183. Casp. Scioppium Veris. IV, 15. et Dan. Vechnerum Hellenolex. I, 29. Ex binis voculis in unam compactis natum mendum, cuiusmodi etiam nunc haeret apud Justinum Martyrem Apol. I. cap. 8. ubi vir sanctissimus, postquam locutus est de sempiternis malorum poenis, sic infit: *Εἰ μὲν οὖν ἄπιστον καὶ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις πρὸς ἡμᾶς, ἥδε ἡ πλάνη ἐστὶν ἄλλου πρὸς ἕτερον, ἕως οὗ ἔργῳ μηδὲν ἀδικοῦντες ἐλεγχώμεθα.* Scribe et interpunge *εἰ μὲν οὖν ἄπιστον καὶ ἀδύνατον τοῦτο φήσει τις, πρὸς ἡμᾶς ἥδε ἡ πλάνη ἐστίν, ἀλλ' ΟΥ πρὸς ἕτερον* etc. Similis plane locus est apud Athenagoram Leg. c. XXXI. pag. 136. qui meam stabilit coniecturam. *D.* In Ed. 2. Davisius recepit in contextum Bentleii coniecturam, addiditque annotationi haec: Ut ad nostrum redeam, si Graecismus ille lectoribus non placet [*adepta retur*], haud intercedo, quin eam sequantur rationem, quam doctissimus Bentleius amplexus est. Ei placet: *quae si quando se adeptam retur id* —" *Mr.*

quae si quando adepta est id] „Librorum lectio h. l. plane est depravata omnium. Regius habet: *quando eadem praeretur id* [ex nostra collatione: *quando ea demptaretur id*], unus Leid. *eadem piaretur id,* alius *quando adeptaretur id.* Quem excogitavit Hellenismum Davisius merito is fuit improbatus a Bentleio, qui mavult *si quando se adeptam retur.* Equidem non video, cur non maluerint viri docti correctionem simplicissimam eamque commodissimam Lambini: *si quando adepta erit* vel *fuerit.*" *Bouh.* Receperunt *adepta erit* ex marg. Lamb. 1584. FAWolfius, Schz. Orell. Nobb. Tbn. Reliqui *adepta est.* Ego vero recepi Bentleii emendationem *se adeptam retur* duabus rationibus motus. Primum, si ita scripsit Cicero, facilius intelligitur, quomodo locutio paullo insolentior tam varie corrumpi potuerit: deinde, recepta ea emendatione, nonnisi una litera addi debuit optimorum librorum lectioni. Habent nimirum Reg. Bern. [in marg. ab al. m. *adeptaretur*] Marb. Gud. 1. Duisb. EADEMPTARETVR, quod a scriptione nostra: SEADEPTAMRETVR tantummodo litera *S* addita differt, et loco mota M., quae lineola significata facile ad Ē ab Ā transferri potuit. Gud. 2. habet *demptaretur* (sine *ea*),

tum effertur alacritate, ut nihil constet, quod agat: ut ille

---

Aug. *ea deputarent*, Rehd. *eadem putaretur*, Gud. *eadem piaretur*, Mon. 1. *ea depcaretur*, unus Ox. *cadere putaretur*; duo *ei adeptaretur*, duo ut Gud., duo alii ut Rehd. Cum marg. Bern. facit Ed. P., Cod. Vind. 1. exhibet *adipisceretur*. Mon. 2. *eadem potiretur*. *Mr.*

id, quod ei fuerit concupitum] „An *fuerat*? Sic MS. Guelf. itaque recepi." *Ern.* Cod. Rehd. *fuerit ei*. Verbum finitum omittit Cod. Mon. 1. De Dativo *ei* Passivo adiuncto vid. Otto in Excursu ad Cic. de Finn. p. 376. Ernesti coniectura non est necessaria. *Mr.*

tum fert alacritatem] „In malis dici *alacritatem* Testis est Nonius et indicat Cicero, cum ait virum temperatum constantem esse, *sine alacritate sine ulla libidine*. Asconius Paedianus tradit alacrem dici eum, qui viget sensibus universis, quod est indicium recti animi atque sublimis: sicut e contrario *lacer* dicitur amputatis in corpore membris, hoc est, auribus, oculis, manibus, quod ad animum saepe transfertur. Sic *alacer* dicitur is, cui omnis sensus, in suo loco quisque, degat. Illud quoque intelligitur, aliud esse *alacrem*, aliud *laetum*. Sunt qui *alacrem* festinantem et properum dici putent, quasi *alis acrem*." *Beroald.* [Iam v. de voce *alacer* Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 450. sq.] In marg. Edd. Lambb. scriptum est Lambinum dedisse *tum ea fertur alacritate*. Brutus autem ait se cum Lambino legere *tum fertur alacritate*, et ita scriptum exstare in Gryph. exemplari. „*Tum fertur ea alacritate* est vera lectio, cuius vestigia in nostro quoque manuscr. exstant, haec: *Tum affertur alacritate* pro *tum ea fertur alacritate*." *Frc. Fabric.* „Fabr. *affert*. Ceterum Pall. sec. quart. Vatic. *tum fert alacritate, ut n. e. c. quid agat*. Lambinus, ut est in Gryphii libro, *tum ea fertur alacritate*." *Gebh.* „Minimé placet lectio vulgata: *tum fert alacritatem*. Codd. bene multi: *tum fert alacritate;* D. Lambinus coniecit: *tum ea fertur alacritate*. Cantabr. *tum affert alacritate*. Testatur autem Fr. Fabr. in MSto Colon. fuisse *tum affertur alacritate*: repono: *tum effertur alacritate*, quae minima est mutatio, huic tamen vitio sanando perquam videtur commoda." *Dav.* Ed. 1. „Est *alacritate* in Cod. Reg., *feret* in uno Leid. Equidem cum Bentleio suspicor Ciceronem scripsisse *tam effertur alacritate*. In seqq. delet *esse*. Dav. corrigit *nihil ei constet*. Possis etiam legere: *nihil ipsi constet*." *Bouh.*

Tum *fert alacritatem*] A Tullii manu non est haec lectio. Nonnulli Codices *tum affert* vel *affertur alacritate;* Gryph. autem *tum ea fertur alacritate*. Lego *tum* ea effertur *alacritate;* quae minima est mutatio, Ciceronianoque loquendi modo consona. *D.*

Tum fert alacritatem, ut nihil esse constet, quod agat: ut ille, qui voluptatem animi nimiam, summum esse errorem arbitratur.] „Quid? An in hoc vitiositatis exemplum est? An ei, qui voluptatem errorem arbitratur, prae laetitia nihil, quod agat constabit? Nugae! Correctiones virorum doctorum hoc non attingunt. Olim conieci: *tantam infert alacritatem, ut nihil esse constet, quod agat ille, qui* cet. i. e. ut frustra is obloquatur, qui —. Id vero nunc non satis placet. Malim: *tantam infert alacritatem, ut nihil constet, quod agat, ut ait ille, qui voluptatem animi etiam summum esse bonum arbitratur*. Intelligo Epicurum." *Nissen.* Ego vero video hominem [illegible] ticum hariolantem. *Mr.*

tum fertur alacritate, ut nihil ei constet, quod agat:] „[illegible] regiis MSS. dedimus, ut e suis voluere Lambinus et Davisius, [illegible] vulgato. — Infra pro *summum esse errorem* Bentleius reponit: [illegible] *mum esse aegrorem*, idque verum videtur." *Lallemannus.*

qui *voluptatem animi nimiam summum esse errorem* arbitratur. Eorum igitur malorum in una virtute posita sanatio est.

---

tum effertur alacritate] Ita dedi cum Dav. in ed. 2., FAWolf. Schz. Or. Nobb. ex Codicum vestigiis, quorum optimi, Reg. Gud. 1. 2. tres Oxx. Gud. Marb. Rehd. Duisb. habent ablativum *alacritate*. Pro *fert* habent *affert* unus Ox. Rehd. Confert Orell. §. 37, ubi est: *cui nihil — nimis laetabile ad efferendum videri potest* (ubi item Codd. Reg. Gud. 1. 2. all. habent *ferendum*) et §. 39: *quod adeptus efferas te insolenter*. Addit autem Tusce. III. §. 11. *feruntur aut libidine aut iracundia*. Cum vero optimi libri consentiant in *fert*, quod ex compendio scriptionis *fertur* [*fert*] facile potuit oriri, et habent Codd. Gryph. et Vind. 1. et Regiis Lallemanni, melius fortasse cum Bruto et Lallemanno recepissem *tum fertur alacritate*. Sola Ed. Tbn. habet *efferetur alacritate*. Reliqui habent *tum fert alacritatem*. *Mr.*

Nihil ei *constet* quid *agat*] Vulgo *nihil* esse *constet*, quod *agat*. Codices autem prae se ferunt *ut nihil esse* (Reg. *est*) *constet* quid *agat*; unde Cl. Bentleius id quod exhibemus reposuit. *D.*

ut nihil constet, quod agat] „*Esse* delendum est. Bentleius corrigit *ei*." *Ern.* Nos plane sequendum duximus Bentleium in annot. ad calcem libri nostri: cuius etiam rationem et explicationem v. *constet* nostram facimus. Accedunt Goerenz. ad Cic. de Finn. II. 4. 14: ubi est versus:

Tanta laetitia auctus sum, ut nihil constet;

itemque FAWolf. in Edd. 2. et 3. [in prima recepit *ei*] Schz. Or. Recepit etiam *ei* Lall. cum Dav.; itemque Bipp. Mannh. Nobb. Eius loco habent *ipsi* Edd. Ox. Oliv. Tbn.; *eius* habet pro *esse* unus Ox. Reliquae Edd. servant *nihil esse constet*. Codd. Reg. Gud. 1. 2. Bern. habent *est constet*. Pro *quod* est *quid* in Codd. duobus Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. *Mr.*

ut ille, qui voluptatem —] „In Epist. ad Caelium lib. II. [9.] παροιμιωδῶς partem huius dicti Cicero inseruit: *In quo quum obiurgarer, quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam: Ego voluptatem animi nimiam* — Versus est Trabeae comici, ut significatur de Finib. II. [4.] Nam et ille apud Trabeam voluptatem animi laetitiam nimiam dicit: eandem, quam ille Caecilianus, qui omnibus laetitiis laetum se esse narrat." *Camerar.* „Quidam, Codd. habent non *animi*, sed *homini*, ut sit sensus: nimiam homini voluptatem esse causam desipientiae." *Beroald.* Dav. in Ed. 2. Bentleii emendationem *aegrorem* pro *errorem* recepit. *Mr.*

Voluptatem animi nimiam summum esse errorem *arbitratur*] Trabeae versus fuit,

Ego voluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitror.

Vide Fin. II, 4. et Famil. II, 9. Infra cap. XVII. *Eaque omnia aut nimis tristia aut nimis laeta* errore *fieri? Qui si* error *stultis extenuetur* etc. *D.*

ut ille qui voluptatem animi nimiam —] Cod. Mon. 1. *illam qui*. Unus Ox. *animae*. Rehd. *voluptatem animi summum iam esse*, omisso *nimiam*. Mon. 1. *summumque errorem esse*. Vind. 1. *bonum* pro *errorem*, ex quo errore iuncto cum hallucinatione Codicis Rehd. Nissenius suae hariolationi patrocinium repetere potuisset. Scribitur *errorem esse* in Codd. Vind. 2. Duisb. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. Ad sententiam vid. Cic. de Finn. II. 4. 13. p. 131. sq. ed. Goerenz. q. v. Duo Oxx. habent *arbitrantur*, Vind. 2. *arbitretur*. Unus Ox. *Errorum* pro *Eorum*. Gud. 2. omittit *una*. Rehd.

16 Quid autem est non miserius solum, sed foedius etiam et deformius, quam aegritudine quis afflictus, debilitatus, iacens? Cui miseriae proximus est is, qui appropinquans aliquod malum metuit, exanimatusque pendet animi. Quam

habet *sanatio posita*. Gud. 2. *sanationem* omisso *est*. Duisbg. habet *sanatio*, item abiecto *est*. *Mr*.

c. 16. *Quid autem est* —] Coniicit Beierus ad Cic. de Off. II. 15. 54. p. 104. verba haec transponenda esse: *Quid est autem*, quo ordine gravi cum asseveratione collocentur. Sed nullus assentit liber: quamquam II. 24. 57. est: *quid est enim*, V. 23. 67: *Quid est autem* — Add. nos ad Cic. de Legg. I. 12. p. 87. et nunc potissimum Otton. ad Cic. Cat. Maj. Excurs. I. p. 222—224. — Pergit Mon. 1. *non solum miserius*; tum Duisb. *verum etiam foedius*. Marb. habet *fedius esse deform*. Proximum *et* omittunt Codd. Mon. 1. et Gud. 2. Tum unus Ox. *quam aegritudinem*. Exempla positi *quis*, quasi ἐγκλιτικῶς, pro *aliquis*, non praecedentibus vocibus *ubi, ne, si, nisi* —, vid. apud Tursellin. de Particull. p. 808. ed. Schwarz. Handii Tursellin. I. p. 259—264. Cod. Mon. 1. *deformidius*. Ern. coniiciebat *quam aegritudinibus his afflictus*, quia ante sunt *aegritudines*. *Mr*.

afflictus, debilitatus, iacens?] „Ita Gryph. Cod. quae mihi videtur lectio concinnior vulgatâ *debilitatusque*." *Brutus*. „Iussus sic scripsi auctoritate vet. cod. Lambiniani, Pall. sec. tert. quart. Vat. Vulgo *debilitatusque iacens*." *Gebh*. Davis. in Ed. 2. haec: „Bak. noster *debilitateque iacens?* Baliol. vero *debilitatus atque iacens?* Lege *debilitotusque iacens?* et ita dant veteres editi. Sic cap. 17: *oppressus iaceas*, et lib. II. c. 22: *afflicti et exanimati iacent*. Nec aliter aliis in locis." Contra hanc annotationem defendit Wopkens. Lectt. Tull. p. 83. ed. Hand. Gebhardi scriptionem, quam post eum habent omnes, ante eum nemo. In uno Ox. est *debilitate*, in quinque Oxx. Vind. 1. [qui habet *affectus*] 2. Gud. [qui habet *iacet*] Mon. 1. 2. *debilitatusque*; in Duisb. *et debilitatus*. Habent nostra verba eorumque collocatio aliquid parti versus senarii iambici simile. Vocem *aliquod* deesse in Cod. MS. nescio quo monet Verb. in marg. *Mr*.

exanimatusque pendet animi] „*Exanimatus, pendet animi*. Ita Nonius cap. 5. in Genitivus positus pro ablativo." *Goth*. in marg. Cod. Gud. 2. habet *exanimat*, omissis verbis *pendet animi*. Rehd. et Aug. *pendet animus*; Mon. 1. *pendet animo*. Supra quoque est ablativus I. 40. 96. pendemus *animis*: ad quem locum vid. annot. ibiq. laudd. *Mr*.

Quam vim mali significantes poëtae] „Iunge *vim mali*: ne fortè cogites de malis poëtis." *Beroald*. Habet Cod. Mon. 1. *Quam significantes vim mali poëtae*. Edd. autem vett. ante Gebh. (exceptis V. Rob. Steph. Herw. Leod.) *quam vim significantes mali poetae*. Scribitur *pendere* pro *impendere* in Cod. Vind. 1. „M. Tullius in prima de Finib. [c. 18.] *Accedit etiam mors, quae, quasi saxum Tantali, semper impendet*. Nunc ad dolorem et metum decenter accommodat. — Plato in Cratylo Tantalum interpretatur quasi ταλάντατον, miserrimum inimicissimumque. Lucretius et alii existimant superstitionem significari per eos, quibus casurum imminet saxum." *Beroald*. [Locus Platonis est Cratyl. p. 395. e. Steph. T. III. p. 255. Bip.; T. I. p. 29. Bekk.] „De Tantalo vid. etiam Hieroclem in Aur. Carm. p. Muncker. et Vērheyk. ad Antonin. Liberal. p. 159. ed. T. [p. 244. ed. Verheyk.] Tzetz. Chiliad. V. 480. sq." *Schuch*. „A quam ii, quos laudat Dav., sequitur fabulam Homerus Odyss.

vim mali significantes poëtae, impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt,

Ob scelera animique impotentiam et superbiloquentiam:

---

quae non est confundenda cum Pindarica, quae Archilocho debetur." *FAWolf.* in scholis. — Unus Ox. omittit *saxum*, alius *faciunt*. *Mr.*

Inpendere apud inferos saxum Tantalo faciunt] Ut mendacibus solet evenire, de Tantali poenis variae sunt Poetarum sententiae, quas recensuit Scholiastes ad Pindari Olymp. I, 95. Noster Euripidem habuit ducem Orest. vs. 5. pro cuius sententia

— *Τάνταλος*
Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δαιμόνων πέτρον
Ἀέρι ποτᾶται καὶ τίνει ταύτην δίκην.

Ex eadem mente Lucretius III, 993.

Nec miser impendens magnum timet aëre saxum
Tantalus.

Ita plures alii. Vide nostrum Fin. I, 18. Plutarchum de Superst. pag. 170. Philostratum vit. Apoll. III, 25. Athenaeum lib. VII. pag. 281. Dionem Chrysostomum Orat. VI. pag. 97. Suidam in *Τάνταλος*, Gregorium Nazianzenum apud L. A. Muratorium in Anec. Graec. pag. 4. denique Nonnum ad Gregorii Nazianzeni Stelit. II. Hist. 31. *D.*

Ob scelera —] „Puto versum esse trochaicum antiqui poëtae, qui tamen non advertitur. Nam et mensura convenit, et verba oratoria non sunt, sed poetica." *A. Turneb.* Advv. VII. 18. „Sisenna: *Laetitia nimia atque impotentia animi commotus. Beroald.* Trochaicum versum esse hunc integrum ex aliquo tragico vidit etiam Comm. Anonym. ap. Leod. a Qu. „Potest esse desumptus hic versus ex Ennii Thyeste vel ex Attii Atreo." *Bouh.* Poëta, quicunque tandem is fuerit, ex Euripides Oreste sumpsisse videtur: ubi supplicii, quo Tantalus in aëre pendens imminentis saxi metu afficitur, causa haec affertur:

— — — — — *ὅτι θεοῖς, ἄνθρωπος ὤν,*
κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον,
ἀκόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἴσχιστον νόσον." Frc. Fabric.

Ad rem cf. etiam Gonsalum ad Petron. p. 166. Plura dabit Klopfer. in Lex. Mythol. s. v. *Tantatus*, ibiq. laudd. et v. *Pelops*. Ad v. *superbiloquentiam* Beroaldus: „A *superbe loquendo* compositum vocabulum. novantur enim verba ex coniunctione, ut *versutiloquas* malitias dixit vetus poëta; ut *incurvescere*. Sic autem dicitur *superbiloquentia*, ut *breviloquentia* ab eodem M. Tullio dicta est." „Nonius v. *praegreditur* fabulam Tantali nomine inscriptam, Pacuvio adscribit. Nostrum versum Bothius Poëtt. Scenn. p. 277. in Incertis ponit." *Orell.* ad Wolfii scholas. — Pro *ea* duo Oxx. habent *Et*. Vind. 1. omittit *est*. Ed. P. habet *est stultitiae*. Gud. 2. *stulticia est*. Mox unus Cod. Ox. *mens aberret*. *Mr.*

Ob scelera animique impotentiam et superbiloquentiam] Haec pro Tullii verbis habent editores, eaque sub eius nomine laudat Nonius in *superbiloquentia*. At vero versus est Trochaicus antiqui cuiusdam Poetae, quod dictio satis ostendit, et ante me docuit Hadr. Turnebus Advers. VII, 18. Non magis autem de ipso supplicio quam de eius causa digladiantur scriptores. Plurimi contendunt loquacitatem fecisse, ut tantas poenas subiret. Hinc Theophylactus Simocatta Epist. LXVIII. *Ἐντεῦθεν καὶ Τάνταλος ἐκολάζετο· περὶ τὰ θεῖα γὰρ ἔσχε τὴν γλῶτταν ἀκόλαστον.* Nescio quis apud Athenaeum lib. VII. pag. 281. eum tam duris modis acceptum tradit, quod *τὸ ζῆν τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς θεοῖς* optarit. At vero Pindarus Olymp. I, 95. *Ἔχει δ' ἀπάλαμνον*

ea communis poena stultitiae est. Omnibus enim, quorum mens abhorret a ratione, semper aliqui talis terror impen-
36. det. Atque, ut hae tabificae mentis perturbationes sunt,

βίον Τοῦτον, ἐμπεδόμοχθον Μετὰ τριῶν τέταρτον Πόνον· ἀθανάτων ὅτι κλέψας Ἀλίκεσσι συμπόταις Νέκταρ ἀμβροσίαν τε Δῶκεν. Hunc secuti sunt alii nonnulli. Vide Tzetzem Chil. V. Hist. 10. *D.*

semper aliqui talis terror impendet] Veteres editi *semper aliquis aliis dolor, aliis terror impendet.* Ad quae verba Beroaldus: „*dolor* ad aegritudinem refertur, *terror* ad metum.“ Camerarius: „Venetis in libris ita: *Semper aliquis talis terror impendet*, quae et mihi scriptura probatur. Significat autem terrorem similem saxi Tantalei.“ Frc. Fabricius: *semper aliquis terror* est in manuscr. tantum, atque ita Victorius edidit. Sequentium verborum testimonio utitur Nonius in *Tabificum.*“ Brutus: „*Semper aliquid aliis terror impendet:* ita Cod. Gryph. ex qua lectione corrupta videtur vera elici posse: *semper aliquis talis terror impendet;* quomodo olim Victor. excudendum curavit. Sed tamen a vulgata lectione non discedo.“ Gebhardus: „*aliquis talis terror* edidit, Victorium secutus, Lambinus, nec longe abeunt vett. Codd. Palat. quart. Vatican. *semper aliquid aliis terror i. a. ut haec.* Palat. quint. *semper aliquid aliis dolor aliis terror imp. Atque ut haec.*“ Gronovius: „Ex omnium horum codicum lectione manifestum est nos induci, ut credamus scripsisse Tullium *semper aliqui talis*, quum litera postrema vocis *aliquis* appareat nusquam.“ Verburg.: „Visa est mihi elegantissima Pal. quinti lectio [*aliquid, aliis dolor, aliis terror, impendet.*]: quam cum Dav. receperit [Ed. 1.] et eadem exstet in Veneta anni 1491. nullus haesitavi eam quoque recipere.“ In eadem sententia fuit Lallemannus, qui cum Verburgio lectionem Palatini quinti recepit, addens consentire ei in ceteris regios; sed, ait, duae voces, *aliis dolor*, ab oscitante librario propter similitudinem omissae. — Mihi nihil certius est, quam verum vidisse J. Gronovium, quem secuti sunt Dav. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Qua lectione recepta in optimorum librorum lectione, ALIQVIDALIS, nonnisi una litera mutanda fuit [ALIQVITALIS]. Et sic Vind. 2. Gud. 1. Aug. Rehd. Marb. Bern. (a 1. m.) tres Oxx. In Gud. 2. est *semper aliis torror* [sic]; in uno Ox. Duisb. et Mon. 1. omissum est *talis*, unus eius loco habet *alius*; duo habere videntur *aliquis talis terror*; Vind. 2. *dolor* pro *terror:* quae varietas in aliis fuit causa, utriusque substantivi recipiendi. Gud. omittit *terror*, et habet *aliquid talis.* Cod. Mon. 2. *aliquid aliis dolor aliis terror.* A. Lallemanni partibus stat Ed. A. Cum Victorio habent *aliquis talis terror* Rob. Steph. Gebh. Ern.; reliqui, ut veteres editos habere diximus in principio annot., nisi quod Bip. et Mannh. Verburgium et Lallemannum sequuntur. De scriptione *aliqui* v. Beier. ad Cic. de Off. I. 32. 115. p. 246. III. 7. 53. p. 236. ubi et nostri loci memor fuit; nos ad Cic. de N. D. III. 38. 91. extr. p. 235. ed. min.; ad Cic. de Rep. I. 44. p. 179. III. 16. p. 373. Add. Frotscher. in Obss. Critt. in quosd. locos Quinctil. p. 34. Forcellini Ed. nov. Germ. p. 134. v. *aliqui*, Jahnii Anall. Philoll. et Paedagogg. 1829. II. 4. p. 390. Est etiam infra V. 21. 62: *cui semper aliqui terror impendeat. Mr.*

Hae tabificae mentis perturbationes sunt] Laudat Nonius in *Tabificabile. D.*

Atque ut hae tabificae mentis perturbationes sunt] Scribitur *haec* in Codd. Gud. 1. Rehd. duobus, ut videtur, Oxx. et Ed. FAWolf. secunda. Vocem *hae* omittit Cod. Aug. Tum Gud. 2. habet *mentes*; unus Ox. *perturbatione*, omisso *sunt.* Mox Gud. *et metum dico*, in-

aegritudinem dico et metum: sic hilariores illae, cupiditas avide semper aliquid expetens, et inanis alacritas, id est laetitia gestiens, non multum differunt ab amentia. Ex quo intelligitur, qualis ille sit, quem tum moderatum, alias mode-

---

verso ordine. Pro *illae* Reg. *ille*, Aug. *illa*. Gud. *cupiditates*, Rehd. *cupiditatis*, supra lin. *tas*. Duo Oxx. post *semper* addunt *est*, iidem omittunt *expetens*, cum Codd. Marb. Aug. In marg. Lambb. et Goth. est: fort. *appetens*"; Capitis vero sq. principio multi editi habent *nec sitienter quid appetens*, ubi in marg. Lambb. et Goth. scriptum est habere quendam codicem veterem *exspectans*, alios *expetens*. In Cod. autem Aug. legitur *expetens aliquid inanis alacritas*. Pro *inanis* duo illi, quos modo dixi, Oxx. habent *in animis*. Pro *quem* unus Ox. *quam*; alius *tam moderatum*, alius *tamen moderatum*. *Mr.*

Quem tum moderatum, alias modestum, *temperantem*, alias constantem, *continentemque dicimus*] Non dubito quin *alias modestum, alias constantem* huc inferserint Librarii. Cum enim exadversus *moderatum*, notata varia lectione, scripserant priores *als modestum*, et exadversus *temperantem*, similiter *als constantem* (quod et inter lineas interdum sit) quatuor illas voces imperite Tullio tribuerunt posteri. Locum igitur sic lego: *quem cum moderatum*, tum *temperantem continentemque dicimus*. Adi lib. III. cap. 8. *D.*

quem tum moderatum, alias modestum, temperantem, alias constantem continentemque dicimus:] „Quae exstirpata vult Davisius, posse adservari docet locus ille III. 8: *Quam* (σωφροσύνην) *soleo equidem cum temperantiam, tum moderationem appellare: nonnunquam etiam modestiam . . . . Eius videtur esse proprium, motus animi appetentis regere et sedare, semperque — servare constantiam. . . Qui sit frugi igitur, vel si mavis moderatus et temperans, eum necesse est esse constantem.*" *Wopkens.* l. c. p. 128. Ad quae Handius: „Egregie haec inter se contulit Wopkensius. Nullam offensionem habent synonyma, quae volunt, coacervata: nam in reddendo graeco vocabulo σωφροσύνης semper ambigebat Cicero. Sed deest particula inter verba *modestum, temperatum*. Orellius recepit *et temperantem* [debebat etiam H. scribere *temperantem*]. Ego suspicor: *quem tum moderatum, alias modestum, tum temperantem, alias constantem* — Synonyma *moderatus* et *modestus* opponuntur reliquis quodam modo." Accedit aliquantum Wopkensio Bouhierius. Nissenius post *modestum* addi volebat *et*. Et ita est in aliquot Oxx., Edd. (excepta P.) ante Gebh. itemque Lall. Bip. Quod autem ait Or. *et temperantem* esse in Cod. Bern., in eo aeque erravit vir amicissimus, ac cum scriberet, *tum* ante *temperantem* coniecturam esse: ita enim est in Gud. 1. optimo et antiquissimo, et receperunt FAWolf. et Schz. Quid autem facilius potuit excidere quam *tum*, si scriptum erat MODESTVM? Cum Davisio habent *atias modestum, temperantem* reliqui Codd. Edd. Gebh. Verb. Ern. Nobb. Tbn. In Cod. Vind. 1. est *tum modestum alias moderatum*. Verb. in marg. refert in MS. nescio quo abesse verba *alias modestum*, quae FAWolf. uncinis inclusit. Solus Schz., nimis cupide, ut solebat, ex sententia Davisii locum truncavit scribens: quem *tum moderatum, tum temperantem continentemque dicimus*. Ad locutionem *tum — alias* Or. laudat Tursellin. de Particull. p. 1031. ed. 1751. et Ramshorn. Gr. Lat. p. 511. Reperiri etiam *alias — tum* docet Hand. in Tursellino I. p. 220 sq. Cod. Gud. habet *cum moderatum*, ut volebat Dav. Gud. 2. omittit *que* post *continentem*, unus Ox. habet *ducimus*. Gud. et Gud. 2. omittunt *haec*; Vind. 1. et Aug. habent *vocabula eadem*. Pergit Ed. A. *ut frugalitas nomen*. Ad

stum, tum temperantem, alias constantem, continentemque dicimus: nonnumquam haec eadem vocabula ad frugalitatis nomen, tamquam ad caput, referrē volumus. Quod nisi eo nomine virtutes continerentur, numquam ita pervulgatum illud esset ut iam proverbii locum obtineret, p.217. a. *hominem frugi omnia recte facere.* Quod idem quum Stoici

---

haec verba vid. quae monuimus ad III. 8. 16 sq. Gud. 2. habet *ad frugalitatem nomen.* Scribitur *conferre* in uno Ox. Vind. 2, idque alios, nescio quos, habere ait Verb. in marg. *Mr.*

Ad frugalitatis nomen] Vide quae diximus ad lib. III. cap. 8. *D.*

Quod nisi eo nomine virtutes continerentur,] „*Quod nisi* [πλεοναστικῶς] dicitur ut alibi *quod quoniam* (de Invent. II. 2.); *quod ultinam, quod ut* pro Milon. 19; *quod quidem* de N. Deor. II. §. 24.“ *Orell.* ad W. scholas. Add. nos ad locum de N. D. p. 95. ed. min. Beier. ad Cic. Lael. 15, 53. p. 83. A. Matthiae ad Cic. pro Sulla XXIV. 68. pag. 41. *Mr.*

nunquam ita pervulgatum illud esset,] Ita Codd. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Mon. 2. Gud. Duisb. Rehd. (nisi quod habet *esset illud*) Marb. Vind. 1. 2. Mon. 1. (nisi quod hi tres cum Rehd. faciunt:) quatuor Pall. priores, ut refert Gebhardus, qui addit: elegantius etiam scribere Victorium: *nunquam ita per illud vulgatum esset.* Ad quae Gronovius: „Ubi manet mentio aliorum optimorum codicum? Nam profecto Victorianam lectionem plene exhibet Vaticanus, unde eam reponere non dubitavi, quum existimem et in aliis libris melioribus eam esse, et tmesin illam non posse abesse a Ciceronis suavitate.“ Cum Vict., praeter Gronovium, faciunt Rob. Steph. Ern. Alt. eamque lectionem defendit Garaton. ad Or. pro Sext. p. 129. „Sed, ait Or., tmesis ista videtur habere locum dumtaxat in talibus: *per mihi scitum videtur, per mihi gratum accidit,* non item in participiis compositis *pervulgatus, permotus, perscriptus* cet.“ Scribitur *illud ita pervulgatum* in Edd. P. A. B. C. M. L. Herw. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Car. Steph. Brut. Boul. Ald. HWolf. In uno Ox. et Aug. est *promulgatum.* Nobiscum faciunt, praeter Codd. laudd., Edd. S. E. D. Lall. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. itemque Leod. Bip. Mannh. Nuperrime E. V. E. Vogel. in Prolusione Bipontina 1831. p. 27 sq. contra Orellium ad Cic. pro Lege Man. 14. 46. haec monuit: „nolim h. l. a V. D. repudiata esset palmaria Gulelmii coniectura *per erat molestum* (pro *semper erat molestum*). Quod eo fecit errore, quod ut h. l., sic ad Tusc. IV. 16. 36. existimavit, huiusmodi τμῆσιν tantummodo ante pronomen locum habere. Sed latius patuisse eius usum demonstrant loci ad Famm. III. 5: *Mihi Phanias dixit, per fore accommodatum tibi.* ad Att. X. 1. *per enim magni aestimo.* de Orat. I. 47: *pergrata perque iucunda.*“ Hoc quidem vere contra Or. annotationem ad Orationis pro Lege Man. locum monuit. Nostro vero loco optimi libri consentiunt. Ferri vix posset: *per illud vulgare esset. Mr.*

hominem frugi omnia recte facere] „Vid. Erasmum in Chiliadibus. Iam, ut ait Diogenes Laërtius in vita Zenonis, Stoici dicunt sapientem omnia recte agere.“ *Comm. Anon.* ap. L. a Qu. — V. Erasmi Chil. Adag. II. 2. 62. in Ed. Wechel. p. 756. Diog. Laert. VII. 128: *πάντοτε τῇ ψυχῇ χρῆται οὗσῃ τελείᾳ ὁ σπουδαῖος.* Cf. VI. 105: *σοφὸς ἀναμάρτητος.* Legitur autem *recta* in Codd. Reg. Rehd. Gud. 1. Duisb. Vind. 2. duobus Oxx. In antecedentibus Gud. 2. habet *etiam locum obtineret:* omissa voce *proverbii.* Post *Quod* Vind. 2.

de sapiente dicunt, nimis admirabiliter nimisque magnifice dicere videntur.

Ergo is, quisquis est, qui moderatione et constantia quietus animo est, sibique ipse placatus, ut nec tabescat molestiis, nec frangatur timore, nec sitienter quid expetens ardeat 17. 37.

---

omittit *idem*, Vind. 1. et Duisb. habent *Stoici quum*, Gud. *de sapiente quum Stoici:* Unus Ox. habet *Stoici sapientes*. Gud. omittit *nimis:* eius loco Marb. habet *animis*. Ad sententiam laudat Kühnerus Cic. de Finn. III. 22. 75. Cod. Vind. 2. habet *admirabiliter magnificeque*. Ed. A. omittit *dicere*. Unus Ox. habet *animis, adnubiliter minusque*: alius omittit *nimisque*. *Mr.*

Cap. 17. *Ergo* hic, *quisquis est*] Sic Reg. Pithoean. et Med. Vulgo *ergo is, quisquis est*. *D.*

c. 17. *Ergo is*] Restitui *is* cum Or. et Nobb. cum Edd. vett. et recc. Davisius autem neminem praeter Ed. Tbn. obsequentem habuit. Et tacet nostra Codicis Regii collatio: quamquam huic silentio non multum, hoc vero loco nihil, tribuo: non magis, quam collationis Codd. Oxonn. silentio, quos h. l. omnes consentire in *is* credere possis. Quam saepe autem *ii* et *hi*, *iis* et *his* confundantur, saepe vidimus: rarius id fieri in *hic* et *is*, consentaneum est: confusis autem semel utriusque vocis significationibus, ad normam corruptorum eo errore locorum, librarii, quod casus non ferebat, emendatione prava supplebant. Est autem *is* in Codd. Gud. 2. et Vind. 1. itemque Mon. 2. a sec. m. Ad formulam *quisquis est* vid. Beierum ad Cic. Lael. XVI. 60. p. 96. (qui item legit *is*): Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 35. ed. 3. Unus Ox. habet *quisquam*. *Mr.*

qui moderatione et constantia quietus animo est,] Or. ex Ed. C. enotavit *qui mod. et constantia polleat, quietus animo est*; idem habet Ed. Ven. Alt. cum Asc. 2. Junt.; in Vind. 1. et Aug. est *constantia polleat quietusque animo est*. Duo Oxx. habent *quieto animo est*. Rehd. Vind. 1. Mon. 1. Gud. *est animo*. Pergit Aug. *sibi ipsique*, Vind. 1. et unus Ox. *sibique ipsi*, Gud. 2. omittit *ipse*. Ex qua omissione illaque scriptionis varietate facile aliquis ipsam eam vocem spuriam esse suspicari possit. Ego ei litem non moveo. In Edd. S. C. est *ut neque — nec frangatur;* Edd. ante Gebh. (exceptis P. Vict. Rob. Steph.) habent *ut neque — neque frangatur — nec — nec —*. *Mr.*

nec sitienter quid expetens ardeat desiderio] Cod. Marb. omisso *nec* habet *sicienter*, unde in sex Oxonn. orta est prava lectio *scienter*. In Cod. Aug. desunt omnia inde a v. *molestiis* usque ad *deliquescat*, aberrante videlicet librarii oculo a verbo *tabescat*, propter ὁμοιοτέλευτον ad *deliquescat*. Ad v. *sitienter* laudat Kühn. Beierum ad Cic. de Off. I. 10. 33. p. 77. ubi Beierus omnia fere adverbia in *—nter* suae annotationi infersit: quod faciens ipse sibi placuit facetusque visus est; si alius quispiam fecisset, poenas laesae elegantiae et venustatis dedisset acerbissimas. Habent etiam *scienter* Edd. P. B. C. Asc. 2. Junt.; *si scienter* Edd. A. Ven. nostr. Asc. 1. Dedi *expetens* cum Gebh. et omnibus Edd. post Gebh. ex Codd. Reg. Gud. 1. [nisi quod hi habent stribliginem *expectens*] Gryph. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. sex Oxx. Vind. 2. Edd. Vict. Rob. Steph. Brut. Leod. Sylb.; *expectans* est in tribus Oxx. Gud. 2. marg. MS. Asc. nostr. 2. Edd. S. E.; in reliquis *appetens*. Cod. Gud. 2. et Reg. habent *ardet*, Vind. 2. *arderet*. Mox pro *futili* Gud. 1. *fututi*, unus Ox. *facili*, alius *facile*, unus *defacili*, alius, *subtili*. Ad h. v. Beroaldus: „*inani*. Fu-

desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat, is est sapiens, quem quaerimus, is est beatus: cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis laetabile ad efferendum videri potest. Quid enim videatur ei magnum in rebus humanis, cui aeternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo? Nam quid aut in studiis huma-

---

tilia vasa sunt lato ore, fundo angusto, quibus utebantur in sacris Vestae deae. nam cum aqua ad sacra Vestae pertinens in terra non ponatur (id enim piaculum foret) excogitatum est vas, quod stare non possit, sed positum statim funderetur: Unde *a fundendo* vocata sunt *futilia*. Sic et futiles homines dicti, qui silere tacenda non possunt, sed ea effundunt. Pro *deliquescat* Cod. Rehd. *delinquescat*. Mox unus Ox. *id est beatus*, Gud. 2. *hoc est beatus*. Mon. 1. *rerum nichil intollerabile*. De usu praepositionis *ad* in seqq. nihil opus est addere post ea, quae posuit Hand. in Tursellino I. p. 106 sqq. in primis p. 112, 115 sq. *Animum demittere* dixit Cicero etiam de Finn. V. 15; *animo se demittere* Caesar de B. G. 7, 29. — *Animum* omittit unus Ox. *Dimittendum* habet Cod. Aug. De qua confusione vid. Forcellin. v. *demittere*. *Mr.*

aut nimis laetabile ad efferendum] Scribitur *ad ferendum* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. uno Ox. Marb. Gud. Edd. Vict. Rob. Steph. ergo in optimis libris; nec tamen vera est lectio. Cod. Aug. habet *tollerabile ad deferendum*. Ad seqq. Beroaldus: „*Suspicite*, inquit Boëthius, *caelum, et desinite vilia ac terrena mirari. — Sapiens*, ut ait Seneca, *plenus est gaudio, hilaris, placidus, inconcussus: cum diis ex pari vivit*. Item: *talis est animus sapientis, qualis mundus supra lunam. Semper illic serenum est.*" Magis convenit Cic. de Rep. I. 17: *Quid porro aut praeclarum putet in rebus humanis, qui haec deorum regna perspexerit? aut diuturnum, qui cognoverit, quid sit aeternum?* v. Ed. nostr. p. 73. cf. eodem cap. p. 77. et utroque loco annott. Scribitur *ei videatur* in Codd. Mon. I. Duisb.; *videbitur ei* in Cod. Gud., *videtur ei* in Ed. P. De coniunctivo huic loco accommodato vid. Thortsen De Coniunctivo (Havniae 1827. 8.) p. 79. Wüllner. Ueb. Cas. u. Mod. p. 146. (Münst. 1827. 8.). Pro *omnis totiusque* Cod. Duisb. habet *omnisque totius*, quod sine dubio est correctoris, unus Ox. *omnisque totiusque*. *Mr.*

Nam quid aut in studiis humanis] Dav. in Ed. 2. recepit Bentleii coniecturam *Numquid*, additque: „Vel cum Cl. Bentleio reponas oportet *Numquid*: vel legas *quidnam*, vocula transposita. Statius Theb. I. 438:

— — — — *quae causa furoris*
— — *quisnam implacabilis ardor* etc."

[leg. *quinam*]. — Bouhierius „Erat, ait, cur Bentleius offenderetur repetito *nam* post *enim*: neque merito eius coniectura *numquid* videtur reprehensa a Wopkensio Lectt. Tull. I. II. p. 64 sq. [p. 90. ed. Hand.] Malim tamen *Iam quid*. Certe nimis poëticum, imo vix apud poëtas obvium, videtur, antecedente *Quid enim*, scribere *Quidnam* —". Contra Nissenius: „Haec non proxime antecedentis causam continent, sed aliam illis causam addunt. Cum enim, cur cupiditas et voluptas a sapiente absint, in prioribus demonstratum sit, iam, cur metu et aegritudine careat, demonstratur. Quare sine causa aut Bentl. *numquid*, aut Buher. *iam quid* voluere." Schz. tamen Bouhierio obsequutus est: merito improbante Kühnero. Bentleii coniecturae favent duo Oxx. quorum unus habet *nunquid*, alter *num quid*.

nis, aut in tam exigua brevitate vitae magnum sapienti videri potest, qui semper animo sic excubat, ut ei nihil improvisum accidere possit, nihil inopinatum, nihil omnino novum? Atque 38.
idem ita acrem in omnes partes aciem intendit, ut semper videat sedem sibi ac locum sine molestia atque angore vivendi: ut, quemcumque casum fortuna invexerit, hunc apte et quiete ferat: quod qui faciet, non aegritudine solum vacabit, sed etiam perturbationibus reliquis omnibus. His autem vacuus animus perfecte atque absolute beatos efficit; idemque concitatus et abstractus ab integra certaque ratione, non constantiam solum amittit, verum etiam sanitatem. Quocirca

---

— Gud. omittit *humanis*. Cod. Rehd. omittit *vitae*. Edd. ante Gebh. (exceptis Vict. et Rob. Steph.) habent *vitae brevitate*. Duisb. *videri sapienti potest*, Gud. *videri potest sapienti*. Mox Marb. et unus Ox. *animos sic*, cum Gud. 1. 2, male adhaerente priori voci litera prima posterioris. Ut h. l. dicit *animo excubare*, ita Or. Philipp. 6, 7. *consilio excubare*. *Mr.*

Nam quid *aut in studiis*] Vide Servium ad Georg. IV, 445. et Donatum ad Terentii Phorm. Act. I. Sc. IV, 23. *D.*

ut ei nihil improvisum accidere possit,] Cod. Gud. omittit *ei*. Vind. 1. habet *ut ei nihil inopinatum, nihil novum:* omissis mediis. Pro *improvisum* unus Ox. *impulsum*, neglecto compendio syllabae *pro* et corrupto *i* in *l*, frequentissimo errore: vid. Indicem Livii Drakenb. p. 115. ed. Stuttg. T. XV. 2. Sciopp. de Arte Crit. p. 49 sq. In Ed. P. est *animo* pro *omnino*, permutatis compendiis *oio* et *aio*. Mox Rehd. a 1. m. *atque id est*, Gud. 1. *atque eidem*, proclivi errore. Duo Oxx. et Gud. *ita acerrimam*, unus Ox. *ita aciem*. Illud cum in uno Leid. reperisset Bouh., iusto cupidius probavit. Nostrum locum adhibuit Goerenz. Ciceroni de Finn. I. 17. 57: *ea — acri animo et attento intuemur*. Or. pro Flacc. 12, 26: *intentis oculis acerrime contemplari*. *Mr.*

ut semper videat sedem sibi ac locum] W. in scholis ait *videat* esse id quod *provideat*: melius explicat Or. *videat paratam sibi*. Dav., nescio unde, scripsit *sibi sedem* pro *sedem sibi*. Post *sibi* in Cod. Rehd. additum est *esse*. Unus Ox. et Duisb. pergunt *ad ocium* pro *ac locum*, literis *c* et *l* in *d* coeuntibus, et addito *i*. Vid. Drakenb. Ind. Livian. p. 60. Ed. A. omittit *atque*. Gud. 2. habet *videndi* pro *vivendi*. Marb. omittit *ut*. Aug. habet *causam* pro *casum*. Unus Ox. *quaecunque*. Cod. Gud. habet *opte*, ut legendum sit *aperte:* perperam. *Apte ferre* quamquam alibi non videtur dixisse Cicero, tamen non inepte dicitur, cum non semel scripserit *apte facere* et *apte fieri:* accedit, quod locutionis insolentia mitigatur addito *et quiete*. Mox Ed. A. *qui faciunt*, Codd. Rehd. et Gud. 2. (a 1. m.) *qui faciat*. In proximis unus Ox. omittit *solum*. In Cod. Gud. est *omnibus reliquis*: male; in Duisb. *reliquis perturbationibus omnibus*. De verborum collocatione vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 14. 43. p. 83. — Pergit Cod. Duisb. *Hiis*. Mon. 2. *iis*. Unus Ox. pro *atque* habet *itaque*. *Mr.*

Beatos efficit] Omnino legendum crediderim, *beatus efficitur*, cum reliqua *singulariter* efferantur. *D.*

beatos efficit] Improbavit iam Bouh. Davisii coniecturam, utpote non necessariam. Neque quisquam ei obtemperavit. Merito. Cod. Duisb. habet *efficiet*. Mox Gud. exhibet *non solum constantiam*. Rehd. omittit *solum*. *Mr.*

mollis et enervata putanda est Peripateticorum ratio et oratio: qui perturbari animos necesse dicunt esse; sed adhibent
39. modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. Mo-

Quocirca mollis et enervata putanda est Peripateticorum ratio et oratio:] „Inter Stoicos et Peripateticos dissidium est. Stoici enim asserunt perturbationes omnes exstirpari posse de mentibus, assidua meditatione virtutis. Contra Peripatetici et novi Academici affectus moderantur ac temperant. Adversus quos M. Tullius in praesentia tanquam Stoicus alacriter disputat nervosque contendit, quod et Seneca ubique librorum efficere conatur, dogmatis Stoicorum propugnator acerrimus: qui in epistolis ad Lucilium sic scribit: Utrum satius sit, modicos habere affectus, an nullos, saepe quaesitum est. nostri illos expellunt, Peripatetici temperant. Ego non video, quomodo salubris aut utilis possit esse ulla mediocritas morbi. Ceterum Hieronymus, Lactantius, Augustinus approbant mediocritatem Peripateticorum. Et Lactantius quidem, *Stoici*, ait, [Div. Inst. VI. 15. p. 598. ed. Gallaei] *furiosi, qui ea non temperant, sed abscindunt, rebusque a natura insitis castrare hominem quodammodo volunt. Quod tale est, quale, si velint aut metum detrahere cervis, aut venenum anguibus, aut iram feris, aut placiditatem pecudibus. — Homines prudentes non intelligunt, cum vitia ex homine tollunt, etiam se virtutem tollere: cui soli locum faciunt.*“ *Beroald.* Conf. supra III. 10. 22. Add. quos laudat Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 99 sq. ed. 3. — Cod. Rehd. exhibet: *molis* (sic) *etiam enervata. Mr.*

Perturbari animos necesse esse dicunt] Ita statuere Peripatetici; quod illi, cum reliquis vetustioribus philosophis, perturbationes naturales esse censuerunt, ut docet Cicero Acad. I, 10. Lactantius Div. Inst. VI, 15. *περὶ τῶν παθῶν* sic loquitur: *Haec naturalia esse, non voluntaria, omnium viventium ratio demonstrat, quae iisdem omnibus qualitur adfectibus. Peripatetici ergo rectius, qui haec omnia detrahi negant posse, quia nobiscum simul nata sint.* Contra Stoici adfectus iudicio et opinione susceptos putant, ideoque contendunt eos exstirpari posse radicitus. Hieronymus adv. Pelag. ad Ctesiph. p. 546. Stoici *perturbationes — asserunt extirpari posse de mentibus, et nullam fibram radicemque vitiorum in homine omnino residere, meditatione et assidua exercitatione virtutum.* Vide et Prooem. Dial. adv. Pelag. pag. 554. ac Iust. Lipsium Manud. lib. III. Diss. 7. *D.*

Peripateticorum ratio et oratio] „Posteriora verba, *et oratio*, plene supervacanea, vel lectionis varietati deberi videntur, vel glossatori: quare eiicienda.“ *Bouh.* Haec etiam alibi iunguntur, v. c. 28, 60: *illa autem altera ratio et oratio*: et h. l. *orationem* illud *dicunt* respicitur. Itaque temere Buh. delebat *et oratio.*“ *Nissen.* Amare Ciceronem eiusmodi *παρηχήσεις* notum est. Collecta habes exempla apud Ochsner. in Eclogg. Cic. p. 102. ed. 3. apud Beierum ad Cic. de Off. I. 18, 61. p. 143 sq.; nos ad Cic. de Divin. II. 2. 4. p. 2[illegible] add. Beier. ad Lael. 21. 79. p. 122 sq. et quos laudat J. Sillig. [illegible] Jahnii Annall. Philoll. et Paedagg. 1829. I. 1. p. 28. — *Rationem* intellige disciplinam; *orationem* autem eius disciplinae et doctrinae expositionem. Ceterum desunt voces *et oratio* in Codd. Gud. 2. duobus Oxx. Scripsi autem *dicunt esse* cum Dav. Or. Tbn. ex Oc. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Vind. 1. 2. Duisb. [in quo est *quibus* pro [illegible] Rehd. Gud. Marb. Mon. 1. 2. Reliqui et scripti et editi *esse dicunt*, quod post *necesse* haud eleganter sonat. Unus Ox. habet *dicunt*. *Modum tu adhibes. Mr.*

quem ultra progredi] Habet similem inversionem Cicero [illegible]

dum tu adhibes vitio? an vitium nullum est, non parere rationi? an ratio parum praecipit, nec bonum illud esse, quod aut cupias ardenter, aut adeptus efferas te insolenter? nec porro malum, quo aut oppressus iaceas, aut, ne opprimare, mente vix constes? eaque omnia aut nimis tristia, aut nimis laeta, errore fieri? Qui si error stultis extenuetur die, ut, quum res eaedem maneant, aliter ferant inveterata, b.

---

pra II. 6. 15: *hunc post*, ubi vid. nost. annot. ibiq. laudd. Solus Cod. Gud. habet *ultra quem*. Duo Oxx. *non oportet*. Gud. perperam omittit *tu*. Rehd. omittit *est*, et unus Ox. vocem *non*. *Mr.*

An ratio parum praecipit] *Parum* opponitur voci *nimium* apud Cic. de Off. I. 25: *mediocritatem — tenebit, quae est inter nimium et parum*. Plura dabit Ochsner. ad h. l. Eclogg. Cic. p. 100 sq. quem vide eundem ad loci structuram, qua *quod* convenit verbo *cupias* et participio *adeptus*: unde vero ad v. *efferas* intelligendum est *quo*. — In uno Ox. est *praecepit*. Rehd. pro *nec* habet *ne*, et supra lin. *an p̃cipit*. Duisb. et unus Ox. *illud est*. Vind. 1. *ardenter cupias*. Duo Oxx. omittunt *aut* ante *cupias*: alius cum Reg. et Gud. 2. habet *ut adeptus*, Mon. 1. *aut quo adepto*: vides librarios structurae orationis opem ferentes supervacaneam. Pro *efferas te* Edd. ante Gebh. (exceptis V. Rob. Steph. Herw. Leod.) habent *te efferas*, cum Codd. Aug. Rehd. Vind. 1. In Gud. 2. et uno Ox. *et feras te*, errore ex scriptione *ecferas* orto, quam habent Reg. Gud. 1. quamque recepit Dav. In uno Ox. est *afferas te*. Ut h. l. Cicero dixit *efferre se insolentius*, ita Florus I. 26: *efferre se — incivilius*, Terent. Heaut. IV. 3. 31: *efferre se magnifice*: ubi item Bentleius scripsit *ecf*. Mox unus Ox. et Aug. *quod aut*, alius Ox. *quo ut*. Pro *ne opprimare* in uno Ox. est ne *opprimere*; mox alius *vix consistes*. Concessivam h. l. vocis significationem, ut sit i. q. *etiamsi non*, exemplis allatis, monstravit Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 101. Vid. nos ad II. 5. 14. ibiq. laudd. Verba *aut nimis tristia* desunt in uno Ox. Cod, Gud. 2. exhibet *tristiticia*. In Duisb. est *aut nimis laeta, aut nimis tristia*. Gud. 2. exhibet *aut nimis laeticia fieri*, omisso *errore*. Mon. 1. *aut nimis laeta ei rare fieri*. Unus Ox. pergit *que si error*, Gud. *et si error*. Mon. 1. *Qui error si stultus extenuatur dic*. Est etiam *stultus* in quatuor Oxx. Aug. Marb. Ad v. *die* eiusque significationem vid. supra III. 16. 35. III. 30. 74. — Sola ed. P. cum Cod. Mon. 1. exhibet *extenuatur die*. *Mr.*

Cum re *eadem* maneant] Vulgo, *cum* res *eadem* maneat. At Reg. et Pithoean. *maneant*; unde Cl. Bentleius optime, *cum* re *eadem* maneant. Vide sis ad huiusce libri cap. XXVIII. *D.*

ut, cum res eadem maneat, aliter ferant inveterata, aliter recentia:] „Neque haec enallage [quae nulla est] inconcinna, ut legendum sit: *cum re eadem maneant*. N. Deor. II. 23: *Quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine deo regi non posset, ipsa res deorum nomen obtinuit*. Divin. II. 20: ... *te, cum res videres, rationem — non quaerere: quid fieret, non, cur fieret, ad rem pertinere*. Leg. I. 13: *sive Aristotelem et Theophrastum, cum illis re congruentes, — secuti sunt, sive, ut Zenoni visum est, rebus non commutatis immutaverunt vocabula*. Finn. III. 3: *Vide, ne — tuum fuerit, cum re idem tibi — videretur, non nova te rebus nomina imponere*. Ad Famm. VI. 4: *de futuris — rebus etsi — difficile est dicere, tamen — coniectura possis — accedere, cum res est eiusmodi, cuius exitus provideri possit*. Hinc nil quoque corrigo infra Tusc. V. 37: *Iam vero exilium,*

aliter recentia: sapientes ne attingat quidem omnino. Et enim

si rerum naturam, non ignominiam nominis quaerimus etc. ubi V. D. [Bentleius] volebat *rei*. N. Deor. II. 3: *quos — augures ne ipsae quidem fabulae adscivissent, si res omnino repudiarent:* ubi, cum de sola divinandi arte sermo sit, *rem* legebat Boherius [legitur nunc *si res - repudiaret*]. Miror etiam, quomodo in his Vell. Paterc. II. 33: *Nam neque Pompeius, ut primum ad remp. aggressus est, quemquam animo* [l. vel *omnino*, vel *aequo animo*] *parem tulit; et in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat*: miror, inquam, quomodo Heinsio, quod praecesserit *remp.*, sic invenustum visum fuerit illud *rebus*, ut legendum censeret *in qua urbe primus* etc. *Rerum* nomine passim cum rem quandam specialem, tum quoque rei publicae administrationem insigniri, quis est qui dubitet?" *Wopkens.* l. c. p. 111 sq. Assentit ei Bouh., nec vero in eo, quod ipsius coniecturam ad de N. D. II. 3. reprobat. Probavit FAWolfius in scholis Bentleii coniecturam, eamque in Codd. reperiri ait, cum tamen nullus omnino liber habeat *re*. Nec tamen eam recepit: sed dedit cum *res eadem maneat*, ut habent Edd. C. V. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. et Car. Steph. Brut. Goth. Leod. Gebh. Ern. Schz. Or. Nobb. Tbn. aliquot, ut videtur, Codd. Oxx. Duisb. Vind. 1. 2. Marb. *Mr.*

ut, quum res eaedem maneant] Ita dedi ex quatuor Codd. Oxx. Aug. Rehd. Gud. Mon. 1. 2. neque longe abeunt Codd. Reg. Gud. 1. 2. qui habent *res eadem maneant*, cum Cod. Pith. Prope accedunt Edd. E. P. (nisi quod in hac est *aut* pro *ut*), in quibus est *eadem res maneant*. Pluralem vero loco magis esse accommodatum sententia ipsa docet. Handius, Wopkensii sententiam probans (quam equidem non improbo, quatenus opponitur coniecturae Bentleii, sed cedere iussi et rationi et melioribus libris) haec apposuit p. 130: „Comparatis exemplis demonstratur, et pluralem et singularem admitti in usu vocabuli *res*. Singularis autem ponitur, ubi aut genus rei consideratur, aut res opponitur vel externae speciei, vel opinioni, vel nomini. In aliis parum [non multum] differt, in aliis sententia mutatur. Quare miror ab Orellio quoque praedicari in hoc loco benam Bentleii coniecturam." Cui nunc assentit Or. ad Wolfii scholas. Ego vero praefero pluralem numerum, quum pluralis numerus et antecedat [*eaque omnia*] et sequatur [*inveterata — recentia*]. *Res* autem intelligit eas, quae aut nimis tristes, quasi malae, aut nimis laetae, quasi bonae, errore fiant. *Mr.*

aliter ferant inveterata, aliter recentia] „*Ferat*, vulgati. Opinor legendum esse *ferant*, siquidem ad vocem stultis refertur." *P. Manutius.* „P. Manutius, quoniam de stultis sermo est, mavult ferant. Sed et *ferat* ad aliquem e stultis referri potest, et *sapientem* numero singulari nominat." *Frc. Fabric.* Fabricii rationem h. l. nullam esse, nemo, opinor, non videt. Habent *ferant* septem Codd. Oxx. Reg. Aug. Gud. Duisb. Vind. 1. 2. et, ut videtur, Gebhardi Codd. omnes Edd. P. Gebh. et seqq. omnes. Ad verba confert Ochsn. Tusc. III. 20: *qui suos casus aliter ferunt* etc. et de Sen. 20: *conglutinatio recens aegre, inveterata facile divellitur*. Add. Philippic. V. 11. extr. ubi *inveterato* malo opponitur *nascens*. *Mr.*

sapientes ne attingat quidem] „Victorius ita, et vet. cod. cum Pall. pr. sec. tert. quart. Vatic.; *sapientis ne attingat*; Pal. quint. *sapientis quidem ne attingat omnino*." *Gebh.* Accedunt optimi Codd. Reg. Gud. 1. 2. Gud. Marb. quinque Oxx. Edd. V. Rob. Steph. Herw. Leod. [nisi quod in his scribitur *sapienteis*] Gebh. seqq. In quibus libris quum sint, qui habeant *sapientis* (ut ediderunt Dav. et FAW.)

quis erit tandem modus iste? quaeramus enim modum aegri- 40.
tudinis; in qua operae plurimum ponitur. Aegre tullisse P. Rupilium fratris repulsam consulatus, scriptum apud Fan-

---

factum est, ut glossatores Ciceroni manus admoverent opitulantes: ita Duisb. habet *sapientis animum ne attingat quidem*, (omisso *omnino*): Mon. 1. *sapientis animus ne attingat quid omnino*. *Mr.*

Et enim quis erit tandem modus iste?] De v. *etenim* eiusque usu vid. Handii Tursellinum T. II. p. 540 — 545; de nostro autem loco p. 543: ubi explicatur: et quum ita res sit, quaero etc. additurque falli eos, qui semper omitti putent sententiam adversativam, cuius ratio hoc modo reddatur. Pro *quis* est *qui* in Cod. Rehd. In Mon. 1. legitur *iste tandem modus*. *Mr.*

quaeramus enim modum aegritudinis:] „Habet unus Cod. Leid. quaeramus *igitur*, quod placet: evitatur ea scriptione ingrata repetitio vocis *enim*, cum modo praecesserit *et enim*." *Bouh.* Tu vide de repetitione huius vocis, qua non offendebantur Latini, omnium instar Handium in Tursellino II. p. 396 sq. Supra III. 11. 25. ter, paucis interiectis, ponitur. Praeter illum Leid., duo quoque Oxx. habent *igitur* pro *enim*: quorum item correctores nimium erant misericordes erga dormitantem scilicet Ciceronem. Pro *aegritudinis* Dav. in Ed. 2. dedit *aegritudini*: sine dubio iubente Bentleio, sed nullo Cod. addicente. *Mr.*

In qua *operae plurimum*] Forsan *in quo*, sicut exhibent Eliens. et Petrens. nec aliter Erasmus edidit. *D.*

in qua operae plurimum ponitur.] Placet Kühnero Davisii correctio, cuius sententiam hanc esse: Peripateticos *in illo modo* aegritudinis *statuendo* operae plurimum ponere. Or. contra recte monet intelligendum esse: *in qua aegritudine pellenda a Peripateticis* etc. — Quod vero in nonnullis Codd. scriptum reperitur *in quo*, (veluti octo, ut videtur, Oxx. Bern. Duisb. Gud. 2. Gud. Aug. Marb.,) id inde factum est, quod librarii pronomen scriptioni pravae *opere* accommodare solebant, quam reperimus in Codd. Marb. Aug. et pluribus sine dubio, ex quibus nihil enotatum est. Receptum tamen est *in quo* in Edd. P. B. S. E. C. Asc. 2. Junt. Lall. Ern. Schz. Nobb. Tbn. itemque Oliv. Bip. Mannh. *Mr.*

P. Rutilium] „Historia postulat *Rupilium*, qui consul fuit anno urbis DCXXI. ut patet ex Fastis Capitolinis. Tollendum idem mendum ex Plinio lib. 7. c. 36. Ipsum etiam Ciceronem in Laelio tribus locis in eodem nomine correximus. Quod si quis mendosos etiam putat Capitolinos fastos, ego adversus hunc, tanquam negantem principia, non disputabo." *P. Manutius.*

P. Rutilium] Iis quae Dav. in ann. seq. posuit, in Ed. 1. haec addiderat: „At unde constat P. Popilii Laenatis collegam hic intelligi? Omnes MSSti vulgatam lectionem retinent, et eam movere temerarium videtur; praesertim cum *Rutilii* repulsam memoret Cicero de Or. II. 69. et in Bruto pag. 272. Librariorum tamen vitio fit, ut uterque frater *Publius* nominetur." *Mr.*

Aegre tulisse P. Rutilium fratris repulsam consulatus] Audiendus non est Manucius, qui Rupilii nomen inculcat, ut designetur is, qui Consul fuit A. U. C. DCXXI. Eandem historiam narrat Plinius H. N. lib. VII, 36. *P. Rutilius morbo levi impeditus, nuntiata fratris repulsa in consulatus petitione, illico exspiravit.* Eius fratri praenomen fuit Lucio, quod discimus ex libri de Amic. cap. XX. *D.*

P. Rutilium] „Immerito reprehendit Dav. Manutium quod correxerit *P. Rupilium* et h. l. et de Amic. 20. Posterior enim locus

nium est. Sed tamen transisse videtur modum; quippe qui ob eam causam a vita recesserit. Moderatius igitur ferre debuit. Quid? si, quum id ferret modice, mors liberorum

---

docet, hunc fratrem, qui fratris repulsam tam aegre tulit, consulem factum esse Scipionis Maioris gratia et favore. Eius autem tempore non exstabat consul, cui nomen esset *Rutilio*, sed hic *P. Rupilius*, ut patet ex Fastis Capitolinis a Manutio laudatis. Ipse loquitur Cicero de hoc consulatu in Epp. ad Att. XIII. 32. Praeterea Pighius in Annall. ad a. u. c. 623. suspicatur, hunc eo anno fuisse mortuum." *Bouh.* Praeivit Davisio iam Frc. Fabr. contra Manutium eodem fere, quo ille, modo disputans. Ernestus vero in Clave Cic. v. *Rutilius*, „P. *Rupilium*, ait, Africani amicitia ad Consulatum pervenisse, cum tenui loco natus esset, de eo convenit. — *Rutilium* vero Africani Scipionis opera Consulatum consecutum, nemo demonstrare poterit. Itaque mihi valde fit verosimile, et in Tusculanis et in Laelio *Rupilios* esse reponendos: quod et Boherio placet ad Tusc. l. c. et pluribus defendit Drakenb. ad Liv. Epit. 59." [q. v. Ed. Stuttg. p. 231.] Adv. Sigonii Comm. in Fastos et Triumph. Rom. p. 404. ed. H. Steph. Schütz. Lex. Cic. T. I. v. *Rupilius*. Beier. ad Cic. Lael. 20. p. 115. *Mr.*

Aegre tulisse P. Rupilium] Non potui non obsequi rationibus virorum doctorum, quos proxima annotatione laudavi, certissimis, scripsique *Rupilium* cum FAWolf. Schz. Tbn., quam nunc scriptionem firmat optimus Gud. 1. In Marb. Gud. est *rutillum*, in uno Ox. *Rutilum*, in alio *P. R.* Incipit Cod. Duisb. *tulisse aegre*, unus Ox. *egritudinis*. De Genitivorum cumulatione *fratris repulsam consulatus* vid. Goerenz. ad Cic. de Finn. III. 15. 51. p. 379. Laudat Kühn. Cic. de Finn. I. 5. 14: *Theophrasti orationis ornamenta*, ubi vid. item Goerenz. p. 19; pro Ligar. 5, 12: *studia denique generis ac familiae vestrae virtutis*. Add. nos ad Cic. de Rep. II. 3. p. 203. Ochsner. in Indice ad Cic. Eclogg. p. 471. ibiq. laudd. Beier. ad Cic. de Off. I. 14. 43. p. 107 sq. ibiq. laudd. eundemque ad Cic. de Off. II. 8. 28. p. 58. Neidius ad huius loci interpretationem haec affert: „Argumentatur Cicero hoc fere modo: Fac, Rupilium, quum eius frater repulsam tulisset, moderatius se gessisse, eodem tempore autem alias calamitates, ut mortem liberorum illi accessisse; nonne aegritudinis magna facta esset accessio? Ubinam ergo fuisset modus seu terminus? Nonne in maiori calamitate etiam graviori eum premi necesse erat aegritudine? Ergo absurdum est, modum in perturbationibus constituere velle." — Unus Ox. habet *Fānium* pro *Fannium*. Mon. 1. *Ennium*. Cod. Rehd. omittit verba *repulsam — est*. *Mr.*

Sed tamen transisse videtur modum;] Unus Ox. omittit *tamen*. Pergit Rehd. *videtur transisse modo*. Vind. 1. *videtur transisse modum*; Edd. P. A. B. C. M. L. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Ald. Boul. Car. Steph. Brut. Leod. Goth. Sylb. *transisse modum videtur*. *Mr.*

a vita recesserit.] „Sic omnes vett. codd. Fort. e vita decesserit." Marg. *Lambb.* et *Goth.* Dedit *e vita decesserit* cum Lambino Frc. Fabr., qui tamen suum quoque Cod. cum vulgatis consentire ait. Solus Cod. Vind. 1. habet *decesserit*, nec tamen *e* pro *a*. In uno Ox. legitur *recessit, nata esset*. Est etiam *recesseit* in Cod. Gud. 2. Edd. P. A. B. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. *Mr.*

Moderatius igitur ferre debuit.] Cod. Marb. *moderatus*, unus Ox. *fieri*. De constructione *ferre debuit* vid. nos ad Cic. de Div. II. 43. 91. p. 457. ad verba: *quae — videre debebant*, ibiq. laudd. In proximis unus Ox. omittit *id*, Aug. habet *feret* pro *ferret*. Pergunt Cod. Duisb. Edd. P. A. B. S. C. Junt. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. *Mr.*

accessisset? Nata esset aegritudo nova. Sed ea modica. Ma-

Nata esset aegritudo nova sed.] „Locus hic non videtur emendatus. Quid? si sic legamus: *nata esset aegritudo nova: nec ea modica: magna tamen* etc. quid? si sic: *nata esset aegritudo nova: quod si esset illa modica, magna tamen* etc. quid? si sic: *nata esset aegritudo nova: quae ut esset modica, magna tamen* etc. [sunt haec „aliorum" in margine Lemaerianae a. 1596. praeterea Gothofredus p. 236: fortasse: *nec ea modica: aut etiamsi modica, magna tamen* etc.] *Lambinus.* — „Ego vulgatam lectionem [*sed a modica*] per dialogismum explicare consuevi hoc modo, ut Stoicus interroget, quid futurum Rutilio esset, si, quum fratris repulsam moderate ferret, etiam liberos amisisset? respondeat Peripateticus per concessionem, eum casum novam quidem aegritudinem allaturum fuisse, verum eam moderatam: tum Stoicus resistat, Etsi moderata esset, tamen quum ad superiorem adiungeretur, magnam futuram. Lego enim, ut est in manu scripto *Magna tamen facta esset accessione.*" *Frc. Fabric.*

Sit *ea modica*] Est a Cl. Bentleio: nam Codices *sed ea modica. D.*

Sed ea modica.] „Non forte necessum est, ut assentiamur viro docto illi, qui legebat: *Sit sane modica: magna* etc. Primo enim locus coniunctionis *sed*, si verba bene introspicias, satis videtur opportunus. Deinde ante vocem *modica* facile subauditur *quamvis*, cuius omissio longe est usitatissima. Sic Acad. II. 4: *homo natura lenissimus — — stomachari tamen coepit* etc. c. 15: *quae perdifficulter, internoscuntur tamen*, et similia. Postremo eleganter dicitur aegritudo *magna accessio fieri*, quum illius accessione magnopere augetur id, quo accedat. Talis formula est Or. in Pison. [37.]: *cum tibi ad priscinas clades accessio fuisset Aetoliae repentinus interitus*, Florus III. 6: *et pirata Mithridaticae provinciae factus accessio.* Val. Max. VIII. 7: *quantula Socrati accessio ista futura scientia erat!* vid. quoque Minuc. Fel. 24. et Heins. ad Vellej. Paterc. II. 26." *Wopkens* l. c. p. 130 sq.

Sed ea modica] „Lambinus correxit: *Etiamsi modica*: Bentleius: *Sit ea modica.* Nec vero *sit* accommodatum videtur, antecedente et subsequente *esset*. Wopkensius frustra defendit vulgatam: quae enim affert exempla, ea huc non faciunt. Parvulo locus mendo laborat, ita sanando: *Quid? si, cum id ferret modice, mors liberorum accessisset, et nata esset aegritudo nova, sed ea modica? Magna tamen facta esset accessio.*" *Bouhier.* — „Bentleius *sit ea modica.* non bene. Deberet esse *fuerit.* — *Sed* verum puto. est obiicientis. in sequente responsio est." *Ern.* „Nihil correctione opus est." *Kühn.* Or. scripsit: — „*Sed ea modica.*" — Nimirum ut significaret, se plane accedere Fabricianae loci interpretationi, quam hac distinctione suam quoque fecit FAWolfius: *nata esset aegritudo nova. sed ea modica. magna tamen facta esset accessio.* et merito. Handius ad Wopkensium: „Orellius dedit: *nata esset aegritudo nova.* — „*Sed ea modica.*" — *Magna tamen facta esset accessio.* Quae ita distrahuntur, Cicero eleganter composuerat in hac sententia: *nata esset aegritudo, sed* ex Peripateticorum ratione *modica, tamen* re vera *magna esset* accessio, cui modus adhiberi non posset. Haec aperte sana sunt omnia." Verum est: sana sunt. Sed non videtur iusta fuisse Orellii reprehendendi causa: qui si forte nimius fuit in distinguendo, nimis fuisse parcus videtur Handius, nonnisi distinctionibus minoribus positis. Quod autem idem omisit *nova* et, cum Wopkensio, *facta*, id utrique invito accidisse existimo. Non absona est

41. gna tamen facta esset accessio. Quid? si deinde dolores graves corporis, si bonorum amissio, si caecitas, si exsilium? Si pro singulis malis aegritudines accederent, summa ea fieret, quae non sustineretur.

18 Qui modum igitur vitio quaerit, similiter facit, ut si posse putet eum, qui se e Leucata praecipitaverit, sustinere

---

Bouhierii ratio. Sed praestat explicare librorum scriptionem, quam emendare. Ceterum pro *accessisset* Gud. 2. habet *accepisset;* unus Ox. omittit *magna;* Gud. 2. omittit *facta*: Gud. omittit *esset:* quarum omissionum erunt fortasse alterutram qui probent. Nos non probamus. Quod in fine loci Fabric. e Cod. Colon. profert, probatque *accessione,* equidem probare non possum: neque quisquam amplexus est. *Mr.*

Quid si] „Videtur melius *Quod si.*“ *Ern.* Hoc necessarium non est. Falsa autem plane est Ernesti distinctio: *Quid si deinde — si exilium, si pro singulis — accederent? summa ea fieret? quae non sustineretur.* Habent tamen Edd. Nobb. et Tbn. Nos cum Or. Wolfianam amplectendam censuimus. Schz. comma posuit post *exilium,* interrogandi signum post *accederet,* minorem autem nobiscum distinctionem post *fieret.* Melius certe Ernesto. Post *corporis* pergit Ed. P. *honorum,* omisso *si,* Ed. A. *si hominum,* unus Ox. *si liberorum.* Cod. Gryph. omittit *malis.* Unus Ox. cum Cod. Vind. 1. habet *acciderent,* Rehd. *accedent.* Unus Ox. *summata fieret;* alius *quae non sustinerentur.* Mon. 1. *quae non teneretur. Mr.*

c. 18. *Qui modum igitur vitio quaerit*] Cod. Rehd. *Qui modum etiam*: supra lin. *igitur:* illud est etiam in Cod. Mon. 1. Simillimo enim utraque vox compendio [Ƶ] nonnunquam exarabatur. Vid. Baringii Clav. Diplom. Num. VII. 4. c. et 6. b. Ad v. *similiter facit, ut si* — cf. de Sen. 6, 17. ib. Gernhard. p. 35 sq. Ochsnerus Ecl. Cic. p. 102. laudat Cic. de Off. I. 28: *similiter facere eos — ut si nautae certarent,* ibiq. Heusing. [locus est c. 25, 6. p. 209; sententia: ut nautae facerent, si certarent]. Cod. Vind. 1. omittit *ut* ante *si*; pergit unus Ox. *posse pati eum. Mr.*

qui se e Leucade praecipitaverit] „Quod ait: *e Leucate se praecipitaverit,* ne credas simpliciter significari locum editum, ex quo praecipitatior sit ruina: sed signate locutus est, ad historiam spectans. Est enim in Epiro Leucadium littus, promontorium Leucates, ubi est petra eiusdem nominis, albicanti colore, in pelagus porrecta. Ibi saltus fiebat antiquitus, qui ad sedandos amores valere credebatur: quo in loco Sappho prima dicitur ab excelsa Leucate sese deiecisse stimulante cupidine: sicut Menander auctor est: [in Leucadia; p. 110. 113. ed. Cleric. *τὸν ὑπέρκομπον | θηρῶσα Φαῶν' οἰστρῶντι πόθῳ | ἅλμας πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς*] Antiquiores scriptores non Sappho, sed Cephalum primum inde desiliisse tradunt, Pterelai amoribus captum.

Hinc se Deucalion Pyrrhae succensus amore
Misit, et illaeso corpore pressit aquas.

Hinc etiam Sappho praecipitaturam sese minatur in Epist. ad Phaonem:

Ibimus, o Nymphae, monstrataque saxa petemus,
Sit procul insano victus amore timor.

Et in calce epistolae:

O, saltem miserae crudelis epistola dicat,
Ut mihi Leucadiae fata petantur aquae.

Hoc intelligi voluit Ausonius illo versu:

Et quae nimbosa saltum Leucate minatur.“ *Bergk.*

se, quum velit. Ut enim id non potest, sic animus perturbatus et incitatus nec cohibere se potest, nec, quo loco vult, insistere: omninoque, quae crescentia perniciosa sunt, ea-

---

e Leucade] „Vet. cod. quinque Pall. Vatic. *e Leucata.*“ *Gebh.* Hanc codicum scripturam servatam vult etiam Bouhierius: accedit Ern. qui in Cod. Guelf. reperit *e Leucada.* Davisianis aceedit etiam Lallemandus cum Regiis. *Mr.*

E Leucata] Vulgo *Leucade;* non male quidem, si faverent Mssti. Sed cum Codices aliam summo consensu praestent formam, eaque sit probi commatis, eos aspernari non potuimus. Sic Virgilius Aen. III, 274.

Mox et Leucatae *nimbosa cacumina montis.*

Ibi vide Servium. Seneca Hippol. vs. 1014.

Et cana summum spuma Leucaten *ferit.*

Sic et ipse Cicero lib. V. ad Attic. Epist. 9. *D.*

e Leucata] Ita duo Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Ed. P. Dav. Lall. Ern. sqq. In Vind. 1. est *e λευκοτά*; in Marb. *ele-ucata,* in Duisb. *e rupe,* ubi glossâ extrusum est nomen rupis; in uno Ox. *e Leucada,* in uno *e turre elevata,* ubi habes pravam glossam iuxta nomen corruptum; in uno *eleuata,* in uno *est Leucada.* Vid. de nomine et loco *Leucatae* qui laudantur in Bischoff. et Möller: Wörterbuch d. alten, mittl. u. neuen Geographie s. v. p. 695. Hodie dicitur secundum Krusium *Cap Ducato.* — In Cod. Rehd. scribitur *sustinereque se cum vehit,* in Gud. *sustinere si velit,* ubi glossemate *si* vocis *quum,* vox *se* extrusa est. Unus Ux. habet *tum velit.* Ad locutionem *id non potest* sc. *fieri,* quae admodum frequens est Ciceroni, vid. nos ad I. 11. 23. Plura qui velit, adeat Ochsner. ad h. l. Eclogg. Cic. p. 102 sq. ubi largum habebit segetem. A priore *potest* ad posterius omnia omissa sunt in Codd. Gud. 2. et Aug. Unus Ox. exhibet *conturbatu.* alius *prohibere. Mr.*

Nec quo loco vult insistere omnino: quaeque *crescentia*] Sic vulgo: at Bak. habet *nec quo loco vult insistere:* omninoque quae *crescentia.* Elegantius multo, Ciceroneque dignius. Quod cum ita sit, nos eam recepimus lectionem. *D.*

nec, quo loco vult, insistere: omninoque, quae crescentia —] Probavit Bouhierius Davisii rationem, eamque receperunt FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Quod ego eo minus facere dubitavi, quod nihil plane, quam distinctio mutatur: nam *quae* et *que* eodem fere modo in Codd. scripta facillime iuxta invicem posita locum mutare potuerunt. Sententia autem praestat ei, quam vulgata exhibet. Plane nobiscum faciunt non tres, (quod scripsit Or.) sed sex Codd. Oxx. Aug. (Duisb. in quo est *consistere*) Gud. Rehd. Vind. 1. (hic habet *velit* pro *vult*). In Mon. 1. est *omnino quaecunque cresc.* in Gud. 2. *omnino quae cresc.*; Gud. *perniciosa sunt crescentia;* unus Ox. *existere* pro *insistere.* Vind. 2. habet *ea* pro *eadem;* unus Ox. *periculosa sunt.* Verba *eadem sunt vitiosa* abesse a MS. nescio quo ait Verb. *Mr.*

Aegritudo autem — versantur] Confert H. Stephanus in Ciceron. Lex. Gr. Lat. p. 50. ad h. l. haec Aristotelis Eth. II. verba: *πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγεται τῷ αὐτὰ φαῦλα εἶναι, ἀλλ' οὐχ αἱ ὑπερβολαὶ αὐτῶν οὐδὲ αἱ ἐλλείψεις.* Ad seqq. autem, *Quam ob rem — intemperantiam,* haec ex eodem: *ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν καὶ τὸ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν.* [Sunt hi loci Eth. Nicom. II. 6. p. 29. Sylb. p. 95. Zell. q. v. T. II. p. 71. Conf. J. Cammerarii Comm. ad hoc caput p. 79 sqq. ed. Wechel. 1578. 4.] *Mr.*

42. dem sunt vitiosa nascentia. Aegritudo autem ceteraeque perturbationes, amplificatae certe, pestiferae sunt: igitur etiam susceptae continuo in magna pestis parte versantur. Et enim ipsae se impellunt, ubi semel a ratione discessum est: ipsaque sibi imbecillitas indulget, in altumque provehitur imprudens, nec reperit locum consistendi. Quam ob
p.218. rem nihil interest, utrum moderatas perturbationes appro-
a. bent, an moderatam iniustitiam, moderatam ignaviam, moderatam intemperantiam. Qui enim vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum. Quod quum ipsum per se odiosum est, tum eo molestius; quia sunt in lubrico, incitata-

---

Aegritudo autem ceteraeque perturbationes] Unus Ox. et Cod. Gud. *aegritudines*, Gud. 2. omittit *que* post *ceterae*. Duo Oxx. in seqq. omittunt *certe*, unus habet *certo*. Gud. habet *sunt pestiferae*. Vind. 1. *igitur et*, minus ad morem Ciceronis. Commode adhibet ad sententiam Ochsnerus (Eclogg. Cic. p. 103 sq.) Cic. de Finib. III. 9. 32. Ad v. *continuo* confert Tusc. II. 19. 45. — Cod. Vind. 2. cum August. habet *parte pestis*. Gud. 2. omittit *pestis*. Ceterum fere singularis est locutio *versari in magna pestis parte*. Consimilis est Tusc. III. 2. 3: *in summa inanitate versari*, in Catil. IV. 4. 7: *in summa severitate versari*. — Pergit unus Ox. *Et enim ipse se impellit*. Duisb. *etenim se ipsae impellunt*. Habet etiam Gud. 1. *ipse*, unde in illo Cod. Ox. altera corruptio, *impellit*, prava correctione orta est. Ad locutionem comparat Ochsn. l. c. Senecam Epist. CXVI: *Imbecillis est primo omnis affectus: deinde ipse se concitat, et vires, dum procedit, parat.* — Cod. Gud. post *discessum* omittit *est*. Proximum *sibi* deest in Cod. Gud. 2. Ad hunc usum figurae rhetoricae vid. L. Doederlein. Lectt. Horatt. [Erlang. 1828. 4.] p. 14: qui laudat de Or. III. 36: *Repente te — aestus ingenii — in altum quasi a conspectu — omnium abstraxit.* — Mox Cod. Duisb. *repperit* locum, Marb. *recipit locum*. Vind. 1. 2. *subsistendi*. *Mr.*

moderatam iniustitiam] Unus Ox. *moderatam iustitiam*, facillimo lapsu. Alius pergit *moderatam ignominiam*, tum Gud. 2. et Aug. *moderatam temperantiam*. Contra sententiam Berualdus haec: „Verum aliud est moderatas esse perturbationes: aliud moderatam iniustitiam et ignaviam. Perturbationes enim sive affectus ingeruntur a natura, — iniustitia et ignavia sunt voluntariae.“ Mox Cod. Rehd. *modum ponit*, Duisb. *modum imponit*; utrumque est vel glossatoris vel correctoris; illae enim locutiones sunt usitatae, nostra singularis. Vind. 1. habet *suscipit vitii*. Pergit Cod. Mon. 1. *quod ipsum per se cum odiosum est*: unus Ox. *ociosum*; Gud. 2. omittit *eo*. Ad v. *in lubrico — labuntur* cf. Doederlein: Lat. Synon. u. Etymol. I. p. 133. *Mr.*

incitataque semel in proclive labuntur] „Malim legi *proclive labuntur*, detracta Praepositione *in*, quemadmodum apud Lucretium libro secundo:

Et procursus item proclive volubilis exstat.

Sic enim scriptum est in Codd. MSS. notae melioris, ut admonuit Commentariis Lucretianis [v. 454. p. 206.]. Nonnulli libri habent *proclivi*, vitiose.“ *Lambinus.* „*e proclivi* legitur in Gryph. optimo quidem sensu. Quis autem non videt *e proclivi* labi hoc rectius dici, quam *in proclive* —?“ *Brutus.* „*Proclive labi* coniecerat hoc olim Lambinus, exstatque in Pall. pr. quint. cum Vat. et Fab. *proclivi*. Vulgo *in proclive*.“ *Gebh.* „Ex

que semel proclive labuntur, sustinerique nullo modo possunt.

Quid? quod iidem Peripatetici perturbationes istas, quas nos exstirpandas putamus, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas: quorum est talis oratio. Primum multis verbis iracundiam laudant: cotem fortitudi- 19 43.

---

verius sit, docet ipse Tullius lib. V. de Finib. 28. *Proclivi currit oratio*, ut testatur Gruterus esse in omnibus Pall." *Gronov.* „*Proclive*. Quidam MSS. *proclivi*. nil differt. V. Clav." *Ern.* [In Clave quidem Cic. Ernestus nihil. Schz. in Lex. Cic. v. *proclive* laudat de Finn. V. 28. et Orat. 57. utroque autem loco esse dicit *proclivius*. *Mr.*

Proclivi *labuntur*] Sic Reg. Pithoean. Vatic. plurimique Codices. At Med. Bak. aliique *proclive*, quod eodem redit. Agellius N. A. lib. X. cap. 24. *Sane quam consuetum iis veteribus fuit literis his plerumque uti indifferenter, sicut* praefiscini et praefiscine, proclivi et proclive. Eadem repetit Macrobius Saturn. lib. I. cap. IV. p. 141. *D.*

proclive labuntur] Ita dedi cum Schz. Ern. Nobb. Lall. ed. P. ex Codd. Mon. 1. Vind. 1. 2. Rehd. Gud. sex Oxx. probantibus Goerenz. ad Cic. de Finn. l. c. p. 635. Ochsn. l. c. p. 65 sq. Kühnero ad h. l., qui merito comparant locutionem *sublime ferri*, Ciceroni minime inusitatam. Vid. nos ad Cic. de N. D. II. 16. 44. p. 105. ed. min. cf. Billerb. ad Cic. Lael. §. 41. — Scribitur autem in Cod. Mon. 1. *incitatique sepe proclive labantur*. Est etiam *labantur* in Cod. Rehd.; *in proclivi* habent tres Oxx.; *proclivi* Codd. Reg. Duisb. Gud. 1. 2. Dav. FAWolf. Or. Tbn.; solus Aug. habet *incitata semelque proclivia*. Reliqui *in proclive*. Nostra lectio, ut coniectura, est etiam in marg. Lambb. Goth. Alia res est supra IV. 12. 28, ubi ex Codd. fere omnibus restituendum fuit *proclives — feruntur*. *Mr.*

sustinerique nullo modo possunt]. „Malim, ut est in uno Leid. *sustinereque se nullo modo possunt*. Ita principio capitis: *ut si posse putet sustinere se quum velit*." *Bouh.* Ea emendatione, si qua est, nihil minus est necessarium. Ceterum habent *sustinerique se* duo Oxx., *sustineri quae* Reg. Gud. 1. Ad usum v. *sustinere* vid. Beier. ad Cic. Lael. 17. 63. p. 100. *Mr.*

c. 19. *Quid? quod iidem Peripatetici*] Omittit Cod. Gud. 2. *quod*, frequenti errore post *quid*. In eodem est *idem*, et sic Reg. Gud. 1. Marb. Mon. 1. duo Oxx. Pro *nos* est *non* in Gud. 1. et uno Ox. Alius Ox. omittit eam vocem: in uno omittitur *putamus*. Mox unus Ox. *sed volunt etiam* omisso *utiliter*. Ortus est error ex scriptione minime prava *sed utiliter* [vtlt'] *etiam*; alius habet *sed et utiliter*. Ad v. *utiliter* vid Menken. Obss. L. Lat. p. 1025. ibiq. laudd. ad sententiam Goerenz. ad Cic. Accad. II. 44. 135. p. 244. Pro *talis oratio* est *talis ratio* in Cod. Mon. 1. et Ed. P. quod cave probes explicesque voce Gallica *raisonnement*. Sunt quidem loci, quibus utraque vox locum habere possit: sed hunc non in iis esse facile sentient orationis Ciceronianae gnari: quamquam similis est locus de Div. I. 38. 82. p. 187: *hac Stoicorum ratione concluditur:* ubi v. nostr. ann. coll. ad Cic. de Fato 12. p. 618. Quam saepe autem ea vocabula permutentur non est quod moneam: vid. nos ad Cic. de Div. II. 26. 55. in primis ad Cic. de Legg. I. 18. 48. p. 116. Proximum *multis* abest a Cod. Gud. *Mr.*

iracundiam laudant: cotem fortitudinis esse dicunt,] Quam laudat in ann. seq. Davisius Mureti annotationem ad Cic. de Off. I. 25. ea est in Ed. Ruhnkenii p. 217 sq. q. v. Add. Aristot. Eth. Nicom. IV.

nis esse dicunt, multoque et in hostem et in improbum civem vehementiores iratorum impetus esse: leves autem ratiunculas eorum, qui ita cogitarent, *Proelium rectum est hoc fieri: convenit dimicare pro legibus, pro libertate, pro patria*: haec nullam habent vim, nisi irâ excanduit fortitudo. Nec

---

5. ibiq. Zell. p. 146. — Ridicule in Cod. Mon. 1. legitur *cutem*, in duobus Oxx. Gud. Rehd. Vind. 2. est *comitem*, sed Rehd. supra lin. habet *cotem i. ptem* (sic); Duisb. *et cotem*, Gud. 2. *quotem*. Vitium *comitem* pro *cotem* est etiam in multis scriptis et editis in loco Lactantii, ex nostro expresso, quem laudat Dav.; vid. Ed. Le Brun. et Dufresn. T. I. p. 487. Ed. Bunemann. p. 809. ed. Gallaei p. 614; sunt item qui ibidem legant *fomitem:* quod est correctorum, qui mendum in *comitem* subodorarent, nec vero Ciceroniani loci recordarentur. — Ad seqq. monemus pro *multoque et* esse in uno Ox. *multoque etiam*. Vocem *et* omittunt Codd. Vind. 1. Aug. Posterior omittit etiam *in* ante *hostem*: alterum *in* ante *improbum* abest a Cod. Gud. 1. 2. Aug. Vind. 1. Mon. 1. Gud. Rehd. Edd. A. B. S. Asc. 1; quod facile excidere potuit, si scriptum erat ETINPROBVM. Mox unus Ox. *impetum*. Ad v. *in hostem et in improbum* Gronovius haec: „quum posterior praepositio intercidisset in Ed. Gruteri, et hinc sequerentur aliae, putavi restituendam, quum nulla iusta causa sit credendi non venisse ab Cicerone.“ *Mr.*

Iracundiam *laudant*; cotem fortitudinis *esse dicunt* etc.] Noster distinctionem, quam supra cap. 12. posuit, sibi non dixit observandam; iracundia enim non ὀργιλότητα, quam malum esse statuit Aristoteles, sed iram, θυμόν, hic denotat. Sic pro P. Sextio cap. 2. *Quantum et pio dolori et iustae* iracundiae *concedendum putetis — Neque* iracundia *magis ulla laudanda, quam ea* etc. Sed de hac vocis illius potestate, ut et de ipsa re quam Tullius agit, vide M. A. Muretum ad lib. I. Off. cap. 25. Nos quaedam illi non tacta proferemus. Lactantius Div. Inst. lib. VI. cap. 19. *Peripatetici — iram* cotem *dicunt, esse* virtutis, *tanquam nemo possit adversus hostes fortiter dimicare, nisi fuerit ira concitatus*. Vel ad hunc ipsum locum respicit, vel ad huiusce libri cap. 21. ubi *ardores animorum, cotesque virtutum* memorat. Seneca de Ira lib. III. cap. 3. *Stat Aristoteles defensor irae, et vetat illam nobis exsecari*. Calcar *ait esse* virtutis: *hac erepta, inermem animum et ad conatus magnos pigrum inertemque fieri*. Aristoteli facem praetulit vetus Academia. Cicero Acad. II, 44. *Illi quidem etiam utiliter a natura dicebant permotiones istas animis nostris datas — ipsam* iracundiam fortitudinis quasi cotem *esse dicebant*. Et sane τόδε τὸ κίνημα τῆς ψυχῆς ὡς ἀνδρώδές τι καὶ γενναῖον ἐπαινεῖσθαι testatur Themistius Orat. I. pag. 7. *D.*

leves autem ratiunculas] Cod. D. habet cum uno Ox. *leves esse rat.* Gud. *leves autem iracundia;* unus Ox. *levis autem ratiuncula*. Posterius mendum ortum est ex scriptione *levis* non intellecta, quam habent etiam Gud. 1. 2. Aug. Davisius, nescio unde, in Ed. 2. dedit *cogitarint*, nihil monens, nisi vulgo legi *cogitarent*, Ernestus contra legendum esse dicit *cogitent*. Uterque frustra. Vid. ne longus sim, Ramshorn. Gr. Lat. §. 195. II. 3. a. p. 621. — Pergit Cod. Vind. 1. *Proelium rectum est: hoc fieri convenit*. Mon. 1. omittit *convenit:* quod etiamsi abesse posset, tamen non sollicitandum est: neque enim magna est huius Codicis in iis, quae solus habet, auctoritas. Duo Oxx. exhibent *et pro libertate*. Rehd. omittit *pro legibus*. *Mr.*

Haec nullam habere *vim*] Vulgo *habent*: ac ita Codices. Cum

vero de bellatoribus solum disputant: imperia severiora nulla esse putant sine aliqua acerbitate iracundiae. Oratorem denique, non modo accusantem, sed ne defendentem quidem probant sine aculeis iracundiae: quae etiam si non adsit, tamen verbis atque motu simulandam arbitrantur: ut

---

tamen haec sint Peripateticorum verba, ductus orationis facit, ut emendatio Cl. Bentleii necessaria videatur. *D.*

haec nullam habent vim, nisi ira excanduit fortitudo.] „Observa orationem directam pro obliqua; neque enim iuxta suam mentem ista *haec nullam habent vim* etc. profert auctor, sed eorum duntaxat, qui iracundiam sic extollebant, sententiam exprimit. Sexcenta mihi talia loca observata sunt, sed, quod neminem ista forma offensum iri sperabam, tanti non erat, ut adnotarem. Hic tamen Bentl. coniicit *haec nullam habere vim* etc. mirum, quod simul *excanduit* in *excanduerit* non mutarit, quod sane posterius grammaticae regulae flagitant, stante quidem ista emendatione.“ *Wopkens.* l. c. „Quidquid dicat Wopk., mihi quidem admodum probatur Bentleii emendatio *habere.*“ *Bouh.* Ernestus, si vera sit B. coniectura, cum Wopkensio contendit tum requiri *excanduerit.* Nisseniu̇s quoque supervacaneam esse Bentleii coniecturam ait: „eadem, addens, anomalia, ut obliqua oratio in rectam abeat, iterum occurrit c. 20. in verbis: *impunitas enim peccati data videtur eis,* et supra II. 25. 61. observata est.“ Schz. contra recepit *habere:* quo recepto fecit, quod faciendum fuit: scripsit nimirum *excanduerit.* Ego id factum ita probo, ut tamen a corrigendo in tanto codicum consensu manum abstinuerim. Ceterum in uno Ox. re vera est *excanduerit.* Mon. 1. habet *vim habent,* Rehd. omittit *vim.* Aug. exhibet *irae,* Duisb. *fortitudo excanduit,* Rehd. *fortitudinem.* Vind. 1. in seqq. omittit *disputant;* Mon. 1. Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. *saeviora* pro *severiora*: male. Cod. Rehd. *qui et imperia. Mr.*

Oratorem denique etc.] Seneca de Ira III. 17: *Orator, inquit, iratus aliquando melior est. Imo imitatus iratum, nam et histriones in pronuntiando non irati populum movent, sed iratum bene agentes. Et apud iudices itaque, et in concione, et ubicunque alieni animi ad nostrum arbitrium agendi sunt, modo iram, modo metum — ut aliis incutiamus, ipsi simulabimus. — — Temperatus sit sapiens, et ad res fortius agendas non iram, sed vim adhibeat.* Vid. ib. Lipsium. In seqq. Asc. nostr. 2. in marg. MS. *non modo non accusantem*: quod est glossatoris. Qua de re si exponere vellem, actum agerem post ea, quae hac de re viri docti praeceperunt. Vid. nos supra ad I. 36. 87. ibiq. laudd. Proxime duo Oxx. *nec defendentem quidem;* unus *putant* pro *probant. Mr.*

sine aculeis iracundiae] In nostro MS. est: *sine stimulis iracundiae* — Alterum alterius glossema est.“ *Frc. Fabric.* Habet item *stimulis* Cod. Duisb., quem fortasse eundem ipsum Coloniensem Fabricii esse Orellius non sine causa suspicatur. — Mox Cod. Mon. 1. *quae si etiam*, unus Ox. omittit *non;* alius exhibet *mihi* pro *tamen;* alius *modo* pro *motu,* Gud. 2. *motum.* Pergit Mon. 1. *ut oratoris iram orōis* [orationis] *intendat actio.* Duisb. *incendat orō.* Rehd. *auditores ira oratoris incendat. Ac virum* etc. Marb. *incendat. Attici virum.* Unus Ox. *simulari — auditori;* duo alii *intendat.* Aug. — *incendat. Acrem virum,* Gud. 2. *incendat. at scio virum.* Edd. C. et Asc. 2. *ut auditores ira oratoris incendat. Virum denique* etc. *Mr.*

auditoris iram oratoris incendat actio. Virum denique videri negant, qui irasci nesciat: eamque, quam *lenitatem* nos
44. dicimus, vitioso *lentitudinis* nomine appellant. Nec vero

---

Virum denique videri negant,] Similiter *vir* per excellentiam ponitur a Terentio Eun. I. 2. 74. qui laudat Drakenb. ad Liv. III. 67. Add. Terent. Adelph. IV. 2. 26. Cic. Catil. III. 5. Tuscc. II, 18. 43. Ovid. Fast. VI. 594. Curt. IX. 7. 17. — In Ed. P. scribitur: *Virumque videri negant. Mr.*

Qui irasci nesciet] Sic Reg. Pithoean. et Balliol. Vulgo *nesciat. D.*

qui irasci nesciat:] Non potui ita me addicere optimis libris, ut iis iubentibus Ciceronem soloece loqui paterer: quare restitui cum omnibus fere reliquis Edd. Coniunctivum, quem habent Codd. Gud. 2. Marb. Gud. Duisb. quinque Oxx. Sola Ed. P. habet cum Dav. *nesciet.* Pergit unus Ox. *eaque.* Mox Duisb. *levitatem.* Vind. 2. *nos lenitatem.* Mon. I. *non dicimus.* Vind. 1. *dicimus nos.* Gud. 2. *so* pro *vitioso. Mr.*

eamque — vitioso lentitudinis nomine appellant.] „Nonius Marcellus *lenitudinem* dici pro *lenitate* demonstrat, et nullus ignorat. Sed hoc in loco non *lenitudinis* lego, sed *lentitudinis,* ut sit sensus: *Lentitudinem* dici in hominibus, qui irasci nesciunt, pro *lenitate* sive *lenitudine;* quod nomen in vitio est, et cadit in vituperationem, cum *lenitas* sive *lenitudo* in laude sit. *Lentitudinem* improbamus, *lenitatem* probamus. *Lentos* dicimus homines, qui non moventur affectibus, ac veluti aequanimitate torpentes stupent et tarditate pigrantur. Propertius: *Hostibus eveniat lenta puella meis* [III. 8. 20.] Plinius innuere videtur *lentum* et *lentitudinem* derivari a legumine, cui *lens* est nomen. Sic enim de *lente* scribit in 18: [c. XII. Sect. 31. p. 116. Ed. Hard. T. II.] *Translatum est in lenticulas nomen. invenio apud auctores aequanimitatem fieri vescentibus ea.* M. Tullius in epistola ad Q. fratrem didascalica, *Non irasci,* inquit, *lentitudinis est.*" *Beroald.* [Locus est in Ep. ad Q. Fr. I. 1. 11: *te illud admoneo — resistendum esse iracundiae, quumque ea maxime animum moveat, tum tibi esse diligentissime linguam continendam, quae quidem mihi virtus non interdum minor videtur, quam omnino non irasci: nam illud non solum est gravitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis.* Laudat praeterea Schz. in Lex. Cic. p. 290. Verr. IV. 61: *virorum nimia in istum lentitudo.* Addens ex Ern. Cl. Cic.: Omnino lentitudo dicitur fere in malam partem, quia est signum stuporis. Vid. Burm. ad Ovid. Trist. II. 3. 14. Drakenb. ad Liv. XLII. 14. Graev. ad Verr. I. c. qui recte monet *lentitudinem* dici de iis, qui ferunt, quae ferenda non sunt, in primis, qui uxorum licentiam non castigant, sed aequiore, quam decet, animo tolerant.] „*Βραδυτῆτα* dixere. etsi *βραδὺς* Aristophani est hebes aut iners. Nebulis: *ἐπιλήσμων καὶ βραδύς* [Nub. 130.]. Vel est *νοθεία,* vel quam *ἀοργησίαν* Aristoteles vocat. Plutarchus tamen, cum *περὶ ἀοργησίας* scripsit, laudis hoc nomen esse voluit." *Camerar.* „*Lentitudinis* legendum [Ed. Arg. *lenitudinis*], neque dissentiunt ab hac lectione libri vulgati [Ed. Arg. et ita habent omnes libri nostri veteres et pleriquè vulgati:] Nonium igitur non sequemur, qui legit *lenitudinis* [2, 503. Voc. *lentitudine.* nam hoc ipsum Mercerus maluit p. 134, 5. *lentitudinis,* inquam, non *lenitudinis.*]" *Lambinus.* Facit huc Casauboni annot. ad Sueton. Tib. 57. ad verba: *saeva ac lenta natura.* „Putabam, ait, *Saeva ac truculenta natura.* Sed repugnantibus libris nihil muto. *Lentus* dicitur, qui non facile movetur: unde *lente ferre iniurias* apud Ciceronem. Scianus apud

solum hanc libidinem laudant, (est enim ira, ut modo definivi, ulciscendi libido:) sed ipsum illud genus vel libidinis vel cupiditatis ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum: nihil enim quemquam, nisi quod libeat, praeclare fa-

---

Tacitum l. IV. Ann. c. 71. de eodem: *Gnarus lentum in meditando, ubi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta coniungere.* Est vero *lenta natura*, quae *lentitudo* una voce dicitur. Ita appellant Romani, quam ὀργησίαν Graeci. Cicero IV. Tusc. 19: 4. *Virum — negant, qui — nesciat: eamque — vitioso lentitudinis nomine appellant.* Recte parens linguae latinae dixit, vitiosum nomen esse *lentitudo*. Est vero non unum, sed duplex lentitudinis genus. Nam interdum de eo dicitur, qui prae stupore quodam irasci nesciat; estque haec *lentitudo* ἀναισθησία quaedam. De hac Cicero sentit et in parte vitii poni ait. Interdum lentitudo, sive *natura lenta* eum affectum designat, quem Graeci κότον, quasi dormientem iram appellant. Ea est, quam Seneca ait *saevam manu, verbis parciorem*, nec non *altam gravemque et introrsus versam.* Haec ita odiosa est, adeoque grande malum, ut eius comparatione simplex ira, et quae se statim promit, virtutis nomen invadere non erubescat. Inde illud est apud M. Tullium l. de Legg. *bonorum virorum esse admodum irasci*: et ait idem scribens ad Atticum I. 17: *irritabiles animos esse optimorum saepe hominum et eosdem placabiles.*" etc. „Etsi Nonius hic *lenitudinis* nomen agnoscit, *lentitudinis* tamen retinendum esse recte viri docti censent." *Frc. Fabric.* Nolo immorari in operarum erroribus, qui inesse videntur in annott. Lambb. Goth.; illud moneo: errare Davisium in proxima, quae sequitur, annot. contendentem, Nonium habere *lentitudinis*. Est quidem ita in Edd. Paris. 1614. (Lips. Hahn. 1826.) et Paris. 1583. in qua scribitur *lentitudinie*). Sed in Ed. Ald. ad calcem Corn. Cop. Nic. Perotti (Venet. 1513. f. m.) re vera est *lenitudinis* p. 1276, 27. — Quod corrigi volebat Nissenius *vitiosae*, supervacaneum plane est. *Mr.*

Eamque, quam lenitatem *nos dicimus, vitioso* lentitudinis *nomine appellant*] Aristoteles Ethic. lib. II. cap. 7. Ἔστι δὲ καὶ περὶ ὀργὴν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ μεσότης — Τὴν μεσότητα, ΠΡΑΟΤΗΤΑ καλέσομεν· τῶν δ' ἄκρων, ὁ μὲν ὑπερβάλλων, ΟΡΓΙΛΟΣ ἔστω, ἡ δὲ κακία ΟΡΓΙΛΟΤΗΣ· ὁ δὲ ἐλλείπων ΑΟΡΓΗΤΟΣ τις, ἡ δ' ἔλλειψις ΑΟΡΓΗΣΙΑ, quam noster *lentitudinem* reddit. Haec autem Ciceronis verba profert Nonius in *lentitudine*, nec a recepta lectione discedit, ut nesciam quid sibi velint Beroaldus, Lambinus et Fabricius, quibus Grammaticus ille *lenitudinis* nomen hic videtur agnoscere. *D.*

Lentitudinis nomine] Cod. Duisb. *ingratitudinis nomine.* Marb. *lentudinis* (sic) omisso *nomine*, quod abest etiam a pr. m. a Cod. Gud. 1. Duo Oxx. habent *lenitudinis.* — Cf. etiam Gernhard. ad Cic. de Off. I. 25. 88. p. 100. sq. Add. novam Forcellini Ed. Germ. vv. *lenitudo* et *lentitudo*, et ad priorem vocem additamentum. Pergit unus Ox. *nec verbo solum*, Gud. 2. *nec solum vero.* Mon. 1. *nec vero solum hanc, sed et libidinem laudant.* Pergit unus Ox. *est autem ira.* Ad verba *Sed ipsum illud genus* cf. c. 7. §. 14. c. 9. §. 21. c. 15. §. 34. Scribitur *illud ipsum* in Edd. ante Gebh., exceptis V. Rob. Steph. Herw. Solus Mon. 1. habet *sed illud ipsum genus cupiditatis vel libidinis*, omisso priore *vel*; deinde *natura traditum. Nihil quemque*, omisso *enim*. quod abest etiam ab uno Ox. Vind. 2. exhibet *enim quempiam. Mr.*

Est enim ira — ulciscendi libido] Ad hunc locum respicit Lactantius de Ira Dei cap. XVII, 20. *D.*

cere posse. Noctu ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere non posset: quaerentibusque respondebat, *Miltiadis tropaeis se e somno suscitari.* Cui non sunt audi-
b. tae Demosthenis vigiliae? qui dolere se aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria. Philosophiae

---

nisi quod libeat] Ediderunt *lubeat* V. et Dav. tacite. Idem habet Cod. Vind. 1; Codd. Rehd. Gud. Duisb. *iubeat.* Mox unus Ox. *ambulans.* Quod h. l. narratur de Themistocle, eiusmodi ingenium adscribitur etiam Theseo apud Plutarch. in ej. vita p. 3. F. et Julio Caesari ap. Sueton. c. 7. Adde locis a Davisio laudatis Plutarchum de Capienda ex hostibus utilitate p. 92. C. de Profectt. in virtute sent. p. 84. B. — Cod. Gud. *qui* pro *quod.* Pro *somnum* Gud. 1. habet *sonum* [ex *sōnū*]. Ad structuram *quod — non posset* pro *quod — non poterat* F. Bucherus, Prof. Rotwilensis in Prolus. scholastica De Tribus Graecae L. Idiomatis (1826.) p. 9. confert locutionem Graecam: *νυκτὸς διεβάδιζεν ἐν ἀγορᾷ ὁ Θεμιστοκλῆς καθεύδειν μὴ δυνάμενος.* Alterus, nescio unde, dedit: — *non posset? quaerentibus respondebat* '— Omittunt etiam *que* Codd. Rehd. Duisb. et, ut videtur, Vind. 2. Cod. Duisb. habet *respondit.* Cod. Aug. *quaerentibus quidem.* Pergit Gud. *militiam distropey se ex;* Duisb. *Miliciadis tropheis* se *e;* Vind. 1. *Melchiadis,* Marb. *miliciadiis tropheis.* Gud. 2. *militia distropheis;* duo Oxx. *Milciadis,* duo cum Gud. 1. *trophaeis,* ut plures vett. Edd. Cod. Mon. 1. *tropheis se a somno.* Rehd. *e sonno.* Marb. Gud. 1. 2. *suscitare,* duo Oxx. *excitari. Mr.*

Miltiadis tropaeis *se e somno* suscitari] Bak. noster, *Miltiadis* tropaea *se e somno* suscitare; nec aliter multi Codices, ad vocem ultimam quod attinet. Sed perinde est. Valerius Maximus lib. VIII. cap. XIV, 1. ext. *Themistoclem ferunt stimulis virtutum agitatum, et ob id noctes inquietas exigentem, quaerentibus quid eo tempore in publico versaretur, respondisse*; quia me tropaea Miltiadis de somno excitant. *Marathon nimirum animum eius et Artemisium et Salamis — tacitis facibus incitabant.* At Plutarchus in Theseo Tom. I. pag. 3. et in Themistocle pag. 113. eum dixisse testatur, *ὡς καθεύδειν αὐτὸν οὐκ ἐᾶν τὸ τοῦ ΜΙΛΤΙΑΔΟΥ ΤΡΟΠΑΙΟΝ.* Quo sola Marathonia designatur victoria. Sic et in Apophthegm. Tom. II. pag. 185. *D.*

Demosthenis vigiliae, qui dolere se aiebat] Bentleianum *dolore se angebat,* quod esse ille in uno Davisiano scripsit, ego in nullo plane codice MS. reperi coniunctum: sed habent Gud. 1. 2. *dolore se aiebat,* Mon. 1. *dolere se angebat.* Sed Bentleii ratio nulla est; neque mutatio necessaria. Pergit unus Ox. *si quando pontificum.* Egregie scilicet. Mox idem omittit *ipsius;* duo alii habent *princeps* cum Rehd. et Duisb. quorum prior supra scriptum habet *Plato.* Gud. 2. *ipsi principes.* Mon. 1. et Rehd. omittunt *suis.* Mon. 1. habet *facere sine flagrante cupiditate.* Duo Oxx. cum Cod. Rehd. *potuisset,* Duisb. *potuissēt. Mr*

Dolere se aiebat, si quando opificum] Hieronymus advs. Rufinum lib. I. cap. IV. pag. 495. *Demosthenes plus olei quam vini expendisse dicitur, et omnes opifices nocturnis semper vigiliis praevenisse.* Prius ipse confitebatur Demosthenes. *ἐρωτηθεὶς γάρ, πῶς τῆς ῥητορικῆς περιγένου; πλέον, ἔφη, ἔλαιον οἴνου δαπανήσας.* Hoc refert Aristoteles apud Stobaeum Serm. XXIX. pag. 206. Plutarchus in Demosth. Tom. II. pag. 848. *Ἱστοροῦσι δὲ ὡς οὐδὲ λύχνον ἔσβεσεν, ἄχρι πεντήκοντα ἐτῶν ἐγένετο, διακρίνων τοὺς λόγους.* Hinc *αὐτοῦ τὰ ἐνθυμήματα ἐλλυχνίων ὄζειν,* exprobravit Pytheas. Vide sis inter alios Aelianum V. H. VII, 7. *D.*

denique ipsius principes nunquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent. Ultimas terras lustrasse Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus: ubi enim quid esset, quod disci posset, eo ve-

ultimas terras lustrasse Pythagoram] Cod. Rehd. *lustrare*. Ad rem Beroaldus: „Plinius in XXX. refert [c. 1. Sect. II. p. 523. Hard.] Pythagoram, Democritum, Platonem ad magiam discendam navigasse, exiliis verius, quam peregrinationibus susceptis. Hieronymus in Prologo veteris instrumenti [post prc.] *Legimus*, inquit, *quosdam lustrasse provincias, novos adiisse populos, maria transisse cupiditate studiorum* [H. *ut eos, quos ex libris noverant, coram quoque viderent.*] *Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Aegyptum — laboriosissime peragravit, dum literas quasi toto orbe fugientes persequitur.* Democritus consectatus magos de magica scripsit, patrimonium suum patriae donavit, quo expeditius peregrinaretur philosophareturque.“ Cic. de Finn. V. 19, 50: *Quid de Pythagora? quid de Platone aut de Democrito loquar, a quibus propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas?* ib. 29, 87: *cur Plato Aegyptum peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros et caelestia acciperet? Cur post Tarentum ad Archytam? cur ad reliquos Pythagoreos, Echecratem, Timaeum, Acrionem Locros, ut, quum Socratem expressisset, adiungeret Pythagoreorum disciplinam, eaque, quae Socrates repudiabat, addisceret? Cur ipse Pythagoras et Aegyptum lustravit, et Persarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? tot maria transmisit? cur haec eadem Democritus?* etc. — Pro *accepimus* Cod. Gud. 2. habet *eccipimus* (sic). *Mr.*

Ubi enim quid *esset*] Vulgo *quidquid esset*; quod tam absurdum est, ut mihi vitium typographicum videretur, nisi sic edidisset etiam Victorius. Nos igitur Bak. editosque veteres sequimur. Certe *quicquid* hic idem quod *quidque* denotare non potest, ut apud Lucretium II, 956. V, 1387. 1453. Nec *quicquam*, prout arbitror, ullibi significat; licet alia mens sit Ob. Gifanii Observ. in L. L. pag. 205. *D.*

ubi enim quid esset] Quem laudat Giphanii locum Davisius, is est in Ed, Frcf. (1624.) p. 205. — Bouhierius quoque, qui in uno Leid. reperisset *quid*, cum Davisio facit. „*Quid* habent Edd. vett., non *quidquid*, ut est in vulgg. primum a Iunta datum. Aldus autem vetus servavit.“ *Ern.* Habent *quid*, praeter Codd. Bak. Leid. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. 2. et rell. vett. ante Grut. exceptis P. V. Rob. Steph. Junt. in quibus est *quidquid* v. *quicquid*, ut in plerisque Codd.: ex nostris certe habent idem Gud. I. 2. Aug. Marb. Mon. 1. Vind. 1. 2. Rehd. Gud. et septem Oxx. In duobus Oxx. et Duisb. legitur *quicquam*. Ex recc., post Gruterum, omnes dederunt *quid* exceptis Gron. et Alt. In Ed. Kühn. duplicem habet annotatio ad h. l. errorem. Primum dicitur septem Oxx. habere *quid*, quod habet nullus: deinde comparatur locus L. V. 34. 98. [*quae, ut quidquid obiectum est, quod — non sit alienum — non quaerunt amplius:*] cuius loci plane alia est ratio. Posteriore enim loco *quidquid* dici pro *quidque* recte monet Kühn. laudatis Ramsh. §. 160. p. 374. c. et Orell. Obss. in Tusc. p. 391. ed. Opp. Cic. T. IV. [p. 175. ed. pecul.] Nostro loco *ubi — quid* ponitur pro *ubicunque — aliquid esset:* pro eo si scribas *quidquid*, soloece scripseris: sed poterat etiam scribi: *sic ubi enim quid esset.* Vid. Zumpt. Gr. Lat. §. 710. ed. 6. *Mr.*

quod disci posset.] Duo Codd. Oxx. Gud. 1. 2. Rehd. Gud. *dici posset*, unus Ox. *dici potest*. Gud. 2. *et* (pro *eo*) *veniendum*. Posteriori voci *esse* addunt duo Oxx. Pro *haec* est *hoc* in quatuor Oxx.

niendum iudicaverunt. Num putamus haec fieri sine summo cupiditatis ardore potuisse?

20 Ipsam aegritudinem, quam nos ut taetram et immanem
45. beluam fugiendam diximus, non sine magna utilitate a natura dicunt constitutam; ut homines castigationibus, reprehensionibus, ignominiis affici se in delicto dolerent. Impunitas enim peccatorum data videtur eis, qui ignominiam et infamiam ferunt sine dolore: morderi est melius conscientia. Ex quo est illud e vita ductum ab Afranio: nam quum dissolutus filius,

---

Gud. In Duisb. legitur *non putamus*. Idem omittit *sine* cum Cod. Mon. 1. Vocabulum *ardore* excidit in Gud. 2. Cap. seq. initio unus Ox. habet *inhumanam* pro *immanem*. *Mr.*

Cap. 20. *Fugiendam diximus — qui ignominiam*] Vulgo, *fugiendam* esse *diximus — qui* et *ignominiam*. Contra Msstorum ipsiusque Victorii fidem. Haec cum minuta sint, quasi per saturam congesta posuimus. *D.*

fugiendam diximus] Quod abesse ait a Codd. *esse* Davisius, id non ab omnibus abest, sed habent eam vocem quinque Oxx. (quorum duo exhibent *duximus*) eiusque vestigium est in Gud., qui habet *fugiendam et diximus*. Gud. 1. habet *fugienda*. Omiserunt *esse*, praeter Vict., etiam Edd. Rob. Steph. Leod. Dav. FAWolf. Or. Tha. Pergit Cod. Marb. *si sine magna*. Mon. 1. habet *ducimus — ab natura*. Vind. 1. *dicant a natura*. Vind. 2. *dicunt a natura*. Gud. 2. *constituta*, Duisb. *institutam*, sed supra lin. *const.* Pro *homines*, quod solum verum est, in multis libris est vox, quae saepissime cum illa confunditur, *omnes*: estque ita in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Duisb. (*oms*) Rehd. Mon. 1. Marb. Vind. 2. (*omnis*) Edd. P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. et tribus Codd. Oxx. Reliqui libri a nostris stant partibus. Gebh. ad h. l.: „Non ausim eiicere *homines* illique substituere *omnes*, quod exstat in quinque Pall. Fab. Vatic. ed. Victorii, quod item se tueatur vett. editionibus huicque loco aptius.“ Unus Ox. omittit *affici se*, eorum verborum loco habent Reg. Gud. 1. *adficisse*, Aug. *afficisse*, Gud. 2. *affecisse*. Tum unus Ox. et Rehd. *Impunitas etenim*. Post *qui* additur *et* in omnibus Edd. ante Dav. exceptis Vict. et Rob. Steph. itemque in Edd. Verb. Ern. Lall. Nec tamen comparet in Codd. (exceptis quatuor Oxx. et fortasse Vind. 1.) omnibus. Rehd. omittit etiam *qui*. Verba *et infamiam* desunt in Cod. Duisb. Unus Ox. habet *feruntur*. In Duisb. legitur *Morderi melius est*, in Mon. 1. *morderi est melius ex conscientia*, in uno Ox. *morderi enim est melius*; in alio *Morbi est melius*. *Mr.*

illud e vita ductum] „Non reperio ullum vestigium in nostris Codd. emendationis Lambin. *ex quo est illud scite dictum ab Afranio*. Solus Pal. quint. cum Vatican. *e victa*. Fab. item delet. *Gebh.*

Illud e vita ductum] Sic omnes Mssti: quibus invitis, Lambinus edidit *illud scite dictum*. Si tanta licentia grassari sit concessum, nihil in veterum libris erit sacri, nihil intaminati. *D.*

illud e vita ductum] „i. e. ex usu vitae.“ *Ern.* Nullus praeter MS. assentit Lambino, neque quisquam eius emendationem praeter Frc. Fabr., qui nec suum Codicem consentire ait, fuit Afranius, conditor togatarum clarissimus, de quo Horatius:

Dicitur Afranii toga convenisse Menandro.

Heú me miserum! —
tum severus pater,
— *Dummodo doleat aliquid, doleat quidlubet.*
Reliquas quoque partes aegritudinis utiles esse dicunt: mi- 46.

Hunc ait Quintilianus inquinasse argumenta foedis amoribus puerorum. Inducebatur ab Afranio dissolutus filius, qui, castigatus a patre et conscientia teste affectus, ita dolenter loquitur: *Heu miserum me!* quo audito pater laetatus, quod filium dolentem ex delicto videbat, subiunxit: *doleat quod libet, dummodo aliquid doleat*. ostendens aegritudinem salubriter constitutam esse. Hoc Afranianum usurpat in epistolis ad Atticum, cum ait: *sed tamen dummodo doleant aliquid, doleant quodlibet.*" *Beroald.* [Vid. Hor. Epp. II. 1. 57. Cic. ad Att. XVI. 2.] Laudat Billerb. Cic. Brut. 45. de Finn. I. 3. Quinctil. X. 1. 100. Fabric. Bibl. Lat. III. p. 232. Add. Voss. (G. J.) De vett. poëtt. Latt. p. 12 sq. Petr. Criniti de Poët. Lat. I. 12. p. 79. b. (ed. Ascens. 1520. f. m.) J. N. Funccius de Adolescentia L. L. p. 97 — 99. Bähr: Gesch. d. Röm. Litt. p. 70 sq. — Habet unus Ox. *infracto* pro *Afranio;* Vind. 1. *Africano. Mr.*

Nam quum dissolutus filius Heu me miserum dixisset, tum severus pater,] „Haec lectio vulgata. Gryph. liber ita habet: *Nam cum dissolutus filius, Heu me miserum, tum severus pater, Dummodo* et quae sequuntur, sine verbo *dixisset,* quomodo etiam Victorius legit." *Brut.* „Recte sic edidit Victorius, consensum nactus quinque Pall. Inepte post *miserum* inseritur *dixisset.*" *Gebh.* Cod. Gud. 2. *filiis* pro *filius*; unus Ox. omittit *Heu.* Ed. P. habet *miserum me.* Eadem omittit *dixisset,* ut Codd. quorum unus tantummodo, Vind. 1., id verbum habet additum, unus Ox. *miserum diceret.* In Mon. 1. excidit *tum. Mr.*

Dummodo doleat aliquid,] „Laudavit Cicero hunc versum etiam ad Att. XVI. 2. ubi pro *doleant* corrigendum est *doleat*: adhibetur enim dolendi verbum ut in versu Terentii Eunuch. I. 2. 13: *ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet.*" *Bouh.* Correxit locum Epp. ad Att. ex nostro Orellius, bis pro *doleant* scribens *doleat. Mr.*

Doleat quidlubet] Sic Reg. et Pithoean. Vulgo *quod lubet. D.*

Doleat quidlubet.] Ita Codd. Gud. 1. Reg. [quamquam collatio nostra tacet] unus Ox. Duisb. Edd. Dav. FAWolf. Schz. Or. Tbn. Editiones sic habere veteres ait Ern.; sed hoc verum non est: habent enim *quod lubet,* nisi quod P. habet *quod libet,* S. *quo lubet,* Ven. nostr. *quod iubet*; tres Oxx. Gud. 2. Aug. Mon. 1. *quidlibet,* unus Ox. *qui iubet,* Gud. *que iubet,* Rehd. Vind. 2. Marb. Bern. *quod libet.* Reliqui scripti et editi *quod lubet. Mr.*

Reliquas quoque partes aegritudinis] Cod. Mon. 1. *Reliquasque quoque.* „Singulis perturbationibus partes plures subiiciuntur: *aegritudini* subiecta sunt *misericordia, aemulatio, obtrectatio, luctus, angor, lamentatio* et alia complura." *Beroald.* Vid. supra c. 7, 16. conf. Goerenz. ad Cic. de Finn. I. 12. 41. p. 57. — Pro *utiles* scribitur *viles* in Cod. Mon. 1. Post *ferendam* pergit Cod. Aug. *ad calamitates,* unus Ox. *et ad calamitates.* Ad h. l. in Ed. Oliv. haec est Victorii annotatio, quam non reperio in Edd. Rob. Steph. et J. Camerar. quae habent Castigationum Victorii Explanationes: „Aristoteles Rhet. II. 10: ἔστω δὴ ἔλεος κ. τ. λ. id est: *Sit igitur misericordia aegritudo quaedam ob aliquod malum putatum, eius generis, quod interitum affert vel dolorem inurit, hominis indigni visi, qui ita tractaretur.* Sensus est: Dicamus igitur misericordiam aegritudinem quandam esse exortam ex eo, quod malum esse videatur, atque eorum

sericordiam ad opem ferendam, et calamitates hominum indignorum sublevandas; ipsum illud aemulari, obtrectare, non esse inutile, quum aut se non idem videat consecutum

---

generum malum, quae aut ad interitum perducant, aut dolorem cruciatumque afferant, in eoque positum sit, qui illa fortuna *indignus* videatur. Stoici homines illiusque familiae principes ita misericordiam definierunt, ut a sententia Aristotelis non discreparent. Cicero in IV. Tuscul. dixit *hominum indignorum*, ut hic Aristoteles τοῦ ἀναξίου." Ex fine annotationis vides hanc Victorii ann. non esse scriptam ad nostrum locum, sed ad Aristotelem. *Mr.*

Calamitates hominum indignorum] Minime meritorum, ut talia paterentur. Erasmus enim male dedit *indigorum*. Plautus Curc. Act. IV. Sc. II, 23. Indignis *si male dicitur, maledictum id esse dico.* Ovidius Metam. I, 631.

— Indigno *circumdat vincula collo.*

Et IV, 138.

Percutit indignos *claro plangore lacertos.*

Sic cum alibi, tum XIII, 141. Heroid. V, 8. Art. Am. III. 708. et Fast. II, 780. Martialis I. Ep. 79.

Indignas *premeret pestis cum tabida fauces.*

Vide et Pedonem Eleg. I. 49. ac Lambinum ad Horatii Serm. lib. II. Eclog. II, 103. *D.*

hominum indignorum] „Cod. Reg. et unus Leid. *indigorum*: quam ego veram lectionem esse existimo. Misericordia enim nos impellit ad sublevandos miseros, etiamsi fortasse miseriae suae ipsi fuerint causa." *Bouh.* „Durum videtur dicere, *homines calamitatibus indignos*. Ego aut *dignorum* aut *indigorum* [hoc vult, quamquam expressum est *indignorum*] legendum puto, quod Buher. in MSS. duobus reperit." *Nissen.* Bouhierio in indicandis Codicum lectionibus me non multum habere fidei, non semel monui. Equidem certus sum Regium non habere *indigorum*; fortasse IDIGORV. Ceterum est *indigorum* in uno Ox. pessimae notae; Rehd. voci *indignorum* superscriptum habet *indigentium*, quod non minus est glossatoris, quam *indigorum*; Gud. *indigenorum*, egregia scilicet correctione, siquidem volebat corrector *indigenarum*. Post *indignorum* in Codd. Vind. 2. Gud 2. ponitur *calamitate*, quod item est glossatoris, illud adiectivum explicantis. Cuius glossae vestigium reperitur etiam in Cod. Marb. in quo habes stribliginem *indignorum nutates*. Laudat Or. ad eum, qui hic obtinet, usum vocis *indignus* Heindorfium ad Horat. p. 272. [ad Sat. II. 2. 103.] Add. Forcellin. ed. nov. h. v. Duo Oxx. pro *sublevandas* habent *subveniendas*. In seqq. Cod. Marb. exhibet *non est utile*, unus Ox. *non esse utile*, Gud. 2. *prae esse utile*: voluit fortasse glossator fingere adiectivum *praeutilis* ut vulgatum est *praepotens*, idque tmesi separare, ut legit Gulielmus ap. Cic. pro Leg. Man. 14, 46: *per erat molestum*: vel voluit *per esse utile*. Habet autem adiectivum *perutilis* Cic. ad Att. IX. 17. extr. *In hac enim fortuna perutilis eius et opera et fidelitas esset. Mr.*

quum aut se non idem videat consecutum] Cod. Rehd. et unus Ox. *quum autem*. Ed. P. omittit *se*. Cod. Rehd. habet *non ratione videat*, Vind. 1. *non videat idem*. In seqq. Dav. solus, ut videtur, habet *si qui sustulisset*: habet tamen assentientem nostrum Cod. Gud. 2. „Xenophon in Oeconomico et Columella prodiderunt metum utilem esse plurimumque conferre ad diligentiam custodiendi." *Beroald.* [v. Columell. 12. praef.] — Scribitur in Cod. Mon. 1. *sublevatam fore. Mr.*

quod alium, aut alium idem, quod se: metum vero si quis sustulisset, omnem vitae diligentiam sublatam fore: quae summa esset in eis, qui leges, qui magistratus, qui paupertatem, qui ignominiam, qui mortem, qui dolorem timerent. Haec tamen ita disputant ut resecanda esse fateantur, evelli penitus dicant nec posse nec opus esse: et in omnibus fere rebus mediocritatem esse optimam existiment. Quae quum

---

Quae summa esset in eis — qui dolorem timerent.] An igitur omnibus, qui paupertatem ceteraque quorum meminit noster timent, aequalis inest vitae diligentia? nam *summo* certe nihil superius. Forsan Cicero scripsit *quae* multa *esset in eis*. Cl. autem Bentleius reponit, *quae* nulla *esset in eis — qui dolorem* non *timerent*. *D.*

quae summa esset — qui dolorem timerent] Dav. in Ed. 2. recepit Bentleii coniecturam, non magis, quam Davisii ipsius, supervacaneam: quare recte Bouhierius se intelligere non posse dixit, cur librorum lectionem mutatam voluerit Dav. Cod. Rehd. habet *in eis esset*, Gud. *esset in illis*, Mon. 1. omittit *in*. Pro *haec* unus Ox. *hoc* cum Aug. Idem cum Rehd. *videantur*, pro *fateantur*. Recte monet Kühn. distinctionem tollendam esse post *disputant*, cum haec sit sententia: *ita tamen disputant, ut haec resecanda esse fateantur*. Vind. 1. omittit *ita*, unus Ox. *paenitus;* Gud. 1. a 1. m. *discant*. Duisb. *non posse*, cum uno Ox. *Mr.*

et in omnibus — optimam existiment] „Vulgg. *ut*: qua lectione servata rescribendum conieceram *existimant*." *Dav.* in Ed. 2. Nissenius item malebat *ut — existimant*. Wopkens. l. c. p. 132; Per me, ait, licet salvum et integrum conservari posterius *ut*, quippe cuius coniunctionis repetitio, cum passim obvia sit, nemini molesta esse queat. Sic enim Acad. I. 7: *De natura autem . . ita dicebant, ut eam dividerent in res duas: ut altera esset efficiens, altera* etc. c. 13. lib. II. c. 15. vid. quoque Fin. III. 19. et V. 9. de Senect. c. 8: *Quid? quod etiam addiscunt aliquid: ut Solonem versibus gloriantem videmus, qui — dicit: ut ego feci, qui Graecas literas senex didici*. Add. de Finn. V. 2. Acad. II. 16. Tusc. III. 29. Vellej. Pat. II. 33. „In quo non illud miror, defendi a Wopkensio loco nostro lectionem vulgatam, non inspectis libris, (quos habuit nullos) quorum et plurimi et optimi habent *et* (*ut* nonnisi quatuor habere videntur Oxx.) itemque, quae ad Codd. proxime accedit, Ed. P. et receperunt *et*, post Dav., FAWolf. Schz. Or.; neque quemquam nunc quidem fore credo, qui repetitum *ut*, utcunque positum, ferri posse neget: hoc miror, non vidisse Wopkensium, plane aliam eorum, quos laudat, locorum, ac nostri, esse rationem, et inter se esse diversos locos istos, plerosque vel explicationem sive ἐπεξήγησιν, vel comparationem, vel oppositionem habentes, nec vero eiusmodi sententiae continuationem, qua, si *ut* ponas, fiat ἀναφορά: quae certe, si non est profecta a Cicerone, obtrudi ei non debet contra libros. Recte ad v. *mediocritatem* monet Or., eos qui Horatianam illam auream mediocritatem, ut ridiculam, contemnant, nihil prodere quam ignorantiam eius, quod veteres dicebant τὸ μηδὲν ἄγαν vel τὴν μεσότητα. Quod est in uno Ox. Duisb. et Mon. 1. *existimant*, inde nihil sequitur, nisi incidisse iam pridem correctores in eandem, in quam Dav. et Niss., coniecturam. *Mr.*

Et *in omnibus fere rebus*] Vulgo *ut*. Alteram vero lectionem praestant Reg. Pithoean. Med. Bak. et Balliol. *D.*

nihilne — an aliquid dicere] Pro *an* unus Ox. *aut*, quod est in-

p. 219. a. exponunt, nihilne tibi videntur, an aliquid dicere? A. Mihi vero dicere aliquid. Itaque exspecto, quid ad ista.

21 47. M. Reperiam fortasse: sed illud ante. Videsne, quanta fuerit apud Academicos verecundia? plane enim dicunt, quod ad rem pertineat. Peripateticis respondetur a Stoicis. Digladientur illi, per me licet; cui nihil est necesse, nisi ubi sit illud, quod veri simillimum videatur, anquirere. Quid

---

terpretis, ineptos suspicantis lectores. Repetitum *dicere* post *Mihi vero* omissum est in uno Ox. Et ferri posset haec omissio, si a Cicerone profecta esset: nunc, quum videatur correctoris, nihil tentandum. Cod. Duisb. omittit *aliquid:* quo minus facile careremus. Quae sequuntur inde ab *Itaque* in uno Ox. et Mon. 1. Marco tribuuntur. Codd. Duisb. et Aug. habent *exspecto, quid ad ista reperias. Fortasse* — Duo Oxx. *exspecto, quid ad ista reperias fortasse. M. Sed illud ante.* Recte admonet Or. urbanitatis, quae est in verbis *quid ad ista*: coll. §. 48: *quid ad has definitiones possint dicere*: laudatque FAWolfium in Prolegg. ad Demosth. Leptineam p. CLI. Add. supra I. 4. 7. extr. ibiq. anott. ad v. *ad id — disputabam. Mr.*

c. 21. *Quanta fuerit apud Academicos verecundia?*] „Hoc ideo inserit, ut ostendat Academicos ob verecundiam non audere Peripateticis contradicere, quibus Stoici, utpote inverecundiores, libere respondent. In epistola ad Papirium Paetum: *Ego servo et servabo (sic enim assuevi) Platonis verecundiam.*“ *Beroald.* Locus est Epp. ad Famm. IX. 22. extr. In Codd. Mon. 1. et Vind. 2. est *iracundia* pro *verecundia.* Ad v. *plane enim dicunt* etc. Ernestus: „Sc. nihil admiscendo, quod aegre ferre adversarii possint. Secus Stoici.“ Pro *enim* ex MS. nescio quo in marg. enotavit Verb. *vero. Mr.*

digladientur illi, per me licet;] Unus Ox. *degladientur*, alius *digladiantur.* Rehd. *enim* pro *illi*, unus Ox. *illi questione* [quaestione]. Agnoscis interpretem, qui vereretur, ne quis gladiorum certamen inter istos cogitaret. Vind. 1. habet *licet per me.* „Cicero in primo Academicorum: [est locus in Fragmm. ex Non. v. *digladiari* p. 65. Ed. Orell. Opp. Cic. IV. 2. p. 469.] *Quod* [quid] *Antipater digladiatur* [digladietur] *cum Carneade tot voluminibus.* [id. Non. ibid. ex Acadd. III: *digladiari autem semper, depugnare cum facinorosis — quis non — miserrimum — dixerit?*] Sensus est: *Stoici et Peripatetici inter se dissideant atque depugnent, prout lubet, cum id nihil ad me: qui nulli sectae addictus nihil necessario probare cogor, sed id sequor, quod veri simillimum videatur, ex instituto Socratico Academicaque disciplina.*“ *Beroald.*

cui nihil est necesse etc.] Cod. Mon. 1. omittit *est.* Duisb. habet *necesse est*: Ergo, dicat Beierus aliqui, abiiciatur *est.* Rehd. omittit *ubi*, Gud. verba *ubi sit;* Mon. 1. *quod* post *illud.* Rehd. habet gloss. *quod queri veri simill. videatur.* Ad v. *inquirere* (ita enim plerique veteres editi) Frc. Fabricius haec: „In quibusdam libris est *anquirere*, quo verbo M. Tullium saepius usum esse veterum librorum auctoritas arguit.“ *Mr.*

quod veri simillimum videatur, anquirere.] Ita legendum docui in Crepundiis [p. 110. ed. Schminckii p. 470.). Video iam exstare in Ed. Victor. in Vaticano: imo dudum e Victorio sic edidit Lambinus [ita etiam dicitur Lambinus edidisse in marg. Lambb. et Goth. Sed Or. dicit esse in Lamb. a. 1566. *inquirere*] et ita vetus eius Codex [nimirum ita v. c. habere dicitur in marg. Lambb.]. Liber Gryphii, Palat. tert. *acquirere:* vulgo *inquirere.*“ *Gebh.* „Duo Leidd.

est igitur, quod occurrat in hac quaestione, quo possit attingi aliquid veri simile? quo longius mens humana progredi non potest. Definitio perturbationis, qua recte Zenonem usum puto: ita enim definit, ut *Perturbatio sit aversa a ratione, contra naturam, animi commotio*: vel brevius, ut

---

et ed. nostra vet. *inquirere* cum plerisque seqq.“ *Bouh.* Legitur *anquirere* in Codd. Reg. Gud. 1. Gryph. Vind. 1. (a 1. m.) quatuor Oxx. (quorum unus a 1. m. habet *inquirere:*) Edd. V. Leod. Rob. Steph. Gebh. seqq. Verae lectionis vestigium est in Cod. Marb. qui habet *an acquirere;* in Rehd. Gud. et Ed. P. in quibus est *acquirere.* Reliqui *inquirere.* De *anquirendi* verbo laudat Kühn. Beierum ad Cic. de Off. I. 30. p. 229. Add. nos ad Cic. de N. D. I. 17. p. 79. ed. maj. Cr. et nostr. Gernh. ad Cic. Lael. 21, 81. p. 167. ad 23, 87. p. 176. ad 24, 88. p. 178. Beier. ad Lael. 21, 81. p. 127. Dav. et nos ad Cic. de Legg. I. 1. p. 8. Ed. Forcellini Germ. v. *anquiro* p. 182. b. Unus Ox. pro *quid est* habet *quidem.* Idem omittit *quod. Mr.*

In hac quaestione, qua possit adtingi] Vulgo *e qua;* quod parum Latine diceretur, ut Cl. Bentleius recte monuit. *D.*

e qua possit attingi] „Quamvis omnes MSS. in hac lectione conspirent, mendum tamen loco inesse certum videtur: viderunt idem Bentleius et Dav. quare correxerunt *qua.* Sed hoc adverbium loco nostro non convenit. Paulus Manutius legebat *ę quo.* Equidem abiecta priore vocula legerim *quo.*“ *Bouh.* Ern. quoque ad v. *e qua* Imo, ait, *quo;* refertur enim ad *quid.* itemque *e* delevi.“ *Mr.*

quo possit attingi] Recepi Bouhierii coniecturam post Ern. FAWolfium, Schz. Or. Nobb. Tbn. et sic esse existimes etiam in aliquot Codd. Oxx. Scribitur in uno Ox. *e qua, e quo,* in Reg. Gud. 1. *aequa,* in Mon. 1. *ex quo,* in Duisb. *de qua,* Rehd. *eqa,* Gud. Gud. 2. Marb. *equa.* Reliqui *e qua,* ut dederunt M. Lall. quod Orellio videtur *ἄχυρον.* Mihi cum eodem *e* ortum videtur ex perperam repetita antecedentis vocis litera ultima. Sequentia *quo longius* etc. ex mente Academicorum dici vere monet Kühnerus. Mox Cod. Gud. 2. *perturbatiònem:* voluit fortasse scriptor Codicis *perturbationum.* Duisb. pro *puto* habet *putant.* Ad structuram *ita enim definit, ut* — vid. Poppo in Ephemerid. Schol. Univ. (*A. S. Z.*) 1831. II. 134. p. 1068. Cod. Rehd. habet *diffinivit,* Vind. 2. *definivit. Mr.*

adversa ratione] „Maffaei liber *aversa a ratione.* probo: nam etiam supra cap. 6: *Zenonis,* inquit, *est definitio, ut perturbatio sit aversa a recta ratione contra naturam animi commotio,* et cap. 9: *omnium perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quae est a tota mente et a recta ratione defectio, sic aversa a praescriptione rationis, ut nullo modo* etc. Et: *Turbidi animorum concitatique motus aversi a ratione* [c. 15.]. Et: *Convenit inter omnes, commotiones animorum a recta ratione aversas, vitiosas esse* [c. 28.].“ *P. Manut.* „*Aversa a ratione* habet Cod. Gryph. et Lambini editio.“ *Brut.* „Monui iam supra ad c. 6. legendum esse *aversa a ratione et contra naturam.* Cod. Reg. ed. nostra vet. et aliquot aliae item habent *aversa a ratione,* ut infra c. 28.“ *Bouh.* — „*Adversa ratione:* hic quoque frustra corrigunt *aversa.* Vid. supra ad cap. 6.“ *Ern.*

Aversa a *ratione*] Vulgo *adversa ratione,* qui loquendi modus et ipse probus est. Sed cum plures Codices dent *adversa a ratione,* vel *aversa ratione,* lectionem repraesentavi, quam secutus est Erasmus, nos in Med. invenimus, et in Maffaei libro repertam probavit Manu-

Perturbatio sit appetitus vehementior: vehementior autem
48. intelligatur is, qui procul absit a naturae constantia. Quid ad has definitiones possint dicere? Atqui haec pleraque sunt prudenter acuteque disserentium: illa quidem ex rhetorum pompa, *ardores animorum, cotesque virtutum.* An vero vir

---

cius. Quin et in hac definitione noster eandem φράσιν adhibet supra cap. VI. Vide et cap. 15. *D.*

aversa a ratione] Ita dedi cum Dav. ex Codd. Bern. (a 2. m.; prima omisit *a*) Gryph. Mon. 1. Duisb. idemque fecerunt Lall. Olivet. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. et pridem Edd. E. Lamb. Frc. Fabr. et HWolf. Neque dissentiunt ii libri, in quibus est *aversa ratione* [AVERSARATIONE], videlicet Gud. 1. Reg. (sine dubio) Bern. (a 1. m.) Gud. 2. Marb. Rehd. et uno Ox. Reliqui habent *adversa ratione*, nisi quod in Ed. S. veritatis vestigium servatum est, quippe quae exhibet perperam: *adversa a ratione.* — In uno Ox. est *brevis* pro *brevius.* Sequens *ut* omittit Cod. Aug. In Gud. est *vehementior appetitus.* Adiectivum *vehementior* abesse ait a Cod. nescio quo Verb. in marg.; idem nos abesse videmus a Codd. Gud. 1. 2. et duobus Gebhardi: quod saepissime fieri in vocabulo bis ponendo nemo est qui nesciat. In duobus Oxx. deest *autem*, unus eius loco habet *ante.* Cod. Aug. habet *intelligitur*; Gud. et Duisb. *hiis* pro *is.* Gud. *sit* pro *absit*, Duisb. *absint*; unus Ox. *natura.* Cod. Mon. 1. *adsit a naturae const. Mr.*

Possint *dicere*] Sic recte Cl. Bentleius; intelliguntur enim Peripatetici. Vulgo *possim. D.*

possim dicere] „Facile cum Bentleio et Davisio ut scriberem *possim* adducerer, si accederet vel unus liber MS. Sed commodam habet sententiam *possim*: Quid? etiamsi contra dicere liberet, adversus istas definitiones, ego possim dicere? Prorsus enim sunt rectae. Loquitur nimirum ut Academicus." *Bouh.* „Imo *possint*, sc. Aristotelici. Sic et Bentleius." *Ern.* Quamquam haud absurda est Bouhierii defensio vulgatae, praetuli tamen Bentleii coniecturam, quam totidem literis habet egregius Cod. Bern. a 1. m." *Or.* Accedit nunc praestantissimus Gud. 1. Legitur *possum* in Codd. Rehd. Vind. 2. et uno Ox., *possi* [sic] in Ed. P. Receperunt *possint*, post Davisium, FAWolf. Schz. Or. Recte *haec* Kühn. dicit spectare ad sententiam Stoicorum, *illa* ad ea, quae a Peripateticis iactantur. Pro *acuteque* Gud. et Gud. 2. *acute*, Duisb. *acute prudenterque disputantium.* Ad v. *pompa* Ern. in Clav. Cic. „Quia, ait, illae pompae magnifice erant apparatae, propterea transfertur ad orationem generis demonstrativi, in qua omnibus ornamentis locus est, et quae in primis ad ostentationem ingenii et eloquentiae pertinet et orationi forensi opponitur." Post *pompa* in uno Ox. et Cod. Gud. sequitur: *Quod isti reprehendentium putat, secedere voces in laudem.* Pro *cotes* in Gud. 2. est *contesque*, in Cod. Vind. 1. est *comites.* Pro *an* duo Oxx. *at.* Pergit Mon. 1. *non vir nisi*, omisso *fortis.* Pro *nisi* Cod. nescio qui in marg. Verb. *ubi. Mr.*

Nisi stomachari coepit] Vulgo *coeperit*, contra quam volunt Reg. Pithoean. et Med. *D.*

nisi stomachari coepit] i. e. *nisi quum stomachari coepit.* Scripsi autem *coepit* cum Dav. ex Codd. Reg. Pith. Med. Gud. 1. 2. Vind. 1. Rehd. Marb. et ed. vet. Bouh. quamquam facile largior potuisse exsilire eam lectionem ex neglecto compendio *coep'it.* Cod. Aug. habet *ut* pro *nisi. Mr.*

fortis, nisi stomachari coepit, non potest fortis esse? Gladiatorium id quidem. Quamquam in eis ipsis videmus saepe constantiam: colloquuntur, congrediuntur, queruntur, aliquid postulant, ut magis placati quam irati esse videantur. Sed in illo genere sit sane Pacideianus aliquis hoc animo, ut narrat Lucilius:

Gladiatorium id quidem] „Ita Cod. Gryph. itemque Victor. et Vascosani Ed.“ *Brut.* „*Gladiatorium* ex Victorio edidit Lambin. extatque in vet. Cod. secund. tert. Vatic. Vulgo *gladiatorum*.“ *Gebh.*

Gladiatorum *id quidem*] Sic Pithoean. Med. et Bak. Vulgo *gladiatorium*. *D.*

Gladiatorum] „Bene lectionem veterem restituit Davisius, quam manifesto flagitant sequentia: *quamquam in eis ipsis*.“ *Bouh.* „Sic MS. Guelf. cum aliis. Vulgo male *gladiatorium*.“ *Ern.*

Gladiatorium id quidem] „Ita Codd. Reg. Gryph. [aliquot Gebhardi et Oxonn.] vet. cod. in marg. Lambb. et Goth. qui ita edidisse Lambinum aiunt; Edd. V. [Asc. 2. Crat. Herw. Rob. Steph.] Gebh. [Gron. Verb. Alt. Oliv.] Lall. [Tbn.] Difficillima est optio. Haud ineleganter enim ex hoc adiectivo nomen elicias ad v. *eis ipsis*.“ *Orell.* „Habet sane adjectivum, quo se commendet. In hoc enim latet nomen *gladiatores*, ad quod pertinent *in eis ipsis*.“ *Kühn.* Equidem *gladiatorium* verum puto, a vetere quodam correctore, qui vocem sequentibus accommodari vellet, in *gladiatorum* mutatum: contrarium certe eiusmodi homines facere non solent. — Abest *ipsis* a Cod. Aug. In Vind. 1. est *videmus esse saepe*. *Mr.*

colloquuntur, congrediuntur, queruntur, aliquid postulant,] „Ita legitur in Gryph. exemplari, cui Victor. et Vascosani editio adstipulatur. In aliis vulgatis *queruntur* verbum abest.“ *Brut.* „Verbo *queruntur*, quod vulgatis abest, auctior est editio Victorii cum quinque Pall. Fabr.“ *Gebh.* Dav. in Ed. 2. dedit: *queruntur aliquid, expostulant*: ex Bentleii nimirum sententia: quod sibi valde placiturum ait Bouh., si accederet alicuius Cod. MS. auctoritas. Ernestus quoque Bentleium, aptius ceteris, correxisse ait *expostulant*. Codd. Gud. 1. et Duisb. veteri more scriptum habent *conlocuntur*. Gud. habet *congladiuntur, conqueruntur*. Omittitur *queruntur* in Edd. M. L. Lambb. Goth. Car. Steph. [sed reperit hic eam vocem in vet. cod.] Sylb. Ald. Boul. Brut. Bentleii emendationem Kühn. acutam appellat, Or. ad Wolfii scholas vix latinam. Vulgata certe lectio, quae est omnium Codicum, nihil habet, quod reiiciendum esse videatur. Unus Ox. omittit *congrediuntur*: idem habet *placiti* pro *placati*. Cod. Aug. omittit *esse*, Gud. 2. habet *videatur esse*. Ergo, diceret quidam ceteris mortalibus sapientior, eiiciatur *esse*. Marb. post *Sed* omittit *in*, Gud. 2. vocem *sane*, unus Ox. verba *sit sane*. Abest etiam *in* ab Ed. B. *Mr.*

in illo genere] sc. gladiatorum. „*Pacideianus* nomen est famosi gladiatoris cuius meminit Horatius in Sermonibus, cum ait [II. 7. 97.]:

Qui peccas minus atque ego, cum Fulvi Tutubaeque
Aut Pacideiani contento poplite mirer
Praelia, rubrica picta aut carbone: velut si
Re vera pugnent, feriant vitentque moventes
Arma viri.“ *Beroald.* Pacidiani et alibi Cicero [de Opt. Gen. Or. 6. ad Q. Fr. III. 4.] et Horatius mentionem fecere. De quo et pare illius, Esernino, Luciliani versus feruntur: *Eserninus fuit flacco ore* [*Aeserninu' fuit, Flaccorum munere*], *quidam* —

Occidam illum equidem et vincam, si id quaeritis, inquit:
Verum illud credo fore: in os prius accipiam ipse,
Quam gladium in stomacho furiae ac pulmonibu' sisto.

Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque,
Cum Pacideiano hic componitur, optimu' longe
Post homines natos gladiator qui fuit unus.

Sed in his versibus *sura* quid sibi velit hoc loco posita, non video; neque verum esse puto." *Camerar.* „Tempore Lucilii duo fuerunt praestantissimi gladiatores, Pacideianus et Aeserninus. Unde proverbium: *Pacideianus cum Aesernino.*" *Comm. Anon.* ap. Leod. [videlicet de viris aeque magnis inter se certantibus.]

Pacideianus *aliquis*] Aliis *Placideianus.* Vide Lambinum ad Horatii Serm. lib. II. Eclog. VII, 97. *D.*

Pacideianus] Annotatio Lambini, quam laudat Dav., ad Hor. Sat. II. 7. 97. est p. 198. et in Ed. Wechel. [Frcf. 1596.] p. 224. sq. „Apud Nonium v. *spurcum* dicitur ita (*Pacideianus*), in Cod. Reg., ed. vet. Bouh., Ald. et aliis nonnullis dicitur *Pacidianus*, in uno Leid. *Placidianus.* Unde composita est scriptio huius nominis apud Horatium l. c. *Placideianus.* Quaenam sit vera difficile est dicere. Cum fuerit Romae gens *Pacidia* et gens *Placidia*, ex alterutra illud nomen ortum esse potest." *Bouh.* Distinguendum esse Placidejanum Horatii a vetere illo Pacideiano Lucilii monet Heindorf. ad Hor. l. c. q. v., quae item est sententia Kühneri. Scribitur autem *Pacideianus* nostro loco in septem Codd. Oxx. Aug. Edd. B. S. C. V. M. Rob. Steph. Asc. 1. 2. Cam. Junt. Ald. Boul. Sylb. Leod. Car. Steph. Goth.; Lambb. Gebh. Verb. Ern. Schz. FAWolf. Or. Nobb. Tbn.; *Placidianus* in Codd. Gud. 2. Mon. 1. duobus Oxx.; *Pacidianus* in Codd. Reg. Gud. 1. Rehd. Duisb. Gud. Vind. 1. 2. Marb. (qui cum Mon. 1. habet *plane* pro *sane*); Edd. P. A. E. Ven. nostr. HWolf. Oliv.; *Placideianus* in Edd. Lamb. [1566.] Lall. *Mr.*

ut narrat Lucilius] Locus Lucilii est in Ed. Bip. ad calc. Iuvenalis et Persii p. 194: ibique v. 3. legitur *sura*, v. 5. *accommodat.* Scribitur *Lucius* in Cod. Marb. Qui sequuntur versus ex persona gladiatoris dicuntur irato animo contra alterum gladiatorem pugnantis. — Cod. Marb. habet *illud* pro *illum*; duo Oxx. et Vind. 1. *quidem* pro *equidem*; Rehd. Duisb. *equidem illum.* Mon. 1. *vincam et si.* Verbum *quaeritis* intellige *iubetis, vultis.* Post *credo* duo Oxx. habent *forte.* Pergit Marb. *in oms prius*, Rehd. *in nos prius.* Scaliger coniecit: — — *in os prius occipiam ipse,*
Quam gladium stomacho, sicam pulmonibu' sisto. Mr.

accipiam ipse] „Pace Bentleii dixerim, nihil mihi Scaligeri coniecturâ *occipiam* videtur praestantius. At, ait, Pacideianus animo concitatiore pugnans ipse se adversarii gladium in os accepturum existimat, quia non tam sibi cavere, quam vel periculo suo hostis exitium quaerere soleant pugnatores nimis irati adeoque mutuis plerumque vulneribus concidere. Credo hoc fieri nonnunquam. Sed gladiator, qualem Lucilius alibi fuisse dicit, excellens, non ita loqueretur, sed fidenter adversarium a se superatum iri pronuntiaret, cuius ne ictum quidem sensurus esset." *Bouhier.* Billerb. *accipiam* ita dictum existimat, ut est in locutione *verberibus aliquem accipere*, ut supra II. 14. 34. Sed hoc sensu dici non potest *in os accipere aliquem.* Vocem *ipse* omittit unus Ox. Ad v. seq. quae varia a variis interpretibus sunt vel monita vel tentata, cum annotationis modulum excederent, derentur, in excursum coniicere visum est. *Mr.*

Odi hominem: iratus pugno: nec longiu' quicquam
Nobis, quam dextrae gladium dum accommodet alter.
Usque adeo studio atque odio illius ecferor ira.
At sine hac gladiatoria iracundia videmus progredien- 22
49.

Quam gladium in stomacho, sura, *ac pulmonibus sisto*] Liberior b.
est Ios. Scaligeri coniectura, cui placet,

Quam gladium stomacho, sicam *pulmonibu' sisto.*

Vulgari lectione in reliquis servata, Turnebus Advers. VII, 18. reponit *fibra ac pulmonibu' sisto*, uti iecur prima voce denotetur; vel etiam *lura*, ut os ventriculi, qui ceu utris aut culeus quidam est, intellegatur; ac posterior quidem sententia D. Lambinum fautorem reperit. Iano Douzae Plaut. Explan. lib. 1. cap. 22. arridet *hira*, quae intestinum est ieiunum. At vero cum in Fabric. Pal. quart. et Cantab. legatur *furia*, rescripserim *quam gladium in stomacho* Furi *ac pulmonibu' sisto*, ut gladiator, qui cum Pacideiano componitur, Furius Aeserninus sit nominatus. Et *irascentium est uti proprio nomine*, si verax est Servius ad Aen. I, 144. Utcunque sit, recepta scriptura prorsus videtur inducenda; quippe *sura* a stomacho et pulmonibus nimium distat, neo lethalia sunt in ea parte vulnera. *D.*

Odi homihem:] Cod. Mon. 1. *odii hominem*. Pro *nec* aliquot Codd. Oxx. habent *ne*. Rehd. pergit *nobis quicquam*. Unus Ox. habet *largius*. Ad sententiam vid. annot. Bouhierii in Excursu ad h. l. Pro *nobis* multi libri habent *vobis*, quod a sententia loci alienum est, quamquam ex Reg. post Edd. vett. (exceptis Lamb. Frc. Fabr. Gebh.) Davisius in Ed. 2. scripsit *Vobis*. Est autem *nobis* in quinque Oxx. Gud. Duisb. Vind. 1. 2. Colon. et Edd. post Gebh. Pro *dum* Cod. Mon. 1. habet *ut*, quod est correctoris; in uno Ox. est *accommodat*, ut in Ed. Bip. Lucilii. *Mr.*

usque adeo studeo, atque —] „Vulgg. *studio.*" *Dav.* in Ed. 2. Fortasse ex Bentleii sententia. „Studio hic non commodum videtur. Davisius *studeo*. non placet." *Ern.*

Usque adeo studio] Laudat Servius ad Aen. VII, 646. *D.*

usque adeo studio atque odio etc.] „*Studium* iungi potest vel cum *odio*, vel cum *ira*. Si cum *odio* iunxeris, intellige *pugnandi*. Utraque ratio non inepta videtur, etsi Dav. et Ern. aliter censuerunt." *Nissen.* Verba *usque* — *Aiacem* desunt in Cod. uno Ox. In Duisb. post *ira* ex superioribus, sine dubio oculo librarii aberrante, repetuntur verba: *hac aŭsa raciòne contra naturā animi commocio vel brevius ut perturbacio sit* (ex §. 47.). Prima vox *hac* corrupta est ex *ac*, quod in Edd. Grut. et in multis Codd. initio cap. seq. ponitur pro *at*. Verba *atque odio* absunt ab uno Ox. *Mr.*

Cap. 22. At *sine hac gladiatoria*] Vulgo *ac sine hac*. Nos Med. Petrens. et veterum editorum fidem secuti sumus, id quod res ipsa postulat. Sed hoc leviculum. Versus autem Homerici, quos in animo noster habuit, hi sunt:

— *Αἴας ὦρτο πελώριος, ἔρκος Ἀχαιῶν,*
Μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι· νέρθε δὲ ποσσὶν
Ἧϊε μακρὰ βιβὰς κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.
Τὸν δὲ καὶ Ἀργεῖοι μέγ' ἐγήθεον εἰσορόωντες.
Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον·
Ἕκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στηθεσσι πάτασσεν.

Exstant Jl. η. 211. *Dav.*

At sine hac] „*At* legendum, non *ac*, cum Davisio. Ita Codd. Leidd. mea ed. vet. et fere omnes seqq." *Bouh.* „*At* MSS. Leid. Guelf. bene pro vulg. *ac*." *Ern.* Non edidit Ern. *ac* cum Gebh., ut

tem apud Homerum Aiacem multa cum hilaritate, quum depugnaturus esset cum Hectore. Cuius, ut arma sumpsit, ingressio laetitiam attulit sociis, terrorem autem hostibus: ut ipsum Hectorem, quemadmodum est apud Homerum, toto pectore trementem, provocasse ad pugnam poeniteret. Atque ii collocuti inter se, priusquam manum consererent, leniter et quiete, nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde rabioseve fecerunt. Ego ne Torquatum quidem illum, qui hoc cognomen invenit, iratum existimo Gallo torquem de-

---

contendit Kühn. Est vero *at* in septem Codd. Oxx. Vind. 1. 2. Bern. Gud. Mon. 1. Aug. et Edd. praeter Grut. Gron. et Verb. omnibus. Duo Oxx. habent *ut*; Gud. 1. et 2. *ac sine ac glad.* In Cod. Gud. 2. post *apud* deest *Homerum*. Duisb. post *multa* additum habet *dixi*, et post *hilaritate* vocem *Aiax:* quae est glossa ad *depugnaturus esset.* Marb. post *multa* omittit *cum.* Aug. habet *cum multa animi hilaritate.* Ad v. *depugnare* in nova Forcellini Ed. Germ. adnotatum est, libenter scriptores hoc verbo de singulari certamine uti. Post *Hectore* Cod. Rehd. pergit *trementem provocasse.* Aberravit nimirum oculus librarii propter ὁμοιοτέλευτον ab *Hectore* ad *pectore.* Ad *cuius* intelligendum monet Bill. *Aiacis*, saepe, addens, relativum ad remotius substantivum referri. Pro *ut* Cod. Marb. *cum*, quod debetur glossatori. Pro *terrorem autem hostibus* Cod. Rehd. habet *terrorem hostibus.* Et re vera ita saepe Cicero particulam adversativam omittit, sono significandam. Sed cum fere solus Rehd. id exhibeat, cuius scriptor toties Ciceronem corrigit, nihil movendum: quamquam eam vocem Cod. egregius Gud. 1. nonnisi a 2. m. additam habet. Cod. Vind. 2. habet *ab* pro *autem*, sine dubio ex perperam lecto compendio. Post *Homerum* Cod. Mon. 1. pergit *et toto. Mr.*

toto pectore trementem,] „Hoc non est apud Homerum, nec ibi reperere veteres, Plutarchus, Dionysius Halic. ut docet Clark. ad Hom. l. c. v. 216. Troiani tremebant, non Hector. Cicero tamen sic accepisse videtur.“ *Ern.* Mihi cum Or. ad Wolfii scholas Cicero Homerum non perperam intellexisse, sed iusto gravius Homeri verba [Ἔκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσε] reddidisse videtur. Ad *provocasse* intellige *Aiacem.* Ad sententiam cf. T. Baden. in Seebod. Jahn. et Klotz. Annall. Philoll. Suppl. II. 3. p. 332. *Mr.*

Atque ii collocuti inter se] *At* habent duo Oxx.; aliquot alii cum Mon. 1. Edd. M. L.; *ii* dedi ex Codd. Duisb. Mon. 1. MS. in marg. Asc. nostr. 2. Edd. P. S. E. H. Wolf. Eam vocem omittit Gud. 2; vocem *manum* Cod. Rehd.; verbum *consererent* Codd. Gud. 2. et Marb. Pro *leniter* est *leviter* in Cod. Duisb. frequentissima mutatione, eaque tali, in qua quid verum sit nonnunquam difficile est cognoscere. Vid. nos ad Cic. de Rep. II. 40. p. 326; nostrum ipsum vocabulum habes de Div. I. 17. p. 82. ed. nostr. coll. p. 762. ibiq. laud. Beier. I in indice (Jahn. Annall. Philoll. 1827. I. 3. p. 16 sq.) Add. Foertsch. in Ephemerid. Litt. Halens. 1831. 125. p. 195. Ita circa finem nostri capitis permutantur *levitatis* et *lenitatis.* Mox unus Ox. *nihilque ipsa*, tres Oxx. omittunt *quidem*; duo cum MS. in marg. Asc. 2. habent *rabioseque;* Cod. Aug. *fecerant;* unus Ox. *Ego re ne.* Ad *Torquatum* vid. quae prodiderunt Gellius N. A. IX. 13, ex Claudio Quadrigario, Cic. de Off. III. 31. extr. ibiq. Beier. Livius VII. 10. Flor. I. 13. 20. ibiq. Duker. p. 119 sq. ed. nov. Lips. 1832. Cic. de Finn. I. 7. 23. ibiq. Goerenz. et Otto. In Cod. Rehd. est *ne Torq*[illegible]

traxisse: nec Marcellum apud Clastidium ideo fortem fuisse, quia fuerit iratus. De Africano quidem, quia notior est 50. nobis propter recentem memoriam, vel iurare possum, non

---

tum illum quidem: idem paullo superius exhibet *iracundum* pro *iracunde*, scilicet ut ad *nihil* se accommodet. *Mr.*

qui hoc cognomen invenit] Plane ita Cicero de Finn. 1. c. *neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquem illum hosti detraxisse* etc. „*Nomen invenire*, dicendi genus Ciceroni usitatissimum, significat, casu vel occasione participem nominis fieri. V. *inventus* [Tacit. Germ. 2. *invento nomine*: loco vexatissimo]. Add. Sueton. Tib. 3: *Drusus sibi posterisque suis nomen invenit* i. e. auctor fuit dati cognominis. Semel tantum apud Cic. de Finn. 1. 10. 16. legitur *reperire nomen*. V. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. III. p. 144." *Forcellin.* Ed. nov. Germ. II. p. 579. b. Codd. Reg. Gud. 1. 2. *hoc cognovit nomen invenit. Mr.*

Gallo torquem detraxisse] Verb. in marg. nomen *Gallo* ait abesse a Cod. nescio quo. Pergit unus Ox. *torquate*, quod ortum est ex glossa, cum scriptum esset: *Gallo torquato torquem detraxisse*. Ad v. *Marcellum* vid. Aurel. Vict. de Viris illustr. c. 45. Ed. Arntzen. p. 194—196. ibiq. laudd. Plutarchum in Marcello, inpr. c. 6. De *Clastidio*, quod in uno Ox. scribitur *Clastium* vid. Plutarch. l. c. qui κώμην appellat id oppidum, quod Polybio dicitur πόλις L. III, 49: cis Padum in Gallia Cisalpina, Liv. 21, 48. et 29, 11. Vid. Bischoff. u. Moeller Wörterb. d. alt. mittl. u. neu. Geogr. p. 325. Constructionis *apud Clastidium* plura sunt exempla apud Ciceronem, videlicet Or. pro Cluent. 7. Or. contra Rull. I. 2; de Div. I. 54; de Nat. Deorr. III. 5; ad Famm. II. 10; de Finn. II. 22. et. 30; de Off. III. 30; de Sen. 10; et supra I, 39. Collegit hos locos Gahlerus in Jahnii Annall. 1829. II. 4. p. 392: addens Cornelium Nepotem hanc structuram nominum, quae urbes significant, constanter tenere, Livium plerumque ponere *ad*, Ciceronem utrumque. *Mr.*

quia fuerit iratus] „Si *fuit* cum Cod. Barb. aliisque [habet idem Mon. 1.] legeres, iam non negaret Cicero iratum fuisse Marcellum." *Garaton.* ad Cic. pro Milon. 22. p. 242. ed. Orell. pecul. p. 154. ed. Bonon. Improbat igitur Garatonius lectionem *fuit*. Ad quam annot. Wernsdorfius (qui mire in ea laudanda *fortem* scripsit pro *iratum*) „Cicero, ait, in loco illo Tusculanarum non propterea dicere debebat *fuerit*, quod alioquin Marcellum non negasset *fortem* [scr. *iratum*] fuisse, sed quod causa ipsa tanquam cogitata a Cicerone proponitur, et quod rem aliquam non ita re vera esse, sed nos ita esse putare, aut ita esse posse dicimus. Hinc Tusc. I. 1: *hoc mihi Latinis literis illustrandum putavi, non quia philosophia Graecis et literis et doctoribus non percipi posset* [scr. *percipi non posset*] *sed* etc., non negatio poterat efficere coniunctivum, ut vult Garatonius, sed subiunctivus adhibetur, vel quod causa haec ab ipso Cicerone mente concepta proponitur, vel quod est oratio indirecta, vel quod rem non re vera esse, sed ita esse sibi aut aliis videri, esse posse significat." Qua in disputatione, non admodum perspicua, quid veri insit per se, quidve vere contra Garatonium disputatum, nemo, opinor, non videt. — *Africanum* Scipionem Minorem intelligendum esse ex iis, quae sequuntur, manifestum est: quamquam apud alios scriptores de eo, quod M. Allienum Pelignum protexerit, nulla fit mentio. — Vocem *est* post *notior* omittit Cod. Rehd., vocem *nobis* unus Ox. et Gud. 2. *Mr.*

vel iurare possum] Ed. Ern. *putare*. Schz. ait vulgo legi *putare*, Nissen. autem ad eam Ernesti scriptionem. „Quid illud, ait, monstri

illum iracundia tum inflammatum fuisse, quum in acie M. Allienum Pelignum scuto protexerit, gladiumque hosti in

---

est? Imo *vel iurare possum.* Ita Bipp. coniectura, credo, ducti ediderunt.“ Habes duas annotationes admodum ridiculas. *Vulgo* legi ait Schützius *putare,* cum eius lectionis nemo nisi typothetae editionis Ernestinae, eiusque corrector paullo negligentior, sint auctores. Coniecturam dicit Nissenius Bipontinorum lectionem, quam libri scripti et editi ad unum omnes exhibent. Tales prodeunt annotationes, quum homines critici librorum inspiciendorum laborem ita reformidant, ut malint inepti esse et risum movere accuratius locum inspicientibus. *Mr.*

non illum iracundia tum inflammatum fuisse] Vocem *tum* omittit Cod. Rehd. Eius loco Mon. 1. habet *tunc.* De discrimine inter *tum* et *tunc,* quod propter incertam librorum scriptionem non ubique certo poni probarique potest, nuperrime disputavit Jahn. ad Virgil. Ecl. III. 10. p. 355. et, quem ibi laudat, Lindemannus de adverbio Latino Spec. I. p. 10 sqq. qui *tum* Graecorum particulae τότε (alsdann) et *tunc* voc. τότεγε (damals) respondere dicit. In Edd. C. V. Rob. Steph. Camerar. scribitur *inflammatum tum.* Unus Ox. *eum in acie. Mr.*

M. Allienum Pelignum] „*Allienum,* duplici *l,* scribendum est auctoribus antiquis denariis.“ *Ursinus.* „M. *Halienum;* al. *Alienum,* al. *Altienum* [videtur operarum error pro *Allienum.*]“ *Goth.* „Cod. Vat. *in acie Mallienum Pelignum,* quo alludit Pal. quart. *mallyenum,* item ceteri cum Fabr. *alienum* reponentes.“ *Gebh.*

Cum in acie M. Allienum] Ut priores illae, quas tetigit noster, historiae sunt notissimae; ita huiusce facti nulla restat apud alios scriptores memoria. Vulgatam tamen lectionem, quae *M. Halienum* praefert, mutare nullus equidem dubitavi: nam Codex Vatic. *Mallienum;* alii *M. Alienum* repraesentant. Sed *M. Allienum* reponendum esse recte monuit Ursinus, auctoritate veterum denariorum fretus. Id sane nomen est Romanum. Sic apud Gruterum pag. CCXLI. memoratur *C. Allienus Epigonus.* Ac pag. CXXVIII, 3. *Ti. Allieni Sicini Quintiani* fit mentio. Vide et pag. CCCXLIX, 7. ac Ciceronem Divin. in Caecil. cap. 15. *D.*

M. Allienum Pelignum] „Firmatur Davisii scriptio nonnullis Codd.; Regius habet *Alliennium* [ex nostra collatione *allienum,* omisso *M.*], unus Leid. *Alienum,* mea ed. vet. *Alienium.* Ceterum vid. Onomasticon Glandorpii.“ *Bouh. M. Halienum* est vulgata scriptio, quam habent Edd. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. (sed haec omisso *M.*) Rob. Steph. Cam. Asc. 1. 2. Gebh. Verb. Ern. et tres Oxx. In uno Ox. est *Malienum,* in uno *Allienium,* in duobus et Mon. 1. *Alienum,* in Duisb. *M. Aliennium,* Rehd. *mali ennium,* Gud. et Gud. 2. *in aciem alienum;* Edd. Ald. Leod. Car. Steph. *in acie M. Alienum;* in Gud. 1. *in aciem alliennium* (et ita, suspicor, habet etiam Reg.); in Codd. Bern. Vind. 1. Edd. Brut. Sylb. M. L. Dav. FAWolf. Sobr. sqq. est vera scriptio, quam habent item, sed omisso *M.*, Codd. Mgnb. et Aug. Sola Ed. Junt. exhibet *M. Haliennum.* Sola Ed. A., [illegible] schedis Or. reperio, habet voci *acie* superscriptum nomen *Aiace;* sola Ed. P. *Aliennum,* sine *M.* Post *Pelignum* Cod. Gud. *protexerit scuto. Mr.*

protexerit — infixerit] Haud pauci *protexit — inflxit,* quod male respuit ratio grammatica, quamquam in continuatione orationis, in qua Coniunctivo commodus est locus, ut sint ea quoque pars sententiae, quae pendet a *iurare.* Duo Oxx. habent *affixerit.* Et [illegible]

pectus infixerit. De L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatius in Aruntem invaserit: video enim utrumque cominus ictu cecidisse contrario. Quid igitur huc adhibetis iram? an fortitudo, nisi insanire coepit, impetus suos non habet? Quid? Herculem, quem in caelum ista ipsa, quam vos iracundiam esse vultis, sus-

---

coniunctivum Codd. Reg. Gud. 1. 2. Rehd. Duisb. Gud. Marb. Vind. 2. Aug. Mon. 1. cum tribus Oxx. et sine dubio Gruteriani, Davisiani et Lallem. Codd. omnes; receperunt Edd. P. C. V. Rob. Steph. Asc. 2. Junt. Gebh. Ern. FAWolf. sqq. In Gud. 2. est *gladium*, omisso *que*; absunt ibidem voces *in pectus*. Mon. 1. habet *hostis* pro *hosti*. *Mr.*

De L. Bruto fortasse dubitarim,] „Malim sic distinguere: *De L. Bruto — dubitaverim. An — invaserit?*“ *Nissen.* Scripsit hoc vir doctus, veritus fortasse, ne quid Grammatica detrimenti caperet: exspectabat enim *an non*. Sed salva res est. Vid. modo Bremium ad haec Cornelii Nepotis in Thrasybulo prc.: *dubito, an hunc primum omnium ponam*. Add. ad eundem locum Güntherum et Daehnium; Ochsner. ad Cic. Eclogg. p. 144. sq. ed. 3. Beier. ad Cic. de Off. III. 12. 50. p. 270 sq. et Excurs. ad I. de Off. c. 11, 33. p. 335 — 339. ejusdemque Excurs. ad Cic. Lael. 6, 1. de Formulis dubitanter decernendi p. 202 — 238. qui vir beatae memoriae exspectare iudicium dici non potest, quod ei fuit acutissimum itemque acerrimum, et ita quidem acre, ut iudicandi vel cavillandi potius audacterque calumniandi cupiditate abreptus verum, cuius se iactabat studiosissimum, consulto saepe obscurare videretur. Adi denique Handii Tursellinum T. I. p. 296 sqq. p. 305. sq. in primisque p. 329. sq. Pro *dubitarim* Cod. Rehd. male *dubitarem*. *Mr.*

propter infinitum odium tyranni] Ad v. *infinitum* vid. Gronov. ad Liv. III. 9. p. 232. ed. Elzev. ubi plura eius usus exempla habes. Add. Cic. Or. pro Balbo c. 27, 62: *si qui sunt, quibus infinitum sit odium*. Omittit *odium* Cod. Gud., vocem *tyranni*, unus Ox., qui pergit *effrenatus*, cum Cod. Aug. in quo scriptum est *effraenatus*. Omittit eam vocem Gud. 2. In nomine proprio magna est, ut esse solet, scriptionis diversitas. Reg. Gud. 1. Vind. 2. *in Arrunte*, Marb. et unus Ox. *Maruntem* (transiit, ut saepissime, *in* in *m*), Aug. unus Ox. *in arontem* cum Ven. Alt.; Ed. P. *in Frontem*; alius Ox. cum Mon. 1. *in Arruntem*; unus Ox. *in Arrontem*. *Mr.*

Video enim utrumque cominus] Recte monet Kühn. *videndi* verbum saepe poni a Cicerone de iis rebus, quae ex historia cognitae sunt, laudans Tusc. 3, 5: *quibus adolescentibus Diogenem — et Carneadem video ad Senatum missos esse legatos*; Ochsnér. ad Eclogg. Cic. p. 178 et 188. [p. 221. 367. ed. 3.] Scribitur *quo minus* pro *cominus* in Cod. Aug. confusione haud rara. Vid. Sciopp. de Arte Crit. p. 43. coll. 54. Duo Oxx. omittunt *ictu*; pergit unus *concidisse*, Rehd. *recidisse*, Gud. *occidisse*. Post *igitur* Cod. Gud. 2. habet *adhuc*, Vind. 1. *huic*, Mon. 1. eam vocem omittit. In uno Ox. est *adhibebitis*. *Mr.*

nisi insanire coepit] Vid. quae monui ad §. 48: *nisi stomachari coepit*. Nostro quoque loco variat lectio inter *coepit* et *coeperit*. Illud habere ait Or. Edd. A. B. S. Sed habent non hae modo, sed Codd. Reg. (sine dubio) Gud. 1. 2. [posterior habet *insani*] Marb. Rehd. Duisb. Mon. 1. MS. in marg. Asc. 2. Edd. Ven. nostr. Asc. 1. Dav. Et hic quidem sine dubio tacite ex Cod. Reg. Mox pro *Herculem* Cod. Vind. 1. *Hercules*. Rehd. omittit *esse*. *Mr.*

tulit fortitudo, iratumne censes conflixisse cum Erymanthio apro, aut leone Nemeaeo? an etiam Theseus Marathonii tauri cornua comprehendit iratus? Vide, ne fortitudo minime sit rabiosa, sitque iracundia tota levitatis. Neque enim est illa fortitudo, quae rationis est expers.

23 51. Contemnendae res humanae sunt: negligenda mors est:

p. 220. a. *iratumne censes conflixisse*] Codd. Reg. Gud. 1. *ratumne*. Gud. 2. *eratrumne*. Goth. in marg. et Lambb. in marg. alios, nescio quos, habere dicunt *cum apro Aerymanthio*. Ven. nostr. et marg. MS. in Asc. 2. *cum apro Erymantheo*. Ad rem cf. Klopferi Lex. Myth. v. *Erymanthius aper*, ibiq. laudd. Cod. Gud. 1. habet *Erymathio*. Pro *aut* Gud. 2. habet *ut*, Marb. *et*; unus Ox. habet *leo*, absorpta ultima syllaba a prima vocis seq. si forte scriptum erat LEONEMEAEO. In multis libris scribi *Nemeo*, nemo mirabitur, estque ita in Gud. 2. Marb. Vind. 1. Duisb. Mon. 1. In Gud. 1. est *Nemaeo*. De leone Nemeaeo vid. eundem, quem modo laudavi, s. v. *Hercules* p. 817. sq. — Mox unus Ox. *Theseus in aratorii*. Gud. 1. *auri* pro *tauri*: prima litera absorpta ab ultima antecedentis vocis. *Mr.*

Marathonii tauri] Theseus *taurum, qui fuit Marathone, quem Hercules a Creta ad Eurystheum adduxerat, occidit,* ut ait Hyginus Fab. 38. Hinc Ovidius Metam. VII, 435. — — *Te, maxime Theseu,*
Mirata est Marathon Cretaei sanguine tauri.
Paullo aliter Diodorus Siculus Bibl. Lib. IV. p. 262. et Plutarchus in Theseo p. 5. quos, si lubet, vide. *Dav.*

Marathonii tauri cornua] Cod. Mon. 1. *Maratonii cornua tauri*. Quod si legeres: *anne etiam Theseus Marathonî cornua tauri,* haberes versum hexametrum heroicum, nec vero manum Ciceronis. Habent duo Oxx. Mon. 1. Vind. 1. *vides* pro *vide*. Amat Cicero formulam *vide ne* simili sententia, quam habet *dubito an* i. e. videtur, cum quadam urbanitate dictum. Vid. Beier. ad Cic. de Off. I. 9, 28. p. 61. I. 14. 42. p. 106. Ramshorn. Gr. Lat. §. 193. I. 3. p. 606. Pro *tota levitatis* unus Ox. habet *eos levitatis*, alius cum Marb. Mon. 1. *tota lenitatis*. Bouh. cum in sua ed. vet. reperisset *tota levitas*, quem errorem habet etiam Ed. P., eam lectionem non esse contemnendam dixit. *Mr.*

neque enim est illa fortitudo] „Vulgg. *ulla*." *Dav.* in Ed. 2. Idem in tertia, sine dubio ex Cod. Reg. reduxit *ulla*. „Recte Dav. *illa*, ut est in Edd. vett. Aldi etc." *Ern.* Probat Nissen. *ulla*, nec tamen plane reprobat *illa*. *Ulla* probat Kühn., nec vero FAWolf. in scholis. Mihi unice satisfacit *illa*, quod mutatum videtur in *ulla* ab aliquo correctore, qui exspectaret *illud*, scilicet ne praedicatum, quod dicunt, deesset verbis *illa fortitudo*, quae subiectum esse existimaret; quasi v. c. dici deberet: *neque enim illa fortitudo est vera fortitudo*. Habent autem *illa* Edd. M. L. Ven. nostr. Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Sylb. Dav. 2. Ern. seqq. Mihi quidem *ulla* ita displicet, ut vel sine libris de mutanda lectione cogitavissem. Verbum *est* omittunt Edd. V. et Rob. Steph. *Enim* abest a Gud. 2. et uno Cod. Lat. Scribitur *expers est* in multis Edd. et Cod. Gud. Sed nostrum ordinem sequuntur Codd. reliqui (nisi quod in tribus Oxx. legitur *expers sit*) Edd. V. Rob. Steph. Cam. Gebh. seqq. Ad sententiam laudem Beroaldus Horatii versum [Od. III, 4, 65.] *Vis consili expers mole ruit sua. Mr.*

c. 23. *Contemnendae res humanae sunt*] Hunc habent verborum ordinem Codd. MSS. fere omnes, itemque Edd. V. Rob. Steph. Cam.

atibiles et dolores et labores putandi. Haec quum con-ituta sunt iudicio atque sententia, tum est robusta illa et abilis fortitudo: nisi forte quae vehementer, acriter, ani-ıose fiunt, iracunde fieri suspicamur. Mihi ne Scipio qui-em ille Pontifex maximus, qui hoc Stoicorum verum esse eclaravit, *Numquam privatum esse sapientem*, iratus videtur

---

eod. Dav. Or. Tbn. Solus Cod. Mon. 1. omittit *sunt*, quo non ad-ıodum aegre careremus: sed eius verbi loco iste liber habet glossam arum aptam *iniuriae*, qua extrusam esse patet vocem a Cicerone :riptam. Edd. reliquae vett. ante Grut. habent *Contemnendae sunt umanae res*; Gebh. et seqq. *Contemnendae res sunt humanae*, sine bris, ut videtur. Post *mors* Cod. Vind. 1. omittit *est*. *Mr.*

patibiles et dolores et labores putandi.] „Morbi et labores *patibi-s* dicuntur, qui ferri tolerarique et possint et debeant. — Dicitur t patibile in activa significatione, quod pati potest, sicut impatibile proprie intolerabile), quod pati non potest. Lactantius, Impatibile e impatibili oriri non posse.“ *Beroald.* Activam significationem abes de N. D. III. 12: *cumque omne animal patibilem naturam abeat.* — Lactantii locus, ubi eadem vox eadem legitur significa-ione, est Div. Inst. VII, 20, 7: *anima — patibilis — ac poenae sen-iens* p. 958 ed. Bünem. p. 571. ed. Dufresn. ubi multi libri habent *assibilis*. Utroque Ciceronis loco diversa significatione positum Ci-eroni videtur ἅπαξ λεγόμενον. Codd. Rehd. et Duisb. habent *et labo-es et dolores*. Unus Ox. cum Mon. 1. omittit *et labores*. Paullo ıperius Cod. Rehd. habet *humana*, in Gud. post *humanae sunt*, oculo brarii aberrante, scriptum est *iudicio atque sententia negli-enda* etc. *Mr.*

Haec quum constituta sunt] „Sic latinitas postulat. Vulgo *sint*, uod est vitiosum.“ *Ern.* Perperam Nissen. utrumque bene dici con-ndit. Receperunt Ernesti emendationem seqq. quam nunc firmant odd. Rehd. et Gud. 2., ita tamen, ut omittant *quum*. Post *atque* in dd. Junt. Ven. nostr. Asc. 2. Crat. Cam. sequitur *constanti sen-ntia*. Mon. 2. *ni forte*. Pro *tum* legitur *tamen* in Gud. 2. Mon. 1. osterior omisso *est*. In Gud. legitur *robusta est illa*. Verba *acriter*, *nimose* absunt a Gud. 2. Iungit Cicero de Off. I. 26. 92: *magnifice*, *raviter*, *animose*. *Mr.*

Mihi ne Scipio quidem ille] Ad rem conf. Savelius ad Or. post ed. in Sen. p. 130 sq. „Cum Tib. Gracchus largitionibus exhauriret erarium, legesque ferret agrarias perniciosas, senatus a Consule lucio Scaevola auxilium petivit. Ille vero negavit se per vim quic-uam acturum; tum Scipio Nasica palam praedicavit se defensorem enatus fore. Ita eo duce interfectus est in Capitolio Gracchus.“ omm. *Anon.* ap. Leod. Factum est hoc a. u. c. 621. Pro *mihi ne* st *mihi vero ne* in Edd. ante Grut. exceptis P. V. Rob. Steph. Leod., uod non agnoscunt Codd. excepto Vind. 1. In Gud. 1. 2. Reg. est *ſihi me*, in Gud. *mihimet et*; unde orta est scriptio Codd. Marb. nius Ox. *minime*. Cod. Rehd. exhibet *Scipio ille quidem*. Post *qui* best *hoc* a Codd. Gud. et uno Ox. Pergit Gud. 1. *Stoicicorum*, ud. 2. *Stoici quorum*. *Mr.*

Privatum] „Alii libri [Edd.] omnes hic mendose legunt *iratum*, uod mendum non esse animadversum ab iis, qui saepius hos libros um MSS. compararunt, miror. In nostro scripto exemplari vera ectio remanet, quam Victorius in Varr. Lectt. II. 24. iam pridem ublicavit et comprobavit.“ *Frc. Fabric.*

fuisse Tib. Graccho tum, quum consulem languentem reliquit, atque ipse privatus, ut si consul esset, *qui rempublicam*

Nunquam privatum *esse Sapientem*] Ita loquitur, quod pro Stoicorum sententia solus sapiens est Magistratus. Adiri possint Horatius Serm. lib. I. Ecl. III, 124. Lucianus vit. Auct. Tom. I. pag. 382. et in Hermot. pag. 516. Victorius Var. Lect. XI, 24. et Lipsius Manud. lib. III. Diss. 17. *D.*

nunquam privatum esse sapientem] „*Privatum*, ut scriptum inveni in Gryph. libro, edidit Lamb. optimo sensu. Probavit, inquit, illud Stoicorum δόγμα, non esse sapientem privatum, sed regem, qui cunctante consule labanti rei publicae opem ferre, cuius regia potestas esset, ipse consul, rex, dictator ad defendendam rem publicam accessit, nullius auctoritate exspectata.“ *Brut.* „Recte hoc Lambinus [*privatum*], cui secundas ferunt Pall. sec. tert. quart. Fabr. Vatic. Alias *nunquam iratum esse.*“ *Gebh.* „Inepte Ven. 1491. Froben. aliique veteres editi repraesentant: *nunquam iratum esse sapientem.* Receptam lectionem praestant multi MSS. et in his Norvic. atque a prima manu Petrens. praeterquam quod ipsa res eius sanitatem demonstrat.“ *Dav.* Ed. 1. Conf. Cic. Acadd. II. 44. 136. ibiq. interprr. *Mr.*

nunquam privatum esse sapientem] „Veram hanc lectionem habet unus Cod. Leid. Ceterum quicunque legerit Ti. Gracchi vitam a Plutarcho conscriptam, non dubitabit Scipionem Nasicam reliquosque proceres Romanos iratos fuisse Tiberio Graccho.“ *Bouh.* Tenendum est ita loqui Scipionem, quia Pontifices, ne Maximo quidem excepto, iure Romano *privati* erant omnes. — Ceterum ne ipse quidem Victorius edidit *privatum*, sed servavit cum plerisque pravam correctoris alicuius veteris correctionem, qui, sequentia legens (*iratus videtur fuisse*), sibi sine dubio mutanda scriptione meliore admodum placuit. Habent autem ineptum illud *iratum* quatuor Oxx. Marb. et Vind. 2. et hic quidem ex correctione manus recentioris. *Mr.*

iratus videtur fuisse] Codd. duo Oxx. omittunt *iratus*, Vind. 1. et Rehd. exhibent *fuisse videtur*. Gud. 2. omittit *videtur*. Pergunt Cod. Aug. Edd. Edd. P. A. B. S. V. Asc. 1. Ven. nostr. Rob. Steph. *cum Ti. Graccho*. Marb. *tygracho*. Mon. 1. *Tiberio Gracco*. Cod. Rehd. *relinquit*. *Mr.*

Tum cum Consulem languentem reliquit] Consul erat Mucius Scaevola a quo Scipio Nasica petiit ut opem ferret Reip. Gracchumque tolleret; ἀποκριναμένου δὲ πρᾴως ἐκείνου, βίας μὲν οὐδεμιᾶς ὑπάρξειν, οὐδ' ἀναιρήσειν οὐδένα τῶν πολιτῶν ἄκριτον, εἰ μέντοι ψηφίσαιτό τι τῶν παρανόμων ὁ δῆμος ὑπὸ Τιβερίου (Γράκχου) πεισθείς ἢ βιασθείς, τοῦτο κύριον μὴ φυλάξειν, ἀναπηδήσας ὁ Νασικᾶς, Ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη, προδίδωσιν ὁ ἄρχων τὴν πόλιν, οἱ βουλόμενοι τοῖς νόμοις βοηθεῖν, ἀκολουθεῖτε, quae verba sunt Plutarchi Tom. I. pag. 883. [Vit. Ti. Gracchi 19.] Melius vero Appianus Bell. Civ. lib. I. p. 613. Κορνήλιος Σκιπίων ὁ Νασικᾶς ἐβόα μέγιστον, Ἕπεσθαί οἱ τοὺς ἐθέλοντας σώζεσθαι τὴν πατρίδα. Dixit enim Scipio: *Qui rem publicam salvam esse vult, me sequatur.* Ea certe forma fuit, qua Romanos in Tumultu vel alio repentino casu usos fuisse testatur Servius ad Aen. VII. 614. VIII. 1. *Dav.*

atque ipse privatus etc.] Simile facinus de Philopoemene refert Plutarchus c. 16: οὐ προσέχοντος δὲ τοῦ Διοφάνους — ἀγανακτήσας ὁ Φιλοποίμην ἔργον οὐ νόμιμον — ἀλλὰ μέγα καὶ μεγάλῳ φρονήματι τολμήσας — τόν τε στρατηγὸν τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τὸν ὕπατον τῶν Ῥωμαίων, ἰδιώτης ὢν ἀπέκλεισε κ. τ. λ. Pergunt tres Oxx. Mon. 2. *ut quasi consul*, cum Vind. 2. In Vind. 1. est *ac si consul*, in Mon. 1. *sic*

alvam esse vellet, se *sequi* iussit. Nescio, ecquid ipsi nos 52.
ortiter in re publica fecerimus; si quid fecimus, certe irati
on fecimus. An est quicquam similius insaniae, quam
ra? quam bene Ennius *initium* dixit *insaniae*. Color, vox,
culi, spiritus, impotentia dictorum ac factorum, quam par-
em habent sanitatis? Quid Achille Homerico foedius,
uid Agamemnone, in iurgio? nam Aiacem quidem ira ad

---

t consul: in quibus omnibus agnoscis interpretum manum: correctori rtasse debetur, quod in Gud. 2. deest *si*. Ad rem facit Cic. de Off. 22. 76. ibiq. Beier. p. 178. sq. — Unus Ox. omittit *esset*, alius *si*, Reg. cum Gud. 1. habet *salva*, Mon. 2. et duo Oxx. *vellent*; dem omittunt *se* ante *sequi*, Marb. habet *sese qui*: erroribus frequen-ssimis. In uno Ox. est *se loqui*. Ed. P. pro *vellet* habet *velent* (sic).

Nescio, ecquid ipsi nos fortiter in re publica fecerimus.] De hac rmula affirmante vid. Beierum in Excurs. ad Cic. Lael. VI. 1. §. 20. . 216. ubi laudantur, cum nostro loco, Verrin. III. 12. 29. de Finn. V. 24. 67. extr. *Ecquis*, est in nova Ed. Forcellini Germ., ita diver-am a *quis*, ut, ubi illud ponatur, cum dubitatione [h. l. cum urba-itate] aliqua proponatur interrogatio. Add. Handii Tursellin. T. II. . 351—355. Turbari a librariis in formula hac nemo mirabitur. Est a Gud. 2. Vind. 1. (qui pergit *et ipsi*) 2. *et quid*, in Rehd. *quod et os ipsi* in Aug. *haec quid*. Mon. 2. *eo quid*, in uno Ox. *quid*, in alio *iam quid*. Similiter turbatur loco de Finn. laudato, ubi vid. Goe-enz. p. 506. Conf. praeterea Gernhard. in Seebod. N. Archiv. 1826. . 1. 2. p. 33. — Unus Ox. omittit *fortiter*. Pergit Gud. *in rem ublicam fecimus*. Accusativum habet etiam unus Ox., alius Indica-ivum. Duisb. exhibet *in R. p. fortiter*. Pro *si quid* unus Ox. *si qui*. erba *certe irati non fecimus* desunt in Cod. Gud. et duobus Oxx. temque MS. nescio quo in marg. Verb. quem nonnunquam Duisbur-ensem, sed negligenter collatum, esse existimo. *Mr.*

An est quicquam similius insaniae,] Hand. in Tursellino I. p. 347. ocum ita explicat: Concedisne, me, si quid fortiter fecerim, iratum on fecisse, an putas, quidquam similius insaniae esse ira? — Cod. Mon. 1. habet *similis*; Codd. Marb. Gud. 1. 2. Aug. *insania*. Ad v. *nitium insaniae* Beroaldus: Horatius [Epp. I. 2. 62.] ait: *ira brevis uror est*. Quidam iram dixerunt *brevem insaniam*: Ennius dixit *nitium insaniae*. — *Ut scias*, ait Seneca, [de Ira I. 1.] *non esse sa-os, quos ira possedit, ipsum illorum habitum intuere: flagrant, emi-ent oculi irascentium, multus ore toto rubor est* etc. Unus Ox. pro *nitium* habet *insitum*, alius *vitium*; in Vind. 1. 2. Edd. A. B. S. E. *et dixit initium insaniae*, in Ven. nostr. *dixit indicium insaniae*: uod deberi videtur correctoris alicuius ingenio. Unus Ox. habet *icit* pro *dixit*. Aug. *initium insaniae dixit*. Pergit Cod. Mon. 1. *alar*; Gud. 2. pro *spiritus* habet *spc*. In seqq. post *dictorum* cum av. scripsi *ac*, pro *atque*; illud enim sine dubio edidit Dav. ex Cod. eg. cum idem sit in Gud. 1. 2. Marb. Aug. Rehd. Gud. Duisb.; in on. 1. est *et*, in tribus Oxx. *aut*. Rehd. exhibet *Homerico Achille*, arb. *Achile*. Mon. 1. *Agamenonem iurgio*. Aug. *Agamemnone in-rgiosius* (sic); Gud. 2. *in iurgio atrocius*. Verba *quid Agamem-one* absunt ab uno Ox, *Mr.*

In iurgio] Homerus Iliad. A, 122. seqq. hoc refert iurgium. *D.*

nam Aiacem quidem] Ad antecedentia Beroaldus: „De Achille oratius [A. P. 121.]

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer:

furorem mortemque perduxit. Non igitur desiderat fortitudo advocatam iracundiam: satis est instructa, parata, armata

Idem [Epp. I. 2. 13.] de Agamemnone et Achille loquens ait: *Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.*" Ad nostrum locum: „Seneca in hanc sententiam [de Ira II. 36.]: *Aiacem in mortem egit furor, in furorem ira.* Nam cum rescivisset, quae fecisset per insaniam, incubuit gladio." Bouhierius: „Malim equidem ex Ed. mea vet. legere: *Nonne Aiacem quidem — perduxit?*" Nissen.: „Plena sententia esset: *De Aiace quidem res in promptu est. Nam eum ira* cet. Quare non bene Buh. ex ed. vet. maluit *nonne.* Sed frequenter negligentia sermonis quotidiani factum est, ut non *nam* solum, sed aliae coniunctiones ita adhiberentur, ut reticeretur id, quod explicationem e contextis facilem haberet. In his ipsis libris id circa *nam* observatum est ad I. 26. 65: *Nam ut illa natura caelestis et terra vacat et humore: sic utriusque harum rerum humanus animus est expers*; in quibus *nam* pertinet ad omissa: nec vero e terra vel ex humore animus est. I. 6. 11: *Quis enim non in eiusmodi causa?* ubi v. Ern. I, 31. 76: *Quid refert? Adsunt enim, qui haec non probent.* I. 32. 78: *In his est enim aliqua obscuritas.* I. 39. 94: *Cur? Nam, reor, nullis, si vita longior daretur, posset esse iucundior.* Ubi in *cur* latet: misera potius eorum videtur fortuna, qui exacta aetate moriuntur. III. 15. 31: *Hic est enim ille vultus semper idem.* IV. 33. 72: *Nam Anacreontis quidem tota poësis est amatoria:* [et hic quidem locus plane est geminus nostri] ubi intelligitur: ut taceam Anacreontem. Sed reliquarum coniunctionum, quas causales dicunt, eadem ratio est, v. c. vocis *quoniam.* I. 5. 18: *quoniam apud Graecos iudices res agetur.* IV. 31. 66. *quoniam docendi causa a gaudio laetitiam distinguimus.* Prorsus similis nostrae [et Graecae] linguae est usus." Male Billerb. explicat: *nam quid argumentamur.* — Melius Kühnerus: „De Aiacis ira nihil dicam. Quam foeda illa fuerit, constat inter omnes: nam ira eum ad furorem mortemque perduxit:" conf. Odyss. XI, 542. 563. *Mr.*

Nam Aiacem quidem —] Duo Oxx. *ne Aiacem quidem,* alius *nam Aiacem quid iram.* Aug. *nonne atiem quidem.* Vind. 1. ut Ed. Vet. Bouh., Marb. *ayhacem.* In seqq. Edd. P. A. cum Cod. Rehd. habent *non igitur quidem desiderat,* aberrantibus librariorum oculis ad lineam proxime antecedentem. Mox Cod. Aug. *sat* pro *satis.* Mon. 1. pergit *est in frustra armata per sese,* omisso *parata.* Unus Ox. *satis est structa. Mr.*

Parata, armata per sese] Vulgo *armata, parata per sese.* Ordinem quem sequor praestant Reg. Pithoean. Med. Bak. et Balliol. *D.*

parata, armata per sese.] Habent eum ordinem, quem vulgatum appellat Dav., Codd. Vind. 1. Duisb. Edd. M. L. Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Sylb. Goth. Gebh. Lall. Ern. Sed et plurimi et optimi libri et res ipsa nostrum suadent ordinem. Quare supervacanea plane fuit opera Wopkensii l. c. p. 82. probare conantis concòqui posse hancce orationis degradationem: Non enim quaeritur, quid Ciceroni scribere licuerit, sed quid librariis vel errare vel corrigere liceat. De usu v. *parata* absoluto vid. S. N. J. Blochii Spicilegium ad Schützii Ind. Lat. Cic. [in Prolus. Havniensi 1828.] p. 12. ubi laudat Cic. Catil. III. 7: *hominem tam acrem, tam paratum, tam audacem.* In Cod. Vind. 1. est *per se.* Mox Cod. Duisb. exhibet *licet quidem.* Post *dicere* pergit Vind. 1. *ad fortitudinem utilem vinolentiam.* Ed. P. *violentiam ad fortitudinem utilem;* est etiam *violentiam* in Codd. Gud. 2. Marb. Cod. Gud. omittit prius *utilem,* Rehd. posterius: ab eodem abest *vinolentiam;* Cod. Aug. non habet verba *ad fortit.* — *dementiam;*

per sese. Nam isto modo quidem licet dicere, utilem vinolentiam ad fortitudinem, utilem etiam dementiam, quod et insani et ebrii multa faciunt saepe vehementius. Semper Aiax fortis, fortissimus tamen in furore:

Nam facinus fecit maxumum, quum, Danais inclinantibus,

---

unus Ox. exhibet *formidinem*. Marb. et Gud. 2. *utilem ĕe* [esse] *dementiam*; Gud. *utilem dementiam*; Duisb. *utilem etiam esse dementiam*; unus Ox. *quia insani*, alius *qui et insani*, alius *quod et insanii*, Gud. *quod etiam insani*, Vind. 1. *quod insani*; Gud. 2. *quod et insanientes ebrii*. Vocem *saepe* omittunt Edd. P. A. B. S. E. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. In Cod. Gud. 2. legitur *vehementie*: errore ex compendio syllabae *us* [9], orto. Ad sententiam cf. Varro de L. L. VI. p. 79. ed. Amst.: *Idem* [*Plautus*] *cum vehementer vellet dicere, dicit insane: quod insani faciunt omnia vehementer. Mr.*

Semper Aiax fortis, fortissimus tamen in furore.] „Octonarii, fortasse ex Pacuvii tragoedia, quae est Armorum iudicium. Videtur autem loqui Ulysses, Aiacisque fortitudinem furori tribuere. Sic autem introductus fuit Aiax, ut insaniens cum hostibus manum conserens illos in fugam verteret. Quod et Philostratus significare videtur a Graecis tragicis factum esse. Sic enim scribit in Aiace: *μανίνια δὲ αὐτὸν οἱ μὲν Τρῶες ἔδεισαν πλέον ἢ ἐλώθησαν, μὴ προσβαλὼν τῷ τείχει ῥήξῃ αὐτό.*“ *Camerar.* „Versus numeratur [in nonnullis Edd. v. c. Leod. Crat. Cam. Rob. et Car. Steph. Ald. Boul. Sylb.]: *Semper Aiax fortis* — cum oratio sit soluta: mox tamen in altero octonario: *Summam rem perfecit manu* — legendum crediderim, non *manus*. Quod autem sequitur:

Praelium cum restituit insaniens,

ab alia dici persona tragoediae arbitror, vituperante vel elevante facinus Aiacis, ut per insaniam admissum: quod tamen alia laudaverat ante persona: Et cum excurrat longius versus, veri simile est, non debere hoc pro clausula agglutinari caesurae superiori, sed reglutinari atque separari.“ *Turneb.* Adv. 7, 18. „Aiax apud Ovidium Metam. 13: [93 sq.]

Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
Spem vestri reditus.“ *Beroald.*

Unus Ox. omittit voces *fortis* et *tamen*; posteriorem etiam Gud. 2. Rehd. Marb. Pro *fortissimus tamen* est *tamen fortissimus* in Edd. P. A. B. S. E. eademque, quae lin. proxima omittunt *saepe*. *Mr.*

Nam facinus fecit maxumum —] Scripsit hosce versus Dav. in Ed. 2. ita, quatuor lineis:

Nam facinus fecit maxumum,
Cum, Danais inclinantibus,
Summam rem perfecit manu,
Rem restituit insaniens:

„Sunt Jambici tetrametri acatalecti, non ex comico quodam poëta, ut censet Bentleius, qui scilicet negat tragicos Romanorum isto metro usos esse, sed ex tragico petiti. Secundum versum Wolfius de Hermanni sententia (Elem. Doctr. metr. p. 159.) edidit. Vulgo legebatur *proelium restituit*, adversante metro.“ *Kühn.* Orellio quoque videntur versus Pacuvii. Scribitur in Cod. Mon. 1: *Cum in acie facit fecit maximum. Nam Danais.* Rehd. *maximum fecit.* Ad v. *Danais inclinantibus* cf. Iliad. XV. extr. *Mr.*

Summám rem perfecit manu, restituit praelium insániens.

24 Dicamus igitur utilem insaniam?

53. Tracta definitiones fortitudinis; intelliges eam stoma-

Summam rem perfecit manu, —] „*Summám rem erexit, proélium cum réstituit insániens* — Ex huius scripturae depravatione in vulgatos libros irrepsit *summam rem perfecit manu.*“ *Frc. Fabr.* „Reieci *cum* ante *restituit* suasu quinque Pall. Vatic.“ *Gebh.* [edidit *pr. rest. ins.*] „Lambini *erexit* non satisfacit ad significandam victoriam. Bentleii emendatio *rem* pro *proelium* eandem vocem bis infert versui: neque ego crediderim de re restituta iam poëtam locuturum fuisse postquam de victoria parta locutus est. Equidem suspicor legendum esse:

Summam rem perfecit, dum praelium instituit insaniens:

In voce *manus* cum libri plurimum varient, ea potissimum corrupta visa est.“ *Bouh.* Eius versum nihili esse nemo non videt. *Mr.*

proelium cum restituit insaniens] „Petrus Ciaconus existimat hoc totum additamentum esse.“ *Ursinus.* „*Perfecit manus, proelium restituit insaniens*: Si versus sanus, efferendum *manu', proeljum.* Sed nec bene *manu* correctum a Bipp., quamquam auctore Bentleio, qui tamen *proelium* in *rem* mutabat, nec omnino *manus.* placet. Equidem non dubito, quin legendum sit:

Summam rem perfecit. Nam is proeljum restituit insaniens.“ *Nissen.* Ego scripsi hosce versus, ut FAWolf. Schz. Or. Tbn. et ex sententia G. Hermanni l. c. Nobbius dedit:

summám rem perfecit manus, praelium restituit insániens.

Cod. Marb. habet *perficit Marius pr. rest.* Gud. 1. *perficit manus.* Gud. 2. *summam perficit majo* (omisso *rem*) *pr. rest.* Rehd. *summam perfecit rem manus pr. rest.* Bern. *perf. manus.* Edd. P. Ven. n. *manus pr. rest. ins.* Asc. 1. *perf. Marius pr. quum rest. insan.* Edd. A. B. S. E. C. V. Cam. Junt. Rob. Steph. HWolf. Ald. Boul. Car. Steph. Leod. Sylb. *manus, pr. quum rest. ins.* Ed. M. *manu pr. qu. rest. ins.,* Edd. Gebh. Verb. Ern. Nobb. *manus, pr. rest. ins.* quo verborum ordine legitur in Codd. fere omnibus. *Mr.*

cap. 24. *Dicamus igitur utilem insaniam?*] Haec verba priori capiti adiunxit Dav., post *insaniens* colon posuit. In Cod. Mon. 2. et uno Ox. est *dicemus.* Gud. habet *ergo* pro *igitur. Mr.*

Tracta definitiones fortitudinis;] „Pal. tert. *tracta definitione.* Fabr. *tata definitione.*“ *Gebh.* „Ed. mea vet. habet *definitione,* Reg. Cod. *definitiones:* quae lectio vera est.“ *Bouh.*

Tracta definitiones] Sic recte Pithoean. et Reg. nam Cicero plures definitiones statim subiicit. Vulgo *definitionem. D.*

definitionem] „Sic supra 21, 47: *definitio perturbationis,* cuius varia exempla tractantur. Neque igitur opus correctione Bentleii *definitiones.*“ *Nissen.* Non correxit Bentleius Ciceronem, sed ex optimo libro Ciceronis manum restituit: isque sequendus fuit. Accedunt Codd. Gud. 1. Aug. Bern. et marg. Ed. Crat. Edd. Lall. FAWolf. Schz. Or. quibus praeiit Dav. Legitur *tracta definitione* in Ed. P. Codd. quinque Oxx. Gud. 2. Marb. Mon. 1. 2. Rehd. (a 1. m.) Gud.; *tractata definitione fortitudinis intelliges* in uno Ox. Duisb. Rehd. (a 2. m.) Edd. P. B. S. E. C. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2.; *tracta definitionem* in tribus Oxx. Vind. 1. 2. (quantum quidem ex collationum silentio colligere licet) et Edd. reliquis, vel novissimis Nobb. Tbn. *Mr.*

cho non egere. Fortitudo est igitur affectio animi, legi summae in perpetiendis rebus obtemperans: vel conservatio stabilis iudicii in eis rebus, quae formidolosae videntur, subeundis et repellendis: vel scientia rerum formidolosarum, contrariarumque [perferendarum] aut omnino negligendarum, b.

Intelliges eam stomacho non egere.] *Stomachus* pro *ira* Ciceroni non infrequens: v. Schütz. Lex. Cic. h. v., *Bile non egere* Graeci dicunt, ut apud Plutarchum legitur *περὶ ἀοργησίας· χολῆς μὴ δεῖσθαι τὴν ἀνδρείαν.*" *Camerar.* Ad constructionem loci, qua apodosis abrupte quasi ad protasin applicatur, vid. Dissen. ad Pindar. Nem. IV. 37. qui, praeter hunc Pindari locum, affert Hom. Il. XXIII, 71: *θάπτε με ὅττι τάχιστα, πύλας Ἄϊδαο περήσω.* Unus Ox. pro *eam* habet *etiam. Mr.*

Stomacho *non egere*] Stomachus hic iram denotat, ut et alibi apud Ciceronem. Sic *μῆνιν Πηληϊάδεω* Horatius lib. I. Od. 6. *Pelidae stomachum* vertit. Quinctilianus Inst. Orat. lib. X. cap. 1. *Cassius Severus plus* stomacho *quam consilio dedit.* Vide et Senecam Epist. 112. Hinc *stomachum digerere*, pro eo quod est iram effundere, dixit Hieronymus in Epitaph. Marcellae pag. 123. *D.*

Fortitudo est igitur affectio animi] Codd. Rehd. Gud. 2. Edd. V. L. Rob. Steph. Cam. habent *igitur est.* Legitur *animi affectio* in Cod. Mon. 1. et Edd. ante Gebh. (exceptis V. Rob. Steph. Cam.) Reliqui nobiscum faciunt. *Mr.*

legi summae in perpetiendis rebus obtemperans] „Lex summa vocatur ratio insita natura. Hac de re egit Chrysippus lib. de Leg. et Cicero Lib. II. de Legg. [4, 8. coll. I, 6. 18 sq. p. 174—177. et p. 46—50. ed. nostr. et Cr.] „Legendum fortasse: *in perpetiendis laboribus:* et ita infra *perferendorum laborum*, ubi est *perferendarum rerum.*" *Lamb.* In marg. Lambb. Goth. et Verb. itemque in Ed. Or. lego Lambinum correxisse *perpetiendis doloribus*, sed infra *perferendorum laborum.* Vocem *in* omittit Cod. Gud. 2; Rehd. habet *summae inspiciendis.* Marb. *in impeiendis.* Post *vel* in Mon. 1. omittitur *conservatio*, cuius loco ex MS. nescio quo enotavit *observatio*; Gud. 2. habet *stabilis iudicium eis*, Aug. omittit verba *obtemperans — eis rebus*, aberrante videlicet scribae oculo a priore *rebus* ad posterius. In Mon. 1. legitur *vel repellendis.* Post *scientia rerum* in Gud. 2. scribae oculus rursus a priore *rerum* ad posterius transsiliit, quo facto omissa sunt verba *formidolosarum — earum rerum. Mr.*

contrariarumque, perferendarum aut omn. negligendarum] „Notabis, mi lector, vocem *perferendarum*, ut aberat ab Edd. Victorii et Herwagiana vitio typorum, sic et ab Gruteriana, et inde huc usque e suo loco exsulavisse. Et cur Gothofredus eam ponit in margine?" *Gronov.* „*Perferendarum* abest in Gryphii libro et in Victorii editione." *Brut.* „Complures Codd. et mea Ed. vetus, Ald. et multae aliae non habent *perferendarum:* sed habent eam vocem et alii Codd. et duo Leidd. eaque h. l. videtur necessaria, nam quod sequitur *aut omnino negligendarum*, requirere videtur aliud verbum antecedens. Quidquid ergo dicat Davisius, servandus est verbo locus suus." *Bouh.*

Contrariarumque aut omnino neglegendarum] Vulgo *contrariarumque* perferendarum *aut omnino negligendarum:* quam vocem, renitentibus Codicibus, invexit Jac. Gronovius. Taurus apud Agellium XII, 5. *Fortitudinem maiores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum et non tolerandarum.* Alcinous Doctr. Platon. c. XXVIII. *Ἀν-*

conservans earum rerum stabile iudicium: vel brevius, ut Chrysippus: — nam superiores definitiones erant Sphaeri, hominis in primis, bene definientis, ut putant Stoici: sunt enim omnino omnes fere similes, sed declarant communes

---

ἀρεία ἐστὶ δόγματος ἐννόμου σωτηρία δεινοῦ τε καὶ μὴ δεινοῦ. Platoni vero fortitudo est ἐπιστήμη δεινῶν τε καὶ θαῤῥαλέων. Vide sis eum in Lachete pagg. 252. E. 253. B. 254. C. *D.*

contrariarumque, [perferendarum] aut — negligendarum] Uncinis inclusam addidi vocem, quae mihi, si est e supplemento, fere tamen necessaria videtur cum Or. Habent eam, praeter duos Leidd., Gud. Gud. 2. duo Oxx. Vind. 1. 2. (quorum posterior additum habet *rerum*) Edd. M. L. Car. Steph. Ald. Boul. Brut. Sylb. Leod. Gron. Lall. Ern. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Post *earum* abest *rerum* ab uno Ox. „Brevius haec, ait Wolfius in scholis, Plato in Lachete [§. 67. ed. Jacobs.] ἡ ἀνδρεία ἐστὶν ἐπιστήμη δεινῶν τε καὶ θαῤῥαλέων.“ *Mr.*

vel brevius, ut Chrysippus: — — — quomodo igitur Chrysippus?] De structura huius loci, quae interrupta nonnullis interpositis, denuo, et variata quidem, inchoatur, vid. Otto in Excurs. III. ad Cic. de Finn. p. 394. Ad rem cf. Baguet. de Chrysippo p. 304.

erant Sphaeri, hominis in primis —] Cod. Gud. *descriptiones erant asperi hominis,* Mon. 1. *erant prophetici hominis;* habent etiam *asperi* Vind. 1. et duo Oxx., duo alii *superbi,* unus *feri,* Vind. 2. *Speri,* Aug. *spē* omisso *erant.* Pergit Gud. 2. *hominee.* — Fuit Sphaerus Zenonis discipulus, stoicus e Bosporo Thracico oriundus, qui primum Lacedaemone deinde Alexandriae philosophiam profitebatur. Cf. Diog. Laërt. VII. 177. Torrent. ad Sueton. Aug. 89. G. J. Vossium de Hist. Graec. I. 16. p. 104. Jonsium de Scriptt. Hist. Philos. II. 6. p. 171. *Mr.*

Sunt enim *omnino omnes]* Lege, *sunt* autem *omnino omnes fere similes.* Hoc docet orationis ipsa vis; non enim putabant Stoici Sphaerum hominem esse inprimis bene definientem, quod omnes fortitudinis definitiones essent fere similes. *D.*

sunt enim omnino omnes fere similes,] „Corrigit Dav. *sunt autem,* Sed pluribus exemplis allatis probavit Wopkensius Lectt. Tull. II. [I. I.] 11. saepe a Cicerone *enim* eo sensu poni, quo nos exspectamus *autem.*“ *Bouh.* Vid. Ed. Hand. p. 89. ubi vid. annot. 104. Wolfio in scholis ap. Or. placebat Davisii ratio, ut sit sententia, quasi dicat: ceterum omnes fere sunt inter se similes. Magis tamen placet Kühneri ratio *enim* ita defendentis, ut *enim* rationem reddat sententiae alicuius, quae mente supplenda est [ut saepissime Graecorum γάρ], sententiaeque nexus hic sit: „*vel brevius, ut Chrysippus: nam superiores definitiones omnes ab uno Sphaero profectae sunt*: quod autem plures de eadem re definitiones attulit, nihil refert: *sunt enim, — fere similes, consentiuntque in communibus Stoicorum de fortitudine notionibus, nisi quod alia definitio clarius et distinctius quam alia fortitudinis notionem declarat.*“ — Communes *notiones* monet Or. ad W. scholas non esse *communes omnium Stoicorum notiones,* i. q. infra: *notionem nostram, quam habemus omnes tectam* cet. (sie erläutern die unentwickelten Begriffe, welche wir alle von der Tapferkeit haben.) — Cod. Duisb. omittit *omnino,* unus Ox. *omnes* Rehd. pro *omnino* habet *in animo,* quod est vel correctoris acuti vel ex compendiis *ēī oīo* ortum. Gud. habet *fere omnes.* Solus L. [1566.] edidit *declarat* pro *declarant,* duo Oxx. et Gud. 2. *exhibet communis,* eius loco alius habet *omnes,* errore ex compendio [illegible]

notiones alia magis alia: — quomodo igitur Chrysippus? Fortitudo est, inquit, scientia rerum perferendarum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo summae legi parens sine timore. Quamvis licet insectemur istos, ut Carneades solebat; metuo, ne soli philosophi sint: quae enim istarum

---

orto: in alio Ox. sequitur *notationes*, in alio denique omissum est alterum *alia*. *Mr.*

Quomodo igitur Chrysippus?] Cod. Gud. *ergo* pro *igitur*, ut initio capitis. Tres Oxx. omittunt *rerum*. Edd., exceptis Dav. Or. Tbn., omnes habent *perferendarum rerum*; Codd. autem Reg. Gud. 1. 2. Marb. et omnes, quorum accuratam habemus collationem, nostrum commendant ordinem. *Mr.*

in patiendo ac perferendo] Duo Oxx. *in pat. vel in perferendo*, Aug. *ac in pat. vel in perferendo*. Mon. 1. *perferende summe*. Duisb. habet *in faciendo ac* p. *Mr.*

Quamvis licet insectemur istos] „Sic habent omnes libri MSS., sic plerique vulgati, et optima sententia est. Et tamen nonnulli ausi sunt huc manus admovere et ita mutare: *Licet enim insectemur* — Offendit eos scilicet hoc *Quamvis licet*, et putarunt mendosum, cum mendo careat. *Quamvis licet* valet *quantumvis licet*.“ *Lambin.* „Ita vetus codex, quinque Pall. Vulgo *licet enim ins.*“ *Gebh.* „Vulgg. *Licet enim ins. eos.* Cantabr. *quamvis insect. eos.* Optima est recepta lectio, quam tuentur Pall. quinque, vetus codex [quem h. l. Gebh. et Dav. dicunt veterem codicem, eum esse credo, qui sine nomine laudatur in marg. Lambb. et Goth. literis *v. c.*] et Petrens. noster. Scriptores idonei particulas eiusdem potestatis saepe coniungunt. Cicero N. D. lib. III. c. 36: *Quamvis licet Menti delubra et Virtuti et Fidei consecremus.* Frustra erat Janus Gruterus, qui priorum vocum alteram supervacuam putavit. Apuleius Apol. p. 324: *Quamquam etsi districtius me Magum dixisset, videri posset excusabunda.* Varro R. R. I. 8. Itaque ideo, *ut arbitror, primum è vinea in arbores ascendit vitis.* Phaedrus Prol. lib. II, 12: *Ita sic rependet illi brevitas gratiam.* Multa sunt huiusmodi, quae collegere Fr. Sanctius Min. lib. III. c. 14. p. 572. sq. et G. J. Vossius de Constr. c. 68.“ *Davis.* in Ed. 1. Hanc ego Davisii annotationem, ab ipso iam in Ed. 2. deletam, ideo attuli, ut intelligi posset Bentleii ad h. l. animadversio: quod in reliquis Edd. et Rathiana neglectum est. Nihil addo ad Davisii errores refutandos, nisi hoc, proprie dici non posse, duas h. l. esse coniunctiones eiusdem potestatis, cum ne una quidem sit. Sunt duo duarum propositionum verba, quasi dicat: *Insectemur istos, quantum tu vis: per me licet.* — Add. Ramshorn. Gr. Lat. §. 191. II. 2. p. 596. ed. pr. Gernhard. ad Cic. Lael. 20, 73. p. 152. Habent vero *quamvis licet* Codd. plerique. *Licet* omissum est in Codd. Mon. 1. Gud. Duisb.; unus Ox. habet *Quemvis licet.* Sola Ed. P. habet *quamvis enim.* Veram lectionem habent M. Lamb. [nec vero Lambb. et Goth. nisi in marg.] Ald. Sylb. Car. Steph. Brut. Leod. seqq. Ego ad locum de N. D. III. 36. §. 88. supra laudatum in ed. min. p. 233. attuli Lucret. VI. 600. et 620. Ad rem, nimirum quod Carneades Stoicos insectabatur, vid. Crzr. ad Cic. de N. D. II. 65. p. 481. Kühner. in libro de Cic. mer. in philos. p. 155. — Legitur autem *istos insectemur* in Cod. Vind, 1; in Marb. *Carneadas;* in Gud. deest *solebat. Mr.*

metuo, ne soli philosophi sint] Unus Ox. omittit *soli.* Marb. habet *sunt* pro *sint.* Quamvis Academicum plerumque agat Cicero, hoc tamen et haud paucis aliis locis magnifice de Stoicis, praesertim de

definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam atque involutam? qua aperta, quis est, qui aut bellatori, aut imperatori, aut oratori quaerat aliquid; neque eos existimet sine rabie quicquam fortiter
54. facere posse? Quid? Stoici, qui omnes insipientes insanos esse dicunt, nonne ista colligunt? Remove perturbationes,

---

eorum philosophia morali, loquitur, utpote philosophus ex eorum genere, quos eclecticos dicimus. Vid. Kühner. l. c. p. 76 sq. Add. Jas. Denores in Cic. universam philos. de Vita et Moribus. 12. Amb. 1597. Fugmanni Vetus et Nova Philos. Moralis (4. Witeb. 1678.) p. 65—96. in primis p. 66—74. — In seqq. verba *Quae enim — nostram* desunt in uno Cod. Ox. Cod. Duisb. habet *definitionum istarum*. Mon. 1. *apperit*; Gud. 2. *rationem* pro *notionem*. Ad locutionem *notionem — involutam* conf. Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 10. 24: qui explicat *involuta* verbis obscura intellectuque difficilia, laudato Schütz. ad Cic. Orat. 33. 116. [v. pag. 190. ed. Opp. Rhetorr. Vol. III. (1808. Lips.) p. 190.] — Mox Duisb. *tectam et involutam de fortitudine*. *Mr.*

qua aperta, quis est, qui aut bellatori] Unus Ox. omittit *qua*, alius post *quis est* pergit *quis est ut* pro *qui aut*. De usu vocis *bellator* (qui poëtis est frequentior) apud Ciceronem vid. quae monentur in nova Forcellini Ed. Germ. h. v. p. 318. a. memoratu digna. Hoc loco vides requiri quasi hoc vocabulum appositis (*imperator, accusator*), alibi oppositis. Ad v. *quaerat aliquid* quae sunt i. q. *quaerat aliud quid*, videlicet: quam est in illa definitione Stoica. vid. quae nos monuimus supra ad III. 18. 43. Add. Stuerenburg. ad Cic. pro Arch. p. 93. Pro *neque* est *nec* in Codd. Vind. 2. Duisb. Posterior mox *forte* pro *fortiter*. *Mr.*

Stoici, qui omnes insipientes insanos esse dicunt,] Ad sententiam cf. eiusdem argumenti Ciceronis Paradoxon IV. eiusque interpretes: add. nostri operis III. 4. 9. In Cod. Duisb. est *dicunt insanos esse*. Unus Ox. pro seq. *nonne* habet *non*, alius *colliguntur, removere*. *Mr.*

Nonne ista colligunt?] „Cum Stoici colligunt omnes insipientes esse insanos, argumentationibus nituntur a perturbationibus ductis maximeque ab iracundia. Quam si demus [auferamus?] prodigiose videbuntur et inepte suum colligere Paradoxon Stoici." *Comm. Anon.* ap. Leod. „Nemo [?] hoc tetigit. Esse autem videtur: Hoc efficiunt conclusionibus per inductionem, ut de singulis adscendant ad genus: huic conveniunt sequentia. Si e numero insanorum eximuntur iracundi, insanire ipsi et monstra dicere videbuntur, quod pars ea exempta sit, quae foedior etiam ceteris est." *Ern.* „Simplicius dixerim *colligere* esse συλλογίζεσθαι." FA*Wolf*. Rem satis explicavit Commentator, quem attuli, Anonymus apud Leodegarium a Quercu. — Vox *perturbationes* abest a Cod. Gud. 2. Scribitur *maxime quae*. In seqq. Gud. 1. *nostra dicere*, Gud. 2. et Marb. *monstrum dicere*. Quod h. l. posuit *monstra dicere*, similiter dixit ad Att. IV. 7: *monstra nuntiare* i. e. inexspectatum aliquid, ib. IX. 11: *monstra narrant, quae falsa esse possunt*; ad Qu. Fr. II. 6: *monstra promulgare*. Ad structuram *nunc autem* Kühn. laudat III. 1. 2. ibique de N. D. II. 36. prc. de Finn. V. 15. 41. Curtium VII. 5. 35. Graecorum νῦν δὲ. Viger. Idiot. Gr. p. 426. Hoogeveen. de Particull. Gr. p. 545. Schütz. Add. Tursellin. de Particull. p. 604. n. 18. — 607. ed. Ernesti. — Pro *ita* in uno Ox. legitur *omnes*; pergit Vind. 2. cum quatuor Oxx. *dixerunt*, unus Ox. *duxerunt*. Rehd. *stultos omnes*. *Mr.*

maximeque iracundiam: iam videbuntur monstra dicere. Nunc autem ita disserunt, sic se dicere, omnes stultos insanire, ut male olere omne coenum. — At non semper. — Commove; senties. Sic iracundus non semper iratus est: lacesse; iam videbis furentem. Quid? ista bellatrix iracundia, quum domum rediit, qualis est cum uxore, cum liberis, cum familia? an tum quoque est utilis? Est igitur aliquid, quod perturbata mens melius possit facere, quam constans? An quisquam potest sine perturbatione mentis irasci? Bene igitur nostri, quum omnia essent in *moribus* vitia,

---

ut male olere omne coenum. — Commove; senties.] Ad sententiam confert Beroaldus Augustin. de Civ. Dei I: *Puri motu exagitatum exhalat horribiliter coenum, et suaviter fragrat unguentum.* Ad v. *coenum* vid. Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 37. — Legitur in Cod. Aug. *cenum omne;* in Gud. 1. *caenum.* Sed v. Grotefend. Orth. Lat. §. 132; Gud. 2. omittit *olere.* Vind. 1. habet: *At non semper commovere sentiens.* Idem est in Mon. 1. sed punctp post *semper* posito. Monet Wolfius uti Ciceronem *sentiendi* verbo etiam pro eo, quod aliis dicitur *olfacere:* quo verbo ipse abstinet. Pro *senties* habet etiam *sentiens* unus Ox., alius *censes.* Mox Mon. 1. *non semper est,* omisso *iratus,* in seqq. habet *domum reddiit,* unus Ox. *redire.* Rehd. *qualis cum uxore est.* Pro *perturbata mens* est *conturbata mens* in Edd. ante Gebh.; in Codd. non item, praeter Rehd. et Mon. 1. In uno Ox. deest *melius;* in Rehd. legitur *facere possit.* Ad structuram *An quisquam* etc., quae vim rhetoricam exserit, qua urgere solemus rogando, vid. Handii Tursellin. I. p. 346. — Paullo post Cod. Vind. 1. habet *sine conturbatione.* Pergit unus Ox. *mentis irasci: qui igitur.* Rehd. exhibet *quum essent omnia.* Unus Ox. omittit *quum. Mr.*

iracundos solos morbosos nominaverunt.] „Fabr. Vatican. *morosos:* quae, ut puto, genuina est lectio. Pal. quart. *mortuos.*" *Gebh.* Vides Gebhardum prope afuisse a vero reperiendo. *Mr.*

Cum omnia essent in moribus *vitia — iracundos solos* morosos *nominaverunt*] Vulgo, *cum omnia essent in* morbis *vitia — iracundos solos* morbosos *nominaverunt.* Sed hoc plane falsum; non enim soli iracundi *morbosi* dicuntur, sed *morbo aliquo infecti,* quod docebit Festus. Vide sis et Agellium N. A. IV, 2. Pithoean. Fabr. Cantab. Vatic. et a prima manu Petrens. *iracundos solos* morosos *nominaverunt:* quod omnino verum. Seneca de Ira lib. I. cap. 4. *Inter hos* (iracundos) morosum *ponas licet, delicatum iracundiae genus.* Sed, hoc dato, cur, *cum omnia essent* in morbis *vitia, — iracundos solos* morosos *nominaverunt?* An putavit Cicero, *morosum* a *morbo* deductum esse! Non opinor. Reg. *in* morbus *vitia.* Omnino rescribendum, uti quidem edidimus, *cum omnia essent in moribus vitia — iracundos solos morosos nominaverunt.* A *moribus* enim dicitur *morosus.* Donatus in Terentii Hecyr. Act. IV. Sc. II, 2. Mores *proprie senum dicuntur, unde* senectus morosa, *et* morosi homines *qui sui cuiusdam* moris *sunt.* Nonius: Morosa *est contrariis perversisque moribus.* Ut autem noster *in moribus esse vitia* dixit; sic Augustinus C. D. v. 19. *Sunt enim,* inquit, *multa* in moribus *bona.* Ambrosius de Offic. lib. I. n. 14. *Sermo — vitium aliquod esse* in moribus *aperiat et prodat.* Vide et n. 89. Hinc illud,

Nam monstra fato, moribus *scelera imputes.*

Est Senecae in Hippol. vs. 144. *D.*

quod nullum erat iracundia foedius, iracundos solos *morosos* nominaverunt.

25 Oratorem vero irasci minime decet: simulare non de-
55. decet. An tibi irasci tum videmur, quum quid in causis
p.221. a.

---

quum omnia essent in morbis vitia, — morbosos nominaverunt.] Nihil est certius, quam corruptum esse locum: quod cum animadvertisset Dav. felicissime eum correxit. Et probavit eam correctionem non Bentleius tantum, sed ipse Cod. Reg. suffragatur, in quo est *solos morosos*. Ceterum verum est morositatem ipso, quem laudat Dav., teste Seneca non maximum esse eorum vitiorum, de quibus h. l. agitur. Quid? quod ipse eam excusat Cicero in senibus, de Sen. 18. Quare eam non oportuit ponere in iis, quae sunt plurimum reprehendenda: neque fortasse id fecisset h. l. Cicero nisi admodum esset etymologiarum amator, ne dicam venator vel captator." *Bouhier.*

moribus — morosos] „Correxit Dav. e MSS. in quibus, ut etiam in regiis, scribitur *morosos*." *Lall.* In eandem sententiam disputat Ern. qui et ipse eam correctionem recepit. Ceterum verum non est, quod dicunt Or. et Kühn. in Codd. et Edd. ante Dav. omnibus esse *morbis*. Editiones quidem in eo errore conspirant: sed non est *morbis* in Cod. Reg. (quamvis ita sit in collatione nostra) sed *morbus*, quod proxime accedit ad *moribus*; ut vides non tantum ex annot. Davisii, sed patet etiam ex Gud. 1. qui regio fere est geminus, qui item cum Gud. 2. Duisb. et fortasse etiam Rehd. (nam dissentiunt collationes) habet *morbus*: quid? quod totidem literis, si collationis silentio fides, in Gud. scriptum est *moribus?* Alterum autem, *morosos*, habent Codd. Reg. (quamvis taceat nostra collatio) Duisb. Marb. unus Ox. et Codd. Lallemanni. — Unus Ox. omittit *quum*, alius vocem *iracundia*; ultimum capitis verbum in Aug. est *nominarint*, in Vind. 1. *appellaverunt*. *Mr.*

Cap. 25. *Oratorem vero irasci minime decet:*] Ad sententiam cf. supra c. 19, 43. Pro *decet* solus Rehd. habet *licet*. Post *simulare* sequitur *non decet* in Codd. Pal. tert. Vatic. Gud. 1. 2. Mon. 1. Marb. Duisb. qui error ortus est ex scriptione DEcET. Eundem cum reperisset in suo archetypo scriptor Codicis Rehd. vocalem *non* mutavit in *vero*, scripsitque *simulare vero decet*. *Mr.*

An tibi irasci tum videmur, quum — vehementius dicimus?] Aliter libro II. de Or. 45. 189. Antonius: *Quod si fictus aliquis dolor suscipiendus esset, et si in eiusmodi genere orationis nihil esset nisi — imitatione simulatum, maior ars aliqua forsitan esset requirenda. Nunc ego, quid tibi, Crasse, quid ceteris accidat, nescio; de me autem causa nulla est, cur — mentiar: non me hercule unquam apud iudicem aut dolorem aut misericordiam aut invidiam aut odium excitare dicendo volui, quin ipse in commovendis iudicibus iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permoverer.* — Duo Oxx. habent *At tibi* pro *An tibi*; mox alius *quum quidem*. Duisb. *ac vehementius*. Gud. *quid enim, quum*; Gud. 2. omittit *iam*. Legitur *iam in rebus* Edd. C. V. Rob. Steph. Herw. Quod est vel aberrantis ad lineam antecedentem, vel correctoris inepti qui hanc locutionem praecedentem (*in causis*) assimilare vellet. Mirum quod nemo correxit *rebus transactis*, ad nostrum loquendi modum. Ad sententiam admodum Orationis Ciceronianae pro Milone, quae scripta est re iam transacta. Ceterum legitur in Cod. Duisb. *scribimus orationes*; Marb. et Gud. propter ὁμοιοτέλευτον, vel potius eiusdem verbi repetitionem, omittunt *num irati scribimus? Mr.*

acrius et vehementius dicimus? quid? quum iam rebus transactis et praeteritis orationes scribimus, num irati scribimus? *Ecquis hoc animadvertit? Vincite!* num aut egisse umquam iratum Aesopum; aut scripsisse existimas iratum At-

---

Ecquis *hoc animadvertit? Vincite*] Vulgo *et quis*. Non ita bene; quapropter Victorium Lambinumque sequimur. Haec autem versus particula desumta videtur ex Accii Atreo. Vide lib. III. de Orat. cap. 58. *D.*

Ecquis hoc animadvertit? Vincite!] „Locus e fabula quadam Attii [ex Atreo, v. de Orat. III. 58. 217.] ubi quis iratus cuidam facinoroso, *quis*, inquit, *hoc facinus vidit? agite et vinctum eum* abducite! Hunc locum nec Aesopus histrio umquam vere iratus declamavit, nec Attius vere iratus scripsit, sed uterque iram simulavit.“ *Neidius*. „Sententia est: Straft nicht gleich Einer diefs [Vergehen]? Schnell werd' er gestraft! Bindet ihn!“ *Orell.* ad W. scholas, qui monuit totum versum quasi Accusativum esse verbi *egisse*. Scribitur autem *Et quis* in duobus Oxx. Bern. Gud. 2. Rehd. Gud. Aug. Duisb. Marb. Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Gebh. Verb. Ern. minus bene. Unus Ox. habet *quis*. Post *hoc* Duisb. et MS. in marg. Verb. (fortasse unus idemque) habent *unquam animadvertit civium*. In Mon. 1. est *Ecquis hoc civium unquam animadvertit vinculum aut egisse iratum existimamus*, omissis verbis *Aesopum aut scripsisse*. Rehd. omittit *vincite*. Unus Ox. exhibet *animadverterit*. Alius pergit *vincite nimis;* duo cum Mon. 2. et Asc. 2. Junt. *vincite minus;* Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. HWolf. et MS. in marg. Asc. nostr. 2: *vincite enim*. Duisb. omittit sequens *num*. Gud. 2. pergit *non egisse aut umquam*. Unus Ox. *num autem egisse;* duo alii habent *nunquam*. De *Aesopo*, tragoediarum actore, saepius loquitur Cicero, cujus locos laudat Schütz. in Lex. Cic. T. I. h. v. *Mr.*

Scripsisse existumas *iratum Accium*] Sic recte Cl. Bentleius, uti quidem ex antecedentibus patet. Vulgo *existimamus*. *D.*

num aut egisse — aut scripsisse existimamus —] „Cur, quaeso, *existimas* legendum, non *existimamus?* An quia paucis verbis interiectis antecesserat *an tibi irasci tum videmur — ?* At vero enallages illius exemplorum omnia plena sunt. An quia, cum Cicero prima pluralis numeri persona se ipsum comprehendat, stultum foret quaerere, quid ipse iuxta cum aliis sentiret? Vix ausim talia movere incommoda: quam saepe enim sic impersonaliter adhibetur prima persona pluralis! sic ex gr. infra c. 26: *Libidinosum igitur — censemus esse sapientem? — — In hanc tu igitur — perturbationem cadere tibi dixisti videri?* At pluribus hoc docere non opus est; sufficit ut talia tantummodo in memoriam referamus.“ *Wopkens*. l. c. p. 134. Ad quae Handius: „Quod coniectura posuit Bentleius, confirmant aliqui Codices. Sed apertum est, librarios ad superiora respexisse, iisque haec accommodasse. Conf. Goerenz. ad libr. de Finn. III. 19. 62.“ [p. 391 sq.] „Accedit Bentleii emendationi unus Cod. Leid.“ *Bouh.*

aut scripsisse existimas] Non videtur haec coniectura Bentleii, sed lectio tacite ex Cod. Reg. recepta, quamquam et nostra collatio tacet. Sed habet cum Cod. Leid. *existimas* Cod. Regii simillimus, Gud. 1., habent Gud. 2. Duisb. Gud. Marb. tres Oxx. et Ed. P. Quare non Bentleio, sed bonis libris obsequendum duximus. Rehd. habet *extimatum* . . . In nomine Attii consueta est varietas librorum, quorum alii habent *Attium*, alii *Accium*, nonnulli *Actium*: et

tium? Aguntur ista praeclare; et ab oratore quidem melius, si modo est orator, quam ab ullo histrione: sed aguntur leniter et mente tranquilla. Libidinem vero laudare, cuius est libidinis! Themistoclem mihi et Demosthenem profertis: additis Pythagoram, Democritum, Platonem. Quid? vos studia libidinem vocatis? quae, vel optimarum rerum, ut ea sunt quae profertis, sedata tamen et tranquilla esse debent. Iam, aegritudinem laudare, unam rem maxime detestabilem,

---

hoc quidem unus Ox. Marb. Gud. 2. Aug. Paullo inferius Gud. 1. habet *si modo est melius:* sed eadem manus supra scripsit *orator.* Gud. 2. exhibet *si modo cum or.* Error ortus est ex compendio *c.* quod legebatur ab aliquo scriptore oscitante *c.* Pergit Ed. P. *quam ab illo histrione* et sic tres Oxonn. Postrema vox scribitur *istrione* in Codd. Gud. 1. 2.; *histirione* in Mon. 1. In Duisb. est *sed aguntur et leguntur,* in uno Ox. *sed aguntur leguntur leniter,* in duobus *sed: aguntur leviter.* Quid sibi velit Verb. dicens esse in Cod. Reg. *et mente tranquilla,* in aliis deesse *et,* nescio. Nam *et* habent ad unum omnes, quos quidem noverimus. *Mr.*

Libidinem vero laudare] Respice c. 19, 44. — Codd. Gud. 1. 2. *lubidinem.* Pergit Mon. 1. *et laudare.* Vind. 2. omittit *est.* Gud. 1. 2. iterum *lubidinis.* Non differre *libidinem* a *lubidine,* nisi quod haec sit priscorum forma, monet Priscianus 1. 553, et apud Comicos praecipue frequens. Quare mireris scripsisse Davisium in Ed. 2. et 3: *libidinem — laudare cuius est lubidinis?* In Ed. Dav. quae Oxonii 1805 prodiit, a Gaisfordio curata, prior forma utrobique posita est. Pergit unus Ox. *et Themist.* Gud. 2. cum Marb. omittit *mihi;* eius loco Rehd. habet *ibi,* qui error facile oriri potuit ex scriptione *Themistoclēmihi.* Vocem *mihi* post *Demosthenem* habent Codd. Mon. 2. Marb. Edd. P. M. L. Ald. Boul. Lambb. Goth. Omittitur pronomen in Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. Reliqui libri nobiscum faciunt. In Mon. 1. legitur *prefertis,* in Gud. 1. a pr. m, *pferri,* supra lin. posteriori *r* a 2. m. scriptum est. Cod. Duisb. habet *quid vos studia ad libidinem vocatis:* ex correctione minime necessaria. Rehd. Gud. 1. et 2. *libidine. Mr.*

quae vel optimarum rerum,] „Quidam addi volunt verbum *sunt,* hoc modo: *quae vel optimarum rerum sunt, ut ea sunt* etc.“ *Lamb. cur. sec.* Sic etiam in marg. Goth. dicitur alios habere — *rerum sunt.* Quinam vero sint hi alii, non reperio. Nostri enim et scripti et editi omnes in vulgata lectione conspirant. Et merito: dummodo distinguas cum Nobb. et Tbn. post *quae* et *rerum,* ut intelligamus: *etiamsi optimarum sint rerum studia.* Pergit Marb. *et ea sunt,* unus Ox. *vel ea sunt*: qui errores, nisi forte similitudini literarum et compendiorum debentur, sunt correctorum antecedentia non intelligentium. Post *profertis* in Marb. repetuntur verba *pythagoram — quae profertis,* errore minime infrequenti, quo eodem verbo redeunte ad prius relabuntur librariorum oculi. Similiter, sed alio tamen modo, lapsus est scriptor Cod. Gud. qui post sequens *iam* habet *at commode dixit,* quae duabus lineis interiectis suo redeunt loco. Cod. Rehd. omittit verba *esse debent. Mr.*

Iam aegritudinem laudare, unam rem maxime detest.] Respice ad c. 20, 45. Ad structuram *unam — maxime* vid. quae monui ad II. 26. 64. Unus Ox. habet *una.* Cod. Rehd. *quorum est tandem est:* sed prius *est* punctis notatum. Scribitur etiam *quorum tandem est* in Mon. 2. *Mr.*

quorum est tandem philosophorum? At commode dixit Afranius:

— *Dummodo doleat aliquid, doleat quidlubet.*

Dixit enim de adolescente perdito ac dissoluto: nos autem de constanti viro ac sapienti quaerimus. Et quidem ipsam illam iram centurio habeat aut signifer, vel ceteri, de quibus dici non necesse est, ne rhetorum aperiamus mysteria. Utile est enim uti motu animi, qui uti ratione non potest: nos autem, ut testificor saepe, de sapiente quaerimus.

At commode dixit Afranius:] „Occupatio sententiae est Afranianae, quam supra addùxit [c. 20, 45.]. Ea in postremis Editionibus Pauli Manutii corrupta est, in quibus legitur: *quam commode*" *Frc. Fabric.* Illud *quam* habet ex nostris sola Ald. Esse dicitur in veteri Cod. in marg. Edd. Lambb. Goth. et Verb. Scribitur *Accommode* in Codd. Gud. 2. Marb. Duisb.; *Ac commode* in uno Ox. In versu qui sequitur, eadem est varietas in ultima vooe, quae supra 20, 45. Ceterum quod ait Dav. esse in Regio *quidlubet*, quamvis idem dicat Or., non plane verum videtur. Est quidem prima pars *quid*, non *quod*, ut in vulgatis: sed *libet* non *lubet* lego in collatione nostra, idemque dicit Bouhierius, et habent Codd. Gud. 1. 2. Vind. 1. Rehd. Duisb. Mon. 1. Bern. *Quid* pro *quod* habent etiam tres Oxx., unus *qui*, unus omittit *doleat quid*, Gud. 1. pro priore *doleat* a 1. m. habet *lateat*. Servavi autem veterem scriptionem *lubet* ex Codd. Gud. Aug. Edd. P. Dav. FAWolf. Schz. Or. Tbn. *Mr.*

Doleat quidlubet] Vulgo *quodlubet*. At Reg. Pithoean. et Petrens. ut edidimus. *D.*

Dixit enim de —] Sententia est: *At, dicat quispiam, commode dixit Afranius*: *Dummodo* etc. *Recte mones*: *commode ille*; *loquitur enim de adolescente perdito ac dissoluto.* Scribitur in Cod. Mon. 1. *predito*, in eodem et uno Ox. *et dissoluto.* Gud. 2. habet: *dicit enim quod de adulcente* (sic). Tum Duisb. *nos autem de constanti et sapiente viro*, Aug. *de constante ac sapiente*, omisso *viro*. Est etiam *sapiente* in uno Ox. et Mon. 1. Verb. nescio unde enotavit esse in MS. *de constanti viro sapientem quaerimus.* Quod autem h. l. *sapienti* scribitur, in fine capitis *sapiente*, id factum est ex more Ciceronis, qui huius nominis Ablativum Substantivi posteriore ponit forma, Adiectivi priore. Vid. C. L. Schneider: Ausf. Lat. Gramm. II. Formenl. I. p. 224. *Mr.*

Et quidem ipsam illam iram centurio habeat] Homines significat, non sapientes, sed in quibus pro vera fortitudine esse solet ferocia. Cod. Rehd. habet *Equidem*, Bill. operarum, ut videtur, errore, *et quidam.* Scribitur *illam ipsam* in Codd. Mon. 1. Duisb. Gud. Aug. Edd. ante Gebh. exceptis V. Rob. Steph. et Herw. Scribitur *habet* in quinque Codd. Oxx. Edd. Lall. Oliv. Pergit Cod. Mon. 1. *aut significer.* Aug. *aut ceteri;* Gud. Mon. 1. *non est necesse*, Duisb. *non necessarium est.* Vind. 1. omittit *est. Mr.*

ne rhetorum aperiamus mysteria.] Rhetores videlicet orationem docent esse conformandam ad eorum, qui audiunt, indolem ac naturam. Cod. Rehd. *ne secretorum ap. mysteria:* egregia scilicet emendatione. Mon. 1. *aperiemus. Mr.*

Utile est enim uti motu animi] In marg. Lambb. Goth. scribitur: fort. *enim eum uti.* Dav. in Ed. 2. dedit *utile est eum uti.* Improbat factum Wopkensius l. c. p. 251; probat ibidem utrumque Handius, addens: „Id etiam sensisse videtur Ernestus, qui emenda-

26 56. At etiam aemulari utile est, obtrectare, misereri. Cur misereare potius, quam feras opem, si id facere possis? an sine misericordia liberales esse non possumus? non enim suscipere ipsi aegritudines propter alios debemus; sed alios, b. si possumus, levare aegritudine. Obtrectare vero alteri; aut illa vitiosa aemulatione, quae rivalitati similis est, aemulari,

---

turus erat *possit.*" „Est hoc adversarii obiicientis utilitatem motuum animi. Pro *potest* melius sit *possit.*" *Ern.* „*Qui* pertinet ad *eum*, quod intelligitur, nisi pro *enim* legi debet: *ei.* Cicero dat quidem utilem iram esse, ei tamen, qui uti ratione non possit, ut habeat, quo moveatur. Ergo haec non adversarii sunt obiicientis, quod Ernestus putabat." *Nissen.* Cod. Duisb. habet *utile enim est*; pergit Aug. *uti meta animi.* In Mon. 1. *qui est ira qui uti*, Vind. 1. *qui in ira uti*, habes in utroque Cod. glossam in contextum sermonem receptam: in priore ad v. *motu animi* adscriptum erat *qui est ira*, quod scriba inepte infersit. Cod. Vind. 1. post *nos* omittit *autem*: quod re vera nonnunquam omittitur a Cicerone, sono significandum: hoc vero loco nihil movendum; praesertim cum Codicum Vindd. non magna sit auctoritas. *Mr.*

ut testificor saepe,] Satis frequens Ciceroni est huius verbi usus. Simillimus nostro locus est de Or. III. 49. 187: *quod eo saepius testificor, ut* etc. — Unus Cod. Ox. habet *ut testificor turpe.* Fuit autem quodam tempore literarum ductus verborum *saepe* et *turpe* non tam dissimilis, quam nunc est. Pergit unus Ox. *sapientes quaerimus*, Gud. 2. omittit *de:* quam scriptionem fortasse repererat scriptor Codicis illius Ox. qui cum videret dici non posse *sapiente quaerimus*, correxit *sapientes quaerimus. Mr.*

Cap. 26. *At etiam aemulari utile est, obtrectare,*] Cod. Rehd. exhibet cum uno Ox. *an* pro *at:* prudens nimirum corrector non intelligebat sententiam, quae significatur vocula *at*, quamvis paullo superius eadem est in verbis *At commode dixit Afranius.* Respicit noster ad c. 20, 46: *ipsum illud aemulari, obtrectare, non esse inutile.* Duo Oxx. omittunt *utile.* Aug. pro *etiam* habet *iam.* Scribitur *obtrectari* in quinque Codd. Oxx. Reg. Gud. 1. 2. Vind. 1. Mon. 2. Marb. Supra libri nihil variant. In verbis *cur misereare potius, quam feras opem, si id facere possis* excidisse Ciceroni versum senarium unum cum dimidio monet Doederlein. Lat. Synon. II. p. 171. *Mr.*

cur misereare potius, quam feras opem] „Paradoxon est Stoicum: ferendam esse opem calamitosis, neque tamen miserandum." *Comm. Anonym.* Cod. Duisb. habet *opem feras.* Mon. 1. post liberales omittit *esse.* Duisb. exhibet *ipsi suscipere.* Pergit Aug. *aegritudinem.* Scribitur *si possimus* in eodem, uno Ox. Edd. P. L. Frc. Fabr. Tum Rehd. *aegritudine levare.* Ad sententiam sequentium vid. Jo. Kee Selectarum de L. L. Obss. libri II. in Praefat. Tomi II. — Statim unus Ox. ex illis quinque rursus habet *obtrectari.* Aug. *obtractare*; alius Ox. *ut* pro *aut.* Ad v. *vitiosa aemulatione* vid. supra c. 8, 17. et 1º, ubi eadem cum aliqua variatione explicantur. *Mr.*

quae rivalitati similis est,] *Rivalitatis* vocabulum est h. l. apud Ciceronem ἅπαξ λεγόμενον, ut *rivalis* in Epp. ad Qu. Fr. III. 8. Neutro loco suam habet et propriam significationem, quam ex Donato et Ulpiano docent Lexica. Mira est lectio Cod. Rehd. *quaeri vanitati simile est*, Ox. quoque unus habet *quae vanitati similis est*, Aug. *quae vanitati simile est.* Gud. omittit *est*; sequens *aemulari* deest in uno Ox. Cod. Gud. 2. habet *quum sit aemulantis alieno bono*

quid habet utilitatis? quum sit aemulantis, angi alieno bono, quod ipse non habeat: obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat. Quî id approbari possit, aegritudinem suscipere pro experientia, si quid habere velis? nam solum habere velle, summa dementia est. Me- 57.

---

quod id etiam alius habeat, omissis mediis; eadem omittuntur in Gud. (nisi quod in hoc non deest *angi* post *aemulantis*) quod item factum est in duobus Oxx. Cod. Aug. habet *non habebat*, Rehd. *habet:* neutrum cuiquam placebit: sed cave velis *habeas*: intellige *aliquis*, videlicet is qui aemuletur. *Mr.*

obtrectantis autem, angi —] „Sic edidit Victorius et post eum Lambinus, repetuntque *angi* Pall. sec. tert. quart.“ *Gebh.* Abest nimirum *angi* in Edd. P. A. B. S. E. M. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Ald. Bouh. HWolf. Lambb. Goth. itemque in duobus Codd. Oxx. Mon. 2. In Cod. Marb. desunt verba *obtrectantis autem — etiam alius habeat*. Rehd. exhibet *obtrectantis autem est*. Duisb. omittit *id*. *Mr.*

Quî *id* adprobari *possit*] Vulgo, *Quis id approbare possit*. At Med. ita plane dat, ut exhibui, cum quo faciunt Reg. et Pithoean. quod ad vocem paenultimam spectat. *D.*

Quis id approbare possit] „Davisius corrigit *qui — approbare*, cuius auctoritatibus accedit unus Leid. et mea ed. vet.“ *Bouh.*

qui id approbari possit] „Sic MSS. plures, etiam Guelf. et ed. vet. pro *quis — approbare*.“ *Ern.* Accedunt tres Oxx. exhibendo *qui id*, neque discedunt Mon. 2. et tres Oxx. in quibus est *quid*, ortum ex QVID i. e. QVIID; in uno est *quod vel*, in Rehd. et Gud. *quid vel*. Scribitur *approbari* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Mon. 2. Rehd. Gud. Marb. et sex Oxx. Utrumque habent Edd. Dav. Ern. FAWolf. Schz. Or. Nobb. *Mr.*

aegritudinem suscipere pro experientia] „pro experientia: ἀντὶ τῆς πείρας.“ Goth. „i. e. ut intelligas te habere velle, ut ea sit argumento cupiditatis tuae.“ *Ern.* „i. e. te angi potius, quam experiri, num potiri eo possis, quod concupiscis. Verte: Statt des Versuches, es zu erlangen.“ *Nissen.* „sententia est: quomodo id laudari possit, te angi alieno bono, quod ipse non habeas, quum potius, si id habere velis, quod alius habeat, tibi experiendum sit, quomodo id, quod alius habet, assequi possis.“ Kühn. Ante *aegritudinem* tacite addidit Dav. in Ed. 2. *te*, quod recepit Ern. unde habent Bipp. et Mannh. uncinis inclusit FAWolf., qui in scholis ait: „*te* nullus habet Cod. et facile intelligitur. Sed ne intelligi quidem opus est, si paullo inferius legas *velit* pro *velis*.“ Uncinis rursus liberarunt Schz. et Bill. librorum auctoritatem parum curantes, eosque secutus est Nobbius. Or. habet uncinis inclusum; Tbn. restituit *Quis — approbare possit, aegrit. suscipere* etc. Unus Ox. habet *suscipere posse*. Mon. 1. *pro expectentia*. P. Victorius in Specim. annot. in Demosth. Orat. V. Mscr. ad calcem Ed. Demoth. Oratt. Philipp. V. Voemelii p. 319. cum nostro loco quod ad v. *suscipere pro experientia* comparat principium Olynthiacae I: ἀντὶ πολλῶν ἂν — χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ κ. τ. λ. *Mr.*

Nam solum habere velle, summa dementia est.] „Hoc pertinet ad obtrectationem.“ *Ern.* Cod. Mon. 2. habet *vel* pro *velle*; Gud. 1. *non solum*; Gud. 2. omittit *habere*. In marg. Lambb. Goth. et Verb. scriptum est alios habere *summae dementiae*. Sed ita nullus neque manu scriptus neque editus habet liber ex omnibus, qui ad manum sunt. Sola Ed. Ven. nostra habet *summe dementia*. Marb. exhibet

diocritates autem malorum quis laudare recte possit? quis enim potest, in quo libido cupiditasve sit, non libidinosus et cupidus esse? in quo ira, non iracundus? in quo angor, non anxius? in quo timor, non timidus? libidinosum igitur, et iracundum, et anxium, et timidum censemus esse sapientem? De cuius excellentia multa quidem dici, quamvis fuse

---

summa clementia, omisso *est*. In seqq. Codd. Gud. et Vind. 1. *recte laudare*. Verba *quis enim — cupiditasve sit* desunt in uno Ox. Cod. Mon. 1. omittit *enim*. Rehd. et Duisb. habent *quis enim possit*, quod sine dubio est correctoris. *Mr.*

libido cupiditasve — libidinosus et cupidus] „Cum *ve* sit particula disiunctiva, facile aliquis *cupiditatem* aliam esse animi affectionem, quam *libidinem* significari a Cicerone credat. Sed eas non differre vides ex L. III. c. 11. Et statim dicit Cicero: *non libidinosus et cupidus esse*, quod perperam Dav. mutatum volebat in *aut cupidus esse*. Legendum ergo: *in quo libido cupiditasque sit:* nihil saepius permutatur, quam istae particulae in Codd. MSS. ut testatur Bentleius ad Horat. III. 2. 28." *Bouh.* Sicuti nimis cupide Dav. cum Bentleio *et* mutavit in *aut* (intelligendum est enim: *non libidinosus et non cupidus*:) ita non debuit mutare *ve* in *que* Bouhierius. Libidinem autem a cupiditate nonnihil differre, iam nemo nescit: idque vel lexica docent. Davisium secuti sunt Schz. et Bill. *Mr.*

Aut *cupidus*] Vulgo *et cupidus*. At cum praecesserit *libido cupiditasve*, coniunctio disiunctiva, quod Cl. Bentleius iam viderat, hic sequi debuit. *D.* [v. ann. nostr. anteced.]

in quo ira, non iracundus? in quo angor — non timidus?] Ad sententiam cf. Jac. Carpentarii Comm. in Alcinoi Inst. ad Doctr. Plat. p. 124. — Cod. Mon. 1. exhibet *Hi in quo ira;* unus Ox. omittit *ira*. Aug. non habet verba *in quo angor — non timidus?* Ad seqq. Gebhardus: „verba *et cupidum* post *igitur* ignorant quatuor Pall. Fabr. Vatican." *Mr.*

Libidinosum igitur] Vulgo annectunt *et cupidum*. Sed eas voces nesciunt Reg. Pithoean. Pall. quatuor, Fabric. et Vatic. nec mihi necessariae videntur, siquidem libido et cupiditas unam eandemque rem denotant. Vide supra lib. III. cap. XI. *D.*

libidinosum igitur et cupidum] „Quod absunt duo verba posteriora ab aliquot Codd. id non satis est causae ad ea delenda: est enim paullo superius *libido cupiditasque* [ve] itemque *libidinosus et cupidus*; ubi nemo facile de altero vocabulo delendo cogitaverit." *Bouh.* Mihi quidem verba *et cupidum*, quae repetere nil attinebat, addita videntur ab aliquo correctore, qui, ut Bouh., ea requiri arbitraretur propter antecedentia. Abieci igitur ea cum Dav. et Schz., cum praeter eos Codd., quos laudat Dav., absint a Codd. Bern. Gud. 1. 2. Aug, septem Oxx. Marb. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Post *iracundum* ponuntur in Cod. Vind. 2. quod ipsum suspicionem *νοθείας* firmat. Uncinis incluserunt ista verba FAWolf. Nobb. Or. Cod. Duisb. invertit sequentia habetque *et anxium et iracundum*. Cod. G. *esse censemus*. Est *censeamus* in Edd. P. B. S. E. Junt. *Mr.*

De cuius excellentia — lateque possunt,] „Vatican. *dici quamvis lateque possit*. ceterum Pall. tert. quart. etiam *possit*." *Gebh.* Scripsi autem *possunt* pro vulgato *possint* ex Codd. tribus Oxx. Aug. Ed. P. cum FAWolf. Lall. Schz. Or. Sententiam et grammaticam rationem distinctione significavi. Codd. Mon. 1. et Aug. habent *diffuse*. Nostram plane formulam habes apud Cic. Orat. 32. 113: *facul-*

lateque, possunt, sed brevissime illo modo, sapientiam esse rerum divinarum et humanarum scientiam, cognitionemque, quae cuiusque rei causa sit. Ex quo efficitur, ut divina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat. In hanc tu igitur, tamquam in mare, quod est ventis subiectum, perturbationem cadere tibi dixisti videri? Quid est, quod tantam gravitatem constantiamque perturbet? an improvisum aliquid aut repentinum? Quid potest accidere tale ei,

---

tatem habere — fuse lateque dicendi. Scribitur *possit* in Codd. Marb. Gud. 1. 2., in reliquis est *possint*, exceptis quos dixi. Mox Gud. I. *sapientia.*" *Mr.*

Sapientiam esse rerum divinarum] Sic Origenes in Celsum lib. III. pag. 154. Ἡ σοφία ἐπιστήμη θείων ἐστὶ καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων καὶ τῶν τούτων αἰτίων. Pari modo noster infra lib. V, 3. et Offic. lib. II. cap. 2. At ea definitio non probatur Senecae Epist. LXXXIX. *Quidam*, inquit, *ita sapientiam finierunt*: Sapientia est nosse divina et humana et horum causas. *Supervacua mihi videtur haec adiectio, quia causae, divinorum humanorumque partes sunt.* Et σοφίαν quidem ἐπιστήμην θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων sine illa adiectione definiunt quamplurimi. *D.*

sapientiam esse — scientiam] Laudat ad rem et sententiam Kühnerus Beierum ad de Off. I. 43. 153. p. 303. et II. 2. 5. p. 14; itemque suum librum de Cic. in Philos. meritis p. 5. et p. 136 sq. coll. Ochsner. ad Eclogg. Cic. p. 97 sq. [p. 117 sq.] Ernest. Clav. Cic. v. *divinus*. Add. Wyttenbachii Praecepta Philosophiae Logicae §. 1. p. 1. Facciolati Inst. Log. Peripatet. (Venet. 1729. 8.) p. 138 sq. — Cod. Duisb. habet *cognitionem scientiamque*. Mon. 1. *cogitationem*, omisso *que*; quod nimirum absorptum est voce sequenti. Legitur in Edd. P. A. B. C. M. L. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. Ald. Boul. Goth. *causa cuiusque rei*, in Cod. Mon. 2. *cuiusque causa rei*. Rehd. *est* pro *sit*. Mox unus Ox. *fit* pro *efficitur*. Ad *imitetur* W. in scholis vel *sapientiam* vel *sapientem* intelligendum esse monet. Post *humana* unus Ox. omittit *omnia*. Gud. habet *dicat* pro *ducat* frequenti confusione, de qua monui ad Cic. de Rep. III. 23. p. 385. Add. Beier. ad Lael. 19. 70. p. 112. Forcellin. Ed. Germ. II. p. 128. *Mr.*

In hunc *tu igitur*] Sapientem dicit. Vulgo *in hanc*. Nos Ascensium, Erasmum, Manucium Lambinum aliosque sequimur. *D.*

In hanc tu igitur] „*Hanc* habent Codd. omnes itemque Ed. mea vet. neque causa est corrigendi cum Bentl. et Davisio *hunc*. Non minus commode respicit ad *Sapientiam*, de qua modo, ut de persona aliqua, locutus est. Multa eiusmodi exempla collegit ex ipso Cicerone Wopkensius Lectt. Tull. I. 11. p. 66. [p. 92. ed. Hand.]" *Bouh.*

in hanc tu igitur] Obsecutus est Davisio Schützius: cupidius quam debuit. Vere enim Kühn. monuit parum apte sapientem fore comparatum cum mari, cum eadem comparatio cum ipsa sapientia instituta pulchra et exquisita sit. Habent *hanc* Codd. omnes, itemque Edd. P. C. V. Asc. 2. Junt. Leod. Brut. Leod. Gebh. Ern. FAWolf. seqq. Cod. Rehd. omittit *tu*; idem mox habet *in mare quidem, ventis subiectum*; ex perperam lectis compendiis *qd ē*. Marb. habet *mentis* pro *ventis*. Vind. 1. *tibi cadere*, Duisb. *dixisti tibi*; Unus Ox. omittit *dixisti*; in alio deest *quod* post *quid est*. *Mr.*

an improvisum — Quid potest accidere tale, et cui nihil quod homini evenire possit?] Malui hanc lectionem, cum quinque Pall. Vatican. Victorii (quamvis in secundo, quint. amplius appendantur haec:

cui nihil, quod homini evenire possit? Nam quod aiunt,

---

evenire possit, ne praemeditatum sit) quam vulgarem tolerare lectionem foedis glossis oblitam: *quid potest accidere tale ei, cui nihil subitum est, quod homini evenire possit.*" *Gebh.*

An improvisum aliquid aut repentinum? Quid etc.] Haec certe malam manum passa sunt. Cl. Bentleius reponit *An improvisum aut repentinum quid potest accidere ei, cui nihil tale, quod homini evenire possit?* Si aliam quaeras hariolationem, forte rescribi queat: *An improvisum aliquid aut repentinum? quî id potest accidere? Tale est ei* (vel *huic*) *nihil quod homini evenire possit. D.*

accidere tale, et cui nihil] „Legendum: — *tale ei, cui* etc. Praeter hocce mendum omnia putem sana ac proba, quamvis alius de genuina loci scriptura aliter harioletur." *Wopkens.* l. c. p. 134. „Non uno laborat vitio locus. Quod ponitur *aut* post *aliquid*, significat differre *repentinum* ab *improviso*: quamquam Ciceroni sunt eadem, ut apparet ex superioribus III, 13: *Non omni modo aegritudinem effici censent, sed insperato et nec opinato . . . . . videntur enim omnia repentina graviora.* Est etiam in mea ed. vet. et Edd. Manutt. Rob. Steph. et nonnullis aliis *atque repentinum.* Quae sequuntur omnes ad unum corrupta existimant. In Codicibus parum est praesidii. Unus Leid. habet *tale et cui quod homini*; ed. mea vet. et aliquot aliae exhibent: *et cui nihil, quod homini evenire possit, non praemeditatum sit.* Commode: sed manifesto extrema verba debentur librariis. Aliter emendat Bentleius, aliter Dav., aliter Wopk. Equidem suspicor ita scripsisse Ciceronem: *An improvisum aliquid? Atqui repentinum quid potest accidere, tale est cui nihil, quod homini evenire possit?* Nihil sententiae Ciceronis convenientius, nihil elegantius: et tamen nihil fere mutavimus in librorum scriptione." *Bouh.* „Voces *subitum est* non agnoscunt Regii Codd.: unus habet: *cui nihil, quod homini evenire possit, novum sit.*" *Lallem.* „Certa videtur correctio: *tale ei, cui* — quam Wopkensio quoque placuisse video. Placuit eadem Bipontinis, qui tamen addiderunt: *cui nihil subitum est*, quod equidem repetere ex antecedentibus malo." *Nissen.* „Locus affectus fortasse ita restitui poterit, si legeris: *quî potest accidere tale ei, cui nihil, nisi quod homini, evenire possit.* Verba, *nisi quod homini* referes ad praecedentia: *humana omnia inferiora virtute ducat.* Facile autem *nisi* vel excidere, vel consulto omitti potuit. *Quid* certe ad *tale* minus bene ponitur." *Goerenz.* ad Cic. de Finn. III. 8. 29. p. 347. idem ibid. p. 495. in uno suorum Codd. legi ait *quî.* „Quae addita sunt in nonullis libris, *cui nihil — non praemeditatum sit*, vel *cui nihil — novum sit*, glossatoribus debentur, qui constructionem verborum expedire non poterant. Omnis sententiae vis cernitur in oppositis vocabulis *accidere* et *evenire*, quorum illud id significat, quod ex improviso et praeter spem fit, hoc autem, quod ex rerum natura et cum necessitate quadam provenit. Ergo dicit Cicero: quid potest accidere tale ei, cui nihil fortuitum accidit, quod homini in rerum necessario eventu fieri possit. Ita etiam intelligitur, quapropter verba *potest accidere* primo loco posita sint. Acad. II. 38. 121: *quis enim potest — si quid adversi acciderit, extimescere ne id iure evenerit?*" *Hand.* ad Wopkens. l. c. Et in hac egregia interpretatione acquiescendum, nihilque nisi *et* in *ei*, mutandum visum est: si modo mutari dicendum est id, quod ex Codd. restituitur. Habent enim *ei* duo Oxx. et Aug. In uno Ox. et Mon. 1. ea vox plane omittitur. Sed videamus de totius loci lectione. Et primum legitur *aut repentinum* in Codd. Bern. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2.

nimia resecari oportere, naturalia relinqui: quid tandem potest esse naturale, quod idem nimium esse possit? Sunt enim omnia ista ex errorum orta radicibus: quae evellenda et extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda sunt.

Sed quoniam suspicor te non tam de sapiente, quam de te ipso quaerere: illum enim putas omni perturbatione esse 27 58. p. 222. a.

Vind. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb. et omnibus, ut videtur, Oxx. itemque in Edd. C. V. Rob. Steph. Herw. Leod. Gebh. Lall. Ern. sqq. In reliquis Edd. vett. est *atque*. Male a Verburgio in marg. scribi, Bentleium eiecisse *aliquid*, vides ex eius annot. Praeter eos, quos dixi, Codd. omnes pro *ei* habent *et*, itemque Edd. P. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Herw. Junt. Asc. 1. 2. In Edd. Leod. Boul. Ald. Brut. Car. Steph. Lambb. Goth. M. Lall. *ei, cui nihil subitum est, quod* — itemque Bipp. et Mannh.; in Dav. Grut. Verb. Ern. Nobb. Tbn. est *tale, et cui nihil, quod — possit;* FAWolf. Or. *tale ei, cui nihil* — [*non praemeditatum sit*]. Idem habet Ed. Schz. nec vero verba ultima, quae certissime sunt glossatoris, uncinis includuntur. Bentleii emendationem recepit Dav. in Ed. 2. Verba illa, inclusa apud Wolfium, sunt etiam in marg. Cod. Bern. et marg. MS. ed. nostr. Asc. 2. Cod. Mon. 2. omittit *nihil*, in quinque Oxx. est *nihil novum sit quod*, in uno et Mon. 1.; *nihil subitum est, quod* —; in alio Ox. omittitur *homini;* alius eius loco habet *bonum:* unus Ox. post *possit* pergit *non praemeditatum*, alius *ne praem.* cum Rehd. qui addit *sit. Mr.*

Nam quod aiunt, nimia resecari oportere,] Ad formulam *Nam quod aiunt* vid. annot. ad III; 30. 73. ubi eadem plane est. Cod. Mon. 1. exhibet *Nam quidem aiunt,* in uno Ox. est *resecare.* Ed. E. *natura alia.* Cod. Rehd. *linqui* pro *relinqui.* Unus Ox. et Ed. E. *qui tandem.* Verba *quid — naturale* desunt in Cod. Gud. 2. Unus Ox. omittit *esse.* In Cod. Gud. legitur *possit esse. Mr.*

Sunt enim omnia ista ex errorum orta radicibus:] „Unus Leid. et ed. mea vet. aliquot all. perperam; *ista non ex naturalibus causis, sed ex errorum* cet." *Bouh.* „Eodem additamento balbutientis librarii oneratum habet Ciceronem Ed. Froben., quod etiam MSStos Pall. sec. quint. infestavit." *Dav.* in Ed. 1. „Vatican. *quae evellenda penitus.* duo Pall. sec. quint. luxuriant: *sunt enim omnia ista non ex naturalibus causis, — sed ex —.*" *Gebhard.* Idem in Crepundiis p. 504 refert in tribus MSS. Pall. esse *vellenda.* Habent istam glossam quinque vocum etiam tres Oxx. Aug. marg. MS. Ed. Asc. nostr. 2. Edd. S. E. *Vellenda* pro *evellenda* habet etiam unus Ox. cum Cod. Mon. 2; *sunt* omittit Cod. Vind. 1., in uno Ox. est *exuenda penitus;* in alio *extrahenda radicitus;* in Gud. 2. *evellendam esse extr. pen.* Marb. *non amputanda* cum Mon. 1; Marb. *ac amputanda;* unus Ox. *nec nunc amputanda. Mr.*

c. 27. *Sed quoniam suspicor te non tam*] Unus Ox. *non ita.* Male. Locutio *non tam* Ciceroni admodum familiaris. Vid. Tursellin. de Partic. p. 983 sq. ed. Ern. 1751. In uno Ox. deest *esse* ante *liberum. Mr.*

illum enim putas — esse liberum, te vis.] „Ant. Augustinus delet postrema verba, *te vis.* in manu scriptis est: *liberum, vis videamus.*" *Ursin.* „*Te vis*, sc. esse liberum omni perturbatione, sicut putas esse sapientem." *Bero.* Neminem opinor probaturum Augustini coniecturam. Existimabat fortasse, requiri ad eam, quam volumus,

liberum, te vis; videamus, quanta sint, quae a philosophia remedia morbis animorum adhibeantur. Est enim quaedam medicina certe: nec tam fuit hominum generi infensa atque inimica natura, ut corporibus tot res salutares, animis nullam invenerit: de quibus hoc etiam est merita melius, quod corporum adiumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in iis ipsis est. Sed quo maior est in eis prae-

---

sententiam *tu esse vis* sc. liber. Sed nunc quidem satis constat propriam Ciceroni esse locutionem et quasi solennem *volo me esse*: qua de re et alibi diximus et ad Tusc. I. 41. 98. II. 3. 7. II. 26. 64. *Mr.*

Te vis] Quid Ant. Augustinum moverit, ut haec verba censuerit esse delenda, nescio. Rem vero sinistris auspiciis ab eo gestam probe novi. Nisi enim adolescentem hunc perturbationibus liberari velle statueret Tullius; inanem prorsus operam explicandis, quas adhibet philosophia, medicinis impenderet. *D.*

te *vis*;] Unus Ox. habet *te vix*. Mon. 1. omittit *te*. Pergit Rathii Ed. *videmus*, operarum errore; Cod. Rehd. *viderimus*, quod est correctoris sibi placentis. Tum dedit Dav. in Ed. 2: *quanta et quae a philosophia* etc. quod improbavit haud immerito Wopkensius l. c. p. 219. ed. Hand. Gebhardus in quinque Codd. Pall. non reperit *a* post *quae*; abest idem a sex Oxx. Reg. (in quo est *sit*) Marb. (qui, ut Reg., habet *sit*:) Gud. 1. 2. (uterque etiam *sit*) Rehd. Gud. Vind. 1. duobus Leidd. Mon. 2. Scribitur *quae philosophiae remedia* in Gud. Marb. Vind. 1; *quae et quanta sint philosophia* — habet unus Ox.; alius *quantaque philosophia*, idem omittit *animorum*. Bouh. qui in duobus Leid. reperisset *quae philosophica remedia* (si fabula vera est) veri ait simile esse Ciceronem ita scripsisse: quo nihil est minus Ciceronianum. Abest praepositio *a* etiam ab Edd. P. A. De attractione, quae est in verbis: *quanta sint, quae — remedia adhibeantur*, vid. Krüger üb. d. Attract. p. 179 seq. *Mr.*

Est enim quaedam medicina certe] Ad sententiam laudat Leod. a Qu. primam primi libri Horatii Epistolam. Cod. Rehd. habet *est enim medicina quaedam*; duo Oxx. *medicina certa*. Mox Cod. Aug. *atque tam inimica*. Pro *animis nullam* legitur *animis nulla* in Codd. Gud. 2. Reg. Marb. Pal. quart.; *animis nullas* in Codd. Fabr. Vatic. duobus Oxx. Mon. 1. Rehd. Gud. Duisb.; *ars* (ex compendio $\overline{ais}$ i. e. animis) *nulla* est in duobus Oxx. *Mr.*

de quibus hoc etiam est merita melius,] Scribitur, omisso *hoc*, in P. A. B. S. E. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. HWolf. *de quibus est etiam mer. mel.*; M. L. Boul. Car. Steph. Ald. Brut. Goth. Sylb. *de qu. est hoc etiam*; V. Rob. Steph. Herw. Leod. Gebh. sqq. nobiscum faciunt, itemque Cod. MSS. nisi quod Vind. 1. habet *haec* pro *hoc*, nimirum ut ad *natura* referretur, qui non intelligebat corrector iungendum esse *hoc* [i. e. eo, tanto] *melius*: Gud. 2. *hocque est merita*; Rehd. *merita est*. Unus Ox. omittit *merita*, Aug. habet *merito*: Pergit Mon. 2. cum tribus Oxx. *quod corporibus*; unus Ox. *quod vel corporibus*; tum Aug. Rehd. Gud. et Ed. P. *adhibeantur*. *Mr.*

animorum salus inclusa in iis ipsis est.] Scripsi *in iis* pro *in his* cum FAWolfio, assentiente Or. ad illius scholas, ex Codd. Mon. 2. Aug. et Duisb. [hic habet *hiisi*] Rehd. vero pronomen omittit; in Gud. 2. deest *inclusa*. Ad locutiones *in iis ipsis* et *in his ipsis* cf. Orell. ad Cic. Orat. §. 134. p. 93. ed. Beier, ubi vid. etiam Beieri annot. *Mr.*

stantia et divinior, eo maiore indigent diligentia. Itaque bene adhibita ratio cernit, quid optimum sit: neglecta mul-

---

Sed quo maior est in eis praestantia et divinior, eo maiore indigent diligentia.] Unus Ox. habet *magis* pro *maior*: duo omittunt *in*. Vind. 1. rursus *in his*. Marb. *in eis est*. Mon. 1. *praestantior et divinior*. Propter scriptionem *indiget*, quam habent multi libri, Dav. in Ed. 2. recepit Bentleii coniecturam: *sed quo maior est mentis praestantia — eo maiore indiget diligentia*. *Mr.*

Sed quo maior est in eis praestantia et divinior, eo maiore indigent *diligentia: itaque bene* adhibita ratio *cernit*] Reg. Pithoean. Pall. quatuor et Vatic. *indiget*. Totum vero locum sic constituit Cl. Bentleius: *Sed quo maior est* mentis *praestantia et divinior, eo maiore* indiget *diligentia*: *itaque bene* habita *cernit* etc. *D.*

eo maiore indigent diligentia] „Pall. quatuor priores, Vatican. *indiget*." *Gebh.* „Si codices eos audire volumus, qui *indiget* pro *indigent* repraesentant, verbum hoc ad *praestantiae* vocem referre licebit; ut de *praestantia animorum* sic loquatur Tullius, tanquam de ipsis animis praestantibus loqueretur; quam formam pluribus illustrabamus ad lib. II. c. 25. Pari quoque modo *adhibita ratio cernere* dicitur, cum tamen proprie mens vel homo cernat, adhibita ratione. Quin autem *adhibere rationem* Latinissime dicatur, nemo dubitet. Vide modo cap. 11. et de Har. Resp. c. 10. et Q. Cic. Petit. Cons. c. 4. [Cic. Brut. 75, 260. H.] Audax igitur et licentiosa crisis est viri ingeniosissimi [Bentleii], qui sic legebat: [v. ann. Dav.]" *Wopkens.* l. c. p. 134 sq. „Placet omnino Codicum eorum lectio, qui exhibent *indiget*, in quibus est unus Leid. et mea ed. vet. Sed non est necessarium, ut corrigas *mentis praestantia* et paullo inferius *bene habita ratio*, ut vult Bentleius. V. Wopkens. I. 17." *Bouh.* Legitur autem *indiget* in Codd. Reg. Gud. 1. (in quo ultimae literae vocis *diligentia* puncta adscripta sunt, ut suspectae:) septem Oxx. Gud. 2. Mon. 2. Marb.; *indignet* in Mon. 1; *intelligent* in Vind. 2. sed in Marg. *indigent*; *diligentia indigent* habet Cod. Duisb. Ego, si in alia litera esset differentia, quam in litera *n*, quae saepissime lineola superscripta notatur, ideoque facillime vel negligitur vel evanescit, reciperem optimorum librorum scriptionem *indiget*, quae est etiam in Ed. P. Nunc nihil moveo. *Mr.*

Itaque bene adhibita ratio cernit,] „Hic *habita* legere commodius omnino fuerit: nam *bene haberi* dicitur, quod diligenter sedulo que curatur et colitur, neque negligitur: quomodo rationem censet esse excolendam. Id cum sit *bene habere*, ut intelligunt, qui Latine sciunt, vitio, ut opinor, non vertetur ei nec crimini, qui ita legendum censuerit." *Turnebus* Adv. 7, 18. Dav. in Ed. 2., nullo auctore addito, edidit: *ita bene habita cernit*, omissa etiam voce *ratio*: recte idem in Edd. sqq. ad vulgatam rediit. Pro *bene* unus Ox. habet *ad bonum*. Tum tres Oxx. *quod optimum sit*, ut scripsit Wopk. quod item ferri posse ait Hand. laudans Ovid. Fast. I, 91: *ede simul causam, cur de caelestibus unis, sitque quod a tergo, sitque quod ante, vides*. Posito *quid*, ait, in verbo *cernere* simul comprehenditur iudicium de optimo instituendum. Unus Ox. habet *quid cernitur optimum*. Marb. *quid oportunum sit*; in eodem et Gud. 1. veteri more et quasi ad etymon scribitur *neclecta*. Mon. 2. habet *multis implicantur erroribus*, unus Ox. *multis multiplicatur erroribus*. Ultima vox deest in Gud. 2. Pergit Cod. Vind. 1. *ad te mihi igitur*, Aug. *ad te igitur iam mihi*, unus Ox. *ad te igitur iam*, omisso *mihi*: sat, credo, causae, cur novus aliquis Beierus pronomen *mihi*

59. tis implicatur erroribus. Ad te igitur mihi iam convertenda omnis oratio est. Simulas enim quaerere te de sapiente: quaeris autem fortasse de te. Earum igitur perturbationum, quas exposui, variae sunt curationes. Nam neque omnis aegritudo una ratione sedatur: alia est enim lugenti, alia miseranti aut invidenti adhibenda medicina. Est etiam in

---

exulare iuberet, una cum verbo *est*, quod deest in Vind. 2, praesertim cum habeat aliam sedem in Rehd. qui exhibet *est omnis oratio.* In cod. Mon. 1. legitur *convertentia oratio.* Verba *simulas — sapiente* desunt in Cod. Marb. Cod. Rehd. habet *te quaerere;* Aug. cum uno Ox. omittit *te*, Mon. 1. proximum *autem.* Marb. exhibet *Eorum igitur*, et sic etiam Gud. 1. 2; unus Ox. *quas sic exposui;* alius cum Vind. 1. *curatur* pro *sedatur.* Rehd. et Duisb. omittunt *est* ante *enim. Mr.*

Alia miseranti] D. Lambinus coniicit *alia miserenti*, cui statim paruit Fr. Fabricius. Nihil opus est; *nam* miseror et misereor *unum significant*, ut recte Servius ad Aen. I, 601. Quod si distinctionem probes, quam inter haec verba commenti sunt Grammatici quidam, vel eo modo retineri debet Msstorum lectio. Vide Festum et Nonium in *miserari. D.*

alia miseranti] „Tanquam misericordia vitium sit et aegritudo, ex secta Stoicorum, qui negant sapientis esse misereri et *ignoscere.*“ *Beroald.* Quod ait Dav. Lambinum coniicere *miserenti*, id ut coniectura nescio cuius appositum est in marg. Lambb. et Goth., receptum a Frc. Fabr. *Mr.*

alia miseranti] Dav. in Ed. 1. post v. *Fabricius* in ann. ita pergit: „Permoti erant, ut puto, viri eruditi Grammaticorum auctoritate, qui inter haec verba distinctionem quandam ponunt. Festus: *Miseratur is, qui conqueritur aliena incommoda: miseretur is, qui miserum sublevat.* Nonius Marcellus c. V. col. 734: *miserari et misereri ceteri his sensibus esse voluerunt, ut sit miserari flere et lamentari; misereri, miserationem alienis casibus exhibere.* Sed haec prorsus inania sunt habenda: vid. Virg. Aen. I, 597. IV. 693. Infinita sunt eiusmodi, quapropter sarta tecta maneat Codicum vulgatorum lectio.“ Iam vid. Doederlein: Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 171. ibiq. laudd. qui monet *misereri* esse Mitleid fühlen: *miserari* Mitleid äussern, bedauern. — In uno Ox. legitur *lugendi* pro *lugenti.* — *Miserenti* est etiam in Edd. P. B. Asc. 2. Junt. *Mr.*

Aut *invidenti*] Vulgo *alia invidenti.* Lectionem vero nostram Reg. Pithoean. et Med. asserunt. *D.*

aut invidenti] „Stat Cod. Reg. pro Davisii emendatione: quamquam utcunque legas nil differt.“ *Bouh.* Scribitur *aut* in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Mon. 1. 2. Duisb. Gud. octo Oxx. Edd. P. A. B. C. V. Asc. 1. 2. Junt. Sola Ven. nostr. habet *ut* pro *aut.* Ex recentioribus *aut* receperunt, post Dav., FAWolf. Schz. seqq. Verbum *adhibenda* abest a Codd. Gud. 1. (a 1. m.) Rehd. Duisb. (in quo a 1. m. est *curatio.*) Duo posteriores eius loco habent *est*, quod supra, post primum *alia* omittunt. Conf. etiam de lectione Bremium ad Cic. de Fato IV. 8. p. 22. *Mr.*

Est etiam in omnibus quatuor] „Ita habent Cod. Gryph. et Ed. Vict.“ *Brut.* Omnes veteres Codd. sic habere dicuntur in marg. Lambb. et Goth. Habent tamen *est enim* quinque Codd. Oxx. Gud. Mon. 1. Rehd. Edd. P. A. B. C. M. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Leod. Ald. Car. Steph. Brut. Goth. Lambb. (in quarum margine Lam-

omnibus quatuor perturbationibus illa distinctio: utrum ad universam perturbationem, quae est aspernatio rationis aut appetitus vehementior; an ad singulas, ut ad metum, libidinem, reliquas, melius adhibeatur oratio: et utrum illudne

---

binus edidisse dicitur *etiam*, Or. vero eum *enim* exhibere refert) Sylb. Boul. *Quatuor perturbationes* intellige *Cupiditatem* et *Laetitiam* ex duobus opinatis bonis, *Metum et Aegritudinem* ex duobus opinatis malis. *Universam perturbationem* ad nostrum morem dicerent recentiores: perturbationem in universo, vel in toto, vel universe cogitatam. Scripsi autem *aspernatio*, non *adspernatio* cum aliis, motus et iis rationibus quas attulit Doederlein. Lat. Synon. u. Etymol. II. p. 178 sqq. coll. Additamm. ad III. p. 323. sq. et analogia veteris praepositionis *subs*, quae simillima est alteri *abs*. Ut vero *sustinere, suspicere* dicitur pro *substinere, subspicere*, ita *asportare* et *aspernari* pro *absportare* et *abspernari*. — In seqq. Gud. 2. exhibet *appetitus vehementer*. Tum Marb. *aut ad singulas*, Aug. *ut metum*, omisso *ad*; Duisb. *et libidinem et reliquas*. Gud. 1. *lubidinem*. *Mr.*

reliquas] Vulgo *reliquasque*. Obsequor Codd. Reg. (in quo est *reliquias*) Duisb. Mon. 1. (qui praeponunt *et*) uni Ox. Gud. 1. 2. Aug. Marb. et ita ediderunt Or. et Tbn. Pro *oratio* in Ed. 2. Davisius recepit Bentleii coniecturam *curatio*. Bouhierius existimabat legendum esse *ratio*, cum supra scribatur: *bene adhibita ratio cernit, quid optimum sit*: et confert III. 33: *edocuit tamen ratio*, ubi Dav. in Ed. 1. legi voluerit *oratio*; ubi v. annot. Ingeniosam dicit Kühnerus Bentleii coniecturam, nec tamen veram: coll. §. 62. extr. Wolfius in scholis non necessariam esse ait Bentleii emendationem, cum *oratione* ipsa fiat *curatio*, et Latine dicatur haud incommode *adhibere orationem*. Confert Or. Philippic. 14, §. 34: *aliqua talis his publice adhiberi posset oratio*, ubi Burm. praeter necessitatem malebat *consolatio*: facere tamen ait cum Bentleio Codd. Rehd. et Duisb. [posterior quidem non h. l. sed paullo superius a l. m. pro *medicina*: prioris propter continuas correctiones auctoritatem esse fere nullam scimus:] et §. 74: *haec adhibenda curatio est*. Ego si optimi libri exhiberent *curatio*, nihil moverem: nunc veram existimo vulgatam, quae neminem debet offendere. Ut paucis defungar, vid. nos ad Cic. de Legg. I. 18. p. 116. ibiq. laudd. Add. nos ad de Divin. II. 26. p. 389. *Mr.*

Melius adhibeatur oratio] Cl. Bentleio placet *curatio*. *D.*

Et utrum illudne — tollenda omnino aegritudo;] Haec tantum clarius explicant id, quod supra posuerat Tullius: ut mihi legendum videatur: *id est, utrum illudne non videatur — omnino tollenda aegritudo*. Quod si quis haec omnia glossatoris esse censeat, non equidem repugnabo." *Dav.* Ed. 2. „Non adducor his rationibus, ut totum illud glossatori acceptum referam. Nam saepissime duae sententiae sic connectuntur, ut posterior explanet tantummodo et illustret priorem, nihil amplius. Supra c. 12: — *quae ab ira differt, estque aliud* cet. quae posteriora cum omnem glossematis speciem prae se ferant, impunita tamen ab intt. dimissa sunt: credo, quod eadem quoque commemorat Nonius v. *Iracundus*. Add. II. 4. — *labitur, artemque* cet. Finn. III. 21 — *posse seiungi, et quidquid* cet. II. 4. *par Graeco, et quod idem valeat*. N. Deor. III. 12. — *ne individuum quidem, nec* etc. Acad. I. 4: — *dubitationem de omnibus rebus, et* cet." *Wopkens.* l. c. p. 135 sq. Probo Wopkensii sententiam: et ipse Dav. in Edd. seqq. non institit suis coniecturis." *Bouh.*

non videatur aegre ferendum, ex quo suscepta sit aegritudo; an omnium rerum tollenda omnino aegritudo: ut, si quis

---

utrum illud, necne videatur] „Ita cum Cod. Cantabrig. unus e regiis, qui et infra cum Palat. sec. habet *paupertatis nomen*, quod utrumque recte tuetur Bentleius pro vulgatis: *utrum illudne non videatur*, et *paupertatis malum*.“ *Lall.*

utrum illudne] „Aut *utrum* delendum, aut *ne*. hoc *delevi*.“ *Ern.* Nissen., Ernestinam annotationem reprobans, nec vero ideo, propter quod reprobanda est, nihil affert, quod probabile videatur. „Non quaeritur, ait, utrum ita videatur, sed utrum ita disputandum sit. Vulgatum erat *illudne*, nec quicquam verius est, si hoc dividas *illud ne*. Sine dubio enim legendum est: *Et utrum* (adhibeatur oratio), *illud ne non videatur aegre ferendum*. Quid frequentius est, quam *ne non* dici pro *ut non*? Schellerus quoque vulgatam lectionem sic tuetur, ut *ne* redundet post *utrum*. Quae quidem ratio vera est, sed huc non pertinet.“ Hoc vero est Grammaticum agere. *Mr.*

et utrum illudne non videatur aegre ferendum,] Nemo, opinor, iam de mutanda lectione cogitabit, vulgares Grammaticorum regulas decantans et *illudne* in *illud* mutandum esse praecipiens, ne Cicero abundantia laboret, ne dicam soloecismo. Plenior enim potius dicenda est haec locutio, quam si scriptum esset, ut Ernestus volebat. Plenissimam habes supra IV. 4. 9: *Utrum igitur mavis? statimne nos vela facere, an — paullulum remigare?* ad quem locum vide, quod monuimus et quos laudavimus. Libri non multum variant. Unus Ox. habet *illud videatur ne non aegre ferendum*, Vind. I. et Rehd. *illud nonne videatur*; Duisb. *utrum illud nec ne vid.* Edd. A. M. Leod. *et utrum illud non*, quam scriptionem Ern. ut suam emendationem protulit; *utrum illud ne vid.* omisso *non*, habent Edd. A. B. S. E. C. V. Rob. Steph. Herw. Solus Cod. Gud. 2. habet *et aegre*; Gud. 1. *ferundum*. *Mr.*

an omnium rerum tollenda omnino aegritudo] „Sic prorsus est legendum, quamvis reclament plerique Codd. MSS. qui habent *toleranda*. Nam hoc ferri non potest, quamvis docti quidam in sua editione secuti sint. Omnino piget me hanc lectionem refellere; et alteram, quam secutus sum, habentque multae aliae editiones, confirmare. Locis enim innumerabilibus clamat Cicero ex Stoicorum sententia, tollendam esse aegritudinem, non amputandas aut circumcidendas esse animorum perturbationes, sed radicitus evellendas et extrahendas. Postremo nemo Latinorum unquam ita locutus est, *tolerare aegritudinem*: et qui hoc genus loquendi Latinum esse putant, se linguae Latinae esse imperitos satis declarant, ut Florentinus ille, qui perpetuo dicit *ipsum* pro *eum*; quodam loco *disputare longius* pro *disputare diutius*: alibi *vi extrinseca* pro *vi externa*: alibi *causam fuisse, ut* pro *causam fuisse, cur*: alio loco *virtutes cunctas esse scientias* pro *virtutes omneis esse scientias*: et alia innumerabilia, plane aut barbara aut soloeca: quae colligere magnum opus esset. Quae pauca protuli, ut supercilium ponat et se norit, neque alios ita, ut solet, prae se despiciat, sed se quoque hominem esse meminerit.“ *Lamb.* Cur. sec. „*Toleranda*, ut edidit olim Victorius, Gryphii liber habet: quae optima videtur lectio. Respondet enim superioribus: *et utrum illudne non videatur aegre ferendum* etc. Vulgati eodem consensu omnes, praeter Victorium, *tollenda* habent.“ *Brutus.* „Pertinacissime pro lectione *tollenda* dimicat Lambinus, cui in subsidium adveniunt Pall. pr. sec. quart. reliqui cum Fabr. Vatic. *toleranda* vel *tolleranda*.“ *Gebhard.* „Habent quidem nonnulli Codd. *toleranda*, in

aegre ferat, se pauperem esse, idne disputes, paupertatem malum non esse, an hominem aegre ferre nihil oportere. Nimirum hoc melius: ne, si forte de paupertate non persuaseris, sit aegritudini concedendum: aegritudine autem sublata propriis rationibus, quibus heri usi sumus, quodam modo etiam paupertatis malum tollitur.

---

his Reg. et unus Leid. Sed, quod iam alii viderunt, plane contra Ciceronis sententiam. Ceterum verba *omnium rerum*, quae sunt in omnibus libris, digna videntur, quae deleantur." *Bouh.* Ed. P. pro *an* habet *aut*. *Mr.*

An omnium rerum tollenda *omnino aegritudo*] Sic recte Petrens. aliique Codices numero pauci; nam Victorius edidit *an omnium rerum* toleranda *omnino aegritudo*, nec aliter librorum pars pleraque. Sed ita deerrasse Librarios haud equidem miror; illud autem miror, tam absurdam lectionem viro docto J. M. Bruto optimam videri potuisse. Quid enim? Cum morbis animorum curandis incumbimus, an expedit omnium rerum aegritudinem *ferre?* An, dum quiescamus nec animorum conemur amoliri morbos, adhibere perturbationibus remedium, quod pollicetur philosophia, censeamur? Sed nihil verbis est opus; res ipsa clamat, τὰ πάθη non esse *toleranda*, sed *tollenda*, si modo volumus iis esse liberi. *D.*

an — tollenda omnino aegritudo] *Tollenda* unice verum esse, nemo, opinor, negabit: quamquam habent *toleranda* Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Rehd. Gud. Duisb.; *tolleranda* Codd. quatuor Oxx. Marb. In Mon. 1. est *omnino tollenda*, in Rehd. *aegritudo omnino*. Victorio et Bruto nemo obsecutus est, praeter Rob. Steph. qui illius lectiones recepit, quod hoc quidem loco non factum est in Ed. Herw. a Camerario curata. Ad locutionem *ut, si quis aegre ferat* cf. supra I. 22. 50: *ut, si iam possent — cerni omnia —* ubi vid. nostr. annot. Mox Cod. Gud. 2. habet *se esse miserum vel pauperem:* scripserat nimirum librarius oscitans *se esse miserum*: quod cum statim animadvertisset, correxit prudenter, ut sibi videretur, errorem suum, ne litura commacularet librum, veram lectionem apponens interposito *vel*. Cod. Rehd. habet *idne disputem*, et mox a pr. m. *aegrum ferre*, sed supra lin. *e*. Utramque vocem omittit Gud. 2; duo Oxx. pro *nihil* habent *non*. *Mr.*

Nimirum hoc melius:] „Sc. ad consolandum pauperem, disputare paupertatem non esse malum: quo obtento pauper miser dici non potest." *Beroald.* „Id velle videtur, melius esse de genere, quam de particulari causa disputare." *Comm. Anon.* ap. L. a. Qu. Verba *ne, si forte — non persuaseris* contra meam coniecturam, quam in Symbolis I. p. 19. protuli, recte ita explicat: Melius adhibebis γενικὴν illam consolationem, hominem aegre ferre nihil oportere: nam altera duntaxat adhibita, paupertatem scil. malum non esse, ubi hoc ei, qui aegritudine affectus est, non persuaseris, non tolles eius aegritudinem: imo is ei indulgebit. — Pro *ne si* unus Ox. habet *si*, unus cum Vind. 1. Aug. *nisi*, in Rehd. est *nisi forte si*. Pergit Duisb. *non persuaseris de paupertate*. Mox Cod. Mon. 1. *sit concedendum aegritudini*. Quod dicit *heri* significat hesternam disputationem, quae libro tertio continetur. In Ed. P. legitur *quodam etiam modo*. *Mr.*

paupertatis malum tollitur.] „Pal. sec. *paupertatis nomen tollitur.*" *Gebh.* „Miror neglectam esse a Davisio egregiam Bentleii emendationem, qui ex vet. libro correxit *nomen tollitur*. Plane ita supra dixit III. 34. *dum aegritudinis nomen absit*, ubi vid. nostr.

28 60. b. Sed omnis eiusmodi perturbatio animi placatione abluatur illa quidem, quum doceas, nec bonum illud esse, ex quo laetitia aut libido oriatur: nec malum, ex quo aut metus

annot.“ *Bouh.* Legitur *nomen* in uno Ox. quod mihi quoque aliquando probatum est. Nunc praefero *paupertatis malum* et ita intelligo, ut dicat, *id quod in paupertate malum esse dicitur* vel *paupertas quam malum esse multi existimant. Mr.*

c. 28. *Sed omnis eiusmodi perturbatio animi placatione* —] „Videtur admittenda Bentleii coniectura [v. ej. ann.], et hanc emendationem sequentia postulant.“ *Lallem.* „In his vitium inesse plurimi consentiunt. Bentleius volebat duplici ratione, non ego. Nam e duabus rationibus alteram laudat, alteram reiicit. Malim: *perturbatio animi, hac ratione abluatur illa quidem.* Nam abluere non est ex animo delere, sed tollere, nulla ratione animi habita. Sententia est: Ista Stoicorum ratione perturbationes tolluntur illae quidem, eaque subtilior est, sed nihil valet ad pacandum animum. Hinc altera ratio certa et propria dicitur, quia non in eo, quo perturbationes excitantur, sed in his ipsis sedandis versatur. Nam aliis quoque locis Cicero docuit, parum prodesse cum doceas, aut malum aut bonum id non esse, quod aut timeatur, aut concupiscatur.“ *Nissen.* Verbum *abluatur* mihi nunquam satis placuit. qui modus loquendi *perturbationem abluere*, et quidem *placatione* animi? An Cicero dedit allevetur vel allevatur? Etiam post dicit: *haec est certa sanatio.* Bentleius et pro *placatione* legit *duplici ratione.*“ *Ern.* Nullam plane ego harum emendationum necessariam duco. Sententia est: Ablui quidem fortasse vel abstergi (ut explicat K.) potest omnis eiusmodi perturbatio, si animum placare contigerit, docendo nec bonum etc. nec malum etc. Sed certior eaque propria est sanatio, si docere contigerit, ipsas perturbationes etc. Ut h. l. dicitur *abluatur*, ita mox §. 61. *angatur* i. e. fieri potest, ut angatur —. Ceterum non eodem modo in omnibus scriptum est libris. Scribitur *huiusmodi* in tribus Codd. Oxx. Mon. I. et Duisb. Unus Ox. habet *placationem.* Pro *abluatur* est *abluitur* in Cod. Vind. 1. Usum huius verbi tralatum habes etiam apud Plinium Ep. III. 7: *maculam veteris industriae laudabili otio abluerat.* Recte monet Or. contra Ernestum, metaphoram desumptam esse a ritu abluendi in placationibus deorum s. lustrationibus. Vid. Lomeierum de Lustrationibus p. 247. 335. *Mr.*

nec bonum illud esse] Unus Ox. pro *nec* habet *et* cum Codd. Reg. Marb. Duisb. Rehd. [hic supra lin. habet *nec*] Gud. 1. 2. [posterior supra pro *placatione* habet *perturbatione*]. Post *laetitia* in Gud. 1. a pr. m. est *et* pro *aut.* Vind. 1. habet *libido aut laetitia.* Quae sequuntur duo *aut* absunt ab uno Ox., prius deest in Rehd. Pro *haec* est *hoc* in Cod. Aug. In Gud. *est haec est.* Ad locutionem *haec est — propria sanatio, si doceas* vid. Ellendt. de Enuntiat. Condition. p. 50. Cod. Mon. 1. habet *si doceris.* Voluit fortasse corrector *si docueris:* sed et illud correctori potest deberi, ut *doces*, quod est in uno Ox. Habent Codd. Vindd. *nec quicquam habere*, Marb. *nec barbare quicquam.* Unus Ox. omittit *necessarium.* Pergit Vind. 1. *aut ipsam*, Gud. 1. Reg. *ut ipsa.* Rehd. *ut ipsa aegritudine.* Idem habet *leniri iubeamus*, Gud. Aug. et unus Ox. *videamus*: nimirum propter antecedens *ut.* Tum Gud. 1. *cum obicibus.* Gud. 2. *cō obicibus.* Marb. *cum obicimus.* Rehd. *cum abiicimus.* Gud. 2. *merentibus.* Ad verba *imbecillitatem animi effeminati* vid. Gernhard. ad Cic. Lael. p. 103; Gud. 1. habet *ecfeminati*, ut dedit Dav. sine dubio ex Cod. Reg. sed Gud. 2. *hecfeminati. Mr.*

aut aegritudo. Verumtamen haec est certa et propria sanatio, si doceas, ipsas perturbationes per se esse vitiosas, nec habere quicquam aut naturale aut necessarium: ut ipsam aegritudinem leniri videmus, quum obiicimus maerentibus imbecillitatem animi effeminati, quumque eorum gravitatem constantiamque laudamus, qui non turbulente humana patiantur. Quod quidem solet eis etiam accidere, qui illa mala esse censent, ferenda tamen aequo animo arbitrantur. Putat aliquis esse voluptatem bonum, alius autem, pecuniam; tamen et ille ab intemperantia, et hic ab avaritia avocari potest. Illa autem altera ratio et oratio, quae simul et opinionem falsam tollit et aegritudinem detrahit, est ea

---

gravitatem constantiamque laudamus,] Codd. Reg. Gud. 1. 2. *gravitate constantiaque.* Mox Cod. Aug. *patiatur.* Vides fere semper peccari omittendis literis *m* et *n* post vocales, neglecta nimirum lineola vocalibus superscripta. Ad v. *non turbulente* i. e. moderate, toleranter, cf. Epp. ad Famm. II. 16. extr. ubi est *nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.* Formam, quae hoc loco obtinet, *turbulenter,* nostro loco solus habet Cod. Rehd. Idem exhibet *accidere etiam;* vocem *etiam* omittit Cod. Gud. Pergit Aug. *qui in illa;* Gud. et Vind. 1. exhibent *illa eis mala.* Duisb. omittit *esse.* Reg. et Gud. 1. 2. habent *arbitratur. puta.* Pro *esse* duo Oxx. habent *eis. Mr.*

Putat aliquis — alius autem] Ad locutionem vel variationem *aliquis — alius* vid. quae monuit Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 13. 41. p. 78. et ad II. 10. 30, ubi est *alia — aliqua*; idemque ad Cic. de Finn. III. 19. 63. p. 392. Legitur *voluptatem esse* in Codd. Mon. 1. Marb. Rehd. Gud. Edd. ante Gebh. omnibus, excepta V. et quae eam sequitur, Rob. Steph. *Voluntatem* pro *voluptatem* habet unus Ox. eadem confusione, quae est de Rep. I. 2. p. 13. ubi vid. ann. nostr. et add. Beier. ad Lael. 16, 61. p. 97. coll. Ochsner. ad Cic. Eclog. p. 244. ed. 3. *Bonam* pro *bonum* est in tribus Oxx. Marb. Gud. 2. Mon. 2. Mox Marb. Gud. 2. Duisb. *vocari:* absorptum est videlicet *a* vocis antecedentis litera ultima eâdem. Mon. 1. habet *abvocari,* Rehd. *advocari. Mr.*

Illa autem altera ratio et oratio,] Duo Oxx. omittunt *altera,* unus eius loco habet *et.* Rehd. *illa autem alteratio et oratio,* errore ex scriptione ALTERATIO orto. Ad v. *ratio et oratio* vid. quae supra monui ad IV. 17. 38: *Peripateticorum ratio et oratio.* Mon. 1. omittit *et* post *simul;* eius loco unus Ox. exhibet *etiam.* Duisb. et Mon. 2. habent *falsam opinionem.* Aug. *opinionem et falsam.* Gud. 1. *et aegritudine.* Pal. tert. ap. Gebh. *distrahit* pro *detrahit.* Ad v. *tollit et — detrahit* vid. Wopkens. Lectt. Tull. p. 165. [p. 232. ed. Hand.] Ad locutionem *simul et — et* vid. Kritz. ad Sall. Iug. 91. pag. 485. *Mr.*

Est ea quidem subtilior] Sic optime Cl. Bentleius. Vulgo *utilior. D.*

est ea quidem utilior] „Facere non possum, quin probem cum Davisio palmariam Bentleii emendationem *subtilior.*" *Bouh.* „*Subtilior* dedi ex coniectura Bentleii: nam vulgatum *utilior* ipsa huius loci sententia non admittit." *Lallemann.* „*Utilior* non potest esse verum, per sequentia: nam raro proficere dicitur. Bene Bentleius *subtilior* i. e. accuratior, diligentior. Buherius felicem emendationem vocat. recte. nec dubitavi recipere cum Davisio et Allemanno." *Ern.* Idem fecit Schz. sed Wolf. *utilior* restituit et recte. Intellige cum Kühnero: illa altera ratio multo maiorem quidem vim habet et efficacitatem in

quidem utilior, sed raro proficit, neque est ad vulgus adhi-
61. benda. Quaedam autem sunt aegritudines, quas levare illa medicina nullo modo possit. Ut, si quis aegre ferat, nihil in se esse virtutis, nihil animi, nihil officii, nihil honestatis; propter mala is quidem angatur, sed alia quaedam sit ad eum admovenda curatio, et talis quidem, quae possit esse omnium, etiam de ceteris rebus discrepantium, philosophorum. Inter omnes enim convenire oportet, commotiones animorum, a recta ratione aversas, esse vitiosas: ut, etiam si nec mala sint illa, quae metum aegritudinemve; nec bona,

---

iis, qui sapientiae praeceptis imbuti ad illam medicinam recipiendam idonei sunt, sed *raro proficit;* quia pauci tantum ita instituti sunt, ut huic curationi apti sint: neque igitur est ad vulgus adhibenda. Docet Wolfius in scholis *proficere* etiam apud Celsum poni de effectu medicaminum: v. Lib. V. 28. 2: *neque ulla unquam medicina profecit. Mr.*

Neque est ad vulgus adhibenda.] „Sic cum Victorio Lambinus, Pall. sec. tert. nam pr. *neque etiam est ad vulg. adhib.* sicque fere quint. nam *est* tollit.“ *Gebh.* Habent *etiam* post *neque* Cod. Mon. 2. duo Oxx. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. Cod. Rehd. habet *nec.* Vind. 1. omittit *est.* Pro *raro* unus Ox. habet *ratio;* idem ut Vind. 1. non habet *est.* Ab eodem Vind. 1. post *autem* abest *sunt. Mr.*

quas levare illa medicina nullo modo possit.] *Illa* dicit *medicina,* videlicet prior illa, quam dicit per se utiliorem, nimirum ut doceas, illud malum non esse, ex quo aegritudo suscipiatur. Trex Oxx. habent *ulla* pro *illa,* unus *posset* pro *possit,* Mon. 1. Vind. 1. *illa medicina nullo modo levare possit.* Edd. P. A. B. S. E. C. V. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Rob. Steph. Herw. *illa medic. nullo modo possit levare.* Est etiam *ulla* in Cod. Mon. 2. et in marg. Vind. 2. qui habet *illa medicina levare* cum Rehd. In Aug. est *possim.* Pergit Mon. 1. *ut si quis egri ferat.* Tum Gud. *nihil inter se esse.* Mon. 2. *esse in se.* In seqq. Gud. 1. a pr. m. *propter mala si quidem agatur;* unus Ox. *angantur. Angatur* dicit i. e. *concedo eum angi.* Mox Edd. vett. ante Gebh. (exceptis V. Rob. Steph. Leod.) habent *ad eum sit.* Duo Oxx. omittunt *ad eum,* quas ideo voces propter sedem incertam vel vagam obelo configat alter aliquis Beierus. Ponitur autem h. l. *admovere* pro *adhibere* ut in Bruto c. 54. de Or. I. 17. Statim unus Ox. *et talis quaedam,* falsa ἀναφορᾷ. Tum Mon. 1. *quae possit etiam esse.* Gud. omittit *etiam:* quo oratio carere non potest. Est enim i. q. *quamvis.* De verborum collocatione *discrepantium philosophorum* vid. Goerenz. ad Cic. Acadd. II. 35. 113. p. 204. et ad de Finn. II. 21. 67. p. 222. priore loco G. scripsit in nostro esse *diserentium philosophorum.* Unus Ox. post *rebus* addit *et;* alius in seqq. habet *inter omnes vero.* Mox *ratione aversa* est in Cod. Aug., *adversas* in Vind. 1., *adversa* in duobus Oxx. Duo habent *vitiosilas* pro *vitiosas. Mr.*

ut etiamsi nec mala sint illa, quae — nec bona, quae —] „Hic locus aliter legitur in antiquo, in quo ita scriptum est: *ut etiamsi mala sint illa, quae metum aegritudinemve: bona, quae cupiditatem.*“ *Ursinus.* „Legendum: *ut, etiam si et mala sint illa, quae* etc. *et bona, quae* etc. Haec enim M. Tullii sententia est: non solum, si non sint mala ea, quae metum aegritudinemque afferant: nec, si non sint bona, quae cupiditatem laetitiamque excitent, sed etiam si et illa vere mala sint, quae aut metuamus futura, aut aegre feramus prae-

uae cupiditatem laetitiamve moveant, tamen sit vitiosa ipsa

ıntia, et quamvis illa vere bona sint, quae aut concupiscamus absen-
a, aut insolenter ostentemus praesentia, vitiosam utrobique esse
ıimi commotionem.“ *Lamb.* „Recte Lamb. negantem orationem
lam in aientem commutavit. quum enim ex quatuor cogitationibus
uae ex opinatis malis, et duae ex opinatis bonis nascantur, ut dictum
ıt, affirmat Cic. etiamsi vere mala sint illa, quae aut venientia me-
ıuntur, aut instantia aegritudinem efficiunt: item vera bona illa,
uae vel libidinem inflammant, vel laetitiam concitant; tamen illam
ısam concitationem esse vitiosam.“ *Frc. Fabric.*

Etiamsi mala sint illa quae metum aegritudinemve; bona, quae ıpiditatem laetitiamve moveant] Ita quidem Ursini liber, si ei fides. ulgo, *etiamsi* nec *mala sint* — nec *bona*; quae sensum menti Cice-ɔnis contrarium faciunt. Hoc vidit Lambinus; quapropter legit *'iamsi* et *mala sint* — et *bona*: Cl. vero Bentleius, *etiamsi* vel *mala int* — vel *bona*. Mihi placet, *etiamsi r e mala sint illa, quae metum egritudinemve; r e bona, quae cupiditatem laetitiamve moveant.* Re, on opinione tantum. Plautus Rud. Act. III. Sc. III. 21: *Nisi quid e praesidium apparas, Trachalio, acta haec res est.* Et ita passim oster. Certe negans illa particula non de nihilo videtur libris omni-us inhaesisse; meras enim coniecturas pro MSStorum lectionibus 'rsinum venditasse questi sunt eruditi. *D.*

ut etiamsi nec mala — nec bona —] „Sensus est, constare inter mnes, tametsi res illas, quae perturbationes et commotiones in nobis ɔncitent, esse indifferentes concedatur, ipsas tamen commotiones, a ɛbus illis indifferentibus concitatas, vitiosas esse, si quidem a recta ıtione deflectant. Hunc sensum cum verba per se, tum quoque se-uentia evincunt: *Quare omnium — sed de ipsa sit perturbatione di-ɛndum:* et antecedentia: *sed omnis eiusmodi — ex quo aut metus aut egritudo.* Lege quoque seqq. et cap. 31: *ut si iam difficile sit — ut in malis aut in bonis esse habendum* (non erat, cur mutato ordine ıallet vir acutissimus: *aut in bonis aut in malis esse habendum*: simi-ter enim hoc loco quem iam defendimus: *etiamsi nec mala sint nec ɔna:* ad quem ille silet:) *tamen alia ad alium motum* etc. Quae ım ita sint, non possum sane comminisci, cur menti Ciceronis con-ɛarius visus fuerit is sensus, quem lectio haec vulgata fundit.“ *Vopk.* l. c. p. 138. „Quidquid dicat, quotquot locos laudet Wopk. l defendendam lectionem vulgatam; nihil est certius quam eam con-ɛariam esse Ciceronis sententiae. Vult enim Cicero: etiamsi, ut ensent nonnulli philosophi, id quod vel timoris vel doloris causa ɜt, vere esset malum, vituperandum tamen esse eum, qui eo nimis ommoveatur. Certissimam igitur existimo Lambini correctionem, ecéptam a Bentleio et Davisio: *etiamsi vel mala sint illa — vel ɔna* etc. Idem dicit cap. 31: *sint sane ista bona, quae putantur . . ɛmen in eis ipsis potiundis exsultans gestiensque laetitia turpis est.*“ *Jouhier.*

etiamsi mala sint illa, quae . . . bona] „Cum Lambino et Bent-ɛio negationem *nec* utrobique, ante *mala* et *bona*, delevimus, quam ɜstituta huius loci ratio respuit, nec agnoscit Ursini vetus liber.“ *allem.* „Delevi utrumque *nec*, quod est contra sensum. Ita et entl. et Allem. fecere. nec fuit in MS. vetere Ursini. natum est ɔrtasse e *vel.*“ *Ern.* „*Et mala — et bona* dedi cum Wolfio. Vul-ɜtum *nec — nec* sententiae prorsus repugnat.“ *Schz.* „Lectio vul-ɜta absurdissima est, locique sententiae plane contraria. Vel sola ocula *etiamsi* aperte clamat hanc expressam esse sententiam: com-

commotio. Constantem enim quendam volumus, sedatum, gravem, humana omnia prementem, illum esse, quem magna-

---

motiones animorum esse vitiosas, nec solum, quum illa, quae eas movent, *nec* mala sunt, *nec* bona: sed etiam tum si illa re vera *et* mala sint *et* bona. — Similiter mox c. 29, 62: *tamen, etiamsi virtutis ipsius vehementior appetitus sit, eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda oratio.*" *Kühn.*

etiamsi nec mala sint — nec bona.] Restitui lectionem vulgatam, quae eadem est lectio librorum MSS. et plurimorum et optimorum, Reg. [quamquam ex collatione nostra colligas, habere eum *bona*, omisso *nec*, quod verum non est] Gud. 1. 2. Aug. Vind. 1. Marb. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. septem Oxx. Duo Oxx. omittunt *si*, Mon. 1. habet *et etiamsi*. Rehd. omittit *illa*. Dav. Codicem Ursini (si fides homini) secutus est; *et mala — et bona* dederunt Lamb. Frc. Fabr. FAWolf. Schz. Or. Sola, ut videtur, Ed. Alt. habet *etiamsi mala — nec bona*: sola Tbn. *etiamsi mala — et bona*. Nobb. cum Ern. facit. Optime autem rem expedivit Handius ad Wopk. l. c. qui, Non tam facile, ait, credamus in uno Ursini codice omissas esse voculas *nec — nec*, aut corrigendas eo modo, quem omnes editores post Lambinum probaverunt, quam ut omnium librorum scripturam defendamus, ambigua et obscura dictione Ciceroni aliquoties concessa. Ille enim cogitasse videtur haec: etiamsi perturbationes animi ab ea parte, quod nec mala sint, quae metum aegritudinemve, nec bona, quae cupiditatem laetitiamve moveant, improbari debeant, tamen ipsa adeo commotio vitiosa est. Cui sententiae se nunc applicat etiam Or. — Pro *cupiditatem* optimum Pal. quartum habere ait Gebh. *cupidinem*. Tum unus Ox. habet *commoveant*, Cod. Aug. *moneant*. *Mr.*

tamen sit vitiosa ipsa commotio.] Codd. Gud. Duisb. et Mon. 1. habent *tamen vitiosa sit*, Mon. 1. *illa commotio*. Intellige: ipsum illud commoveri vitiosum sit, quod mentem perturbat. De eleganti locutione *constantem — quendam*, ubi usus pronominis quasi pleonasticus respondet graeco τινὰ, et nostro articulo indefinito, vid. Beier. ad Cic. Lael. 9, 29. p. 29. add. quae monuimus ad II. 4. 11. ubi est: *te natura excelsum quendam — genuit*; praeterea Grysar: Theorie d. Lat. Styls, p. 115. Weber: Uebungsschule f. d. Lat. Styl. p. 1. sq. Scribitur *volumus quendam* in nullo quidem Cod. sed in Edd. vett. (praeter V. Rob. Steph. et Leod.) ante Gebh. omnibus. Post *sedatum* Cod. Aug. exhibet *gravare* pro *gravem*; in Duisb. est *omnia humana*. *Mr.*

humana omnia prementem,] „Quidam legendum putant *omnia spernentem*. Ego nihil mutandum censeo. Significat enim, virum fortem et magnanimum omnia se ipso inferiora atque humiliora ducere oportere." *Lamb.* „Equidem cum Bentleio ferri non posse censeo *prementem*. Nihil addo rationibus ab eo prolatis, quibus probatum ivit, verbum illud non posse h. l. intelligi quasi scriptum sit calcare. Wopkens. Lectt. Tull. II. 18. existimat significare *prementem* h. l. i. q. comprimentem. Quamvis autem commode dicantur comprimi vel premi animi commotiones vel animum ipsum, idem dici nequit de rebus adversis iisque, quae in vita accidunt. Ciceronem igitur h. l. locutum esse credo, ut alibi fecit, scripsisseque *humana omnia ferentem* vel *spernentem*." *Bouhier.*

Humana omnia prementem] Sic omnes Mssti. Non desunt tamen qui *spernentem* reponendum contendunt. Haud inepte quidem; ea enim mens est Ciceronis, et ita passim loquitur. Mihi tamen cum Lambino non temere deserenda videtur lectio; quam Codicum, quot-

nimum et fortem virum dicimus. Talis autem nec maerens, p. 223. nec timens, nec cupiens, nec gestiens esse quisquam potest. a.

---

quot sunt, defendit auctoritas. *Premere* est calcare, quod docet Nonius. Seneca Troad. vs. 1035.

Semiusta at ille tecta, vel saxum imminens
Muri cadentis pressit.

Et Epist. XCI. *Omnium, quae terram premunt, siremps lex esto.* Idem Epist. XCIV. *Pedibus aurum et argentum subiecit, calcandumque ac premendum dedit, quibus nos calcamur ac* premimur. Ovidius Trist. lib. III. El. XI, 23.

Subruere est arces et stantia moenia virtus:
Quamlibet ignavi praecipitata premunt.

Is igitur *humana omnia premit*, qui ea calcat et despicit; iis factus est superior et ea *subter se habet*, ut loquitur noster V. 1. *D.*

humana omnia prementem] „Commode Davisius, si additum fuisset *veluti pedibus*, vel simile quid; iam vero haud minore iure premere hic supprimendi significatu accipi posse videtur. Apposite quadrat illud Senecae de Ira III. 6: *Eodem modo sublimis animus — intra se premens quibus ira contrahitur.* Ita hic quoque Tullius de constringendis et supprimendis iis principiis loqui videtur, quibus quaeque commotio aut perturbatio concitari soleat. [*Premere* dicitur de omnibus rebus, quae ne exsurgant aut evagentur, moderatione et temperatione cohibentur: *veluti luxuries arborum premitur falce* apud Ovid. Met. 14, 629. et *populi ditione premuntur* apud Virgil. Aen. 7, 737. *Humana* autem appellantur quicunque animi humani conatus, agitationes, commotiones, quibus magnanimus vir moderationem adhibere debet ac solet. *Hand.*] Idem dici arbitror *animum comprimere*, supra lib. II. 22: *atque haec cogitatio — non solum animum comprimit, sed ipsum etiam dolorem — — mitiorem facit.* Nam *animus* notat illio partem animi *παθητικήν:* ut pro Marcello c. 3: *animum vincere: iracundiam cohibere. — Comprimere duas partes animi temerarias* ex Platone dixit noster de Divin. I. 29. Sic nihil esse videtur, cur viri ill. pro *comprimit* in eo loco legerent *confirmat* aut *componit.*" *Wopkens.* L. Tull. p. 139. In Davisii sententia sunt etiam Menken. Obss. L. L. p. 783. et Nissen. l. c. p. 101. itemque Bill. Kühnerus vero a Bentleii partibus stat, vere monens, quae exempla constipaverit Davisius ad *calcandi* significationem huic verbo vindicandam, ad unum omnia alienissima esse. Or. ad Wolfii scholas Handii partibus se applicuit, addens locis ab eo laudatis Horatium Carm. I. 31. 9: *premant Calena falce vitem.* Ego vero nihil vidi et hoc exemplo et reliquis huic loco alienius et minus accommodatum Ciceroni. Nec magis placet Davisii et Wopkensii sententia. Inepte plane Dav. in Ed. 1. duos locos laudavit (Lucan. Poëm. ad Pison. 106. et Claudian. Bell. Gildon. 256.) quibus *calcandi* verbum ita ponitur, ut sit i. q. *spernere.* Ego in omnium librorum consensu (nam solus Aug. habet *perementem*, quod nihili est) nihil molior: verum esse *prementem* mihi nemo persuadebit. Equidem dudum conieceram *spernentem*, antequam virorum doctorum de h. l. sententias cognovi: idque solum nostro loco accommodatum existimo, quamquam, quomodo plane obliterari potuerit, me non intelligere fateor: nisi forte in antiquissimo aliquo libro prima vocis *spernentem* litera casu excidit, quo facto quod restabat (*pernentem*) facile in *prementem* mutari potuit ab homine literas, ut solebant, potius, quam sententiam respiciente. *Mr.*

fortem virum dicimus] Cod. Gud. 1. *virum* nonnisi a sec. manu supra lineam additum habet. In Cod. Duisb. est *dixímus*. Pergit

Eorum enim haec sunt, qui eventus humanos superiores quam suos animos esse dicunt.

29 62. Quare omnium philosophorum, ut ante dixi, una ratio est medendi, ut nihil, quale sit illud, quod perturbet ani-

---

Mon. 1. *talis enim*, unus Ox. omittit *nec timens*, duo alii *nec cupiens*. Rehd. et Gud. habent *quisquam esse*. *Mr.*

Eorum enim haec sunt] Ed. P. *hae passiones sunt*, ubi agnoscis recentioris temporis glossatorem. Eam lectionem cum reperisset Beroaldus in editis, multam impendit operam ad eam, quippe minime Ciceronianam, refutandam; ipse autem sine libris coniecit *hae perturbationes sunt*: quod necessarium non est. Ad sequentia *qui eventus hum. superiores* etc. Ernestus: „i. e. magis laborant de rebus externis, bonis et malis, quam de animi virtutibus: has, non illas, contemnunt. Forma loquendi est ex eo, quod alibi dicit magnum animum omnia externa infra se vel inferiora putare.“ *Mr.*

quam suos animos esse dicunt] Unus Ox. habet *summos* pro *suos*: quod sive glossatori sive correctori debeatur, ineptum est. Verba *superiores — animos* desunt in Cod. Gud. 2. Scripsi autem *esse dicunt* cum solo Dav. ex Codd. Reg. Gud. 1. Aug. Gud. Rehd. Duisb. Marb. et quatuor Oxx. Edd. omnes habent cum Codd. reliquis *esse ducunt*, minus ex usu Ciceronis, qui cum *ducendi* verbo ita utitur, *esse* plerumque omittit, quod h. l. re vera abest a Vind. 1. Vide nos ad Cic. de Rep. III. 23. p. 385. add. Beierum ad Cic. Lael. 19, 70. p. 112. nos ad Cic. de Rep. I. 2. p. 13, ubi rem accuratius excussimus coll. ib. p. 562—564. et IV. 7. p. 427. Orell. ad Cic. Brut. 87. 298. p. 339. ed. Beier. et Or. Censorem Lips. nescio quem, 1831. 140. p. 1115. sq. Olshausen. in Seebod. Krit. Bibl. 1829, 79. p. 314. Forcellin. II. p. 128. Nos ad Cic. de Div. I. 32. 70. p. 164. et ad de Fato 15. p. 627. *Mr.*

c. 29. *Quare omnium — est medendi,*] Unus Ox. *Quarum*, alius *merendi*. Pergit alius *ut sit dicendum, nihil* — quae glossa est hominis, qui explicare vellet, cur ponatur *ut*. Intelligendum est enim: una est ratio medendi: praecipiunt enim, ut v. c. non dicatur, amissionem patrimonii non esse maerendam, sed doceatur, animum esse avocandum a commotionibus et in tranquillitate continendum. Unus Ox. omittit *sed*: quod quamvis nonnunquam omittatur, sono tantum exprimendum vel significandum, hoc loco, ne ambiguus fiat locus, omitti nequit. Idem Cod. pro *dicendum* habet *discendi*. Omittitur *sit* ante *perturbatione* in Edd. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph. Herw.; aberat item a pr. m. in Cod. praestantissimo Gud. 1. et locum mutavit in Cod. Duisb. ubi est *perturbatione sit dicendum*. Sed ideo non magis id verbum suspectum esse debet, quam quod modo praecessit *sed*. Gud. 2. habet *dicunt* pro *dicendum*, ortum fortasse ex scriptione *dicundum*. In seqq. Cod. Gud. exhibet *agatur*, tum sola Ed. P. *ut ea pellatur*. Mox Gud. 1. a pr. m. *bonum illud nece fit*. Aug. *moneat* pro *moveat*. Marb. *movenda* pro *tollenda*. Sequens *est* omittit sola Ed. E. Primum *sit* deest in uno Ox. Ad hanc vocem quater repetitam tenendum, ad *primum* intelligendos esse Stoicos, ad *alterum* Epicurum et Aristippum, ad *tertium* Dinomachum et Calliphontem, qui ut controversiam de bonorum et malorum finibus componerent, summum bonum posuerunt in virtute et voluptate: ad *quartum* Platonem et Aristotelem, qui summum bonum quasi conflari dixerunt ex bona animi, corporis et fortunae commixtis, maxima asserentes esse bona animi, secunda corporis, externa tertia. *Mr.*

ıum, sed de ipsa sit perturbatione dicendum. Itaque rimum in ipsa cupiditate, quum id solum agitur, ut ea ollatur, non est quaerendum, bonum illud necne sit, quod ibidinem moveat; sed libido ipsa tollenda est: ut sive, uod honestum est, id sit summum bonum, sive voluptas, ive horum utrumque coniunctum, sive tria illa genera bo-orum, tamen, etiam si virtutis ipsius vehementior appetitus it, eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda oratio. ontinet autem omnem sedationem animi humana in con-pectu posita natura: quae quo facilius expressa cernatur, xplicanda est oratione communis conditio lexque vitae.

---

it sit summum bonum, sive voluptas —] Rehd. *id sit bonum ummum.* Mox Mon. 1. *sive bonum utrumque,* quod est vel glossa-ris vel correctoris, qui crederet requiri proprie *hoc utrumque,* quod re visum esse Schellero in Lexico maj. p. 119. 56. refert Doeder-in. Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 350. sq. q. v. Ad verba *tria la genera* vid. quos laudabimus ad V. 30. 85. *Mr.*

tria illa genera bonorum,] Edd. fere omnes *illa tria;* ego cum . Rob. Steph. Dav. Or. secutus sum eum ordinem quem habent odd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. (quamquam hic habet *tua* pro *tria*) Marb., artim antiquissimi, partim ex antiquissimis descripti. Unus Ox. pro *la* habet *ulla;* Gud. habet *etsi* pro *etiam si:* pergit Reg. cum Aug. *rtus,* Gud. 2. *vehem* [sic] pro *vehementior,* Mon. 1. *sit appetitus.* d sententiam conferri potest illud Horatii Epist. I. 6. 15. sq.

Insani sapiens nomen ferat, aequus iniqui,
Ultra quam satis est virtutem si petat ipsam. Mr.

eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda oratio.] Verba *eadem t* desunt ab uno Ox. *Sit* deerat a pr. m. in Cod. Gud. 1; unus Ox. hibet *omnis* pro *omnibus. Mr.*

ad deterrendum] „Cod. Fabric. *ad deterendum.* Sed nihil iuvat. t libere dicam, quod sentio, voces hae non Ciceronis, sed librario-um videntur. Certe sensus sine iis constat: cum iis vero vix, ac ne ix quidem." *Dav. Ed.* 2. In Ed. 3. Davisius merito nihil monuit de elendis his verbis; nemo non intelliget: ad deterrendum ab omnibus s, quae animi tranquillitatem turbare possunt. Ceterum in Codd. ud. et Rehd. est *decernendum,* errore ex literarum similitudine orto. ro *adhibenda* nescio unde, Edd. Ox. et Oliv. habent *adhibita.* Unus x. pro *oratio* habet *curatio. Mr.*

Continet autem omnem sedationem animi] „Sic reperi in Pall. r. tert. quart. quint. quippe sec. *omnes.* Nec longe abit Victorius dito hoc ordine *sedationem omnem.* Vulgo abest *omnem:* sed est uoque in Fabr." *Gebh.* Omiserunt *omnem* Edd. A. B. S. E. C. M. . Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. Car. Steph. (hic autem ex vet. Cod. notavit *sedationem omnem*) Ald. Boul. Brut. Goth.; habent *sedatio-em omnem* Edd. V. P. Rob. Steph. Herw. Leod. Nobiscum faciunt odd. et Edd. inde a Gebh. nisi quod in duobus Oxx. est *omnes se-ationes;* unus omittit *humana.* Mox Gud. habet *quae queso* pro *ae quo.* Aug. *explicanda est ratione.* Marb. *explicanda est ratioi e* — Gud. *communis conditio oratione. Mr.*

communis conditio lexque vitae] Supra III. 16, 34: *nihil est,* — *sed tam obtundat levetque aegritudinem,* — *quam meditatio conditio-is humanae, quam vitae lex commentatioque parendi;* 24, 59: *ea ege esse nos natos, ut nemo in perpetuum esse possit expers mali.* — *id.* Gud. 2. habet *lex quae vitae. Mr.*

63. **Itaque non sine causa quum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates:**
Neque tám terribilis úlla fando orátio est,

Orestem fabulam] „Practuli vulgatam lectionem. nam Victor. cum Pal. quart. *Orestis.* secund. quart. [quint.?] *Oreste.* Ceterum *diceret* agnoscunt Palatin. quinque, Vatic. Fabr., non *doceret.*“ *Gebhard.* „MS. Reg. exhibet *Orestem* et *diceret.*“ *Verbg.* „Legendum *Orestis,* ut vidit Dav. [nimirum hic in Ed. 2. annotationem suam ita incipit: „Bene quidem: sed lancem deprimit Prisciánus et ita Ed. mea vet.“ *Bouh.* Locus Prisciani est in Ed. Krehl. T. I. p. 258.] Ceterum optime habet *Orestem,* et ita sex Oxx. (quorum duo *Horestem*) Gud. 1. 2. Reg. Marb. Vind. 2. Rehd. (*Horrestem*) Duisb. Edd. praeter V. et Rob. Steph. (quae habent *Orestis*) omnes; *Orestis* est in uno Ox. Vind. 1. Aug. Gud. (tres posteriores scriptum exhibent *Horestis*); *Horestes* in Mon. 1; *Horeste* in uno Ox., in alio *Oreste.* *Mr.*

Oresten *fabulam*] Bene quidem. Sed Priscianus lib. VI. col. 705. haec habet: Cicero *in I. Tusculan.* (Lege IV.) Non sine causa cum Orestis fabulam doceret Euripides. Quin et ita dant Victor. et Pal. quart. Sic *Oedipi fabulam* dixit Hieronymus ad Nepotianum pag. 9. et *δρᾶμα Βατράχων* Tzetzes Chil. VIII, 462. In aliis Codicibus legas *Orestae fabulam;* de qua forma vide Nic. Heinsium ad Ovidii Heroid. VIII, 9. *D.*

fabulam doceret] Nihil certius hac lectione, et tamen multi Codd. et nonnullae Edd. habent *diceret.* Est autem *doceret* in quatuor Oxx. Gud. 2. Vind. 2. MS. in marg. Asc. nostr. 2. Edd. E. HWolf. Leod. Brut. M. L. Goth. Boul. V. Rob. Steph. Sylb. Gebh. séqq. Notissima est locutio *docere fabulam*: vide modo interpretes ad Hor. de Arte Poet. 288. ubi est:

vel qui Praetextas, vel qui docuere Togatas:

et librum vel prolusiones Boettigeri elegantissimas, quae inscribuntur: Quid sit docere fabulam. (Vimar. 1795. sq. 4.). Scripsit ad h. l. Commentator Anonym. ap. Leod.: „Pro *diceret* alii legunt *doceret*: quod magis probatur. Est enim *docere fabulam* (qua phrasi Cicero in libro de Sen. utitur —?) fabulam in theatro exhibere populo.“ *Docere fabulam* dixit Cicero in Bruto c. 18. Pergit Cod. Duisb. ridicule: *Euripedes* (sic) *pro rostris revocasse.* Marb. habet *primo tres.* Unus Ox. omittit *versus* cum Duisb. Ad v. *revocasse* Ernestus: „Proprie dicitur actor revocari: sed quia id fit, ut repetat, quae dixerat, etiam *versus revocari* dici potest.“ Pro *tres* Codd. antiquissimi veluti Gud. 1. 2. Aug. habent *tris,* ut dedit Dav. Cod. Rehd. verbo *dicitur* superscriptum habet *dixit.* *Mr.*

Neque tam terribilis etc.] „*Non sine causa,* ait Cicero, *cum Orestem doceret Euripides, primos treis versus revocasse dicitur Socrates:*

Neque tam — — — — patiendo ferat.

Qui, si cuique fas est, id quod sentit, dicere, videtur eorum versuum sententiam aut non satis percepisse, aut non fideliter reddidisse. Quod ut iudicari ab aliis possit, Graecos Euripidis subiiciam:

Οὐκ ἔστιν — — — ἀνθρώπου φύσις —

primum igitur versum, si Ciceronem sequare, ita accipias necesse est: *οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἔπος ὧδε δεινὸν εἰπεῖν,* id est *nullum est verbum ita terribile dictu;* quod sane, ne quid dissimulem, mihi quidem non placet. ac fieri potest, ut fallar: sed dico id, quod videtur. Deinde *πάθος* quam apte reddatur *sors,* alii viderint. postremo in tertio versu nulla est patientiae ac tolerantiae significatio. potiusque hoc dicere Euripidem puto: Nihil, ut uno verbo eloquar, dirum ac terribile est:

Nec sórs, nec irâ caelitum invectúm malum,

neque morbus neque a diis invecta calamitas, cuius gravitati hominum natura ac conditio exposita non sit. Id quod statim confirmat inusitato et antea inaudito supplicii genere, quo a diis affectus est Tantalus. Neque ignoro, quam sit periculosae, ut ait Flaccus, plenum opus aleae, a Cicerone dissentire: verumtamen. Mecum quidem Graecus eius poetae explicator, quisquis est, facit.“ *Muretus.* „Observandum est, Ciceronem primi versus verba hoc ordine collocare *οὐκ ἔστιν ἔπος οὐδὲν ὧδε δεινὸν εἰπεῖν* id est, nullum est verbum tam terribile dictu. In scholiis graecis *ὧδ' ἔπος εἰπεῖν* separatim exponitur: *ὡς ἐν συντόμῳ εἰπεῖν*, ut brevi praecidam, ut uno verbo complectar. In iisdem *δεινὸν* generale est, cuius species sunt *πάθος καὶ συμφορά*, et *πάθος* est morbus seu corporis vexatio. Cicero *sortis* nomine generali usus est; nam quod hic in quibusdam libris et apud Priscianum *fors* legitur, non placet. Tertius versus ambiguus est: vel enim significat, id quod Cicero accepit, Nullum malum tam grave esse, quod naturae humanae non sit tolerabile: vel dicit: Nihil tam tetrum esse, cuius gravitati natura humana non sit exposita.“ *Frc. Fabric.* „Cicero primum versum, ut et tertium, male prorsus intellexit: voluit enim poëta nullum omnino malum esse, cui non obnoxia sit humana natura.“ *Dav.* in Ed. 1.

Neque tam terribilis ulla fando oratio est,] „Quinque Palat. *ratio est.*“ *Gebh.* „Si verum est Ciceronem ita scripsisse, difficile est eum defendere a Mureti reprehensione. Nam non solum non respondet Graecis conversio latina, sed omnino sententia commoda caret. Priscianus videtur legisse *ratio est* quod metro repugnat. Miror equidem neminem vidisse requiri *occasio est.* Nullum, ait, vitae tempus tam triste est, quod ferre non possit animus fortis. Haec est Euripidis sententia.“ *Bouh.* „Graecam sententiam vetus poeta vertit barbare; falso putavit Muretus Ciceronis esse versus, cum sint Paeuvii: qui more ac iure suo paullo liberius Euripideos reddidit.“ *Passeratii* Oratt. p. 334. „*Ratio est*, non *oratio est*, esse legendum res et sententia docet. et sic Guelf. edd. vett. ut Junt.“ *Ern.* „Malim *ratio fit*, pro *ratio est*, propter metrum.“ *Nissen.* „Recte monet Muretus, Tullium verbis Graecis aliam sententiam subiecisse atque Euripidem.“ *Kühn.* „Male Bouh. coniecit *occasio est*: Cicero graecum *ἔπος* vocabulo *oratio* reddidit.“ *Schz. Fandi oratio* habent duo Oxx. MS. in marg. Asc. 2. Ed. E; *fandi ratio* Codd. duo Oxx. Mon. 1. 2. Vind. 1. Rehd. Aug. Edd. P. A. B. S. C. Junt. Ven. nostr. Asc. 1. 2; *fanda ratio*, unus Ox.; *fando ratio* Vind. 2. tres Oxx. Bern. Gud. 1. 2. Gud. Marb. errore ex scriptione compendiaria FANDORATIOST orto: quem tamen recipiendum existimavit Ern. Erat etiam *ratio* in Edd. Priciani ante Krehlium et Lindemannum. Prava est etiam coniectura Wakefieldii *fanda factio.* Reliqui libri probam habent lectionem. *Mr.* „Paeuvii, non Ciceronis esse hos versus docet A. Schottus Observ. V. 6.“ *Olivet.*

Neque tam terribilis] Haec laudat Priscianus de metr. Com. col. 1327. Apud Euripidem Orest. vs. 1. Graeca sic se habent:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ ξυμφορὰ θνήτιος,
Ἥς οὐκ ἂν ἄροιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

Exstant etiam apud Dionem Chrysostomum Orat. IV. pag. 72. Hosce versus sic *παρῳδεῖ* Lucianus Iov. Trag. Tom. II. pag. 126.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν οὕτ' εἰπεῖν ἔπος,

Quod nón natura humána patiendo écferat.

Οὐδὲ πάθος, οὐδὲ συμφορὰ τραγῳδική,
Ἣς οὐκ ἂν ἄροιτ' ἄχθος ἡ θεῶν φύσις.

Memoria vero lapsus est Fulgentius, qui Virgil. Contin. pag. 149. eos Euripidis Iphigeniae tribuit. Ratio, cur primum versum eo quo fecit modo Tullius sit interpretatus, est, quod sic acceperit, quasi vellet Tragicus, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἔπος οὕτω δεινὸν εἰπεῖν. Vide quae de Ciceroniana huiusce loci versione dixerunt M. Ant. Muretus Var. Lect. VIII, 16. et Paullus Leopardus Emend. VIII, 21. *D.*

Neque sors] „Quidam libri veteres habent *Neque fors*, quos non sequor. Nam *Fors* Fortuna ipsa est, casuum et eventorum causa efficiens, nobis ignota. *Sors* vero vel casus et eventus ipse, vel quod a fortuna ipsa profectum est. Iam quod Euripides πάθος dixit, *sortem* apte Cicero interpretatus est. *Fors* autem hic ferri non poterat: et qui hoc amplectuntur, ostendunt se in lingua latina esse hospites. Versu sequente nostri libri MSS. habent *patiendo hec — ferat*, unde facie *patiendo ecferat.*" *Lamb.* „*Neque fors* Gryph. Victor. Vascosan." *Brut.*

nèc sors, nec ira caelitum invectum malum] „Sic emendavi adiutus auctoritate Lambini et Palat., in quibus singulis *nec — nec*. Sed in solo primo et Vaticano *sors*. Quod cur melius hic sit, dixit Lambinus. In ceteris, ut et Vict. ed. libro Fabr. *nec fors, nec* — Ceterum *ira caelitum invectum malum* est ξυμφορὰ θεήλατος; itaque miror, cur Victorius ediderit *invictum* et in quinque Palat. lateat *inventum.*" *Gebhard.* Dav. in Ed. 2. dedit *fors*. Est item *fors* in Codd. Reg. Gud. 1. (a 2 m.: a 1. m. est *sor* [sic]) 2. Aug. Rehd. Marb. tribus Oxx. Edd. V. Ven. nostr. Rob. Steph. Herw. fuitque apud Priscianum ante Lindem. Volebat idem Porson. ad Eurip. Orest. 3. sed vid. Schaefer. ad eund. locum. Scribitur *neque — neque* in Edd. S. E. C. M. L. Brut. Ald. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. Leod. Boul. Goth. *Invictum* habent Edd. V. Rob. Steph. et Priscianus Putschii; *inventum* septem Oxx. Gud. 1. Reg. Marb. Rehd. (hic addito — *que*) Gud. Vind. 1. (idem *natura* pro *malum*) 2. Mon. 1. 2. Edd. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. Junt. P. A. B. S. E. In uno Ox. pro *sors* est *foris*. Gud. 2. omittit *invectum*. Pro *caelitum* apud Priscianum erat *ceu tam*. *Mr.*

Quod non natura humana patiendo efferat] „*Efferat* i. e. vincat, subdat, sepeliat. *Efferre* enim est ad sepulturam ferre. Unde *efferri* dicuntur mala, quae patiendo vincimus et quasi tumulamus. Et ita hic subtiliter positum est. Alias efferre significat extollere, erigere, differre. *πολύσημον* enim verbum est." *Beroald.* „*Efferat* Cod. Gryph. Ed. Victor." *Brut.* „*Efferat* legatur, aut, ut vult Lamb., *ecferat*, ἄροιτο." *Gebh.* „Priscianus legit *ferat:* eadem est lectio Cod. Reg. et unius Leid. Hoc tenendum." *Bouh.* „*Efferat* i. e. levius *ferat*. Gr. ἄροιτο. male edd. quaedam *ferat*." Laudat Kühn. Pearcium Ed. 2. Cic. de Or. III. 53. 216. seque alibi hac significatione [vinci] hoc verbum non reperisse ait. Wolfius in scholis priscam edit. formam, eamque significare gana ortragen. *Mr.*

Patiendo efferat] *Ferat* habent Priscianus, Balliol. et vet. editi. *D.*

patiendo ecferat] Ita dedi cum Edd. Ven. nostr. (in qua tamen est *haec efferat*) V. Rob. Steph. Gebh. seqq. ex sententia Lambini. Codd. octo Oxx. Reg. Gud. 1. (in quo *non* nonnisi a 2. manu scriptum est) Aug. (Mon. 1. *eferat*) Gryph. Mon. 2. Vind. 1. 2. dunt Gud. 2. Rehd. in quibus est *hec ferat*; in uno Ox. et Gud.

st autem utilis ad persuadendum, ea, quae acciderint, ferri
t posse et oportere, enumeratio eorum, qui tulerunt: etsi
egritudinis sedatio et hesterna disputatione explicata est,
t in Consolationis libro, quem in medio (non enim sapien-

---

ic *ferat.* Vind. 1. exhibet *humana haec patiendo efferat.* Dav. in
d. 2. dedit *patiundo.* Eandem vero, quam hic, verbi *efferendi* signi-
cationem habes in versu veteris poetae apud Cic. Or. pro Sext. 48,
2: *si laborem summa cum curâ ecferas*, ubi sunt qui minus bene
gant *afferas:* add. Lucret. I, 141 sq. *quemtis efferre laborem*, ubi
em correctores obliteraverunt verbum minus consuetum, scribendo
rferre. Vid. Ob. Gifanii in Lucretium Conlectanea p. 325. a. *Mr.*

Est autem utilis] Dav. in Ed. 2. dedit *etiam* pro *autem*, eumque
cuti sunt FAWolf. Schz. Or. Tbn. Wopkensius autem, l. c. p. 10 sq.
eferens Bentleium voluisse *item*, recte monet *autem* saepissime esse
rticulam continuativam, non adversativam, pluribus laudatis locis,
delicet Tusc. I. 33. *Hominum autem*, de N. D. II. 23. *Tum autem;*
I. 30. *Iidem autem*, de Offic. I. 4. *Commune autem.* Cui nunc
cedit Handius in Tursellino I. p. 563. itemque Or. ad Wolfii scho-
s cum Kühnero, qui comparat Graecum *dé.* Sequitur in uno Ox.
utilis. Fieri potest, ut *in* ortum sit ex ultima vocis antecedentis
tera: fortasse tamen est correctio lectoris alicuius, qui quod hic
tile esse dicitur, inutile censeret. *Mr.*

Quae acciderint] Vulgo *acciderunt*, renitentibus Reg. Pithoean.
ed. Balliol. quinque Pall. et Fabric. *D.*

quae acciderint] Accedunt Codicibus a Davisio laudatis nostri
ud. 1. 2. (quamquam hic habet *occiderint*) Mon. 1. 2. Marb. Rehd.
ud. Duisb. Vind. 1. 2. tres Oxx. (nisi quod unus habet *acciderit*)
dd. Ern. FAWolf. sqq. Kühnero magis probatur *acciderunt*: nobis
on item. Duo Oxx. habent *accidunt.* Post *ferri* deest *et* in Codd.
ind. 1. Gud. Duisb. et uno Ox. Eius loco est *etiam* in Cod. Rehd.
uo Oxx. habent *fieri* pro *ferri*, Gud. 2. omittit *et posse.* Ad v. *enu-
eratio* Beroaldus: Eiusmodi exemplis ita pollent Romani, ut ratio-
ibus Graeci. Pro *tulerunt* est *pertulerunt* in Cod. Mon. 1. quod vi-
etur esse ex glossa interpretis. *Mr.*

Etsi aegritudinis sedatio, et hesterna] „*Etsi* non convenire videtur
aic loco, cum Cicero iam nihil dicturus sit contrarium iis, quae
odo dixit." Praestat fortasse legere *Ista aegritudinis sedatio."*
ouh. „*Etsi* recordantis est, se haec iam docuisse et sine apodosi
citur, nostroque doch respondet." *Nissen. Etsi* ponitur h. l. ut
epissime *quamquam*, ita ut ad antecedentia respiciat. Exempla vide
ud Handium in Tursellino II. p. 605. *Mr.*

et hesterna disputatione] Conf. similem locutionem cap. 27. extr.
egitur in Codd. Aug. Rehd. *et externa.* Pergit Mon. 1. *disputatio
ec explicata.* Vind. 1. *disputatione sedata*: sed in marg. *explicata.*
um Mon. 1. *nec in Consolationis libro.* Unus Ox. *Est in Cona. Mr.*

quem in medio (non enim sapientes eramus) maerore] „Dum adhuc
ocens erat dolor et crudum vulnus de obitu filiae. Quod vero per
arenthesin inserit, significat se mortem filiae non tulisse ut sapien-
m, sed intemperanter: cum sapiens imperturbatus maneat, sitque
ns animus ut mundus supra lunam, defaecatus, serenus, tranquillus."
eroald. Inesse, ait Wolfius in scholis, in his levem quandam in
mmo dolore ironiam, commode significatam parenthesi inter adiecti-
um et substantivum interposita. Pro *maerore* unus Ox. habet *me-
rei* alius *veta* pro *vetat.* Cod. Aug. *cum scripsimus* pro *conscripsi-
us. Mr.*

tes eramus) maerore et dolore conscripsimus: quodque vetat Chrysippus, ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere, id nos fecimus, naturaeque vim attulimus, ut magnitudini medicinae doloris magnitudo concederet.

30 Sed aegritudini, de qua satis est disputatum, finitimus
64. est metus. De quo pauca dicenda sunt. Est enim metus,
b. ut aegritudo praesentis, sic ille futuri mali. Itaque nonnulli aegritudinis partem quandam metum esse dicebant:

---

vetat Chrysippus, ad recentes quasi tumores] Vid. Plin. Epp. V. 16: *ut enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur atque ultro requirit: sic recens animi dolor consolationes reficit ac refugit, mox desiderat, et clementer admotis acquiescit.* Conf. Plin. Ep. VIII. 5. Ovid. Trist. III. 11. 19. ex Ponto I. 3. 15.

Tempore ducetur longo fortasse cicatrix:
Horrent admotas vulnera cruda manus.

Supra III. 31. dixit noster: *ut fere nos omnia in Consolationem unam coniecimus: erat enim in tumore animus, et omnis in eo tentabatur curatio. Sed sumendum tempus est non minus in animorum morbis, quam in corporum.* Gud. habet *quasi doloris animi*, ubi glossemate vera scriptoris vox extrusa est. Duo Oxx. habent *timores*; Gud. 1. *recentis*. *Mr.*

vim attulimus ut magnitudini] Legitur *magnitudine* in Edd. A. B. S. Ven. nostr. In Vind. 1. scriptum est *magnitudo doloris* inverso ordine. *Concedendi* verbum pro simplici *cedere* Ciceroni frequenter usurpatur. Saepe confunduntur: vid. Orell. ad Cic. pro Milon. 32, 86. *Mr.*

Ut magnitudini — concederet] Nonius in *concedere*. Cicero Tusc. lib. IV. *Ut* quum *magnitudini medicinae doloris magnitudo concederet*. Sed supervacanea prorsus est secunda vox et Tullianorum Codicum fide delenda. *D.*

c. 30. *Sed aegritudini — finitimus est metus.*] Mon. 1. omittit *est*: Duisb. habet *disputatum est*. Sed noli ideo delere verbum, quamvis statim recurrat. Pergit unus Ox. *satis finitimus*. Tum alius *de qua*. Quae sequitur definitio *metus* comparanda est cum superiore IV. 7. 14. Quod autem Dav. post *Est enim* deleri volebat *metus* in Ed. 2. quia orationis cursum lutulentum reddat, itemque voci *metum* paullo inferius post *alii autem* substitui volebat *eum*, ne metus ad nauseam usque repetatur, id improbavit Wopkensius l. c. p. 36. et p. 359, neque ipse Dav. in Edd. seqq. earum suspicionum denuo mentionem fecit. — Mox unus Ox. *aegritudini*, Duisb. *aegritudinis* pro *aegritudo*. In seqq. Billerb. ait *ille* post *sic* significanter abundare. In quo de ea quam suspicatur abundantia ipse viderit. Abundare enim dici non solet ea vox, quae ambiguitatis evitandae causa ponitur. Dele *ille*, et habebis eam definitionem, ut sit metus aegritudo et praesentis et futuri mali. Quod autem legitur *illi* pro *ille* in Codd. Reg. Marb. Gud. 1. 2. et uno Ox. id quidem nihili est. Idem Ox. omittit in seqq. *metum esse*, et mox exhibet *metum primo laetitiam appellabant*. Pro *nonnulli* in Cod. Aug. est *non illi*. In Mon. 1. legitur *promolestiam*, in Gud. 1. 2. *praemolestia*. Ad eam vocem Beroaldus: „quasi anticipationem molestiae; qui cum prius torqueat, quam malum advenerit merito ita dicatur, quasi praevius duxque molestiae futurae.“ Ceterum *praemolestiae* vocabulum est ἅπαξ λεγόμενον, Ciceroni, ut videtur, ipsi non probatum. Duo Oxx. habent *appellant*. *Mr.*

ılii autem metum praemolestiam appellabant, quod esset quasi dux consequentis molestiae. Quibus igitur rationibus nstantia feruntur, eisdem contemnuntur sequentia. Nam ıidendum est in utrisque, ne quid humile, summissum, nolle, effeminatum, fractum, abiectumque faciamus. Sed quamquam de ipsius metus inconstantia, imbecillitate, leviate dicendum est; tamen multum prodest, ea, quae metuunur, ipsa contemnere. Itaque, sive casu accidit sive consilio, ıercommode factum est, quod eis de rebus, quae maxime netuuntur, de morte et de dolore, primo et proximo die isputatum est. Quae si probata sunt, metu magna ex parte iberati sumus.

Quod esset *quasi dux*] Vulgo *est*. At bene Cl. Bentleius, quod psa Latini sermonis ratio docet. *D.*

quod esset] Recepi *esset*, quod desiderari ait Ern. orationis rma, cum Dav. Ern. Alt. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. eamque ctionem habere videntur Codd. Vind. 2. Mon. 2. si fides silentio ollationum. Eius loco habent *enim* Edd. A. B. S. Ven. nostr. Reliui libri *est*. *Mr.*

Quibus igitur rationibus instantia feruntur,] Scribitur *Quibus ergo* ı Cod. Mon. 2. *Quibus enim temporibus* in Cod. Gud. ex male ctis compendiis. Unus Ox. habet *finiuntur*. „*Instantia*: praesentia. ıstans [*ἐνεστώς*] tempus Grammatici praesens dicunt. Instantia igitur ıala ad aegritudinem pertinent, sequentia sive futura ad metum.“ *eroald.* Mox Cod. Rehd. *eiusdem*, sed supra lin. *eis*; idem pro *est* abet *ēē*, Marb. *estne*. Unus Ox. habet *est utrumque*. Verba *ne tid humile* desunt in Cod. Gud. 2; idem quem modo dixi Ox. habet *biectumque*, et cum alio itemque Gud. 2. *motus* pro *metus*. Posterior abet etiam *molle et effeminatum*. Ad locutionem cf. de Off. I. 4: *ivetque, ne quid indecore effeminateve faciat*, et ib. l. 35: *quibus in ibus duo maxime sunt fugienda: ne quid effeminatum aut molle — it. Mr.*

sed quamquam de ipsius metus inconstantia] Cod. Gud. *sed quantmcunque*. Cod. Aug. omittit *de*. Unus Ox. habet *lenitate* pro *vitate*, alius eam vocem omittit. Inde a primo *metuuntur* usque ad terum in Cod. Gud., oculo scribae aberrante, exciderunt omnia. arb. habet cum uno Ox. *quae metiuntur*, Mon. 1. *quae metimur*. od. unus Ox. omittit *ipsa*; Aug. habet *sine — sine*; idem *precode* (sic). De verbis *percommode factum est*, quae praedicati vim btinent, vid. A. S. Z. 1831. II. 134. p. 1067. Quod est in Cod. Gud. *rcommodum factum* de ea forma adverbii eiusque usu vid. Handii ursellinum. II. p. 99. De simili locutione *bonum factum* vid. Forellin. Ed. nov. v. *factum*. T. II. p. 259. b. Pergunt Codd. Rehd. et ud. *quod eisdem rebus*. Locutioni *percommode factum est, quod disputatum est* similem habes ad Att. XVI, 15. pro. *Noli putare igritia me facere, quod non mea manu scribam*. — In seqq. od. Marb. iterum *metiuntur* pro *metuuntur*. Pergit Rehd. *de dolore, e morte*, Gud. et Aug. *de morte et dolore*, omisso *de* ut est in Edd. . et Rob. Steph. Primi et proximi diei disputationem vidimus in bro primo de contemnenda morte, et in secundo de tolerando doıre. Unus Ox. habet *disputandum est*. Cod. Mon. 2. *mastu* habet ro *metu*. *Mu.*

31 65. Ac de malorum opinione hactenus. Videamus nunc de bonorum, id est, de laetitia et de cupiditate. Mihi quidem in tota ratione ea, quae pertinet ad animi perturbationem, una res videtur causam continere, omnes eas esse in nostra

---

c. 31. *Ac de malorum opinione*] Legitur *Hac* pro *ac* in Gud. 2. contra *actenus* pro *hactenus* in Gud. 1. Unus Ox. habet *Hec de*, alius *Iam de*, Rehd. cum Edd. S. E. *At de*. Formula ex ipso Cicerone notissima. Est saepius in Epistolis ad Atticum, itemque de Div. II. 24. extr. *Sed haec hactenus. Nunc ad ostenta veniamus.* Post *et* excidit *de* in tribus Codd. Oxonn. Gud. et Duisb. In posteriore scribitur *de cupiditate et laetitia*. Abest idem *de* ab Edd. V. et Rob. Steph. Sequitur in Edd. Lamb. et Frc. Fabr. *mihi quidem in tota oratione*, et sic est in tribus Codd. Oxx. Rehd. Gud. quod non aspernarer, si esset in optimis. De earum vocum et sententiae similitudine et confusione non semel diximus. Vid. ad de Div. II. 26. p. 389, in primis autem ad de Legg. I. 18. p. 116. ibiq. laudd. ad Cic. de N. D. I. 37. prc. II. 1. extr. in Ed. maj. et min. — Scribitur *pertinent* in Codd. Gud. 2. Rehd. Gud. Aug. Marb. quae est correctio eorum, qui vocem *ea* (quae abest a duobus Oxx.) pluralem esse c-derent, neque ad sequentia attenderent: ut solebant librarii proxima tantum respicere, sententiam universam negligere. *Mr.*

Ad animi perturbationes] Vulgo *perturbationem*. At singularis numerus sequentibus haud convenit, nec de una tantum perturbatione sed de omnibus animi perturbationibus haec habetur oratio: quapropter emendationem Cl. Bentleii lubens amplexus sum. *D.*

quae pertinet ad animi perturbationem] „Vel potius *perturbationes*, ut correxerunt Bentl. et Dav.“ *Bouh.* Admodum obscure disputat ad h. l. Wopkensius l. c. p. 139. sq. ita tamen, ut ei Davisianam correctionem displicuisse videas. Optime Handius ad eund. p. 118. rem confecit, „Quamquam, scribens, omnes editores Bentleium sequutos esse video, non dubito tamen, quin antiquorum librorum omnium consensu servata sit integra scriptura. Nam post generalem perturbationis notionem transit Cicero ad diversas, quae illa continentur, species nominandas. In Graecis talia nullam offensionem habent.“ In eandem sententiam disputat R. Klotzius in Quaestionn. Tulliann. I. p. 113. sq. „Nam, dicens, si Cicero numero singulari est usus, ut libri testantur, *animi perturbationem* omnem eam rem dixit, quae animum perturbaret, neque tamen minus omnes res, quae animum offendere possent, uno hoc verbo est complexus. Tum nemo, opinor, in eo haesitabit, quod Cicero sic perrexit: *una res videtur causam continere, omnes eas esse in nostra potestate, omnes iudicio susceptas, omnes voluntarias:* quae verba etsi referenda sunt ad *animi perturbationem*, non tamen debent legentem morari, praesertim quum adiecto pronomine *eas* satis indicetur, quo sint referenda et orationis conformatio quasi excusetur: quod pronomen fortasse ne adiecisset quidem Cicero, nisi ante scripsisset, *quae pertinet ad animi perturbationem*. Similis negligentiae, si hoc nomine liberior illa constructio est nuncupanda, est exemplum de Finn. V. 25, 74: *Hi quidem non unam aliquam aut alteram a nobis, sed totam ad se nostram philosophiam transtulerunt:* ubi item praeter necessitatem varii varia tentarunt. Cf. Ramshorn. Gr. Lat. §. 159. 2. c. p. 357.“ Cui sententiae nunc etiam accessit Or. ad Wolfii scholas, quamquam ipse cum Dav. Ern. et seqq. omnibus receperat Pluralem numerum, quem respuunt omnes Codd. et Edd. ante Dav. *Mr.*

una res videtur causam continere,] Ad rem non necessarium vide-

potestate, omnes iudicio susceptas, omnes voluntarias. Hic igitur error est eripiendus, haec detrahenda opinio: atque, ut in malis opinatis tolerabilia, sic in bonis sedatiora sunt

---

tur addere plura, quam haec omnia disputari ex Stoicorum sententia, a qua Peripateticorum sententia longe discrepat. Ad loquendi formulam conf. de N. D. I. 1. 2: *quod vero maxime rem causamque continet — inprimis magna dissensio est.* In Codd. Gud. et Rehd. legitur *causas;* posterior habet *in nostra potestate esse.* Mox unus Ox. *in iudicio;* Gud. *voluptarias,* frequenti confusione, de qua non semel monuimus. In proximis duo Oxx. *cupidus* pro *eripiendus,* Aug. *arripiendus;* unus Ox. *opinio est;* Rehd. *error est deterrendus,* tum Gud. *et haec detr. Mr.*

Hic igitur error est eripiendus, haec detrahenda opinio: atque —] „In omnibus fere libris veteribus ita scriptum reperi *haec detrahenda opinione consererent: atque ut in malis* — quod lectorem celatum hac editione nolui, si quid forte ex hac scriptura boni elici posse existimarit." *Lambinus.* „Cod. Gryph. *haec detrahenda opinio ne consererent.* Fortasse, ex verbo corrupto *consererent,* legendum *consenescat.* Equidem vix puto temere venisse in mentem librario verbum integrum addere de suo. Ea autem forma literarum is utitur in describendo, ut mea coniectura minime longe a vero abesse videatur." *Brutus.* „Quem, quaeso, errorem eripiendum, quam opinionem detrahendam statuit Tullius? An eam, quae perturbationes *omnes in nostra potestate, omnes iudicio susceptas, omnes voluntarias* esse ponit? At ea moderandis, ac, si mavis, tollendis affectibus est utilissima: nec noster aut Oratoriam aut Logicam tam perverse didicit, ut non modo sibi repugnaret (hanc enim Stoicorum sententiam passim laudat), sed et id, quod causam suam continet, detrahendum pronuntiaret. MS. Gryph. et cuncti fere libri veteres, ut testatur Lambinus, exhibent: *hic igitur error est eripiendus, haec detrahenda opinione* (vel *opinio ne*) *consererent.* Postrema verba sunt nihili. Brutus rescribendum coniecit: *haec detrahenda opinio, ne consenescat.* Ipse legerim: *Haec* (nempe re, quam paullo ante posuit Cicero) *Hac igitur error est eripiendus: hacque, ut in malis opinatis* etc. Voces, quas delendas arbitror, primo forsan codicum marginibus adscriptae sic se habebant: *has detrahendas opiniones censuerunt;* dein textui receptae in eam, quam libri dant, formam sunt redactae. Sed hoc est hariolari." *Dav. Ed.* 2. Merito non extremam tantum annotationis partem, sed totam dixisset hariolationem. Quod quum ipse sensisse videatur, in Ed. tertia eam silentio pressit: quod nobis quidem, pro editionis nostrae consilio, facere non licuit. Ceterum quod ait Lamb. cunctos fere libros veteres habere *opinione consererent* verum non est. Solus ex omnibus nostris Gud. 2. habet *opiniōe cons'ent* (sic): reliqui cum omnibus Edd. faciunt. Omittit idem Gud. 2. *in* ante *malis. Mr.*

Tolerabiliora] Sic Ascensius, Erasmus, Manucius et alii. Vulgo *tolerabilia,* quod ex suis Codicibus post Victorium intulit Gebhardus, nec ab iis recedunt nostri. *D.*

tolerabilia] „Dav. dedit *tolerabiliora:* putavit id respondere voci *sedatiora:* quod non est. Scilicet *sedatiora* pertinet ad utrumque membrum, opponunturque *tolerabilia* in *malis* et *magna* ac *laetabilia* in *bonis:* utraque sunt efficienda *sedatiora.*" *Ern.* „*Tolerabilia* dedi, quod habent et Ed. Victor. et quatuor Pall. ac Vatic. Vulgo *tolerabiliora.*" *Gebh.* „Quod dicit *ut in malis tolerabilia* concisius dictum est, ita ut supplendum sit: *ea, quae mala ducuntur.*" *Kühn.* Merito iam improbavit Wopkensius l. c. p. 219. [299. Hand.] receptum a

efficienda ea, quae magna et laetabilia dicuntur. Atque hoc quidem commune malorum et bonorum: ut, si iam difficile sit persuadere, nihil earum rerum, quae perturbent animum, aut in bonis aut in malis esse habendum, tamen alia ad alium motum curatio sit adhibenda, aliaque ratione malevolus, alia amator, alia rursus anxius, alia timidus corrigen-

---

Davisio comparativum. Et habent *tolerabilia*, praeter Codd. Gebhardi et Davisii, Reg. (ut videtur) Gud. 1. 2. Aug. Marb. Rehd. (antecedente *opinata*) Duisb. Gud. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. (credo etiam Bern.) et quatuor Oxx. Edd. V. Rob. Steph. Herw. Leod. Brut. Sylb. Gebh. Ern. seqq. Solus Cod. Mon. 1. habet *tolleranda* (sic). *Mr.*

quae magna et laetabilia dicuntur] Videlicet ab hominibus, ideoque etiam vulgo existimantur i. e. ducuntur. Quare necessarium non duxi corrigere cum Wolfio *ducuntur*, quod recepit Or. et recepisse se ait Schz. nec tamen recepit; nam quod ait in annotatione vulgo legi *dicuntur*, id ipsum in contextis servavit, plane ut paullo superius in contextis habet *perturbationes*, dicitque in ann. ita se dedisse cum Bentleio et Dav. cum vulgo legatur *perturbationes* (sic). Eiusmodi errores sexcentos habet eius viri editio, quos intactos omittimus plerosque. Probavit item Kühn. *ducuntur*: neque ego improbarem, si esset ea proborum librorum lectio, immo maximo opere defenderem. Nunc si reciperem, Ciceronem mihi corrigere viderer. *Mr.*

Atque hoc quidem commune malorum et bonorum,] „i. e. Omnium perturbationum, quarum duae de opinatis malis sunt, totidem de opinatis bonis." *Beroald.* In Cod. Aug. est *Atque hoc idem*. In Gud. 1. a pr. m. *bonorum et malorum*. Etiam Cod. Rehd. habet *bonorum et malorum*. Pergit Mon. 1. *ut si etiam*: in quo agnoscis manum interpretis, nec ineptì, (ita enim intelligi debet) sed interpretis tamen. Similiter Cod. Aug. *ut si et iam*. Est etiam infra c. 35, 75.: *si iam ipsa illa accusare nolis*. Cod. Vind. 1. habet *sit difficile*. Verba *sit persuadere* desunt in uno Cod. Ox., alius pro *earum* habet *suarum*: ille *perturbant* pro *perturbent*: minus bene, quamvis sic etiam est in Cod. Aug. *Mr.*

aut in bonis aut in malis esse habendum,] Dav. in Ed. 2. sit vulgo esse scriptum in Edd. *aut in malis aut in bonis*. Recte. Sed nostram ordinem, quem habent Codd. fere omnes, exhibent iam Edd. V. Rob. Steph. Herw. Leod. Gebh. neque aliter seqq. Illum ordinem reperio in Codd. Duisb. et Mon. 1. Laudat Kühnerus de verborum ordine Bremium ad Cic. de Finn. III. 21. p. 353. qui cur scripserit Davisium voluisse *aut in malis aut in bonis*, quia praecesserit *malorum et bonorum*, non intelligo. De eo certe Davisius ne γρῦ quidem. Rehd. pro *esse* habet *est*, unus Ox. *habenda*. — *Motum* dicit, quam paullo superius *perturbationem*. In uno Ox. est *oratio* pro *curatio*: duo habent *habenda* pro *adhibenda*. Illud *oratio* certe non est ineptum: sed de corrigendo noli cogitare. Supra c. 28. est: *alia quaedam sit — admovenda curatio*; c. 35. pro. *sic affecto haec adhibenda curatio est*. Quam hic dicit *curationem*, c. 28. etiam dixit *sanationem, medicinam*, ibidem vero item *rationem et orationem*. Cod. Rehd. statim *aliaque idem malevoli*, et supra lin. *lis*. Cod. Gud. 2. *alia quae*. Verba *alia amator* desunt in uno Ox., alius habet *aliaque amator*. De v. *amator* diximus ad c. 12, 27, ubi opponitur *amanti*. *Mr.*

alia rursus anxius] Desunt haec verba in Cod. G. *Rursus* abest

dus. Atque erat facile, sequentem eam rationem, quae maxime probatur de bonis et malis, negare umquam laetitia affici posse insipientem, quod nihil umquam haberet boni. Sed loquimur nunc more communi. Sint sane ista bona, quae putantur, honores, divitiae, voluptates, cetera: tamen in eis ipsis potiundis exsultans gestiensque laetitia turpis est; ut, si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio. Eodem enim vitio est effusio animi in laetitia, quo p. 224. a. 66.

---

a duobus Oxx. Gud. Mon. 2. Ed. P.; *anxius* omissum est in alio Ox. Ad locutionem *Atque erat facile* conf. III. 1. 2. *haud erat sane*; de Off. I. 9. 4. *nequius erat*: Krüger: Unters. üb. d. Lat. Spr. II. p. 333 sqq. Sententia est ex Stoicorum paradoxo intelligenda: in solo sapiente esse bona: neminem laetari posse nisi qui habeat bona: nihil unquam boni habere insipientem, nunquam igitur eum posse laetari. Quod autem dicit *quae maxime probatur*, id Ciceronem Academicum prodit. Pergit Cod. Gud. *de malis et bonis*: videlicet quia supra est *malorum et bonorum*. In Cod. Duisb. est, item inverso ordine *posse affici*, et statim *qm̃* pro *quod*. Voluit intelligi sive *quum* sive *quoniam*. Duo Oxx. pro *insipientem* habent *sapientem*. Cod. Mon. 1. pro *habèret* exhibet *habeat*: in quo agnoscis correctorem Latinitatis non accurate gnarum. Imperfectum coniunctivi ponitur ex mente eorum de quibus dicitur *facile erat — negare* etc. Bouh. in seqq. legi vult *loquamur* pro *loquimur*: qua coniectura nihil est minus necessarium. Cod. Mon. 1. habet: *sed more nunc communi loquimur*. Cod. Marb. habet *hunc* pro *nunc*. Eam vocem omittit unus Ox. qui pro *more* habet *in ore*, quam frequentissimam confusionem esse nemo nescit. Vid. Sciopp. de Arte Crit. p. 50. Verba *sed — communi* desunt in Cod. Gud. 2. In Cod. Aug. est *nunc de more*. *Mr.*

Sint sane ista bona] „Palat. quart. Fabr. Vatic. *sunt sane.*“ *Gebh.* *Sunt* ex nostris Codd. habet solus Duisb. In Mon. 1. est *sin sane*. *Mr.*

honores, divitiae, voluptates, cetera:] „Haec scriptura tuetur se auctoritate Pall. tert. quart. Vaticani. In Fabr. Palat. quint. editur *et cetera tamen* male: ut et in Ed. Victor. *voluptates: cetera tamen.*“ *Gebhard.* „In similibus locis additam fere legimus copulam, sed eam a librariorum imperitis manibus intrusam. De Legg. III. 9. 21. ibiq. Goerenz. p. 243. de N. D. III. 14. 37. de Finn. IV. 13. 35. V. 7. 18.“ Klein. Add. Goerenz. ad Cic. de Finn. IV. 2. 4. p. 423. Kritz. ad Sall. Cat. 43. p. 100. Ferre non potuerunt complures librarii hoc ἀσύνδετον, quare scripserunt vel *et cetera*, ut est in duobus Oxx. Vind. 1. Duisb. (quo non contentus scriptor Cod. Rehd. dedit *et cetera huiusmodi*) vel *ceteraque*, ut habent tres Oxx. Mon. 2. Gud. Edd. ante Gebh. (exceptis P. V. Rob. Steph. Leod. Brut. Sylb.). Similiter Lucretius II. 1084: *Solem, lunam, mare, cetera.* Unus Ox. omittit *ipsis*, Marb. habet *pociendis*, duo Oxx. et Gud. 2. (hic a 1. m.) *potiendis*. Ad sententiam et verba conf. Cic. de Finn. III. 10. 35: ἡδονὴν appellant, *ego malo laetitiam appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam.* In uno Ox. deest *est*, in alio est *ut etsi*. Ad seqq. paucis moneo, laudari nostrum locum a Zumptio V. Cl. ad Verrin. I. 60. 155. eumque scribere, nescio unde, *vituperatur*, ab eoque hunc locum in iis poni, in quibus Coniunctivi et Indicativi forma misceatur (p. 231 sq.). Ex nostris certe libris nullus habet *vituperatur*. *Mr.*

Eodem enim vitio est] „Puto legendum esse *in vitio*. Si enim

in dolore contractio: eademque levitate cupiditas est in appetendo, qua laetitia in fruendo: et ut nimis afflicti mole-

---

illa forma hic esset *vitio est*, deberet esse *pariter enim in vitio est*, aut similiter.“ *Ern.* „Uti quis *esse* dicitur *virtute, forma, aetate*: sic h. l. *vitio, levitate.* Nec addi necesse est *in*, uti voluit Ernestus.“ *Nissen.* Beierus, ad Cic. de Off. I. 29. 104. de nostro loco loquens, excidisse, ait, videtur *in*, cum librarios deciperet, quod sequitur: *eademque levitate cupiditas est in appetendo, qua laetitia in fruendo.* Utriusque tamen constructionis dispar est ratio. Solenniter dicitur *in vitio est* e. g. de Off. I. §. 23. §. 62. Fin. V. 11. 31. de eo, quod *vitiosum* est, et §. 42. de Off. I. *in eadem sunt iniustitia* pro *aeque iniusti sunt.* Ellipsin autem praepositionis ante pronomen relativum [videlicet, quod post *laetitia* sequitur *quo*, pro *in quo*] notavimus ad de Off. I, 16. 51. p. 123. I. 31. 112. p. 138.“ Contra Klotzius Quaest. Tull. I. p. 115 sq. (in eo tantum errans quod Ernestum suam coniecturam recepisse ait, quod certe non fecit in Ed. 1776.) „Particulam *in*, ait, quum Wolfius iure his de verbis derogasset, C. Beierus [ad de Off. 1. l.] exstitit, qui eam revocaret — — quod non recte factum est, quum nemo hodie dubitare queat, quin casus ablativus hoc loco bene se habeat. Estque hoc ridiculum, quod nonnulli negarunt eandem his in verbis esse posse constructionem atque in sequentibus: *eademque levitate cupiditas est in appetendo, qua latitia in fruendo.* Ernestus vero quod ait, debere esse *pariter enim vitio est*, si illa forma hic esset, *vitio est*, id ita est comparatum, ut ob summam viri doctissimi laudem tacendum ducam.“ Nihil addo, nisi aliam esse rationem loci, qui supra legitur III. 9. 19: *inflatus et tumens animus in vitio est*: aliam item locorum quos Beierus laudat I. 7. 23. *tam est in vitio, quam si* — et I. 19. 62: *ea animi elatio — in vitio est.* fateorque me ad Cic. de Rep. I. 28. p. 116. laudatis locis ad Famm. VI. 4. et de Rep. I. 23. diversa miscuisse. Ceterum vid. Heinrich. ad Cic. de Rep. p. 182. coll. Orell. ad Cic. Opp. T. IV. 2. p. 593. Add. Schuppii Prolusionem Hanoviensem a. 1830, quae inscribitur: Bemerk. üb. einige Gegenstände d. Lat. Grammatik. Censorem Lips. 1831. 140. p. 1114 ad Cic. de Rep. I. 23. J. Bekium in Censura eiusdem libri Bibl. Crit. nova III. Vir quidam doctissimus mihique amicissimus ait *quibus studiis semper fuerit* eo loco ideo non esse latinum, quia ablativi tales (*quanto dolore fuerim*) passivi aliquid in se habeant, quod non cadat in illam locutionem. Ceterum nostro loco unus Ox. omittit *enim* cum Cod. Rehd. In Duisb. legitur *in eodem vitio est hec* (sic) *fusio.* Ad locutionem conf. Cic. Lael. 13. 48: *ut et bonis — quasi diffundantur, et incommodis contrahantur. Mr.*

„*effusio animi in laetitia*] „Pal. quart. *laetitiam.*“ *Gebh.* Ita plane locutus est Justin. XII. 13: *totusque in laetitiam effusus.* Sed nostri loci alia est structura et ratio. Scribitur etiam *haec fusio* pro *effusio* in uno Ox. quod ortum est ex scriptione *ecfusio*, ut dedit Dav. Cod. Marb. omittit omnia, quae sunt inter prius et posterius *laetitia.* Rehd. post *dolore* addit *est.* Cod. Aug. habet *effusio animi et laetitia*; idem *eaque levitate*, Gud. *eadem enim levitate.* Rehd. *eademque levitatis cupid. est.* Duo Oxx. omittunt *est*; alius *quae* pro *qua. Mr.*

Ut nimis adflicti, molles; ita *nimis elati laetitia, iure inde[illegible] leves*] Haec est eximia praestantissimi Bentleii coniectura. Vulgo *nimis afflicti* (Pall. sec. quart. Vatic. Reg. et Pithoean. *adflicti*) [illegible]

stia, sic nimis elati laetitia iure iudicantur leves. Et quum

lestia, sic animi (Reg. et Pithoean. *animis*) *elati laetitia, iure iudicantur leves. D.*

et ut nimis afflicti molestia, sic animi elati laetitia] „vet. cod. *sic animis elati.*“ marg. *Lamb.* et *Goth.* „Pall. sec. quart. Vaticanus *afflictio molestia.*“ *Gebh.* „Nihil felicius coniectura Bentleii a Dav. recepta *ut nimis afflicti molles, sic animi elati laetitia iure dicuntur leves.*“ *Bouh.* Haec fuit fortasse Davisii scriptio in Ed. 1. quae ad manum non est. In Ed. 2. iam eam reperio lectionem, quae recepta est in tertia. Lallemannus etiam scripsit *sic nimis elati* addiditque: Ita Lambinus et Davisius e veteri libro, cui proxime accedit unus e regiis. Vulgo *sic animi elati.*“ *Mr.*

sic nimis elati laetitia] „Vulgo est *sic animi elati laetitia*; at illud, quod nos dedimus e correctione Bentleii, optime respondet alteri, *nimis afflicti molestia.* Consentit MS. Davisii et Alemanni. Tum sequens *iure iudicantur leves* est commune utrisque, nimis afflictis molestia, et nimis elatis laetitia. Sed tamen non displicet Bentleii coniectura, addentis *molles* post *nimis afflicti molestia* [vides Ernestum errare in referenda Bentleii coniectura], quam et Dav. et Buh. probavere.“ *Ern.* „Certissimam Bentleii coniecturam cum Wolfio recepi.“ *Schz.*

et ut nimis afflicti molestia, sic nimis elati laetitia iure —] Non nego ingeniosam esse Bentleii coniecturam, sed nego Ciceronem esse corrigendum, si optimorum librorum scriptio, paucissimis immutatis, commodam praebet sententiam. Librorum autem scriptio haec est: Reg. Pith. Gud. 1. *et ut nimis afflictio molestia, sic animis elati laetitia*, duo Pall. Vat. Gud. Guisb. eodem modo, sed *animi* pro *animis*; Gud. 2. *ut et nimis afflictio molestia, sic animi elati*, Bern. *et ut nimis afflicti molestia* et sic etiam Mon. 1. 2. qui in seqq. item habent *sic animi*; Aug. *et ut nimis afflictio molesta, sic animi elati*, Gud. *et ut nimis afflictio molesta, sic ai elati laetitia iudicantur leves iure.* Marb. *et ut nimis afflicto molestia, sic nimis elati laetitia iure dicantur leves.* Solus Cod. Vind. 1. habet *leves res.* Bentleii emendationem, quae est in annot. Davisii, nemo totam recepit. Dederunt Wolf. Schz. et Or. *et ut nimis afflicti molles, sic nimis elati* — Ego vero cum Nobb. et Tbn. secutus sum lectionem Edd. reliquarum omnium, quod ad partem priorem: in posteriore habent *animi elati* P. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Rob. Steph. Asc. 1. 2. Junt. HWolf. Goth. In Ed. Lall. receptum est ex Reg. *animis.* Klotzius quoque l. c. p. 116 sq. servatam vult eam lectionem, quamquam concedit esse in Bentleii, Dav. Wolfii, Schz. et Orellii scriptione permultum, quo ea se commendet, verbum *molles* apprime ad h. l. esse aptum, neque multum a librorum vestigiis recedere. Sed cum in altera enunciationis parte dicatur *sic nimis elati laetitia iure iudicantur leves*, et, si illam coniecturam sequamur, illud *afflicti* nomine substantivo videatur esse destitutum, quod oppositione in altera illa parte (*sic nimis elati laetitia*) necessario postuletur; se aliquando coniecisse ait: *et ut nimis afflicti molestia molles, sic nimis elati laetitia iure iudicantur leves.* Tum quidem nemo haereret et singula quaeque verba haberent quod eis responderet. Sed cum librorum scriptio optime possit explicari, eamque levitati semper opposita esse soleat gravitas, utque gravis autem vir res adversas moderate fert, sic levis homo adversis rebus deponat spem fiatque mollis; apparere ait, nostro Ciceronis loco *leves* ad utramque pertinere enuntiationem: dicit enim Cicero de Off. I.

invidere aegritudinis sit, malis autem alienis voluptatem capere, laetitiae; utrumque immanitate et feritate quadam

---

26. 90: *ut adversas res, sic secundas immoderate ferre levitatis est*: ergo nostro quoque loco *nimis afflicti molestia*, et *nimis elati laetitia* dici possunt *leves*. Quae mihi verissime videntur disputata. *Mr.*

Et quum invidere aegritudinis sit, malis autem —] Cod. Mon. 1. habet *in malis*. Ad haec autem (*malis* etc.) Goth. in marg. habet explicandi causa additum ἐπιχαιρεκακεῖν. Mirum autem est commentum Nissenii dicentis: „Rectius erat: *laetitiam capere, voluptatis*. Sed vulgatum quoque ferri potest." Imo vero nihil aliud. Errore saepissime obvio, de quo saepius monuimus, in Cod. Aug. est *voluntatem* pro *voluptatem*. Mox unus Ox. *et ferocitate* pro *et feritate*. Verb. ex MS. nescio quo enotavit *proposita et proponenda*. Prius est vel glossa vel correctio hominis, qui nesciret significationem Gerundivi differre a Participio Futuri Passivi. Sententia est: castigari solet et invidia et ἐπιχαιρεκακία eo quod talibus hominibus proponitur immanes esse et feros eos homines, qui illis vitiis in animo locum concedant. *Mr.*

Atque ut confidere decet] „Verbum hoc *confidere* τῶν μίσων est, iń bonam partem accipitur et in malam: hic in bonam, ut apud Virgilium: *Et afflictis melius confidere rebus*. Confidentia pro temeritate et audacia usurpatur. Pacuvius: *Grandem, atque atrocem coërce confidentiam*." *Beroald.* Virgilii locus est Aen. I. 452. Pacuvii locus est ex Atalanta (apud Nonium) in P. Scriverii Collectann. Vett. Tragicorum p. 52. *Mr.*

atque ut quum diffidere decet] „In aliis omnibus est: *atque ut confidere decet*. Hoc autem verbum laudis esse, atque a timendo discrepare, libro superiore dixit: *Sed et diffidere decet*. Admonet enim Epicharmus: *μέμνησο ἀπιστεῖν*. Ego tamen *confidere* probo, quum praesertim sic a Nonio adducatur." *Frc. Fabric.*

atque ut confidere decet] „Alius *diffidere*, alius *ut non fidere*." *Gebh.*

Atque ut confidere *decet, timere non decet: sic gaudere decet, laetari non decet*] Sic hunc locum exhibet Nonius in *laetari*; sic et omnes, quantum constat, Mssti. Nisi vero dormitarit Tullius, haud ita dare potuit; oppositio scilicet inter *confidere* et *timere* non pari gressu procedit ac inter *gaudere* et *laetari*. Lambinus igitur rescribendam coniecit *diffidere*. Non incommode quidem, si vulgarem loquendi modum spectes; sin autem sermonem Stoicum, quem Tullius hoc in loco sequi debet, attendas, non ita bene; his enim philosophis vitiosa est *diffidentia*. Stobaeus Eclog. Ethic. pag. 183. Aiunt Stoici sapientem *οὐκ ἀΠΙΣΤΕΙΝ, τὴν γὰρ ἀπιστίαν εἶναι ψεύδους ὑπόληψιν, τὴν δὲ πίστιν ἀστεῖον ὑπάρχειν*. En igitur nostram coniecturam! Legendum contendo, *atque ut cavere decet, timere non decet: sic gaudere decet, laetari non decet*. Omnino recte; et ita edendum curavi. Noster supra cap. VI. *Cum cum ratione animus movetur placide atque constanter, tum illud* gaudium *dicitur; cum autem inaniter et effuse animus exsultat, tum illa* laetitia *gestiens vel nimia dici potest: quoniamque ut bona natura adpetimus, sic a malis natura declinamus; quae declinatio cum ratione fiet, cautio appelletur, eaque intellegatur in solo esse sapiente; quae autem sine ratione — nominetur metus*. Vide quae notavimus ad eum locum. Augustinus C. D. XIV, 8. *Stoici tres constantias esse voluerunt, pro tribus perturbationibus, in animo sapientis; pro cupiditate voluntatem; pro laetitia gaudium; pro metu cautionem*. Seneca Epist. 85. *Non timebit illa* (vir fortis)

proponenda castigari solet. Atque ut confidere decet, timere

sed vitabit. Cautio illum decet, timor non decet. Adi sis et Arrianum Epictet. lib. II. cap. 1. *D.*

atque ut confidere decet] „Satis probaverunt Bentleius et Davisius, *confidere* ferri non posse. Prior legit *diffidere*, posterior *cavere*, quia *diffidere* erat in vitiis secundum philosophos, *cavere* autem in laudibus ponebatur. Probaretur mihi item lectio posterior, nisi longius discederet a libris. Fortasse Cicero scripsit *consulere*; certe saepius iungit hoc verbum verbo *providere.*" *Bouh.* „Britanni correxere *cavere*, quia, ut in seqq. *gaudere* et *laetari*, ex eodem sunt genere, quodammodo tamen differunt, sic et hic esse debeat; sed *confidere* et *timere* esse contraria. Sed id satis non est. Cicero τὸ nimium modo repudiat: et hic *confidere* et *timere* sunt e contrariis generibus, ut post *contractio* et *elatio.*" *Ern.* „*Confidere* etsi defensum ivit Ern., mihi tamen non persuasit. Verbum requiritur, cuius notio non adversa timori, sed eo inferior sit. Puto legendum *non fidere.* cf. not. ad III. 7. 14." *Nissen.* Recepit Or. post Dav.-FAWolfium, Schz. *cavere:* non receperunt Nobb. et Tbn. Sed Kühnerus *cavere* unice verum putavit, iisdem quibus Davisius, rationibus ductus. Lambinianum Bentleianumque *diffidere* improbat, hoc certe loco, quo Cicero Stoicorum vestigia premat, nec vulgare dicendi genus sequatur: quia Stoici diffidentiam in vitiis ducebant. Klotzius denique l. c. p. 120 sqq. primum probat reiectum esse a Davisio *diffidere* (quamvis receptum sit ab Oliveto). Non posse enim, ait, probata illa coniectura intelligi, quemadmodum *diffidere* verbo gaudendi respondeat, nisi diffidere dicas esse non temere timere, quemadmodum hoc verbum usurpatum sit nunquam. Tum vero reprobat non tantum Nissenii et Bouhierii coniecturas, nemini probatas, sed Davisianam quoque, receptam a viris criticis quos diximus. „Ego, ait, illud efficiam atque enitar, ne istam quidem coniecturam merito antelatam esse librorum scripturae. Namque uti negare non possum, saepe numero cavendi verba et timendi inter se esse opposita, atque etiam cautionem aeque dictam esse Ciceroni a timore differre, atque gaudium a laetitia, sic hoc loco illud ita esse scriptum pernego. Faciunt enim Ciceronem subtilius loquentem atque acutius, quam aut voluit ipse aut pro re nata potuit. Nam quum Cicero toto hoc loco id contendisset, esse non minus in secundis rebus modum tenendum, quam in adversis: dixissetque, in ipsis bonis potiundis exultantem gestientemque laetitiam turpem esse etc. Tum, ut paucis, quod efficere pluribus studuerat, repeteret, usus est his verbis: *atque ut confidere decet, timere non decet, sic — decet.* Quae verba, quum res adversae toto hoc loco secundis opponantur, hoc dicunt: atque ut in rebus adversis confidere decet, timere non decet; sic in rebus secundis gaudere decet. — Quod si ita accipimus (neque aliter ullo modo poterit fieri) orationem habebimus aequabilem atque rotundam hancce: atque ut in rebus adversis in eo est modus servandus, ut quum maxima sit timoris causa, eam ita tamen temperes, ut confidas nec te tradas sollicitudini; sic in rebus secundis eo occasionem laetitiae moderabere, ut gaudeas quidem, sed te laetitiae non tradas. Nam quem ad modum in rebus adversis confisio est temperantia atque continentia a timore ac sollicitudine, ita in rebus secundis gaudium est revocatio ab exsultante et gestiente laetitia. Id nobis Cicero voluit ante oculos ponere: quare non potuit *cavere* scribere, quod, quum cautionis et providentiae notionem inferat, hoc loco tolerari non potest. Quod si quis denique de verbi confidendi significatione, quae tamen

non decet: sic gaudere decet, laetari non decet; quoniam
67. docendi causa a gaudio laetitiam distinguimus. Illud iam supra diximus, contractionem animi recte fieri nunquam posse, elationem posse. Aliter enim Naevianus ille gaudet Hector,

Laetus sum laudari me abs te, pater, a laudato viro:

---

secundum explicationem meam ab illa, quae est prima atque usitatissima, non recedit, dubitet, is conferat infra c. 37. §. 80: *et si fidentia — necesse est esse metum:* unde satis apparet eum, qui confidat, neque temere assentiri in rebus secundis, neque temere timere in rebus adversis." Egregie. De differentia autem, quam ponit Cicero inter *gaudium* et *laetitiam*, vide disputantem Doederleinium Lat. Synon. u. Etymol. III. p. 244. ubi de ipso nostro loco agitur. In lectione omnes fere libri consentiunt. Unus Ox. habet *ut virtus fidei decet*; Aug. *ut considere decet*, Vind. 1. *ut confidere solet*; alius Ox. *confidere dicet*; alius omittit verba *sic — non decet*. *Mr.*

sic gaudere — non decet] Post *sic* addunt *quidem* Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Pro *laetari* est *laetitia* in Ed. A. Cod. Rehd. pro *quoniam* habet *quomodo*; unus Ox. *decendi*, idem cum alio *gratia* pro *causa*. Rehd. *distinximus* pro *distinguimus*: ubi rursus vides hominem, ut saepissime, Ciceronem corrigentem: distinctionem istam iam factam esse eum (supra §. 13.) admonet. *Mr.*

Illud iam supra diximus,] Respice IV. 6. 14. IV. 7. 14. Nissenius qui non reperiret, ubinam Cicero hoc dixerit, putabat verba *contractionem — elationem posse* a glossatore esse. Bouh. praeter necessitatem coniecit *illud tamen*. Scribitur *contractione* in uno Ox. et Codd. Reg. Aug. et Mon. 2. In Rehd. est *nunquam recte fieri posse*, in Gud. *recte fieri non posse nunquam posse*; in uno Ox. *curationem animi*. Scribitur in Edd. ante Dav. *fieri contractionem animi recte negant*. Cod. Gud. 2. habet *recte fieri non posse*. *Mr.*

elationem posse] Absunt haec a tribus prioribus Pall. qui et antecedentia verba ita digerunt: „contractionem animi recte fieri nunquam." *Gebh.* Desunt verba *elationem posse* in Cod. Vind. 1. et uno Oxon., alius Ox. cum Mon. 2. habet *elatatione*, Aug. *elevatione*. Cod. Gud. habet *Terentianus ille*. Vind. 1. 2. habent *Hector gaudet*. Unus Ox. habet *illis* pro *ille*. *Mr.*

Laetus sum laudari] Vulgo distinguunt ac legunt,

Laetu' sum
Laudari me abs te, pater, laudato viro;

quo modo nec Iambicum metrum constat, nec Trochaicum. Nos continua serie scribimus, ut versus sit Trochaicus, reponimusque *a laudato viro*, quem ad modum iubent Petrens. Balliol. et Bak. Quin etiam sic, ut edidimus, laudat noster lib. XV. Fam. Ep. 6. ubi monet Hectoris apud Naevium esse verba. Vide et lib. V. Epist. 12. Ad ea respicit Seneca Epist. 102. *D.*

Laetus sum laudari me abs te —] „Non reprehendo Davisii rationem, huncce versiculum ita scribentis:

Laetus sum laudari me abs te, pater, a laudato viro:

Magis tamen placet ea ratio, qua utitur Vossius [G. J.] ad Tragicorum vett. Latt. fragmm. p. 65:

Laetu' sum, laudari me, pater, abs te, laudato viro." — *Bouh.* „Versus Iambicus octonarius videtur. Legerim: *pater, ter laudato viro*. Alii aliter. Mihi haec correctio facillima videbatur." *Nissen.* Bouhierii scriptionem, ut suam emendationem, recepit Bill.

aliter ille apud Trabeam:

Léna delenita argento nútum observabit meum,
Quid velim, quid stúdeam: adveniens digita impellam
iánuam:
Fores patebunt; de improviso Chrysis ubi me aspexerit,

Nos Codices sequimur et optimos et plurimos. Unus Ox. omittit *me*, alius *viro*, alius cum Mon. 1. et ut videtur, Vind. 2. *a*, quod abest etiam ab Edd. P. V. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. Brut. Ald. Boul. Sylb. Goth. Lambb. Rob. Steph. Leod. Gebh. Ern. Bill. In Cod. Rehd. est *abs te pau* (*pi*) [in altera collatione dicitur habere *pauter*]. *a laud. viro:* supra lin. *pariter*. In Epp. ad Famm. V. 1. 2. 7. extr. est: *Placet enim Hector ille mihi Naevianus, qui non tantum laudari se laetatur, sed addit etiam a laudato viro.* et XV. 6. prc. *Laetus sum laudari me, inquit Hector, opinor apud Naevium, abs te, pater, a laudato viro. Ea est enim profecto iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt:* et hoc loco sunt, qui omittant *a*. Or. ex Edd. L. M. enotavit: *pater, abs te, laudato viro,* quem ordinem voluerunt quos supra dixi. Locus Senecae Ep. 102. est: *Cum Tragicus ille apud nos ait, Magnificum esse laudari a laudato viro: laude dignum ait. Mr.*

Aliter ille apud Trabeam] „*Aliter* i. e. elatione indecora et turpi laetitia. Trabea poeta est, cui inter comicos octavum locum assignat Sedigitus, qui sic ait loquens de poëtis comicis: [apud Gellium N. A. XV. 24.]

Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet.

M. Tullius alibi usurpat versiculos Trabeae: qui ait lib. 2. de Finib. [c. 4.] *Nam et ille apud Trabeam voluptatem animi nimiam laetitiam dicit, eandem, quam ille Caecilianus, qui omnibus laetitiis laetum esse se narrat.*" *Beroald.* „Eieci, quod sequebatur, *Chaerea,* cum neque agnoscatur quinque Pall. neque Fabriciano." *Gebh.* Conf. de Trabea Baehrii Gesch. d. Röm. Litt. p. 71. not. 13. ed. pr. In Codd. Rehd. et Gud. legitur *aliter enim ille*, in Mon. 1. *Trabeam Cheream.* Additur *Chaerea* in Edd. C. V. M. L. Rob. Steph. Herw. Ald. Boul. Goth. Brut. Leod. Car. Steph. Sylb. *Mr.*

Lena delenita] „Sic (*delenita*) Gryph. ut supra [IV. 9. prc.] *deleniens.*" *Brut.* „Similes sunt Philemonis versus ap. Athen. L. XIII. p. 569. E. quos egregie vertit et correxit Fr. Jakobs. in Wielandi Alt. Mus. II. 3. p. 139. 136 sq." *Schuch.* Scripsi *delenita* ex Codd. Gryph. Reg. (sine dubio, quamquam collatio nostra tacet) Gud. 1. Edd. Dav. Or. Poëta paronomasiam captavit, quae est in *Lena* et *delenita.* Quod vero scribitur *laena* in multis Edd. novissimis quoque Nobbii et Tbn., post Gebh. Ern. Schz., id non magis probari potest, quam discrimen, quod esse volebat Drakenb. ad Liv. 7, 35. inter *delenire* et *delinire*, refutatus iam ab Ern. in Glossario Liviano. Scribitur *leva* pro *lena* in duobus Codd. Oxx. et Ed. Ven. nostr. Unus illorum Oxx. habet *linita*, alter *declinata argumento;* in alio est *nutum observabat*, alius cum Duisb. habet *observabis.* Pergit Gud. 2. *Quid vel inquit.* Rehd. pro *lena* habet supra lin. *lana.* Ad v. *digito impellam ianuam* laudat Kühn. Terentium Eun. II. 2. 53. *Qui mihi nunc uno digitulo forem aperis fortunatus,* ibiq. Ruhnken. Dictata. *Mr.*

Foris patebit] Ita recte Cl. Bentleius. Vulgo *fores patebunt,* metro renitente. *D.*

Fores patebunt] „Ut metro succurreret, corrigendum existimavit

A lacris obviám mihi veniet, cómplexum exoptáns meum,
Mihi se dedet. —
Quam haec pulchra putet, ipse iam dicet:
— *Fórtunam ipsam anteibo fortunis meis.*
32 Haec laetitia quam turpis sit: satis est diligenter atten-
68.

b. hunc versum *Fori patebit.* Quae emendatio tam commoda visa est Davisio, ut eam in editionibus suis posterioribus receperit. Ego vero miror eos non didicisse a populari eruditissimo Chr. Wassio de Licent. Vett. poëtt. p. 160, quod multis ille exemplis probavit, *fores* μονοσυλλάβως esse enuntiandum, ut *Fres*, neque igitur quicquam esse mutandum." *Bouh.* Nissen. probat Bentleii emendationem: necessariam eam existimat Kühn. cum Grotefendio, qui ita legendum existimat, ne ceteris trochaicis iambicus admisceatur versus. Ego vero cum Wolfio, Schz. Or. Tbn. Nobb. librorum omnium lectionem restitui, quae salvo metro stare potest: quamquam si libris bonis firmaretur Bentleii lectio, eam praetulissem. In Cod. Vind. 1. legitur: *Fores patebunt de improviso. Cyrrhus ubi* — Scribitur *Crisis* in Codd. Marb. Mon. 1. 2; *Cripsis* in uno Ox.; *apexerit* in Mon. 1. Vind. 2. *conspexerit. Mr.*

Alacris obviam mihi veniet,] Cod. Gud. 2. *A lacrimis mihi obviam veniet,* tres Oxx. *venerit,* Aug. *venit* cum Duisb. et Ed. P.; Cod. Marb. *venit et*; legitur etiam *mihi obviam* in Codd. Rehd. Mon. 1., *mi* in Edd. V. et Rob. Steph. Pergit unus Ox. *complexum expectans.* Tum Mon. 1. *mihi sed debet,* Duisb. *mihi sedet,* in uno Ox. est *mihi se deceret,* in alio *mihi se dedat,* Gud. 2. *mihi se decet.* Idem omittit *Quam:* contra Gud. habet *quamquam,* omittitque *putet.* In seqq. Gud. 2. exhibet *anteibo ipsam.* Vocem *ipsam* omittunt tres Oxx. Ad locutionem *Fortunam — anteibo fortunis* Wolfius ait hunc verborum lusum non admodum esse gratum. Monet contra Or. non displicuisse Romanis eiusmodi delicias, veluti Plaut. Mostell. II. 1. 4: *Nec Salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest*; quem imitatus est Terent. Adelph. 4, 7. extr. *ipsa si cupiat Salus Servare prorsus hanc familiam non poterit:* et Cicero Or. pro Fontej. 6, 11. *Mr.*

Cap. 32. Satis *est diligenter adtendentem*] Cl. Bentleio placet, *facile est diligenter* etc. *D.*

satis est diligenter attendentem penitus videre] Recepit Dav. Bentleianam coniecturam *facile* pro *satis* in Ed. 2. non addito Bentleii auctoris nomine. „Sensum, ait Ern., hoc aptum loco non efficit. melius *facile* est, ut dedit Dav., cui tamen et *attendenti* aptius esset, quam *attendentem.*" Nissen. ad haec verba addit explicans: — „ut non opus sit istam voluptariam laetitiam longiore disputatione perstringere. *Satis est* sunt verba eius, quem pertaesum sit rem odiosam tractare." FAWolf. in scholis explicat: satis est attendere, ut penitus videamus. Addit Or. exquisitius dici *satis est*: languere orationem, si scribas *facile est:* male autem Ernesto placuisse *attendenti.* Recte ad h. l. et ad similes Klotzius Quaest. Tull. I. p. 71: „Ibi, ait, *accusativo* locus est casui, ubi participium vel adiectivum aptius cum infinitivo coniungitur, ita ut dicatur, quem ad modum illud, quod verbo significatur, fiat factumve sit: tum autem *eidem* casui, qui est subiecti ad quod referatur, quum illud participium magis cum persona ea, quo est referendum, cohaeret, quasi quaedam proprietas." Cod. Rehd. *attendendum,* supra lin. *tem,* unus Ox. et Gud. 2. item *attendendum,* sed posterior addit *aut* ante *penitus*; Duisb. *satis est diligentem penitus videre.* Mox Gud. 1. *qui haec*

dentem penitus videre. Et ut turpes sunt, qui efferunt se laetitia, tum quum fruuntur Venereis voluptatibus: sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. Totus vero iste, qui vulgo appellatur amor, (nec hercule invenio, quo nomine alio possit appellari,) tantae levitatis est, ut nihil videam, quod putem conferendum. Quem Caecilius

— *deûm qui non summûm putet,*

---

ferunt: orto errore, ut saepissime, ex antiqua scriptione *ecferunt*, quam in hoc verbo semper ex Reg. recepit Dav. Orta inde est etiam scriptio *haec efferunt*, quae est in uno Ox. In Cod. Gud. est *se efferunt*, omisso verbo *laetitia*. Pergit Cod. Mon. 1. *tunc cum*. Legitur *Veneris* in Codd. Mon. 1. Gud. quae lectio orta est ex scriptione Codd. Gud. 1. 2. Duisb. Mon. 2. *Veneriis*. Unus Ox. habet *qui eis*, alius *concupiverunt*, alius *cupiverunt*. Scribitur *volgo* in Cod. Gud. 2. ut edidit Dav. sine dubio ex Cod. Reg. Duo, quos modo dixi, Oxx. omittunt eam vocem. Vind. 1. habet *vocatur* pro *appellatur*. Mox Cod. Mon. 1. *ut hercule*, unus Ox. *nec herculem*. Ad v. *quo nomine alio p. a.* monet Wolfius in scholis distinguere commode Graecos inter ἐρᾶν et φιλεῖν. Cod. Rehd. habet *appellari possit*. *Mr.*

Quem Caecilius etc.] „Sententia est ex Euripidis Auge, unde versus hos Stobaeus c. 61. adducit: ἔρωτα — θεόν.

Amorem qui deum magnum non iudicat,
Et maximum divum omnium coelestium,
Aut stultus est, aut ductus imperitia
Nescit, deus quis hominibus sit maximus.

Exstant iidem versus, sed mutilati apud Athenaeum I. 13.“ *Fre. Fabr.*

deum qui — existimet —] „Haec si poëtica sunt, certo legendum est *quis*. Verum ita *stultum* et *rerum imperitum* ad amorem pertinebunt. non bene, opinor. Quocirca potius Ciceroni tribuenda videntur, legendumque *existimat*.“ *Nissen*. Certe *existimat* legendum et cum verbis *Quem Caecilius* iungendum. Habent autem *existimat* Edd. E. M. Dav. FAWolf. Schz. Or. Tbn. Cod. Mon. 1. 2. et MS. in marg. Asc. nostr. 2. Ortum est *existimet* ex prava constructione et accommodatione huius verbi ad *putet*, cum non viderent *existimat* extra versum poni. In Cod. Vind. 2. est *quod* pro *qui*, in Duisb. *putet summum*, in eodem deest *esse*, in Gud. est *imperitum esse*. Aug. habet: *quem celius deum quidem qui non*, Gud. 2. omittit *rerum*; Gud. 1. a 1. m. habet *imperium*, sed *t* supra scriptum est. Cod. Mon. 1. exhibet *quem Cecilius dicit deum*. *Mr.*

deum qui non —] Spengelius in Fragmm. Statii p. 55 sq. hosce versus ita scribit, ut nos edidimus, et cum Bentleio post paenultimum unum excidisse statuens lacunae signum posuit asteriscis interpositis. Addit praeterea haec: „Hos versus in Synaristosis, in quibus plura de amore, fuisse putat Davisius, in Andria Meineckius Fragmm. Menandr. p. 19. Cum incertum sit, in qua Menandri fabula hi ex Euripide translati versus (v. Eur. Fragmm. p. 96. Matth.) exstiterint, de Caecilio quoque coniicere non licet. Optime Bentleius: *Ego vero Amorem deum . . . . existimo*. Ex eiusdem sententia lacunam versus indicavimus.“ „Menander p. 19. ed. Meineckianae [p. 14. ed. Cleric.]

— — — — τὸ δ' ἐρᾶν ἐπισχοτεῖ
ἅπασιν, ὡς ἔοικε, καὶ τοῖς εὐλόγως
καὶ τοῖς κακῶς ἔχουσιν. —

Conf. Valckenar. Diatrib. Euripid. p. 157. Schweighaeuser. ad Athen.

Aut stúltum, aut rerum esse imperitum existimat
Cui in manu sit, quem ésse dementém velit,
Quem sápere, quem sanári, quem in morbum iniici,

---

naeum T. VII. p. 261 sq. qui, non monito lectore, scribit *putat* et *existumo*." *Schuch.*

Deum qui non summum putet] Haec ex Euripideis illis [ex fabula *Auge* inscripta:] ducta censent viri dooti:

Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν
Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον,
Ἢ σκαιός ἐστιν, ἢ καλῶν ἄπειρος ὤν
Οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν.

Exstant apud Stobaeum Serm. LXI. pag. 387. quod primus, nisi fallor, monuit Petr. Victorius Var. Lect. XIV, 4. Leguntur etiam apud Athenaeum lib. XIII, pag. 600. et hoc quidem modo:

Ὅστις ἔρωτα μὴ ΜΟΝΟΝ κρίνει θεόν
Ἢ σκαιός ἐστιν etc.

Corrupte; secundus enim versus excidit, et in primo legi debet,

Ὅστις δ' ἔρωτα μὴ ΜΕΓΑΝ κρίνει θεόν etc.

Quid tamen Euripidi cum Comoedia? Revera Caecilius Menandri Συναριστώσας vertit, quod ex Nonio discimus. Illic autem Amoris potestatem miris modis extulerat, ut ex hisce patet, quae Stobaeus ibidem laudat:

— Ἔρως δὲ τῶν θεῶν
Ἰσχὺν ἔχων πλείστην ἐπὶ τούτου δείκνυται.
Διὰ τοῦτον ἐπιορκοῦσι τοὺς ἄλλους θεούς.

In deperditis itaque versibus Euripidem Menander est imitatus; (id quod libenter fecit, teste Quinctiliano X, 1.) Menandrum Caecilius expressit. *D.*

cui in manu sit] i. e. penes quem sit, in cuius arbitrio sit, dementem facere, quem dem. esse velit. „Legam *cuius*, nam hoc usitatius est, nec repugnat metro." *Ern.* Recepit *cuius* FAWolf. in Edd. 2. et 3. et habere videtur eam scriptionem Cod. Duisb. Equidem si revera reperissem in uno Codice, quamvis facile excidere potuerit syllaba *us* compendio scripta [9], interpreti tribuerem vel correctori, ut lectionem *quia illi*, quam habet unus Ox., quae manifesto prodit glossam lectionis *cui*. Cod. Marb. habet *cui immanus sit*. Mon. 1. *cui in manum sit:* quae lectio admonet structurae Ciceronianae similis plane: *esse in potestatem*, de qua diximus ad Cic. de Legg. III. 17. 37. Codd. Reg. Gud. 1. *demente*. Duo Oxx. habent *quem dementem velit*. *Mr.*

quem esse dementem velit,] „Nam amare et sapere ne Jovi quidem conceditur." *Leodeg. a Qu.* Vid. Erasmi et aliorum Adagia p. 292. ubi haec in veteri senario sunt:

Amare et sapere vix deo conceditur.

Vid. Senecae et P. Syri Sentent. p. 2. (ed. J. Gruteri, Lugd. Bat.) ibid. p. 53 sq. quod ita Graece convertit Jos. Scaliger: ἐρᾶν ἅμα φρονεῖν τε κ' οὐ θεῷ πάρα. *Mr.*

quem sapere, quem insanire,] „Ita Victorius omnesque MSS. tam Pall. quam Fab. Vatican. vulgo *sanari*." *Gebh.*

Quem sapere, quem sanari] Sic Manucius, Lambinus et alii, Cl. Bentleio probante. Vulgo *insanire*. *D.*

quem insanire] „Dav. et Bentleius *sanari*, probante Buherio. Ego causam necessariam non video. videntur potius hic mala mera esse, ut in v. sequente mera bona. Contra in sequente v. melius puto in fine esse *arcessier*, ut gradus apti sint, *amari, expeti, arcessi,*

Quem cóntra amari, quem éxpeti, quem arcéssier.

O praeclaram emendatricem vitae, poëticam! quae amorem, 69.
flagitii et levitatis auctorem, in concilio deorum collocan-

---

praesertim cum et MSS. adstipulentur." *Ern.* „Assentior Ernesto, mera hic mala enumerari. Nam si *sanari* legi debeat, procul dubio verba sic transponi debeant: *quem in malum inici, quem sanari.* In *sapere* intelligo, si bene successerit, quod speraverit [?]." *Nissen.* Haec nihili esse nemo non videt. Edidi *sanari*, quod in vetustissimis Codd. locum cessit correctoris cuiusdam emendationi, qui necessarium existimaret, opponi verbo *sapere* contrarium. Nobiscum faciunt duo Codd. Oxx. Edd. M. L. Ald. Car. Steph. Boul. Brut. Sylb. Dav. FAWolf. seqq. In Edd. B. S. C. Asc. 2. Junt. est *sanare*, in Edd. A. et Ven. nostr. *sanire*, in reliquis *insanire*, Cod. Gud. habet *quem sapientem esse velit*, (ubi habes glossam insignem pro *sapere*) *quem insanire*. In fine versus veteri more scriptum est *inici* in Codd. Gud. 1. 2. Marb. et in hoc quidem *iici*. *Mr.*

quem contra amari —] In hanc sententiam ait Percius: [V. 172:]

Quidnam igitur faciam? nec nunc, cum accersor, et ultro
Supplicet, accedam?

Quod ex illo Terentiano exscriptum videtur; [Eunuch. I. 1. 1.]

Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem,
Cum accersor ultro?" *Beroald.*

„*Arcessiri* habet Cod. Gryph. ut Lamb. Alii excusi *accersiri* habent." *Brut.*

quem arcessiri, quem expeti] „Ita malui cum Lambino [pro *accersiri*] ex vet. Cod. ac quinque Palat. et Vatican. Sed iidem omnes quoque: *quem expeti quem arcessiri.*" *Gebh.*

Quem arcessiri, quem expeti] Sic vulgo. Cum vero Mssti repraesentent, *quem expeti, quem arcessiri*; omnino legendum

Quem contra amari, quem expeti, quem arcessier,

prout edendum curavimus; et ita fere olim dedit Erasmus. Vide Terentium Eunuch. Act. III. Sc. III, 4. *D.*

quem arcessiri, quem expeti] „Placet Bentleii et Davisii ratio. Cod. Reg. duo Leidd. ed. mea vet. et plures aliae habent *quem expeti, quem arcessiri.*" *Bouh.* Ernesti sententiam vid. paullo superius, cui accedit Nissen. probans item Bentleii rationem, itemque Lall. Schz. Or. Nobb. cui et nos accedendum duximus, cum sit ita scriptum in vetutissimo Cod. Bern. et MS. in marg. Asc. 2. (*accersier*) itemque in Ed. E. In Codd. Gud. 1. Vind. 2. Marb. Ed. Ven. Alt. est: *quem expeti, quem arcessiri*, in Codd. Gud. 2. Aug. Rehd. Duisb. Gud. Mon. 1. 2. Vind. 1. Edd. P. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. *quem expeti, quem accersiri*; in Edd. C. V. M. L. Car. Steph. Rob. Steph. Herw. Leod. Brut. Ald. Boul. Sylb. Gebh. et novissime Tbn. *quem arcessiri* [pleraeque vett. *accersiri*] *quem expeti*. Nescio quo errore Ern. Bip. Mannh. ediderunt *quem arcessier, expeti quem*. Pergit unus Ox. *o quam praeclaram*; alius omittit *vitae*, idem cum tertio habet *quem* pro *quae*. Mon. 1. *vitam poeticam*; quorum errorum causa in promptu est. Ad v. *quae Amorem* in marg. Ed. Ven. Alt. est: Seneca in Hippolyto: *Deum esse amorem turpi servitio favens*

Finxit libido! quoque liberior foret,
Titulum furori numinis falsi dedit.

Habent *amore* Codd. Gud. 1. 2. *Mr.*

flagitii et levitatis auctorem] Omittunt *et* Edd. A. B. S. E. et Ven. nostr. Cod. Mon. 1. habet *actorem*. Idem cum Vind. 1. *in consilio*, Duisb. *in concilium*. Rehd. *putet collocandum*. Mon. 1. *putat*.

dum putet. De comoedia loquor: quae, si haec flagitia non probaremus, nulla esset omnino. Quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum?

Tú me amoris, mági' quam honoris, sérvavisti grátia.

Pergit Vind. 1. *de comoedia loquimur*. Münnich. in libro de Ciceronis de Rep. libris p. 20. volebat *de comoedia loquor?* merito reprehensus ab Or., qui laudat de Finn. V. 33. Tusce. I. §. 34. I. §. 2. monetque non ita interrogare solere Ciceronem. In Cod. Vind. 1. legitur: *de Comoedia loquimur*. *Mr.*

quae, si haec flagitia non probaremus,] „Constanter duo Pall. quart. quint. Fab. *si haec flagitia nos probaremus.*" *Gebh.* Tres Oxx. *quae si haec nos flagitia probaremus.* Mon. 1. *flagitio.* Habent *nos* pro *non* etiam Gud. 1. 2. Marb. et, quamvis collatio nostra taceat, certissime etiam Reg. *Mr.*

Si haec flagitia non probaremus] Sic Med. Balliol. Bak. aliique Codices. At cum Reg. Pithoean. Pall. quart. quint. et Fabric. dent *si haec flagitia* nos *probaremus*, Cl. Bentleius legit *nisi haec flagitia nos probaremus*. *D.*

si haec — non probaremus] Recepit Bentleii emendationem Dav. in Ed. 2. Nos, quamquam aliquot ex optimis libris non consentiunt, in plurimorum Codicum lectione bona acquiescere, quam scriptionem nullo plane libro firmatam amplecti maluimus. Ad v. *nulla esset omnino* intellige: nam his flagitiis repleta est Romanorum comoedia, a nova potissimum Graecorum comoedia ducta. *Mr.*

Quid ait ex tragoedia princeps ille Argonautarum] „Jasonem intelligit, qui in tragoedia Medea verba haec dicebat ad Medeam, quam expulerat. Significat autem tragoediam, opinor, Ennii, cui titulus est Medea, de qua in primo de Finibus [c. 2.] sic scriptum legimus: *quis enim tam inimicus paene Romano nomini est, qui Ennii Medeam — spernat aut reiiciat?* Euripides apud Graecos scripsit Medeam, apud nostros exstat Medea Senecae. Grammatici identidem citant Ennium et Accium poëtas in Medea." *Beroald.* „Sic restituendum est ex Victor. Pal. quart. inclinante huc Pal. tert. qui *aut* legit: quint. vero: *quid ex tragoedia princeps ille Argonautarum Jason?* Quod probarem absente nomine ducis. Vulgo: *quid autem ex tragoedia.*" *Gebh.* „Non *ex tragoedia*, sed *apud tragicum*, sicut puto, Tullius dixisset. Lego *quid* ait *in tragoedia princeps ille* etc." *Dav.* in Ed. 2. „Verba *ex tragoedia* molesta sunt. Ego glossam puto. Nec opus ea erat addere, cum *princeps ille Argonautarum* satis innueret de tragoedia esse sermonem." *Nissen.* Non offendit ea lectio Wolfium, qui *ex tragoedia* explicat: *tragicus:* neque debuit Ern. se applicare coniecturae Davisianae, ab ipso Davisio in Ed. 3. reiectae. Recte Heinrich. ad Cic. de Rep. 176: Cicero, ait, ut Graeci, loquitur; eodemque, non aliorsum, pertinet ex Poetica Aristotelis illud ἐκ τῶν Νίπτρων. Pro *ait* est *autem* in Codd. Mon. 1. 2. Duisb. quinque Oxx. Edd. ante Gebh. exceptis V. Rob. Steph. Herw. marg. Crat. Leod. Solus Cod. Gud. 2. cum Pal. tert. habet *aut*. Cod. Duisb. habet *ille princeps*, unus Ox. omittit *ille*. Post *Argonautarum* addunt *Jason* duo Codd. Oxx. MS. in marg. Asc. 2. Edd. S. E. *Mr.*

Tu me amoris —] „Non hoc Jason omnino apud Graecum poetam dicit, quamvis intelligat se vere posse dicere, quia perspicit orationem esse invidiosam et quae proficisci existimari posset ab ingrato animo ab iis qui non multum viderent. Quare non confidere se illi dicit, nec defensionem in hoc argumento collocare. Ennius tamen videtur, quantum ex hoc versiculo suspicari licet, magis illi tri-

Quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitavit incendia! Atque ea tamen apud alium poëtam patri dicere audet, se coniugem habuisse

---

buisse: nisi potius aliquis arbitretur, apud alium tragicum poetam, sive apud hunc ipsum altera in Medea, id quod expressit Cicero, pronuntiasse Jasonem." *Victorius.* V. Lectt. XV. 8.

Tu m' amoris magis quam honoris servasti gratia.] „Hoc scripsi fiducia editionis Vict. et quinque Pall. tum Fabr. Alias: *Tu m' amori' magis, quam honoris servavisti gratâ.*" *Gebh.* „Sed apud Victorium tam in Ed. Rob. Stephani, quam Iuntae est *servavisti*, nec notus ibi apostrophus, nec ullus edidit *gratâ.*" *Gronov.*

Tu me amoris] Verba sunt Jasonis ad Medeam, quae Graece sic leguntur apud Euripidem Med. vs. 530.

— Ἔρως σ' ἠνάγκασε
Πόνων ἀφύκτων τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

In vulgatis erat, *honoris* servasti *gratia*; quam lectionem, licet agnoscant Mssti, respuit tamen metri ratio. *D.*

Tu me amoris —] „Versus hic in aliis libris ad numeros melius quadrat hoc modo:

Tu me amoris magi', quam honoris servavisti gratia."
Frc. Fabr.

„Omnes fere Codd. MSS., in quibus sunt Codd. Reg. duo Leid., mea Ed. vet. habent *servasti.* Bene correxit Dav. sed ut magis conspicuum sit metrum, scribe:

Tu m' amori' magi' quam honori' servavisti gratia." *Bouh.*

Plankius in Ennii Medea p. 91. edidit: . . . . . *tu me amoris*
Magis, quam de honori servasti grátia.

Addit se cum Wolfio de metro constituendo nolle pugnare: explicat autem sententiam ex mente H. Columnae: Sunt verba Jasonis ad Medeam, qua ingratitudinem ei exprobrante, quod post tot tantaque a se accepta beneficia dimissa sit, purgat se ipse, potiusque, ait, se a Medea amoris impatientia ex periculis fuisse ereptum, quam honoris ergo. — Est h. l. παρήχημα *amoris — honoris*, de quo vid. Beier. ad Cic. Lael. 23, 87. p. 137. Add. quos laudavimus supra ad 17, 38. Scripsi autem versum, ut est in Edd. C. V. M. Rob. Steph. Herwag Ald. Boul. Lamb. Goth. Sylb. Brut. Verb. Ern. seqq. nisi quod in nonnullis *m'* scribitur, in aliis *magis*. Est *conservavisti* in MS. marg. Asc. 2. et Ed. E. Unus Ox. habet *me servasti.* Cod. Reg. *tum ea moris magis quam honoris servasti gratia.* Vind. 1. *me amoris potius quam*: agnoscis interpretem. Gud. 2. *Tune amoris — servasti.* Habent etiam *servasti* Codd. Mon. 1. 2. Pergit unus Ox. *Qui igitur*, Aug. Rehd. *Quid igitur.* Gud. omittit proximum *hic*: in uno Ox. est *amor medet.* Vind. 1. quanta *malorum.* Habent *excitavit incendia* Codd. omnes: sed *incendia excitavit* habent Edd. ante Gebh. excepta Ed. P. Est tamen in marg. Edd. Lambb. et Goth. Labinum edidisse, ut nos edidimus. Sed vulgatum antiquitus ordinem ex Lamb. 1566. enotavit Or. Pergit unus Ox. *atque ea tum. Mr.*

apud alium poetam] „Fortassis Attium significat, qui et ipse Medeam scripsit." *Beroald.* Eadem est sententia Bouhierii. Schützius significari sibi videri ait Attium in Argonautis. In Cod. Mon. 1. est *poetam predicere*; in Rehd. *dicere patri audet*, in Gud. *patri audet dicere*; in Gud. 2. *sed coniugem illum habuisse, amor* etc. Est etiam *sed coniugem* in Gud. 1; *illam* habet Mon. 1. In Ed. P. recepta est glossa *plus potest.* Pergit Gud. 1. *potiorque haec* (supra lin. a 2. m. *est*) *patre*, Gud. 2. *potior est patre*; unus Ox. *plus*

I'llum, Amor quem dederat, qui plus póllet potiorque est patre.
33 Sed poetas ludere sinamus, quorum fabulis in hoc flagitio
70. versari ipsum videmus Iovem. Ad magistros virtutis, philosophos veniamus: qui amorem negant stupri esse, et in eo litigant cum Epicuro, non multum, ut opinio mea fert, mentiente. Quis est enim iste amor amicitiae? cur neque

---

posset, Vind. 1. *patre est.* Sola, ut videtur, Ed. Alteri habet *potior qui est.* Utrumque versum ut Iambicum quaternarium scripsit Bilderbeckius ex sententia, ut videtur, Grotefendii. *Mr.*

qui plus pollet potiorque est] Ad verborum sententiam conf. quae posuit Doederlein: Lat. Synon. u. Etymol. IV. p. 163; 7. 8. 9. *Mr.*

c. 33. *quorum fabulis — ipsum videmus Jovem*] Commode monet Wolfius in scholis, *fabulis* h. l. intelligendum esse *μύθοις*, nec vero *fabulis scenicis.* Quod si esset, scripturum fuisse Ciceronem *in fabulis.* Vocem *ipsum* omittunt duo Codd. Oxx. Cod. Mon. 2. habet *Jovem videmus.* Mox Vind. 1. *veniamus philosophos. Mr.*

qui amorem negant stupri esse,] „sed amicitiae conciliatorem." *Beroald.* Cod. Gud. *stupri negant esse.* Cod. Mon. 1. *amorem stupri causam negant esse,* infelici interpretis conamine; Cod. Rehd. *amorem negant stupricem* (sic). Mon. 2. omittit proximum *et.* Cod. Duisb. *ut mea fert opinio,* elegantiore scilicet verborum ordine, quo huius et Rehd. Codicis scriptor Ciceronem saepissime ditarunt. Gud. 2. habet *qui amorem stupri negant et —,* omisso *esse.* Unus Ox. habet *mentientem,* alius *mentienti. Mr.*

Amorem negant stupri esse, et in eo litigant cum Epicuro] Decrevere Stoici, Amorem *μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας.* Vide Diogenem Laertium lib. VII. §. 130. Athenaeus lib. XIII. pag. 561. *Πονηριανὸς δὲ Ζήνωνα ἔφη τὸν Κιτιέα ὑπολαμβάνειν τὸν Ἔρωτα θεὸν εἶναι, ΦΙΛΙΑΣ καὶ ἐλευθερίας ἔτι δὲ καὶ ὁμονοίας παρασκευαστικόν, ἄλλου δ' οὐδενός.* Contra Epicurus amorem definit *σύντονον ὄρεξιν ἀφροδισίων,* ut docet Alexander Aphrodisiensis apud Suidam in *ἔρως.* Et

Haec Venus est nobis; hinc autem est numen Amoris,

si Lucretio fides IV, 1052. Utrique falsi; nam duplex vel etiam triplex est Amor; de quo multa multi. Vide sis inter alios Maximum Tyrium Diss. XXIV, 3. Apuleium Apol. pag. 419. Habit. doct. Plat. pag. 610. Lucianum Amor. Tom. I. pagg. 899. 900. Themistium Orat. XXII. pag. 281. et Himerium apud Photium col. 1032. Hinc recte decrevit Aristoteles, *εἶναι τὸν Ἔρωτα μὴ μόνον συνουσίας, ἀλλὰ φιλοσοφίας,* ut Laertius V, 31. sed omnino legendum *ΦΙΛΙΑΣ,* quemadmodum patet ex Stobaei Eclog. Ethic. pag. 193. *D.*

Quis est enim iste amor amicitiae] De verborum ordine *quis est enim* in Ephemerid. Scholast. Univ. (Allg. Schul. Ztg.) 1827. II. 26. p. 204. vir quidam doctus, qui sub Philomathis nomine latet, se observasse ait paucis locis exceptis Ciceronem semper scribere *quis enim est, quae est enim,* et *quid est enim:* prioris ordinis legitimi exceptionem se reperisse nostro loco, Verrin. II. 1. 58. et de Off. I. 2. Ad rem Muretus Varr. Lectt. XV. 4. p. 349. ed. Ruhnk. „Quaesitum est, ait, ex me, quem aut Cicero aut Philosophi Graeci *amorem amicitiae* dicerent. Respondi hoc eos *προκάλυμμα* nequitiae suae obtendere solitos esse, ut dicerent, amorem suum non ad corporum commistionem, sed ad constituendam amicitiam referri: atque ita eum vocasse *ἔρωτα ἐπὶ φιλίᾳ,* id est, ut Cicero interpretatur, *amorem amicitiae.* Plutarchus: *ἔρως γὰρ εὐφυοῦς καὶ νέας ψυχῆς ἁψάμενος εἰς ἀρετὴν διὰ φιλίας τελευτᾷ.* et paullo post: *οὐ συνουσίας γὰρ αὐτὸς ὁ ἔρως,*

deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem? Mihi quidem haec in Graecorum gymnasiis nata consuetudo videtur; in quibus isti liberi et concessi sunt amores. Bene ergo Ennius, p. 225. a.

Flágiti principium est nudare inter civis córpora.

καθάπερ τῶν γυναικῶν. Idem in Numa: *ἀνδρὶ δὲ οὐκ ἔστι σύμμιξις πρὸς θεὸν, οὐδὲ ὁμιλία σώματος· ἀγνοοῦσι δὲ, ὅτι τὸ μιγνύμενον ᾧ μίγνύται τὴν ἴσην ἀνταποδίδωσι κοινωνίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ φιλίαν γε πρὸς ἄνθρωπον εἶναι θεῷ καὶ τὸν ἐπὶ ταύτῃ λεγόμενον ἔρωτα.* Fuisse autem amores illos in Graecia usitatos, etiam illud indicio est, quod, qui eo vitio laborabant, *more Graecorum facere* dicebantur. Cicero quinto Tusculanarum Dionysium ait tyrannum habuisse *more Graecorum* quosdam adolescentes amore coniunctos [c. 20.] Aemilius Probus in Alcibiade: *Ineunte adolescentia amatus est a multis more Graecorum.* Xenophon libri secundo *παιδείας: ἀλλ' ἦ καὶ σὺ, κατὰ τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον, ὅτι καλόν ἐστι, περιάγῃ τοῦτο τὸ μειράκιον.*" Cod. Rehd. omittit *est*, cum Mon. 1. in Mon. 2. et duobus Oxx. deest *enim.* Mon. 1. et Rehd. habent *amor iste*, ut est in Edd. ante Gebh. exceptis V. Rob. Steph. Herw. Leod. Cod. Duisb. omittit *iste.* In seqq. unus Ox. exhibet *amet* pro *amat*, Mon. 2. *nec* pro *neque*; alius Ox. cum Gud. 2. non habet *senem.*

Neque formosum senem] Hoc facetissime notat Lucianus in Amor. Tom. I. pag. 890. *D.*

Mihi quidem haec in Graecorum gymnasiis] Quatuor Oxx. Mon. 2. Gud. non habent *quidem.* Ad rem laudat Wolfius Platonis Convivium c. 6. et 7. quo commode respexisse ait Ciceronem: Kühnerus Astium ad Platon. Sympos. XIV. 4. — In Cod. Mon. 1. scribitur *gimnasis. Mr.*

in quibus isti liberi et concessi sunt amores] Cicero de Rep. IV. 5: *in Graecia*, ait, *opprobrio fuisse adolescentibus, si amatores non haberent*, ubi vid. annot. nostr. p. 423. „Corn. Nep. Praef. §. 4: *Laudi in Graecia ducitur adolescentulis, quam plurimos habere amatores.* Notus sane est Thebanorum *ἱερὸς λόχος*, de quo vid. Plutarchum in Pelopid. p. 287. et Athenaeum Lib. XIII. p. 561. Noti item Spartanorum amores, quos castos esse contendunt Aelianus V. H. III. 12. ac Maximus Tyrius Dissert. X. p. 112. Hic tamen confitetur Diss. IX. p. 96. *τῇ τε ἄλλῃ Ἑλλάδι καὶ πολὺ μάλιστα ταῖς Ἀθήναις μεστὰ πάντα ἀδίκων ἐραστῶν καὶ μειρακίων ἠπατημένων.* Simile iudicium de Boeotis et Eleis tulit Libanius Declam. XIX. p. 501." *Dav.* Ed. 1. Add. Cragium de Rep. Lacedaem. p. 178 — 180. Habet unus Ox. *et liberi*, alius *libere.* Rehd. *amatores* pro *amores:* quod debetur sine dubio sive acumini sive arrogantiae correctoris. Cod. Mon. 1. *bene ergo ut Ennius*, Duisb. *bene ergo ait Ennius*; unus Ox. cum Edd. ante Gebh. *Bene igitur Ennius:* quod ille, ut apparet, ex libris MSS. tacite correxit. Unus Ox. habet *Emnius. Mr.*

Flagiti principium etc.] „In Gymnasiis exercitationibusque Graecorum corpora nudabantur. Lacedaemonii primi, ut docet Thucydides, corpora certaturi nudaverunt, propalam se exuentes, oleoque unxerunt. *Graeca res*, ut inquit Plinius, *nihil velare.* Plato in V. de Rep. non solum viris, sed etiam mulieribus corpora nudanda exercendaque gymnasticis exercitationibus esse permittit." *Beroald.* Vid. G. J. Voss. de quatuor artib. popularib. p. 22. (de Gymnast. §. 43) H. Mercurialis de Arte Gymnastica p. 20. in primis autem P. Fabri Agonistic. II. p. 116 — 120. ed. Lugd. 1592. ubi pleraque omnia habes ex veterum scriptis collecta. Add. Cragium de Rep. Lacedaem. p. 157. Wesseling. ad Herodot. I. 8. extr. L. Docderlein. ad Tacit. Ann. I.

Qui ut sint, quod fieri posse video, pudici; solliciti tamen et anxii sunt: eoque magis, quod se ipsi continent et coër-
71. cent. Atque ut muliebres amores omittam, quibus maiorem licentiam natura concessit: quis aut de Ganymedi raptu dubitat, quid poëtae velint? aut non intelligit, quid apud Eu-

---

35. in Seebod. N. Archiv. I. 4. p. 78. Nissenius, ut nescio qualem ex hoc versu, quem trochaicum esse negat, quamvis trochaici speciem prae se ferat, effingeret Iambicum octonarium, legendum esse coniecit *nudarier*. In uno Ox. legitur *flagitiis*; in Rehd. *principium est flagitii*; in uno Ox. *esse* pro *est*; in Vind. 1. *inter se cives*, quod est correctoris; in Aug. *vices* pro *cives*; in Gud. *corpora inter cives*. Pergit unus Ox. *quamvis ut sint*; alius habet *quo fieri posse videt*; Aug. *posse fieri*, Mon. 1. *fieri non posse*: quae est correctio lectoris suam sententiam Ciceroni obtrudentis. Pro *quod* est *sicut* in Edd. ante Gebh., exceptis P. V. Rob. Steph. Leod. Libri MSS. omnes in *quod* consentiunt. Ad locutionem *ut sint* vid. quos laudat O. M. Müller. in Curis sec. ad Cic. Or. pro Sest. p. 9. — In Cod. Vind. 2. legitur *et solliciti*, in uno Ox. *et attriti sunt*; in Aug. *quod saepe ipsi*, in Marb. et Mon. 1. scribitur *cohercent*, in uno Ox. *mulieris* pro *muliebres*, errore ex antiqua scriptione *muliebris* orto: in alio *maiorem letitiam*, in duobus *permisit* pro *concessit*. *Mr.*

Qui ut sint, quod fieri posse video] „Reprehendi Victor. scripturam, quam video exstare quoque in quinque Pall. Fab. Vat. Vulgo *sicut fieri posse*." *Gebhard.* „Itaque sic nunc quoque edidi, quum *quod* in Gruteriana sit intermissum, etiam prave in hac negligentia sequentibus posteris." *Gronov.*

quis aut de Ganymedi raptu dubitat,] Unus Cod. Ox. omittit *quis*, quatuor cum Mon. 2. habent *autem*. Scripsi autem *Ganymedi* cum Dav. Or. Tbn. ex Codd. Gud. 1. et Reg. Vid. Schneider. Lat. Formenl. I. p. 163 sqq. Ramshorn. Lat. Gr. p. 49. Ed. 1. Ad rem vid. quos laudat Klopfer. in Lex. Mythol. I. p. 742—744. In primis huc faciunt Pind. Ol. X. extr. et Hygin. Fabb. 224. 271; quod ad sententiam Minuc. Felix. c. 22. — Unus Ox. habet *dubitabat*. Mox Ed. P. *quod poetae — quod apud*; unus Ox. *Euripidem alloquatur*; alius omittit proximum *quid* et exhibet *laus* cum Gud. 2. Marb., *Leus* habet Cod. Mon. 2.; idem Ox. qui habet *laus*, pergit *denique hominis doctissimi*. God. Gud. pro *raptu* habet *raptutu* (sic). *Mr.*

Quid apud Euripiden et loquatur et cupiat Laïus] Ph. Beroaldo videtur Laïus apud Euripidem in Phoenissis amores praeposteros optare; nec alia mens est Aldi nepotis. In animo habuerunt Phoeniss. vs. 15. ubi Laïus

Ἐλθὼν ἐρωτᾷ Φοῖβον, ἐξαιτεῖ θ' ἅμα
Παίδων ἐς οἴκους ἀρσένων κοινωνίαν.

At vero turpiter se dederunt hi Catones; nihil enim aliud hoc voto continetur, nisi ut Laïus ex Iocasta prolem masculam suscipiat: quod a nefanda ista *παιδεραστίᾳ* distat quam longissime. Interpretes reliqui ne *γρῦ* quidem. Videamus igitur, an a nobis solvi possit hoc Problema. Laïus Chrysippum filium Pelopis ardebat. Vide Scholiasten in Phoeniss. vs. 1748. et quae notarunt Interpretes ad Aeliani V. H. XIII, 5. Hoc argumentum Chrysippo fabula tractavit Euripides; et in Agathonis sane gratiam, si nonnullis credimus. Adi sis eundem Aelianum lib. II. cap. 21. Ad illud drama respexisse nostrum, cunctis, ut puto, fiet credibile. *D.*

apud Eurip. et loquatur et cupiat Laius] „Pertinet ad amorem

ripidem et loquatur et cupiat Laïus? quid denique homines doctissimi et summi poëtae de se ipsis et carminibus edant et cantibus? Fortis vir in sua re publica cognitus, quae de iuvenum amore scribit Alcaeus? nam Anacreontis quidem tota poësis

---

eius in Chrysippum, ut vidit Dav. Vide plura apud Valckenarium Diatr. in Fragmm. Eurip. p. 23." *Ern.* In seqq. Dav. in Ed. 2. dedit *de se ipsi*, nihil monens, quam vulgo legi *ipsis:* et habent illud quinque Oxx., itemque Verb. Lall. Oliv. Ern. Mannh. Bip. Nobb. idque voluisse Bentleium vides ex eius annot. Sed male: vult enim dicere: *non de aliis;* nec vero: *non alii de ipsis.* Codd. Rehd. et Duisb. omittunt *se.* Posterior habet *eciam* (sic) *carminibus;* Mon. 2. et tres Oxx. *et de carminibus:* male. Sed non male legitur *edunt* pro *edant,* in Cod. Mon. 1. Edd. Lamb. et Frc. Fabr.; nimirum, ut monet Or. ut sit nova interrogatio neque pendeat a verbis *aut non intelligit.* Mon. 2. habet *et cantibus edant. Mr.*

Fortis vir in sua re publica cognitus] „Miror non mentionem fecisse viros criticos lectionis, quam non potuerunt non videre in Ed. Ald. aliisque nonnullis et mea ed. vet., quamque habet non tantum unus Leid. sed etiam unus Cod. Davisii, ut apparet ex eius Ed. 1., videlicet *in summa re publica.* Ducit haec lectio, ni fallor, ad veram Ciceronis manum; *in summa rei publicae.* Ita loquebantur Latini Ciceronis tempore de iis, quos vellent dicere praeesse summis in re publica rebus. Vid. Or. pro Sext. Rosc. Am. 32: *qui summam rerum administrabat:* convenit haec lectio eo magis in Alcaeum, quia Alcaeus rei militaris in patria sua summam administrasse constat." *Bouh.* Nissen., non accurate inspecta Bouhierii coniectura, credebat eum coniecisse *in summa re publica,* idque probabat. Et utrumque quidem dixit Cicero, et *summa res publica,* Or. in Catil. III. 6. 13. de Invent. I. 16. 23. utroque tamen loco sunt qui legant *rei publicae; summa rei publicae* est in Verr. Act. II. L. II. 10. extr. ubi tamen Or. et Zumpt. ediderunt: *Pertinet hoc ad summam rem publicam.* Ceterum habent *in summa re publica* quinque Codd. Oxx. Gud. 2. Marb. (*suma*) Mon. 1. 2. Gud. Duisb. Edd. P. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. De locutione utraque vid. Gronov. ad Liv. 38, 50. p. 544. *Cognitus* h. l. in laudem dicitur ut apud Ovid. Metam. 12, 69. ubi vid. Gierig. Caesar. B. G. I. 28. Legitur *cognitusque* pro *cognitus, quae* in uno Ox. Edd. A. B. S. Ven. nostr. Junt. Asc. I. 2. Ad v. *de iuvenum amore* laudat Billerb. Meinersii librum qui inscribitur: Betracht. üb. d. Männerliebe d. Griechen, in ej. Verm. philosoph. Schrr. I. p. 61 — 119. et Wolf. in Introd. ad Platon. Sympos. (vernacule scripta) p. 63. *Mr.*

scripsit Alcaeus] „Inter poëtas lyricos Graecos Alcaeus est magnificus, brevis, diligens et plurimum Homero similis: sed in lusus amoresque descendit. In parte operis aureo plectro donatus, quia tyrannos insectatus est, quod et Quintilianus memorat, et Horatius significat illo versu: *Et te sonantem plenius aureo Alcaee plectro.* Patriam habuit Mitylenen: — dilexit puerum nomine Lycum, quem carmine lyrico celebravit. Hinc Horatius de Alcaeo loquens sic refert [Od. I. 32. 9 — 12.]

Liberum et Musas Veneremque, et illi
Semper haerentem puerum canebat,
Et Lycum nigris oculis nigroque
Crine decorum." *Beroald.*

est amatoria. Maxime vero omnium flagrasse amore Rheginum Ibycum, apparet ex scriptis.

34 Atque horum omnium libidinosos esse amores videmus. Philosophi sumus exorti, (et auctore quidem nostro Platone,

---

scripsit *Alcaeus*] „Pro *scribit* e MS. Corradus Quaest. p. 349. sic et Dav. dedit.“ *Ern.* *Scribit* dedi cum V. Rob. Steph. Leod. Gebh. FAWolf. Sehz. Or. Lall. Dav. Nobb. Tbn. ex Codd. Reg. Gud. 1. Rehd. Duisb. Aug. tribus Oxx. (nisi quod in uno est *scribat*). Conf. Alcaei Reliquiae coll. A. Matthiae (Lips. 1827.) p. 42 sq. Verba *nam Anacreontis* etc. ita intellige, quasi scriptum sit: *Anacreontem praetereo; nam tota eius poësis* etc. Amavit praecipue puerum Bathyllum, quod et ex ipsius carminibus patet et ex Horatii loco Epod. 10, 14:

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium. Iam vid. Anacreont. Carm. Rell. ed. Th. Bergk. p. 5.

Proximum *vero* abest ab uno Ox.; tres habent *Regium*, unus cum Gud. 1. Mon. 2. Marb. *reginum*, Mon. 1. *Rhegium*, Aug. *regnum ibi cum apparet*. Duo Oxx. habent *ibi cum*, unus *ubi cum*. Marb. *et scriptis*, unus Ox. *ex scriptis suis*. De Ibyco poëta, Rhegio oriundo, qui fuit in novem lyricis, floruitque circa Ol. 56, vid. J. G. Vossium de Poetis Graecis p. 21 sq. Lilium Cyraldum de Poetarum Historia p. 472 — 474. ubi accurate ex veteribus eius vitam habes enarratam. Sed iam adi doctissimum F. G. Schneidewini, Phil. Doct. cui trium Codicum Guelferb. collationem debeo accuratissimam, librum, qui inscribitur: Ibyci Rhegini Carminum Reliquiae (Gottingae 1833. 8.), ubi nostrum tractatum habes locum p. 30. *Mr.*

Cap. 34. *Atque horum omnium*] Cod. Mon. 2. *omnium horum*, Vind. 1. *amores esse*. Ponitur h. l. *videmus* de re, quam historiae vel historicis credimus, quale est exemplum, quod posuimus in ann. ad Cic. de Div. II. 20. 46. p. 371. a. *Mr.*

Philosophi sumus exorti,] „Veri minime est simile, Ciceronem ipsum se in iis posuisse, in quos cadat Dicaearchi reprehensio: accedit, quod, si hoc voluisset, scripturus erat: *Quin etiam philosophi.* Quare cum sit in nonnullis Edd. vett. et in mea quoque *Philosophi summis exorti . . . . qui amori . . . tribuerit;* suspicor Ciceronem scripsisse: *Philosophi sunt mox exorti — qui amori auctoritatem tribuerint nimis.*“ *Bouhier.*

Philosophi sumus exorti] „Pars haec est Socraticae dissimulationis, cuius neque artem neque usum ignoravit Cicero. Hinc est, quod graviorem notam inusturus philosophis, in eorum se turbam coniicit, velut qui vineta ipse sua caederet, ut ait in causa non dissimili Horatius II. Epist. I. 220. quem satirici dissimulatoris locum qui legerit, facile, credo, intelliget, quo sensu dixerit Cicero: *Philosophi sumus exorti.* Est nimirum haec ratio idonea leniendae reprehensionum acerbitati, si reprehensor unum se faciat eorum, quos reprehendit. Elucet passim ea civilitas in orationibus Demosthenis, praesertim illis, quae sunt ad populum de publicis rebus habitae et obiurgationes continent.“ *Anonym.* ap. Olivetum. „Buherius frustra corrigi vult *sunt — qui — tribuerint.* Quia ipse Academicus erat, se primo huic generi admiscet, et dicit *sumus.* Si tamen placeat *sunt exorti*, post legendum erit *tribuerent.*“ *Ern.* Vides non accurate Ernestum Bouhierii emendationem retulisse: quamquam nec sic est probabilis. Wolfius in scholis ad h. l. Graviorem ait esse oppositionem, quam si coepisset periodum a *Quid? quod*, vel *Attamen*, vel

quem non iniuria Dicaearchus accusat,) qui amori auctoritatem tribueremus. Stoici vero et sapientem amaturum esse 72.

Nihilo minus. Ceterum pro *sumus* est *summis* in Ed. S., *summi* in MS. marg. Asc. 2. Ed. E. Sola Asc. 2. in marg. habet *A philosophis sumus exorti.* Cogitabat fortasse corrector *exorsi.* Abest *nostro* a Codd. Gud. 2. Aug. Marb. Gryph. et vet. cod. in marg. Lambb. et Goth. idque probasse ibidem dicitur Lambinus. Platonem nemo culpabit, qui legerit egregii operis V. Cl. van Heusde partem primam Initiorum, dico, Philosophiae Platonicae, quae est de Philosophia Pulchri, eiusque illud caput, quod est de Amore p. 96 sqq. Ceterum Platonem a Dicaearcho accusatum esse aliunde non novimus. In Cod. Mon. 1. scribitur *Dicearcus quidem accusat.* Additur *quidem* etiam in Cod. Rehd. Pro *qui* est *quo* in Cod. Duisb., *quod* in uno Ox., alius habet *auctorem pro auctoritatem.* Pro *tribueremus* est *tribuerit nimis* in uno Ox. Edd. P. A. B. C. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr.; *tribueret nimis* in Mon. 2; *tribueremus* in uno Ox., *tribueret* in Mon. 1; *tribuet* in Aug., *tribuerit* Edd. S. E. *Mr.*

Auctore quidem nostro Platone] Turpia sunt in Phaedro et Symposio, quae de amore scripsit ille Philosophus. Eorum nonnulla repetit Maximus Tyrius Diss. XXIV, 4. Vide et Eusebium Pr. Ev. lib. XIII. cap. 20. Quin immo παιδερασταῖς adeo amicum se praebuit, ut dixerit τοὺς παρὰ τὴν φύσιν ἀσελγεῖν ἀσπαζομένους καὶ τῇδε μακαρίους — καὶ ἐκδημήσαντας ἐντεῦθεν εὐδαίμονας ἔσεσθαι, quod adductis eius verbis probat Theodoretus Therap. IX. pag. 131. Tertullianus de Anima cap. LIV. *Plato quidem non temere philosophorum animabus hoc praestat,* (ut eas in supernis mansionibus collocet) *sed eorum, qui philosophiam scilicet exornaverint amore puerorum. Adeo etiam inter philosophos magnum habet privilegium impuritas.* Huc adludit etiam Lucianus Amor. Tom. I. pag. 909. Scelerata alia dicta Platonis ad amorem spectantia refert Cyrillus in Iulian. lib. VI. pag. 187. eiusque versus amatorios suppeditabunt Athenaeus lib. XIII. pag. 589. Diogenes Laertius III, 29, seqq. et Apuleius Apol. pag. 416. Sed et Dionem Platonis fuisse παιδικὰ tradit Aelianus V. H. IV, 21. Quod si, prout testatur Hesychius Milesius, et ex eo Suidas, Πλάτων ὁ φιλόσοφος λέγεται μὴ γάμον τινὰ μηδὲ ὁμιλίαν σώματος καθάπαξ ἀνασχέσθαι,

Lascivus scriptis, corpore castus erat.

Sane Platonem *aliquod perpetrasse flagitium nullus historicorum vel Poetarum dixit aut finxit,* si fides Augustino C. D. lib. II. cap. 14. eiusque de amore sententia vitio vacat, si modo interpretem accipimus Apuleium de Habit. Doctr. Plat. pagg. 610, 611. *D.*

Sapientem amaturum esse dicunt] Vide Menagium ad Laertii VII, 129. *D.*

Stoici vero et sapientem amaturum esse dicunt] Est apud Diog. Laërt. loco a Davisio laudato: ἐρασθήσασθαι τὸν σοφὸν τῶν νέων, τῶν ἐμφαινόντων διὰ τοῦ εἴδους τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐαν, ibiq. in annot. (p. 447. Ed. Meibomii) Aldobrandinus laudat verba Zenonis apud Athenaeum XIII. p. 561: τὸν ἔρωτα θεὸν εἶναι, φιλίας καὶ ἐλευθερίας ἔτι δὲ καὶ ὁμονοίας παρασκευαστικόν, ἄλλου δὲ οὐδενός. Menagius ad eundem locum laudat Stobaei Eclogas Ethicas p. 169. ubi est ὁμοίως τε τῇ ἐρωτικῇ τὴν συμποτικὴν παραλαμβάνουσιν εἰς τὰς ἀρετάς, et Ciceron. de Finn. IV: [locus est III. 20.] *Ne amores quidem sanctos a sapiente alienos esse arbitrantur* [Stoici.] Itemque, ad definitionem, locum Stobaei laud. τὸν δὲ ἔρωτα οὔτε ἐπιθυμίαν εἶναι, οὔτε τινὸς φαύλου πράγματος, ἀλλ' ἐπιβολὴν φιλοποιίας διὰ κάλλους ἐμφασιν. Vid ad locum

dicunt, et amorem ipsum, conatum amicitiae faciendae ex pulchritudinis specie, definiunt. Qui si quis est in rerum natura sine sollicitudine, sine desiderio, sine cura, sine suspirio; sit sane: vacat enim omni libidine: haec autem de libidine oratio est. Sin autem est aliquis amor, ut est certe, qui nihil absit aut non multum ab insania, qualis in Leucadia est:

— — Si quidem sit quisquám deus,
Quoi égo sim curae!

---

de Finn. laud. annot. Goerenzii p. 399. qui nec nostri loci fuit immemor. Wolfius in scholis ait *et* ante *sapientem* esse i. q. *vel, etiam:* Orellius contra, esse partitionem *et sapientem — et amorem* rectius existimat. — Unus Ox. pro *amaturum esse dicunt* habet *naturam*; Duisb. omittit *esse*. *Mr.*

et amorem ipsum — definiunt] „Stoici dicunt τὸν ἔρωτα μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας, ut testatur Laërt. lib. VII. Epicuro contra, ut idem eodem libro scribit, ἐρασθήσεσθαι τὸν σοφὸν οὐ δοκεῖ." *Frc. Fabr.*

Amorem ipsum conatum amicitiae faciendae] Diogenes Laertius VII, 130. Εἶναι δὲ τὸν ἔρωτα ἐπιβολὴν φιλοποιίας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον. Eadem repetit Suidas in ἔρως. Andronicus Rhodius περὶ παθῶν pag. 525. Ἔρως δὲ ἐπιθυμία φιλίας· ἡ ἐπιθυμία θροῦ εἰς ναῶν κατὰ κόσμησιν καλῶν ἣν ἐπιβουλὴν καλοῦσι φιλοπονίας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον. Corruptissime. Scribendum videtur, ἔρως δὲ ἐπιθυμία φιλίας· ἡ ἐπιθυμία ΑΝΘΡΩΠΟΥ εἰς ΝΕΟΝ κατὰ κόσμησιν ΚΑΛΟΝ, ἣν ΕΠΙΒΟΛΗΝ καλοῦσι ΦΙΛΟΗΟΙΓΑΣ διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον. Huc facientia Sexti Stobaeique verba iam dedit Aeg. Menagius ad Laertii VII, 113. *D.*

amorem — definiunt] Wopkensius l. c. p. 140. locum Andronici Rhodii a Davisio laudatum non plane eodem modo correctum volebat, quo Davisius, sed ἐπιθυμία θηριώδης νέων κατὰ κόσμησιν καλῶν. In Cod. Marb. legitur *amatorem* pro *amorem*, in Gud. 2. *cognatum* pro *conatum*, in Mon. 1. et quatuor Oxx. *et* pro *ex;* in tribus *spem* pro *specie*: qui error ortus est ex compendio *spẽe*. Pergit unus Ox. *quod si quis*. Verba *sine cura* desunt in Codd. Marb. et Gud. 2. Sequitur *sine suspicione* in Edd. A. B. S. E. Ven. nostr. Asc. 2. Junt. HWolf. et in Cod. Vind. 1. Sequitur in Vind. 2. *sit sane sine omni libidine: vacat* etc. Cod. Gud. omittit *omni;* eius loco unus Ox. habet *omnium*, Duisb. *haec autem est de libidine oratio*: unus Ox. omittit *est* post *oratio*, Gud. 2. idem verbum post *sin autem*. Verba *sin autem est aliquis amor* etc., ait Wolfius in scholis, cum non habeant apodosin, intellige: *talis amor est reprehendendus*. Sed Billerbeckius autem haec cum initio capitis seq. ita cohaerere ait, ut intelligendum sit: *sin autem est aliquis amor* insanus . . . . . *sic . . . affecto haec adhibenda curatio est*. Quod placet. *Mr.*

Sin autem est aliquis amor,] Excidit *est* post *autem* in Cod. Gud. 2; idem in seqq. habet: *qui nihil absit ut multum*. Mon. 1. *quasi* pro *qualis*. Ad seqq. Bonhierius monet, se hosce versus, qui sequuntur, hoc modo censere scribendos ut sint Trochaici:

A. Siquidem sit quispiam deus, cui ego curae siem,
Heu me infelicem! B. Sanusne es, qui tam lamentare? A. Te
Apollo sancte (fer opem) teque, potens Neptune, invoco,
Vosque adeo Venti. Nam quid ego te appellem, Venus?

Tertio versu, ait, *Apollo* legi debet, quasi scriptum sit *Apolo:* cuius

At id erat deis omnibus curandum, quaemadmodum hic frueretur voluptate amatoria.

Heu me infelicem! —

Nihil verius. Probe et ille,

— *Sánun' es, qui témere lamentáre?*

---

rei exempla suppeditabit Wassius De Licentia Veterum Poëtarum p. 18. Faciebant hoc poëtae Latini ad exemplum Graecorum, ut observavit Casaubonus ad Athenaeum VII. 13. Ceterum se cum Davisio *efficit* praeferre pronuntiat. Ego vero ita disposui haec verba, quae prius quasi unum constituerent versum erant scripta, ut fecerunt, post Wolfium, Schz. Or. Nobb. Tbn. In duobus Codd. Oxx. Marb. et Gud. 2. est *si* pro *sit*, in Gud. et Vind. 1. *quisquam sit*. *Mr.*

In Leucadia] Turpilii fabula, quam ex Alexidis Leucadia vertit. Vide Casaubonum in Athenaei. III. 15. *D.*

At id erat — curandum] Ironice hoc esse dictum monet Ern. Laudat FAWolf. Virgilii versum *Scilicet hic superis labor est!* [Locus est Aen. IV. 379.] Legitur autem *de his* pro *deis* in duobus Codd. Oxx. Gud. 1. 2. Marb. Rehd., ex quibus ipsis videtur veri simile, placuisse hoc loco Ciceroni antiquam formam *deis* pro *diis*, de qua vid. Schneider: Lat. Formenl. I. p. 68. ibiq. laudd. Add. G. J. Vossii Aristarch. (De Analog. II.) p. 685. In Cod. Duisb. est *de hiis*, in Gud. *d'hiis*. Idem in seqq. habet *is* pro *hic*. Pergit unus Ox. *fruitur*. *Mr.*

Heu me infelicem] Scripsit FAWolf. *Hei*, eumque secutus est Schz. Sed Or. dici solere ait *Heu me* et *Hei mihi*. Exempla vide in nova Forcellini Ed. Germ. s. v. *hei* et *heu*. Ad v. *Nihil verius* Nissen. ait: „Sensus est: Profecto infelix est: non, ut ipse vult, propter amorem sed propter tantam insaniam.“ Cod. Mon. 1. *Nil* pro *nihil*. Marb. *probet* pro *probe et*, Gud. 2. *probet et ille*, in Aug. *Nihil verius. probo. et ille*: ubi habes emendationem non necessariam correctoris; duo Oxx. *nihil verius probe. et ille*. *Mr.*

Probe et ille] Attendere nos iubet Or. (ad Wolfii scholas) ad scriptionem *et ille*. Nimirum haec locutio ab iis, qui *et* pro *etiam* a Cicerone quoque dici contendunt, ut eius usus exemplum afferri possit; ab iis vero, qui talia in anacoluthis ponunt, ut, cum pergere voluerit Cicero in seqq. item *et ille* v. *hic* vel similiter, immutaverit structuram, ab his, inquam, hoc quoque loco tale anacoluthon agnoscetur. In his est Otto ad Cic. de Finn. p. 381. in Excursu de Anacoluthis apud Ciceronem. Ille vero, „Videtur, ait, legendum esse *Probe et illa*, quasi pergere voluisset *et illa, Te, Apollo sancte* etc. Nam *ille* nihil habet, cui respondeat, Omnes versus de uno agunt, et similis est oratio ut Tusc. III. 13. 28: *Ex hoc et illo iure laudantur*: ubi anacoluthon ortum est ex iis, quae interposuit ad diligentiorem explicationem: quae si omitteretur, dixisset *et illa*: *Nam qui haec* etc.“ Videntur autem *et illa* legisse, qui nuperrime hos libros Germanice converterunt, Kernius et Eckermannus, quorum ille vertit: Gut auch das, hic: Auch das ist verständig. Büchlingius contra: Sehr wahr geredet. Aber eben so wahr frägt auch jener [Annot. Nemlich eine Person in diesem Lustspiele, welche den thörichten Jüngling ausfilzte.] Et recte hic. Ego ne longus sim in re nuperrime multum tractata, laudabo modo Handii Tursellinum II. p. 467 — 540, cuius egregia plane est de particula *et* disputatio. Nostrum locum attingit p. 512 sq. n. 10. Add. quae ad initium cap. seq. monet Or. et Kühn. ad

Sic insanus videtur etiam suis. At quas tragoedias efficit!

Te, Apóllo sancte, fér opem! teque, omnipotens Neptune, invoco:

Vosque ádeo, venti! —

Mundum totum se ad amorem suum sublevandum conversurum putat: Venerem unam excludit, ut iniquam:

Tusce. I. 17. 40. p. 77. Nos ad Tusc. III. 13. 28. Loci certe ego lectionem minime mutaverim neque *et illa* desidero. — In seqq. pro *sanusne* cum Wolfio, Schz. Or. scripsi *sanun'*: quae nulla est mutatio. Pro *es* in Codd. Mon. 1. et Duisb. legitur *est*, tum in uno Ox. *timere*, duo habent *temere laudare*, unus *t. lamentareris*, unus cum Duisb. *t. lamentari*, unus *t. lamentaris*. *Mr.*

Sic insanus videtur etiam suis.] Cod. Mon. 1. *qui temere lamtat* [an voluit scriptor Codicis: *sanusne est, qui temere lamentatur?*] *sicut suis etiam insanus videtur.* Habet *sicut* etiam Cod. Duisb. Post *videtur* additur *esse* in Codd. Vind. 1. 2. In Edd. ante Gelh. est *suis etiam videtur*, ut ait Or. Vere, si excipias Ed. Leod. quae iam nostrum habet verborum ordinem. In Ed. Herw. perperam est *insanis*. Sequitur in uno Ox. *ad* pro *at*, in Mon. 1. *atque* pro *at quas*. *Mr.*

Quas tragoedias efficit] Sic Reg. et Pithoean. Vulgo *effecit*. Cl. autem Bentleius reponit *quas tragoedias effutit*. *D.*

At quas tragoedias efficit] Recepit Dav. in Ed. 2. Bentleii coniecturam *effutit:* ad quam Ern. „Id verbum, ait, mihi tragoediis non convenire videtur. Tragoediae sunt in eo, quod sequitur, invocationes deorum: hoc est *tragoedias facere*. Itaque potius *efficit* dedi, ut est in Guelf." Non esse dubitandum de veritate scriptionis *efficit*, quae sit idem quod alibi *tragoedias excitare*, [Or. pro Mil. 18.], *movere* [Quinctil. VI. 1.], *agere* [de Or. II. §. 205.]. Add. Ernest. Clav. Cic. v. *tragoediae*. Ad sententiam locutionis quasi proverbialis *tragoedias excitare* vid. Erasmi et aliorum Adagia p. 54. et praesertim p. 419. Legitur autem *efficit* in Codd. duobus Oxx. Aug. Rehd. Gud. Mon. 2. et, quos laudat Dav., Reg. Pith. In Marb. est *fecit*, in Gud. 2. *fecerit*. Reliqui *effecit*. *Mr.*

Te, Apollo sancte,] „Solem alloquitur. Sed quae ista formula? Videtur legendum: *Tu, Apollo,* aut *te* delendum." *Nissen.* Hoc nimirum nesciebant, qui hos libros ediderunt, fere omnes: dici non posse *te fer opem*. Non magis tamen locum intellexisse videntur ii, qui dudum correxerunt *et* pro *te*, ut est in plerisque libris, vel antiquissimis. Tuentur tamen *te* quinque Oxx. Vind. 2. Gud. Duisb. Edd. Junt. Asc. 2. V. Rob. Steph. Herw. E. M. L. Car. Steph. Ald. Boul. seqq. Cod. Vind. 1. habet *Apolle*. Marb. *fert*, Gud. *fer opus est!* Mon. 1. *fer opem te teque ope Neptune*. Rehd. *teque o omnipotens*, Gud. 1. *teque a omnipotens:* quod *a* ortum videtur ex *o*. Pro *mundum* unus Ox. habet *invidum*, alius omittit *se*, alius *se ad*; Mon. 1. habet *sed ad*. Rehd. *se ad morem*, Gud. *amorem sublevat*. Duisb. cum Gud. 2. omittit *conversurum*; posterior habet *totum et amorem*.

Venerem unam excludit, ut iniquam:] „Pro *iniquam* Turnebus Advers. Lib. VII. c. 18. *nequam* reponit ex antiquo libro: nequitiam enim Veneris tantam esse censet, ut precanti opem non sit latura, voluptatibus avocata atque capta." *Frc. Fabr.* Locus Turnebi est p. 228. ed. Paris. — Cod. Vind. 1. habet *excludit unam*, Duisb. omittit *unam*. Merito improbarunt Turnebi emendationem Schz. et FAWolf. in scholis, quorum posterior admonet dicti oppositi: *quos aequus amavit Iupiter* [quod est apud Virg. Aen. VI. 129. sq.]. Mox Cod.

— *Nam quid ego te appellem, Venus?*
Eam prae libidine negat curare quicquam: quasi vero ipse non propter libidinem tanta flagitia et faciat et dicat.

Sic igitur affecto haec adhibenda curatio est, ut et il- 35
lud, quod cupiat, ostendat quam leve, quam contemnendum, 74.

Duisb. habet *appellem te*, unus Ox. *appollo* (sic), omisso *te*. Post *Venus* Cod. Mon. 1. pergit *E a prae*, Rehd. *causa* [quod ortum est ex compendio *eā*, quod legebat scriptor codicis *cā* i. e. *causa*) *pro:* supra lin. *pre* (sic). Mon. 1. *curari* habet pro *curare*. Post *quicquam* Gud. 2. pergit: *ipse vero non*, omisso *quasi*. Duisb. in fine capitis omittit utrumque *et*. De locutione *flagitia dicere*, non uno tantum hoc loco obvia, sed etiam de N. D. III. 38. ad Famm. IX. 22. vid. Menckenii Obss. L. Lat. p. 407. *Mr.*

Venerem unam excludit ut iniquam] Non video, quid sit, cur cum Turnebo Advers. VII, 18. reponamus, *Venerem unam excludit ut nequam:* adversantur enim Codices, et, nisi me fallit animus, ea, quae voluptatibus avocata iustas preces non curat, *iniqua* merito censeatur. *D.*

c. 35. *Sic igitur affecto haec adhibenda curatio est,*] Unus Ox. et Marb. *Sic ergo*. Mon. 2. habet *ea* pro *haec*. Gud. *curatio adhibenda est*. Mon. 2. omittit *est*. Duisb. pergit *ut et ostendat quam leve sit illud quod cupiat;* quatuor Oxx. et Mon. 2. *ut et id;* unus Ox. *Ostendas*, Mon. 1. *ostendatur:* reliqui Codd. omnes *ostendat*.

Ostendat, *quam leve*] Quis hoc *ostendat?* an *curatio?* Sed id quidem absurdum. Scribendum *ut ei* (sic leg. non *et*) *illud quod cupiat ostendatur, quam leve* etc. Tum demum recte se locus habebit. *D.*

ut et illud, quod cupiat, ostendat, quam leve] „Nota coniunctionem *et*. Loquitur sic Cicero, ut si additurus fuisset: *et nonnunquam etiam ad alia abducat;* cum tamen, praeciso orationis filo, addat: *abducendus etiam est nonnunquam ad alia*. Hoc non concoxit vir cl. qui substituebat *ut ei illud — ostendatur*. Nos illud *ostendat* iam tuiti sumus ad Acad. I. 1. [Non hoc defendit Wopk. sed simile: *Intemperantis — esse arbitror scribere quod occultare velit*, ubi erat qui corrigeret *velis*: quod ibi certe necessarium non est.] Nunc illud velim observari, pronomen *ei* facillime abesse posse, secundum omissionem longe usitatissimam, de qua ad N. D. II. 48 [*aut vires natura dedit*, ubi Lamb. frustra volebat *aut eis v.*]." *Wopkens.* l. c. p. 141. sq. „Malim ego *ostendas*, quam *ostendatur*. Ita mox Cicero [§. 75.] *Si illa accusare nolis. — Ut haec omittas*." *Bouh.* „Emendationem Davisii sequimur, ad quam ducit unus e Regiis, in quo mendose scribitur *quod cupiatur ostendat*." *Lallem.* „Davis. et Bipp. [cum Mannh. hi nimirum ex Lall.] *ostendatur*, Buher. *ostendas*. Neutrum necessario ex iis, quae ad II, 26. dicta sunt, factum [ad v. *scire, quod nesciat.*] *Et* cohaeret cum *abducendus est etiam*, quae, non sine aliqua anomalia, dicta sunt pro *et ut abducatur*." *Nissen.* Receperunt *ei — ostendatur* Edd. L. M. Ald. Car. Steph. Brut. Sylb. Leod. Lall.; *et — ostendatur* Bip. Mannh. Wolf. Schz.; *ei — ostendat* Orell. Tbr. quorum ille „Sexcenties, ait, *ei* in *et* corruptum est. Toleravit *et* etiam Wolfius, quia *et* pro *etiam* apud Cic. agnoscebat. Sicque immutari vix potest paullo ante *Probe et ille*. Plerumque tamen vel sensu ipso, vel Codd. monentibus aut delendum est, aut corrigendum vel *etiam* vel *ei*. Ad haec tria enim reducitur levicula illa Quaestio. *Ostendam* retinui: nihil enim absurdi equidem in eo video, ut ex v. *curatio* desumatur h. l. *is, qui curaturus est*." Idem tamen vir Cl. ad W. scholas ait se iam moveri iis, quae dixerit Bremius ad Cic.

quam nihili sit omnino; quam facile vel aliunde vel alio modo perfici, vel omnino negligi possit. Abducendus etiam est nonnunquam ad alia studia, sollicitudines, curas, nego-

---

de Finn. p. 64: qui „Cicero, scripsit, alterum membrum enuntiatione propria protulit, quum sic ei dicendum fuisset *et abducat nonnunquam ad alia.*“ In eadem sententia est Kühnerus itemque Klotzius. Et hic quidem Quaest. Tull. p. 109. apparet, ait, Ciceronem primum quidem sic voluisse pergere, ut istam particulam repeteret, sed, pluribus verbis interpositis, neglecta illa particula aliter conformasse sententiam, quasi illam primum non scripsisset. Sic enim ad reliqua perrexit §. 75: *Maxime autem admonendus, quantus sit furor amoris.* Handius quoque ad Wopkensium l. c. alterum *et* cum alia dictione commutatum esse statuit laudatque A. Matthaei de Anacoluthis in Wolfii Analect. III. p. 5. Neque alia est sententia Ottonis ad Cic. de Finn. p. 386. Ego cum iam dudum idem senserim, iam nihil addo. — Post *leve* duo Oxx. cum Mon. 2. omittunt *quam*. *Mr.*

Quam nihili] Sic Reg. et Pithoean. Vulgo *nihil*. *D.*

quam nihili sit omnino.] „Servavi *nihil*. Sed non displicet Davisii lectio *nihili*.“ *Ern.* Satis placère sibi idem ait Bouh. Equidem recepi *nihili* cum Dav. et Tbn. ex Codd. Reg. Pith. Gud. 2. cuius lectionis vestigium est in Cod. Rehd. qui habet *nihil insit*. Verba *quam nihili* plane exciderunt in Cod. Vind. 1. Cod. Gud. post *sit* omittit *omnino*. Orellius se *nihil* retinuisse ait propter L. III. §. 18. Sed eo ipso loco nobis scribendum visum est *nihili*. Vid. annot. *Mr.*

Abducendus est etiam nonnunquam] „Sic edidit Victorius, et recte: cum quo faciunt Palatin. quart. quint. Fabr. Vatican.“ *Gebh.* Oblitus est dicere apud alios legi *ad ducendus*. Sed habent *ab ducendus* quinque Oxx. Reg. Gud. 1. Marb. Aug. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Edd. B. C. Rob. Steph. V. Asc. 1. 2. Junt. Herw. Leod. et post Gebh. omnes. *Mr.*

etiam est] Ita dedi cum Dav. qui eum ordinem, pro vulgato *est etiam*, sine dubio tacite, ut multa, recepit ex Cod. Reg. Et habent eundem Gud. 1. antiquissimus regioque fere geminus, Gud. 2. Rehd. Mon. 2. Vind. 1. Aliquot Oxx., si fides collationi, habere videntur *enim* pro *etiam*; duo omittunt eam vocem; in Gud. omittitur *est*. Davisius solus, ut videtur, post *alia* distinxit, quo paullulum immutatur sententia. Mihi ea, quam vulgata exhibet, distinctio praeferenda visa est. *Mr.*

ad alia studia] Sic Ovidius de Remed. Am. 143. sq. 151 sqq.:

— *Venus otia amat. Qui finem quaeris amori,*
(Cedit amor rebus:) res age; tutus eris. — —
Sunt fora, sunt leges, sunt, quos tuearis, amici: — —
Vel tu — — — —, *munera Martis*
Suscipe. Deliciae iam tibi terga dabunt.

In seqq. duo Oxx. pro *mutatione* habent *imitatione*, facili errore, si litera *i* sine puncto scribebatur, quod quando et quam diu factum sit, norunt qui vel obiter Codices inspexerunt. Noli de *immutatione* cogitare, quod ab hoc loco plane alienum esset. Ad sententiam vid. Ovid. l. c. v. 214: *I procul, et longas carpere perge vias.* Contra Seneca Epist. 28: *Animum*, ait, *debes mutare, non caelum.* — *Sequentur te, quocunque perveneris, vitia. Hoc idem cuidam querenti Socrates ait: quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas?* — *Onus animi deponendum est.*

tia: loci denique mutatione, tamquam aegroti non convalescentes, saepe curandus est: etiam novo quidam amore veterem amorem, tamquam clavo clavum, eiiciendum putant: 75.

---

tanquam aegroti non convalescentes] „*Non* mihi suspectum est. Aegroti, cum melius se habere coepere, iubentur locum mutare, ut citius et melius convalescant firmeturque valetudo nova. Sic praecipit Celsus IV. 25. *loca, caelum, cibos saepe mutare.*“ *Ern.* Merito improbarunt Schz. et Kühn. Ernesti coniecturam; ille *non* ad sententiam necessarium existimabat. Or. ita locutionem non satis latinam et Ciceronianam fore ait, neque magis, si recipias Beieri coniecturam: *aegroti modo convalescentes.* Ipse ad Wolfii scholas suspicatur scripsisse Ciceronem *mutatione, tanquam convalescentes, saepe*.....? additamque esse ab aliquo glossatore *aegroti*, quod ab alio auctum sit addito *non*, quasi ἐπανορθώσει. Mihi quidem satisfacit lectio vulgata, quam ita interpretor: *loci denique mutatione, tanquam aegroti* i. e. *valetudinarii, quibus aliter, omnibus etiam remediis adhibitis, convalescere non contingit, saepe curandus est.* Pro *tanquam* duo Oxx. habent *ut*, Aug. *tam*, Mon. 1. *aegri* pro *aegroti*, unus Ox. et Mon. 2. *convalescentis*, Rehd. Ciceronis corrigendi studiosissimus, *tanquam aegrotus non convalescens.* Mon. 1. omittit *saepe*, Gud. habet *curandum*, Gud. 2. cum uno Ox. omittit *est*. *Mr.*

novo — amore veterem — eiiciendum] Ovid. de Remed. Am. 462:

Successore novo vincitur omnis amor.

Propert. I. 12. 18: *Sunt quoque translato gaudia servitio.* Eiusdem poëtae de loco mutando huc facit versus III. 21. 10: *Quantum oculis, animo tam procul ibit amor.* Ad quem locum vid. Passeratium p. 529. a. Ed. Paris. 1608. f. m. Ad nostrum vero locum liceat afferre hosce Nonni versus Dionysiac. XI. 356. sqq.

Ἄλλῳ, λῦσον ἔρωτι τεῶν σπινθῆρας ἐρώτων,
εἰς νέον ἠβητῆρα μετάτροπον οἶστρον ἀμείψας,
λησάμενος φθιμένοιο· παλαιοτέροιο γὰρ αἰεί
φάρμακόν ἐστιν ἔρωτος ἔρως νέος. — — —
— — — — πόθον πόθος οἶδε μαραίνειν. *Mr.*

Etiam novo quodam amore] „Pal. tert. quart. Fab. *novo quidam amore.*“ *Gebh.* Dav. legit *quidam*, non male. *Ern.*

Etiam novo quidam *amore*] Vulgo *quodam*. Lectionem quam damus exhibent Reg. Pithoean. Pall. tert. quart. et Fabric. *D.*

etiam novo quidam amore] „Ex loco Or. pro Arch. poët. 11. 28. (similibusque) *de meo quodam amore gloriae — confitebor* — patet vix recte nuper IV. Tusc. 37 [leg. 35.] 75. *quodam* in *quidam* correctum esse, cum *amor* h. l., ut graecum ἔρως, *studium*, Attachement, notet.“ *Goerenz.* ad Cic. de Finn. I. 18. 61. Sed pace viri doctissimi dixerim, neque ille locus ad nostrum facit, neque dici potest nuper correctum quod iam centum abhinc annis ex Codicibus vetustissimis optimisque, sententia loci conveniente, restitutum est. Et habent *quidam*, praeter eos, quos laudant Gebh. et Dav., quinque Oxx. Gud. 1. 2. Marb. Rehd. Non longe discedunt Bern. et Gud. in quibus est *quidem*. Receptum est *quidam* post FAWolfium a seqq. Habent *et* pro *etiam* unus Ox. et Ed. P.

Tanquam clavum clavo] „Aristoteles lib. IV. Polit. ἦλω γὰρ ὁ ἦλος, ὥςπερ ἡ παροιμία.“ *Ursinus.* Proverbium est explicatum ab Erasmo in Adagg. p. 646. A. Schotto Adagg. Graecc. p. 438. ubi est: ἦλῳ τὸν ἦλον ἐκκρούεις· παροιμία, ἀντὶ τοῦ ἁμαρτήματι τὸ ἁμάρτημα σπεύδεις ἐξελάσαι. ubi vid. ann. Schotti, qui ne nostri quidem loci immemor fuit. *Mr.*

maxime autem admonendus, quantus sit furor amoris. Omnibus enim ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior: ut, si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico et corruptelas et adulteria, incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo: sed ut haec omittas, perturbatio

---

Tanquam clavo clavum] Hieronymus ad Rusticum pag. 39. *Philosophi saeculi solent amorem veterem amore novo, quasi clavum clavo, expellere.* Notum proverbium

Ἥλῳ τὸν ἦλον, παττάλῳ τὸν πάτταλον.

Vide Pollucem lib. IX. cap. VII, 120. Suidam in *Ἥλῳ*, Lucianum Apol. pro merc. cond. pag. 489. pro lapso inter Salut. pag. 499. aliosque. *D.*

tanquam clavo clavum,] Cod. Gud. *clavum clavo,* unus Ox. omittit *clavum.* Scribitur antiquo more *eiciendum* in Codd. Duisb. Marb. Gud. 1. 2. Mon. 1. Abest hoc verbum a Cod. Aug. In Gud. 1. et Aug. est *davo davum.* Cod. Rehd. habet *eruendum,* quod videtur correctoris vel glossatoris. Pro *autem* unus Ox. habet *vero.* Abest ea vox a Cod. Gud., in quo statim legitur *admonendum,* in Mon. 1. *admovendus. Mr.*

ut, si iam ipsa illa — nolis — — — sed ut haec —] Esse turbatam loci structuram nemo non videt. Incipit ab *ut,* quasi mox perrecturus *perturbatio ipsa — — foeda per se sit.* Habes *ἀνακόλουθον,* Ciceroni haud infrequens: Vide similia collecta apud A. Matthiae in libello de Anacoluthis apud Cic. (in Wolfii Analectis III.) Gernhard. Excurs. ad Cic. de Off. de Anacoluthis; Otton. de Anacoluth. ap. Cic. ad de Finn. p. 394. qui addit: Possis tamen etiam *ut* pro *velut,* zum Beispiel, accipere. Vid. Fritzsche Conject. in N. T. p. 21. extr. Madvig. Emendd. in Cic. libb. philos. I. p. 193. sqq. Ochsner. et Hottinger. ad Cic. Eclogg. p. 51. 105. et 458. sq. Locutionem *si iam,* pro consuetiore *etiamsi,* habes etiam supra IV. 31. de Divin. II. 41. utrobique praecedente *ut*; ad Att. V. 4. quos locos laudavit Ochsn. l. c. Ordinem vere Ciceronianum *ipsa illa* contra Beierum et nonnullos Codd. defendit Orellius, eumque tuentur Codd. Gud. 1. Aug. Vind. 2. Duisb. Mon. 2. Oxx. nisi quod unus omittit *illa.* In Gud. 2., oculo scribae aberrante, a v. *ipsa* usque ad v. *perturbatio,* quam sequitur repetitum *ipsa,* omnia exciderunt. Mon. 1. habet *nolueris* pro *nolis.* Ad v. *corruptelas* Ochsn. laudat de Divin. I. 53. *corruptelam et adulterium domi.* Item de voluptate ponitur Or. Cat. I. 6. Verr. II. 2. 54. Cod. Gud. omittit sequens *et.* Mon. 1. habet *adultera.* Pergit unus Ox. *incestaque quorum.* Vocabulum *accusabilis* est *ἅπαξ λεγόμενον,* significans non culpabilis (sit venia verbo) solum, sed quod ad iudicium vocari potest. Duisb. habet *est accusabilis,* unus Ox. omittit *est. Mr.*

sed ut haec omittas,] „Sic edidit Victorius, cui adsentiuntur Pall. quinque ac Fabr. In Vatican. tamen: *ut haec comitas, perturbatio.*" *Gebh.* Legitur *omittamus* in Edd. A. B. S. E. C. [in marg. *omittas*] M. L. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. Ald. Boul. Sylb. Brut. Goth. Car. Steph. Herw. Codd. MSS. singularem habent numerum. Proximum *ipsa* abest a Cod. Aug. Mox Cod. Duisb. exhibet *per se foeda.* Mox Gud. habet *ipsa per se.* Tum unus Ox. *quam habeant*; alius *levitatis,* quasi praecesserit *quantum* pro *quam.* Vocem *mediocris* de iis, quae modum non excedunt, posuit noster etiam supra III. 10. 22. Post h. v. in uno Ox. sequuntur verba *Terentius in Eunucho,* manifesto glossemate. His, quae sequuntur, in illa Terentii Comoedia antecedit haec Parmenonis servi prudens sententia:

ipsa mentis in amore foeda per se est. Nam ut illa praeteream, quae sunt furoris; haec ipsa per sese quam habent levitatem, quae videntur esse mediocria?: 76.

— — — — *iniúriae*
Suspiciones, inimicitiae, indútiae, p. 226. a.
Bellúm, pax rúrsum. Incérta haec si tu póstules
Ratióne certa fácere, nihilo plús agas,
Quam si des operam, ut cúm ratione insánias.

Haec inconstantia mutabilitasque mentis, quem non ipsa pravitate deterreat? Est enim illud, quod in omni perturbatione

---

Here, quae res in se neque consilium neque modum
Habet ullum, eam rem consilio regere non potes.

Horatii, quem laudat Dav., locus plane ex hoc Terentii non expressus, sed exscriptus est: sed rei, quam tractat, egregie accommodatus. *Mr.*

Iniuriae, Suspiciones] Terentii sunt versus Eunuch. Act. I. Sc. 1, 14. Vid. Horatium Serm. lib. II. Eclog. 3, 260 sqq. *D.*

iniuriae, suspiciones, inimicitiae,] Cod. Duisb. habet *inimicitiae, iniuriae, suspiciones.* Edd. M. L. habent *suspectiones,* ad quod Brutus „*Suspectiones,* ait, Lambinus legit. *Suspiciones,* in Gryphii libro legitur, ut ferme in omnibus Terentii exemplaribus, quibus optimum Faërni suffragatur." Correxit nimirum Lambinus Terentium, ut secunda eius vocis syllaba longa sit. Sed plures laudavit Ochsner. locos, quibus vox *suspicio* syllabam antepaenultimam longam habet, in his Plaut. Amph. I. 2. 27. 28. Terent. Andr. III. 2. 21. Martial. XI. 45. 5. Auson. Epist. 24, 8. Accurate vero disputat de eo vocabulo pluribus exemplis allatis et virorum doctorum sententiis Glonerus in Prosodia (Argent. 1639.) p. 110 sq. coll. p. 751. *Mr.*

indutiae] „*Indutiae* per literam *t* scribimus ex Aul. Gellii auctoritate, atque etymi ratione. Ita certe apud Terentium scriptum est in Bembi et Faerni exemplari, cui merito docti homines plurimum tribuunt." *Brutus.* Iam vid. de vocis etymo Forcellin. Lex. ed. Germ. h. v. Grotefend. Orthogr. Lat. §. 139. Cellarii Orthogr. Lat. p. 261. T. I. Ed. Harles. Ald. Manutii Orthogr. ratio p. 59 sq. ed. Plantin. 1561. Omittunt vocem *indutiae* Cod. Aug. Edd. Asc. 2. Junt. Cod. Mon. 1. exhibet *sursum* pro *rursum.* Pro *si tu* Bill. dedit *tu si,* non male sed contra libros. Codd. Gud. 1. 2. Gud. Reg. *sit ut,* Aug. *sunt sed si tu,* Rehd. *si ut,* Duisb. Mon. 2. et, ut videtur, aliquot Oxx. omittunt *tu.* In Mon. 1. est *postulas,* in Marb. *ratione recta certa facere,* unus Ox. omittit *facere.* Gud. post *nihilo* addit *minus.* Gud. 1. *plus* nonnisi a sec. manu additum habet. Recte monet Ochsn. ad h. l. apparere ex Horatii imitatione Serm. II. 3. 266—271. *certa* esse Accusativum plur. et opponi voci *Incerta*: Ciceronem vero iungere *certa ratione* Tusc. II. 27; *agendi* autem verbo eum simili, qua hoc loco, significatione uti in locutione *nihil agis, dolor,* Tusc. II. 25. Unus Ox. omittit *non* post *quem. Mr.*

Est enim illud] Pro *enim* habent *etiam* Edd. M. L. Car. Steph. Ald. Sylb. Brut. Codices non item: neque esse videtur causa mutandae librorum scriptionis. Duisb. habet *in ipsa* pro *in omni;* in duobus Oxx. deest *demonstrandum,* Vind. 2. exhibet *demonstrandum dicitur,* Mon. 1. *demonstrandam,* Gud. 2. *opinabile.* Ad sententiam cf. c. 31. §. 65. et disputationem Araspae iuvenis apud Xenophontem Cyri Discipl. V. 1. 10: *τῶν — καλῶν τῶν μὲν ἐρῶσι, τῶν δ' οὔ· καὶ ἄλλος γε ἄλλου. ἐθελούσιον γὰρ, ἔφη, ἐστὶ, καὶ ἐρᾷ ἕκαστος ὧν ἂν*

dicitur, demonstrandum, nullam esse nisi opinabilem, nisi iudicio susceptam, nisi voluntariam. Et enim si naturalis amor esset, et amarent omnes, et semper amarent, et idem amarent, neque alium pudor, alium cogitatio, alium satietas deterreret.

36 Ira vero, quae, quam diu perturbat animum, dubitatio-

77.

βούληται· αὐτίκα, ἔφη, οὐκ ἐρᾷ ἀδελφὸς ἀδελφῆς, ἄλλος δὲ ταύτης· οὐδὲ πατὴρ θυγατρός, ἄλλος δὲ ταύτης — — τὸ δ' ἐρᾶν ἐθελούσιόν ἐστιν. Cui Cyrus: πῶς οὖν, ait, εἰ ἐθελούσιόν ἐστι τὸ ἐρασθῆναι, οὐ καὶ παύσασθαί ἐστιν, ὅταν τις βούληται; ἀλλ' ἐγώ, ἔφη, ἑώρακα καὶ κλαίοντας ἀπὸ λύπης δι' ἔρωτα, καὶ δουλεύοντάς γε τοῖς ἐρωμένοις, καὶ μάλα κακὸν νομίζοντας, πρίν γε ἐρᾶν, τὸ δουλεύειν. — In seqq. pro *Et enim* unus Ox. habet *Est enim*, Gud. *et qui*. *Mr.*

Et amarent omnes, et semper amarent, et idem amarent:] „Ut edidit Victorius, exstat in Palatin. quart. Vatic. alias haec tendunt: *et amarent omnes, et amarentur, et semper amarent.*“ *Gebh.* Iam pridem autem Brutus de h. l. ita disputaverat: „*Et amarent omnes, et amarentur, et semper amarent*: ita olim Aldus, Manut. utraque editione, Lamb. ed. In Gryph. libro verbum *amarentur* non legitur, cui suffragatur Victorii Editio et Parisiensis Vascosani. Nos quidem, tanquam minime necessarium visum ad Ciceronis sententiam significandum, et veluti usitatum illi numerum perturbans longe venustissimum, sustulimus.“ Voce *naturalis* ita etiam utitur Cicero de Rep. III. 8. extr. Magis etiam de Fato 5, 9: *non enim — nostrarum voluntatum atque appetitionum sunt causae naturales et antecedentes. Mr.*

et amarent omnes et semper amarent,] Post *omnes* additur illud *et amarentur* in Codd. Vind. 1. 2. uno Ox. Edd. A. M. L. Asc. I. Ald. Lambb. Goth. [duae posteriores vero in margine habent libros MSS. non habere ea verba neque Lambinum ea agnoscere] Car. Steph. In Cod. Gud. est *et amarentur omnes* (pro *amarent*) *et semper amarent*, in Ed. Ven. nostr. *et amarent omnes et amarent* (sic) *et semper amarent*, in Ed. Sylb. *et amarent omnes et semper amarentur, et idem am.* In Cod. Vind. 1. est *iidem* pro *idem*, in Rehd. *et semper amarent et ratione* (pro *idem*) *amarent*. Pergunt duo Oxx. *neque illum pudor*, quod est vel interpretis vel correctoris. In fine capitis Codd. Marb. Mon. 1. et unus Ox. habent *deterret*, quod erat etiam a pr. m. in Gud. 1. In Gud. 2. omissum est hoc verbum. Quinque Oxx. pro *satietas* est *societas*: egregie scilicet. *Mr.*

c. 36. *Ira vero, quam diu*] „Itaque et Veneti. Sed posse non perperam scribi existimo *cum diu.*“ *Camerar.* [Ita est in Ed. Lugd. 1562. Annotationum Camerarii in Cic. et sic scripsit etiam Verb. Sed in Camerarii Tusculanarum Editione peculiari cum eiusdem commentario Basil. 1543. itemque in Ed. Leod. a Qu. eiusdem haec legitur annotatio: „Puto non minus recte legi posse *quin diu*: ut diuturniorem et longiorem simillimam esse insaniae accipiamus.“] — „*Ira vero quamquam diu* — Mendum est in voce *quamquam*. Veteres libri, quos ego viderim, habent *quae quam*, depravate omnino, si respicimus dictio *ira* quo referatur. Quodsi coniecturae locus est, ita legerem: *Ira vero, quam diu perturbat animum, dubitationem insaniae non habet.*“ *P. Manut.* „Ita iam ante Manutium emendavit Victorius, quum in vulgatis *quamquam diu*, in vetustis *quae quam diu* legeretur.“ *Frc. Fabr.* „Iam Beroaldum legisse *ira vero quam diu* ex illius commentariis animadvertitur.“ *Brut.* „*Ira vero quae, quamdiu* — resumsi hoc ex Victorii editione, Palatin. Fabr. Pith. Vulgo: *ira vero quanquam*. Quamquam Lambini lectio *ira vero quamdiu pert.* exstet in Palat. prim. quae meo animo multo concinnior.“

nem insaniae non habet: — cuius impulsu exsistit etiam inter fratres tale iurgium:

Gebh. Dav. in Ed. 1. servavit eandem, quam Gebh., scriptionem, Camerarianam vero coniecturam *quindiu* se non intelligere fatetur. Palatini quidem primi lectionem non inconcinnam appellat: „sed, ait, cum singularis sit illius MSti lectio, fortasse locus sic distinguendus: *Ira vero quae? quamdiu perturbat animum, dubitationem insaniae non habet.* Certe talis interpunctio sensui probe convenit.“ „Accedo Bentleii sententiae corrigentis: *ira vero, quae diu perturbat animum.* — In seqq. praetulerim etiam *exstitit* lectioni *existit.*“ *Bouh.* [Fortasse *quae diu* fuit prima Bentleii coniectura: in annotationibus certe ad calcem horum librorum vult *quum diu*: quod recepit Ern.] Contra Nissen. „Cur, inquit, *cum diu?* An brevis ira non item insania est? Scilicet haec Bentleii correctio est, cum vulgo esset *quam diu*, quod satis sanum videtur. Quippe ratio, quare ira insania sit, non in temporis longitudine, sed in animi perturbatione posita est. Iratus enim quis cum ratione esse potest? Sed plene vulgatum sic est: *Ira vero, quae quamdiu* cet. ubi *quae* anacoluthi praetextu defendi potest, quamquam eo inclinat animus, ut e *quoque* derivatum putem.“ „*Ira vero, quam diu.* Vocem *quae* post *vero*, quae sensum turbat, et quam ignorant Pal. pr. et e regiis optimus, cum Manutio et Lambino delevimus.“ *Lallem.*

Ira vero, quamdiu] Vulgo *quae quamdiu.* Sed primam voculam praetermittit Pal. pr. et [eam delendam esse Manucius ac Lambinus recte statuerunt. Sin autem malis, cum doctissimo Bentleio legas *cum diu. D.*

Ira vero, quae, quamdiu perturbat animum,] „Anacoluthon est.“ *FAWolf.* in scholis. „Fortasse consulto plura, quam in ceteris libris dialogorum forma conscriptis, in Tusculanis sibi indulsit Cicero, neque id vel festinationi vel negligentiae adscribendum; ut exemplum videlicet exhiberet sermonis et colloquii a viro rei publicae primario cum adolescente habiti. Alia certe est ratio, qua in libris de Oratore, de Re publica, in Catone et Laelio rei publicae principes inter se confabulantur: alia item est dialogorum cum Attico, cum Quinto fratre v. c. in libris de Legibus.“ *Or.* „*Ira vero, quae, quamdiu* — Respondent verba [in fine paragraphi] *Quid est enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor*, in quibus hic sensus latet: ira fines non habet.“ *Otto* ad Cic. de Finn. p. 395. Mihi vero item restituenda visa est lectio librorum optimorum. Ita enim Reg. Gud. 1. Bern. Rehd. Gud. Duisb. Vind. 1. 2. Mon. 1. 2. Codices Manutii, plerique Gebhardi, Edd. P. V. Rob. Steph. Herw. Gebh. Gron. FAWolf. Or. In Gud. 2. est *Ita* [sic etiam Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. *vero quaequae quam diu*, in Aug. *Ira vero quaeque diu;* in Edd. A. B. S. E. C. M. Junt. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Ald. Boul. Car. Steph. Sturm. Sylb. Brut. *vero quamquam diu;* ita etiam Leod. sed in marg. *vero quamdiu*, ut edidit Lamb. ex Manutii coniectura, itemque Dav. et Lall., *vero quum diu* ediderunt ex Bentleii sententia Ern., ut dixi, tum Bip. [Mannh. Schz. Nobb. Tbn. Non ego is sum, qui captem lectiones vel difficiles vel aliquid licentiae habentes: nec vero, ut aliquid offensionis tollatur, id mihi sumo, ut Ciceronem corrigam. *Mr.*

dubitationem insaniae non habet] i. e. nemo dubitat insanam esse iram. Est vero hic usus verbi *habendi* Ciceroni satis familiaris, quamquam unumquodque exemplum, cum a nostro usu tam longe discedat, habet aliquam primo adspectu offensionem. Ita Cic. de Legg. II.

Quis homo te exsuperávit usquam géntium impudentia?
Quis autem malítia te?

Nosti, quae sequuntur: alternis enim versibus intorquentur inter fratres gravissimae contumeliae: ut facile appareat, Atrei filios esse, eius qui meditatur poenam in fratrem novam:

---

10. 24: *deos aut novos aut alienigenas coli confusionem habet religionum.* Ad Famm. X. 18: *quae res nullam habebat dubitationem — — nunc — magnum habet casum.* Plura qui velit, adeat J. Vorstium de Latinitate selecta p. 170—172. In Cod. Mon. 1. pro *dubitationem* est *cogitationem.* Mox duo Oxx. et Mon. 2. *extitit* pro *existit*, ut volebat Bouh. frustra. Ad v. *inter fratres* Wolf. in scholis Agamnonem et Menelaum intelligi vult. Iambicus tetrameter, ait Bill., est Agamemnonis obiurgantis: mutilus alter Menelai convicium referentis. Atreum vero et Thyestem intelligi vult Kühnerus: quod falsum esse ex sequentibus apparet: *alternis enim versibus intorquentur inter fratres — contumeliae: ut — appareat, Atrei filios esse.* — Fluctuat Beroaldus. Camerarius, Locus, ait, est ex aliqua fabula latina. Fratres autem Agamemnonem et Menelaum dicit, Atridas, qui similiter apud Euripidem Iphigenia Aulidense conviciose altercantur. Addit Kühn. hos et sequentes versus ex Attii Atreo esse petitos: quod de sequentibus, concedo, de his (qui mihi cum K. trochaici videntur, non iambici) non item. Posuit tamen in Fragmentis ex Atreo etiam Scriverius in Collectann. Vett. Fragg. p. 105. *Mr.*

Qui *homo te exsuperavit* usquam *gentium impudentia*] Vulgo, *Quis homo te exsuperavit* unquam *gentium* etc. quod ob metrum simul ac Latinitatem Cl. Bentleius mutavit. *D.*

Quis homo te exsuperavit] „Non sunt hi versus conversi ex Euripidis Iphigenia Aulidensi 317 sq. Quamvis enim inter se rixentur ibi Agamemnon et Menelaus, alio id ibi fit modo. Videntur potius hi versus sumti ex Naevii vel Ennii Iphigenia, qui Euripidem imitantes immutarunt fortasse illam fratrum altercationem. Pessime autem lapsus est Scriverius hoc fragmentum Attii Atreo adsignans. Bene vidit Bentleius priorem versum Agamemnoni esse tribuendum, posteriorem Menelao. Probo etiam quod *usquam* scripsit pro *unquam.* Nec vero idem cum Davisio, *Qui* scribendo pro *Quis*, versum correxit, sed corrupit. Versu autem sequente malim *Quis te autem malitia?*" *Bouh.* Both. in Poetis Scenn. p. 187. scripsit *ted exsup.*; unus Ox. habet *exuperat.* Rehd. *exsuperavit te.* — *Usquam* recepi cum Dav. Wolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. Bentleii magis rationibus motus quam auctoritate codicum, quamquam, si fides collationi Oxx. septem consentire videntur. Habet etiam *usquam* HWolf. in marg. In fine versus Rehd. habet *imprudentia.* Secundi versus ordinem verborum recepi ex Codd. et Edd.; nisi quod Dav. altero quoque versu edidit *Qui*; Wolf. Schz. *quis te autem malitia*, ex coniectura Bouhierii; quae placebat etiam Nissenio. Bothius l. c. scripsit *quis malitia autem te?* In Edd. C. [marg. ut nos] Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. est *aut* pro *autem.* Quod autem Agamemnonis et Menelai nomen praeposuerunt his versibus Wolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. id sine libris facere nolui. *Mr.*

Nosti, quae sequuntur] Codd. Mon. 2. Gud. 1. Aug. *secuntur*, unus Ox. *sequentur.* Pergit Cod. Vind. 1. cum quatuor Oxx. *alterius* pro *alternis;* quatuor item pro *enim* habent *etiam*, unus *tum*, unus *et.* Legitur praeterea *etiam* in Ed. Ven. Alt. In Cod. Gud. pro *gravissimae* est *maxime.* Mox Gud. 2. omittit *eius* et *poenam. Mr.*

Maiór mihi moles, máius miscendúm malum,
Quî illíus acérbum cór contundam et cómprimam.
Quae igitur haec erit moles? audi Thyestem:

Miscendum malum] Sic iterum loquitur Cicero Catil. IV. cap. 3. Pariter Phaedrus lib. I. Fab. 28. *Hosti* dolorem *damno* miscens *sanguinis*. Hos autem versus repetit noster de Orat. lib. III. cap. 58. ac lib. III. N. D. cap. 26. et Accii videntur ex Atreo fabula. *D.*

Maior mihi moles —] „Consimiliter apud Senecam Atreus:

Age, anime, fac, quod nulla posteritas probet,
Sed nulla taceat. Aliquod audendum est nefas.
Atrox, cruentum, tale, quod frater meus
Suum esse malit. — *Beroald.* Versus sunt 192—195. Wolfius in scholis ait videri hosce versus [*Maior mihi* etc.] ex alia, quam priores, tragoedia sumtos. Or. dubitat. Mihi cur idem, quod Wolfio, videatur, supra dixi. Scripsit W. ex Cic. de N. D. III. 26. 68. *miscendum 'st malum*, eumque secuti sunt Schz. Or. Nobb. [sed is *'st* uncinis inclusit] Tbn. Ego in omnium librorum consensu mihi non licere idem existimavi, cum ferri possit eorum scriptio. *Miscendum* cum ad *malum* (quasi venenum) nec vero ad *molem* se accommodet, merito in hac locutione zeugma esse monet W. in scholis. Post *maius* Cod. Gud. 2. repetit *mihi*. — *Qui* poni pro *ut* ait W. in scholis. Addit Or. conferendum esse egregium Bentleii ad Terentium indicem v. *qui*. [nimirum *qui. ut* p. 749. sq. ed. Lips.] Iam vero vid. J. A. Hartung. Ueb. d. Casus (Erlang. 1831. 8.) p. 209. *Mr.*

Quae igitur haec erit moles? audi] „Ita Lambinus censuit legendum. In antiquis tamen constanter multitudinis numero femin. *Quae igitur haec erunt moles?*“ *Schott.* Nod. Cic. IV. 17. p. 388. „*Quo igitur haec erit moles.* Gryp. Cod.“ *Brut.* „*Quae igitur hae erunt moles?* — Vatic. *quae igitur haec erunt moles?* Sic *haec* in aliis libris fem. plur. cuius ignoratio impulit Lambinum, ut emendaret *quae igitur haec erit moles?* Palatin. prim. quart. quint. *quo igitur hae* (pr. *eae*) *erunt moles?* Secund. tert. *quo igitur haec eruit moles.*“ *Gebh.*

Quo *igitur* haec erumpit *moles*] Vulgo, *quae igitur* hae erunt *moles*. At Reg. *quo igitur haec erunt moles*. Pall. sec. tert. *quo igitur haec eruit moles:* unde Cl. Bentleius sagaciter emendavit *quo igitur haec* erupit *moles*. Cum vero Pithoean. det *quorum igitur haec erunt moles*, forsan Cicero scripsit, *quorsum igitur haec erumpit moles*. Vide sis ad Tusc. I, 25. *D.*

Quae igitur hae erunt moles!] „Placet Bentleii correctio.“ *Bouh.* „Recepi Bentleii emendationem e Palat. sec. et e regiis MSS. in quibus scribitur *quo igitur haec eruit moles?*“ *Lall.* „Ego legerim: *quae igitur haec erăt moles?* MS. Guelf. *quo igitur haec curret moles?*“ *Ern.* „In magna MSS. diversitate circa vocem *erunt* haud obscure patet, hanc ipsam e glossa natam esse. Si cui verbo opus esse videatur, is vulgatum optime retinebit, quod rei, quae praesens esse fingitur, aptissimum est. Sic I. 44. 105. *quam diu ille erit Hector?*“ *Nissen.* Non male. *Mr.*

Quae igitur haec erit moles?] Si licentius corrigere mihi licere existimarem, cum Bentleio vel Davisio facerem: nunc, cum nulla fere librorum MSS. lectio plane satisfaciat, Wolfianam amplexus sum cum Schz. Or. Tbn. vulgatam *erunt* cum Or. inde ortam existimo, quod librarii vocem *moles* num. plur. esse putarent. *Quo* habent quatuor Oxx. Reg. [quem etiam habere *erupit* ex collationis nostrae ad Lallem. Ed. factae silentio colligas: quod certissime falsum est.]

Impius hortatúr me frater, út meos malis miser

Gud. 1. 2. [Gud. *quō* i. e. *quomodo*] Aug. Marb. Mon. 2. Gr. Ed. P. Cod. Duisb. habet *qui*. Pro *igitur* est *ergo* in Gud. 2; pro *haec* est *hae* in Cod. Bern. [*hee*] *heae* in Marb.; *eae* in Mon. 2; *hic* in Gud.; *erit* exhibent Codd. Vind. 1. Duisb. Ed. Ven. Alt. (ergo) Vind. et Ven. plane ut nos); P;, *curet* eius loco habet Cod. Aug. Reliqui *erunt*. Solus Cod. Mon. 1. plane ut coniecit Bentleius *quo igitur haec erupit moles?* Sed vereor ut collatio sit accurata. Sine dubio in eo est *eruit*, nisi plane cum reliquis habet *erunt*. *Mr.*

Audi Thyestem] Alios habere *Thyestam* legimus in marg. Goth. Lambb. Verb.; ego in nullo reperi; *Thiestem* habent Mon. 1. 2. Bern. Marb. *Thyesten* dedit Dav. Quod an scriptioni *Thyestem* praeferendum sit dubitat C. L. Schneider. Lat. Formenl. 1. p. 40. Codices, si fides collationibus, quae in talibus rebus pleraeque non sunt accuratae, habent *m*.

Audi Thyestem ipsum: Impius —] „*Impius* nesciunt quinque Palat.“ *Gebh.*

Audi Thyesten: Impius me hortatus frater] Vulgo, *audi Thyesten* ipsum: Impius hortatur me frater etc. At cum Reg. Pithoean. aliique praestantissimi Codices dent, *Audi Thyesten ipsum*: *hortatur me frater* etc. vox *impius* in *ipsum* Cl. Bentleio temere mutata videbatur. *Me hortatus* autem ob versus concinnitatem non minus ac ob ipsam Latinitatem ab eodem viro praestantissimo reponitur: alioquin enim *mandam* vel *mandem* cum Turnebo Lambinoque scribendum. *D.*

Audi Thyestem: Impius] „Accedo Bentleii et Davisii de his verbis versibusque legendis sententiae.“ *Bauh.* Legitur *ipsum*, quod ortum videtur ex compendio perperam lecto (in nonnullis etiam ex *διττογραφίᾳ*) vocis *impius*, in Codd. Oxx. omnibus, Reg. Bern. Gud. 1. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Edd. (exceptis Dav. Wolf. Or. Tbn.) omnibus. Omittitur autem *impius* in Codd. Reg. Gud. 1. Mon. 1. 2. Vind. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. septem Oxx. Edd. P. A. B. S. E. Ven. nostr. Junt. Asc. 1. 2. Unus Cod. Ox. habet *impius*, alius *impium*, Aug. *illum*, Gud. 2. neque *ipsum* neque *impius*. Est autem idem locus etiam apud Cic. de Or. III. 58. prc. ubi, referente Orellio, similes turbae in MSS. *Mr.*

hortatur me] Restitui hanc lectionem Codicum et Edd. fere omnium, quam mutaverat Dav. et post eum Wolf. in ed. pr. Koel. Solus Billerb. scripsit: *'Impius hortátu' me*, Bothius in Poëtis Scenn. p. 186: *hortatust me frater. Mr.*

ut meos malis miser manderem natos —] „Ego *mandem* rectum puto: nam *mandare malis* est *malis committere* et *comesse*, ut apud Lucretium:

Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus.

Est igitur vetus loquendi formula, quam et mensura versus postulat. Sed et collegae meo Lambino ita videri mirifice laetor. Ego etiam quod mox sequitur: *eorum viscera apponit* ex eodem poeta esse arbitror, et versiculi inchoati clausulam esse existimo, verborum tamen structura mutata. Versus autem integratur hunc in modum: *Mandem natos: eorum adponit viscera.*“ *Turnebus.* Advers. VII. 18. p. 228 sq. — „*Mandem* — Ita iam pridem emendavimus. Sic dixit autem hic poëta *malis mandare* pro *malis* seu *maxillis committere* et *permittere*: quod valet *devoratum ire* seu maxillis *comminutum ire*, ut Lucretius libro secundo: *malis mandaret.*“ *Lambinus.* Conf. Lambin. ad Horat. I. 16. 17. p. 61. ed. Wechel. 1596. et eundem ad Lucret. de R. N. II. 637. p. 227. ed. Wechel. p. 150 sq. ed. Paris. 1563. „Turnebus

Manderem natos.
Eorum viscera apponit. Quid est enim, quo non progredia-

---

et Lambinus ex coniectura *Mandem*, laudato Lucretii versu, in quo est *malis mandaret*. Sed hoc genus loquendi in Palatin. quart. et Fabr. aeque est: habent enim *mandarem*." *Gebh.* „Bipp. *mandem*. Dare voluisse videntur *mandam*. [Minime. Sequuntur Lallemannum, qui cum Lambino facit: Lambinus autem *mandem* in duobus Codd. Cic. de Or. III. 58. reperisse narratur a Fr. Fabricio:] Sed ea correctione nil opus. *Hortatur* est pro *hortatus est* dictum." *Nissen.*

Ut meos malis miser Manderem *natos*] In aliis est, *mandarem*. Sic Lucretius II, 637.

Ne Saturnus eum malis mandaret *adeptus*.

Ableganda tamen non est recepta lectio. Virgilius Georg. III, 268.

Potniades malis *membra* absumsere *quadrigae*.

Eodem modo locutus est Aen. III, 257. Ovidius Metam. XV, 92.

— *Nil te nisi tristia* mandere *saevo*
Vulnera dente *iuvat*.

Quinetiam versiculos hosce reperias licet lib. III. de Orat. cap. 58. *D.*

ut meos — manderem natos] „Habet *mandem* Cod. Rehd. Ex loco Lucretii veri fit simile, hoc quoque loco vel *hortatur — mandem*, vel *hortatu' mandarem* legendum esse. Illud praetulerim." *Or.* ad W. scholas. Mihi quidem *mandem* ex compendio *mand'em* (i. e. manderem) ortum videtur. Ceterum receptum est etiam *mandem* ex Ed. Lall. in Ed. Mannh.; *mandarem* scribitur in Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. Duisb. et quatuor Oxx. Nimirum *mandandi* verbum magis notum erat librariis, quam verbum *mandendi*. Re ipsa fortasse contrarium locum eum habuit. In Cod. Mon. 1. legitur *ut meis malis — natos meos. Eorum.* Duo Oxx. Mon. 2. et Gud. habent *malus* pro *malis*, Rehd. *malum*. In Vind. 1. est *filios* pro *natos*. Gud. 2. omittit *miser*. Unus Ox. habet *notis* pro *natos*. *Mr.*

Eorum viscera apponit.] „Haec particula Ciceronis esse videtur, non poëtae tragici [quod visum est Turnebo], ut ex sequentibus apparet: quamquam nihil magnopere interest." *Comm. Anonym.* ap. Leod. a Qu. Ut versus partem ea scripserunt Dav. et FAWolf. et hic quidem in Ed. pr. itemque Lallem. (Sed hic mutato verborum ordine *eorum apponit viscera:*) Nobb. Tbn. Bill. Solus Cod. Gud. 1. habet *viscere;* duo Oxx. *quorum* pro *eorum*. *Mr.*

Quid est enim, quo non progrediatur ira? eodem, quo furor.] „Hunc locum sic emendavi, duabus vocibus in suum locum restitutis, et interpunctione mutata. Ita enim legitur in libris vulgatis: *quid est enim, quo non progrediatur eodem ira, quo furor?*" *Lambin.* Lambinus — mendum sustulit. In nostro manuscripto est: *Quid est enim,* quo non progrediatur eorum ira? quo furor." *Frc. Fabr.* „Recepi Lambini emendationem. Fortasse tamen pro *eodem* legendum *eundo*." *Brutus.*

Quid enim est, quo non progrediatur eodem ira quo furor?] Forsan *quid enim est* quod *non progrediatur eodem ira quo furor?* Praestantissimus autem Bentleius locum sic refingit, *Quid enim est quo non progrediatur ira? Eo demum quo furor.* Nec multo aliter Lambinus et Fabricius emendarunt. *D.*

Quid enim est, quo non progr. eodem ira, quo furor?] „Habeat haec loquendi ratio ingratum quidpiam auribus nostris, sitque asperior illa appositio *eodem quo furor*. Languidam sane vixque Tullio dignam efficere orationem videntur, qui hanc nobis lectionem propinant: *Quid — progrediatur ira? eo demum, quo furor.* Locum potius

tur eodem ira, quo furor? Itaque iratos proprie dicimus exisse de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente:
78. horum enim potestas in totum animum esse debet. His aut subtrahendi sunt ei, in quos impetum conantur facere, dum

---

sanum habeam, quemadmodum etiam habuit P. Faber ad Acad. II. 25. Relativum *quod* saepius ita, quemadmodum hic *quo* explicatur verbis sequentibus, ut quaedam vis constructioni inferatur. — Inconsiderate lectori in hoc loco triga ista *eodem, quo furor* nugatoris cuiusdam commentum videri posset.“ *Wopkens.* l. c. p. 142 sq. „Equidem cum Wopkensio facilius fero librorum scriptionem, quam virorum criticorum emendationes.“ *Bouh.*

Quid — progrediatur eodem ira, quo furor?] „Hoc transponendum puto sic: *quid est enim, quo furor, quo non progrediatur eodem ira?* aut *quin progrediatur eodem ira?*“ *Ern.* „Nihil opus emendationibus Bentleii et Davisii.“ *Schz.* Lallemannus Lambinum secutus est, itemque Olivetus. Handius ad Wopkensium l. c. „Correctione, ait, opus non est. Nam et *quo* ponitur pro *quod* non tantum in formula *non quo*, sed in aliis quoque, ut apud Livium 2, 13, 2: *quo nihil se praeter errorem insidiatoris texisset.* Et hoc loco inesse potest causalis notio, ut sit: *quid enim est, quare non progrediatur eodem ira, quo furor?*“ Eadem est sententia Kühneri. Sed (pace virorum doctissimorum dixerim) mihi quidem secus videtur. *Quo — eodem* plane ita dicitur, ut Acad. II. 17: *Quod idem contingit insanis;* de Div. I. 45: *quod idem in delectu consules observant;* de Off. I. 7: *quam eandem — benignitatem — appellari licet;* de Amic. 18: *quem eundem sapientem licet dicere.* Vid. de usu v. *idem* post relativum Laur. Vallae Elegant. II. 5. Th. Linacer de Emendata Structura Lat. Serm. p. 101. Grysar. Theorie d. Lat. Stils p. 57 sq. Simpliciter Wolfius in Scholis: „frustra emendant viri critici. Quodsi h. l. non esset interrogatio, dixisset: *eodem progreditur ira, quo furor.* Germanis hanc interrogandi formam imitari non licet.“ Nihil verius. Intellige: *Nonne plane eodem progreditur ira, quo furor?* vel *quid enim est tam atrox, quo non etiam progredi et possit ira et soleat?* — Pro *quid* duo Oxx. habent *quis,* Gud. 2. *qui.* Verb. in marg. annotavit Davisium habere *quod* pro *quo.* Fuit hoc fortasse in Ed. 1. In Ed. 2. recepit Bentleianam emendationem, non suam. In Gud. 2. et uno Ox. deest *non;* tres habent *progrediatur ira eorum;* Codd. Mon. 1. Colon. Gud. 2. Edd. S. E. Ven. nostr. *progrediatur eorum ira.* Ed. HWolf. cum Lamb. facit. Cod. Rehd. omittit *est. Mr.*

Itaque iratos proprie dicimus] Cod. Duisb. *exisse dicimus,* unus Ox. *dicis.* Locutionem habes supra eandem III. 5. 11. Laudat Ochsn. l. c, p. 405. Pausaniam III. 4. [§. 1. p. 343. ed. Facii, qui utrumque Ciceronis locum laudat:] ἐξώρμει γὰρ τὰ πολλὰ ἐκ τοῦ νοῦ: ubi Amasaeus interpretatur: *quippe qui nonnunquam e potestate exiret.* Pro *id est de* unus Ox. habet *et.* Noli inde glossam subodorare. *Mr.*

His aut subtrahendi sunt ei] „Reposui hoc ex Ed. Victor. Vatican. Palat. Fabr. Vatican. in primis. Victor. *his aut sunt subtrahendi ei.* Pal. quint. *is autem subtrahendi sunt ei,* vulgo: *his autem sunt subtrahendi, in quos.*“ *Gebh.* Post Gebhardum omnes dederunt *aut* excepto Dav. in Ed. pr. quem in ann. castigat Bentl. Legitur *autem* in sex Oxx. Aug. Mon. 1. [*qŭt,* quod est i. q. *autem*]. Cod. Mon. 2. habet *iis* pro *his.* Ante Gebh. omnes ediderunt *autem* pro *aut,* exceptis V. et Rob. Steph. Scribitur *sunt subtrahendi* in Edd. P. A. B. C. M. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Brut. Car. Steph. Ald.

se ipsi colligant (quid est autem se ipsum *colligere*, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere?) aut ro- b.
gandi orandique sunt, ut, si quam habent ulciscendi vim, differant in tempus aliud, dum defervescat ira. *Defervescere* autem certe significat ardorem animi invita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archytae: qui cum villico

---

Boul. Leod. Sylb. *Ei* habent quinque Oxx. Reg. (ut videtur) Gud. Duisb. Marb. Mon. 2. Vind. 1. 2. Edd. P. A. B. S. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Rob. St. Junt. Gebh. Dav. Lall. Or. Eam vocem omittunt Edd. M. L. Car. Steph. Ald. Boul. Goth. Sylb. et tres Codd. Oxx. Reliqui exhibent *ii*. Vid. etiam de h. l. Corradum in Quaestura p. 349. Unus Ox. cum Cod. Marb. habet *conatur*. *Mr.*

dum se ipsi colligant] „Homo dicitur *colligere se ipsum*, cum mentem, consilium rationem dissipatam ex iracundia in suum locum congregat contrahitque. Dixit Virgilius: *et se collegit in arma*, hoc est, se ipsum texit sepsitque armorum tutela. M. Tullius in Epistolis ad Lentulum: *Collegi ipse me, et cum ipsa quasi re publica collocutus sum.*" *Beroald.* Locus Virgilii est Aen. XII, 491. Ciceronis Famm. I, 9, 10. Ad structuram verborum v. Wüllner. üb. d. Casus u. Modi p. 135. Codd. Reg. Gud. 1. habent *dum ipse ipsi*, unus Ox. *dum se illi*, Gud. 2. omittit *se*. In seqq. unus Ox. non habet *est*, Gud. exhibet *quid autem est*. Rehd. omittit *nisi*. — *Animi partes*, monet Ochsn., saepe apud Ciceronem sunt quas nos dicimus singulas animi vires: laudatque Fin. II. 34. Off. I. 28 extr. II. 10. Frgm. de Rep. III. p. 1079. Ern. [p. 1158. ed. min. p. 389. ed. nostr.]. Codd. Mon. 1. Aug. habent *rursus*, Ed. P. omittit *in*. Pro *cogere* legitur *congerere* in Codd. Vind. 1. 2. Pal. quint. et uno Ox. Edd. A. B. S. E. C. Ven. nostr. Junt. Asc. 2. Herw. quod est correctoris, qui nesciret *cogendi* verbum habere etiam *colligendi* vim: quem usum vel Lexica docent. Admodum similis in alia re est locus Cic. de Or. II. 33: *Ius civile diffusum et dissipatum in certa genera cogere*. *Mr.*

aut rogandi orandique sunt] „Vulgati *aut rogandi sunt orandique*. Nos e Gryph. libro, ut olim Vict. edidimus, numero concinniore et magis Ciceroni usitato." *Brut.* Quem vulgatum dicit ordinem Brutus, habent Edd. P. A. B. S. E. C. L. Herw. Asc. 1. 2. Junt. Ven. nostr. Goth. Boul. Car. Steph. Codices non item. Solus Gud. 2. habet *orandi*, omisso *que*, unus Ox. *ornandique*. Mox alius *habeant*. Pro *defervescat* alios, nescio quos, habere ait *deferfiscat*. Gud. 1. (a pr. m.) 2 *fervescat*, Mon. 1. *refervescat*. Similiter statim Cod. Vind. 1. *fervescere*. Unus Ox. omittit *certe*. Vind. 1. pro *excitatum* habet *suscitari*, Vind. 2. *suscitatum*. Formulam *Ex quo*, quae sequitur, Cicero saepius usurpavit: cf. Lael. 6. Tusc. V. 29. Potest h. l. explicari *quare* v. *huc facit, quod laudatur Archytae dictum*. Cod. Gud. 2. omittit *quo*. *Mr.*

Illud laudatur Archytae] Hoc plurimi memorant. Vide Plutarchum Tom. II. pagg. 10. 551. Valerium Maximum lib. IV. cap. I, 1. ext. Lactantium de Ira Dei cap. XVIII. Ambrosium Offic. lib. 1. cap. XXI. n. 94. et Hieronymum ad Salvinam Epist. IX. pag. 76. G. ac in Ioelis cap. I. Seneca tamen de Ira lib. I. cap. 15. *Inde est, quod Socrates servo ait*, caederem te nisi irascerer. Sed videtur σφάλμα μνημονικόν, qualia sunt in Seneca frequentia. Simile quidem dictum Platoni tribuitur, ut patet ex iis quae congessit Menagius ad Laertii III, 38. Eius collectaneis addas licet ipsum Senecam de Ira lib. III. cap. 12. et Stobaeum Serm. XX. pagg. 174, 175. *D.*

factus esset iratior, *Quo te modo*, inquit, *accepissem, nisi iratus essem!*

37 Ubi sunt ergo isti, qui iracundiam utilem dicunt? —
79.

Laudatur illud Archytae] Locis a Davisio laudatis add. Cic. de Rep. I. 38. p. 154. ed. nostr. *S. Quid? tum, cum tu es iratus, permittis illi iracundiae dominatum animi tui? L. Non, me Hercule, inquit: sed imitor Archytam illum Tarentinum, qui, cum ad villam venisset, et omnia aliter offendisset, ac iusserat, te, te infelicem, inquit villico, quem necassem iam verberibus, nisi iratus essem.* Ubi vid. ann. nostr. itemque A. Schotti Adagialia Sacra (Antw. Plautin. 1629. 4.) p. 130. — Cod. Mon. 1. habet *Archite*, duo Oxx. *Architae*, unus *Architecum*, duo item omittunt *qui*, quorum posterior, idem qui habet *Architecum*, pergit *villico*. Marb. cum Gud. 1. habet *vilico*, de qua scriptione v. Harles. ad Cellar. Orthogr. Lat. T. I. p. 382. Codd. Vind. 1. et Mon. 2: *Quo te, inquit, modo*. Gud. omittit *inquit*. Ad structuram *accepissem, nisi — essem* vid. Ellendt. de Enunciatt. Conditionn. p. 33. Cod. Aug. habet *ni* pro *nisi*. *Mr.*

c. 37. *Ubi sunt ergo isti,*] „i. e. nulli sunt, refutati sunt. Nostri eodem loquendi modo in contemtum utuntur.“ *Nissen.* Peripateticos significat. Pro *ergo* Cod. Mon. 1. *igitur*: permutatis compendiis $\overset{o}{g}$ et $\overset{i}{g}$. Cod. Gud. 2. habet *iracundum*, Duisb. *utilem iracundiam*, Mon. 1. 2. Aug. et unus Ox. *esse dicunt*. Vind. 1. *potest esse utilis*. *Mr.*

Potest utilis esse insania? At naturalis est.] „Obiectio, cui respondet quod sequitur: *an quidquam esse potest secundum naturam, quod sit repugnante ratione?* Et est sententia, nisi fallor, multo concinnior, quam si legas, ut antea: *aut naturalis est?* cum praecedenti membro connectens. Ut autem hunc locum una dempta litera correximus, sic paullo post alium una immutata restituimus. nam ubi legebatur *priusquam esset ulla ulciscendi libido*, nos sensu meliore emendavimus: *prius quam esset ulta ulciscendi libido.*“ *P. Manut.* „In libro pervetere: *An naturalem hanc quidquam esse secundum naturam, quod sit repugnante ratione.* Nondum tamen recte. Rectius fortasse sic interpungas: *Potest utilis esse insania ac naturalis? aut quidquam esse secundum naturam, quod fit repugnante ratione? — Aut* etiam alibi in Cic. pro *an* reperias, vel invitis literatoribus: ut in antiquis libris Lib. XV. Ep. 21. ad Famil.“ *Schott.* Nod. Cic. p. 388. sq. „Manutii coniectura probata fere omnes legunt: *at naturalis est. — Aut naturalem* Gryphii liber habet et Victorii ac Vascosani editio: quae est lectio non mala. Praeterea in Gryphii libro verbum *potest* [videlicet in seqq. *quicquam esse potest*] non habetur.“ *Brut.* „Vet. Cod. *potest utilis esse insania? aut naturale quidquam est, et secundum naturam, quod fit repugnante ratione?*“ *Goth.* Ita Cod. Col. cuius lectionem non improbo, quamvis probem Manutii emendationem.“ *Frc. Fabr.*

qui iracundiam utilem dicunt? (Potest utilis esse insania?) aut naturalem?] Optimam et vero proximam Victorii lectionem recepimus. Fabr. cod. *potest* etc. [v. ann. Goth.] Palat. quart. *qui iracundiam utilem dicunt, potest utilis esse insania? aut naturalem hanc quicquam est*. et ita Vatican. unde quidam malit: *potest* etc. [sequitur Schotti coniectura.] Palatin. quint. *potest utilis esse insania, an naturalis, an potest quicquam esse secundam naturam, quod fit rep.* Vulgo *potest utilis esse insania? aut naturalis est?* unde Manutii coniectura irrepsit sequiores editiones: *at naturalis est.*“ *Gebh.* Dav. in Ed. 2. dedit: *at naturalem: an quicquam est secundum naturam. Mr.*

potest utilis esse insania? — aut naturalem? An quicquam est secundum naturam, quod fit repugnante ratione? Quo modo autem, si naturalis esset ira, aut alius alio magis iracundus esset? aut finem haberet prius, quam esset ulta, ul-

---

Aut naturalem? an quicquam est *secundum naturam*] Vulgo, *aut naturalem? An quicquam* esse potest *secundum naturam* etc. At Reg. Pithoean. Vatic. et Pal. quart. *aut naturalem* hanc *quicquam est*, vel *es, secundum naturam* etc. unde sua sponte nascitur lectio quam dedimus. *D.*

Aut naturalem?] „Alter ex duobus Codd. Leid. *aut naturalis*, alter *aut naturalis est*. Equidem Ciceronem scripsisse credo: *At naturalis est. An quidquam esse potest* etc. Lectio vulgata mihi semper parum probabilis visa est.“ *Bouh.*

aut naturalem?] Ita Codd. Reg. Gryph. Gud. 1. 2. Marb. Vind. 2. Gud. Duisb. Rehd. quatuor Oxx. Edd. V. Rob. Steph. Herw. Gebh. seqq. Quatuor Oxx. Vind. 1. Mon. 2. Aug. Edd. P. A. B. C. Ven. Alt. et nostr. Asc. 1. 2. Junt. habent *aut naturalis est*? Cod. Mon. 1. *aut naturale quicquam*. Edd. M. L. Sylb. Leod. Ald. Car. Steph. Brut. Boul. *At naturalis est*, ut volebat Bouh. Unus Ox. *aut naturale. Mr.*

An quicquam est secundum naturam,] Ita edidi cum Dav. Wolf. Schz. Or. Nobb. (sed ita: *an quicquam* [*esse pot*] *est*) Tbn. proxime ad optimorum librorum scriptionem, quorum Reg. habet *hanc quicquam es secundum*, Gud. 1. *an quicquam esse secundum*, cum Bern. (qui a sec. m. habet *hac* pro *an*) et Gryph.; in Gud. 2. est *hanc quicquam esse sec.*, in uno Ox. *hunc cuiquam*, in duobus *hoc quicquam*, in Rehd. *hec quicquam ee sec.*, in Duisb. *an quicquam est et sec.*, in Gud. *hoc quicquam ee sec.* in Mon. 2. *quicquam* (omisso *an*) *esse et secundum*, in Aug. *an quicquam esse sec. naturam potest.* Pro *est* habent *esse potest* Edd. ante Dav. et post eum Ern. Ol. Verb. Alt. Bip. Mannh. Codices non item. Ad formulam interrogandi v. Gernhard. ad Lael. p. 259. *Mr.*

quod fit repugnante ratione?] Recepi *fit*, quod habet sine dubio Cod. Reg. nam est in Codd. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Mon. 1. Vind. 2. quatuor Oxx. Edd. S. E. L. D. Schz. Or. Tbn. et marg. MS. in nostra Asc. 2. itemque Ed. HWolf. Immerito nobis Kühn. eam scriptionem improbare videtur. *Mr.*

si naturalis esset ira,] Unus Ox. horum verborum loco habet *vel ira*, Marb. omittit *esset*. Post *ira* in Ed. Ern. male interrogandi signum ponitur: quod non notarem, nisi hunc errorem in alias etiam Edd., v. c. Bip. Mannh., translatum viderem. Non multo melior est distinctio Edd. Grut. Verb. Dav. Ol. Alt. aliarumque, quae vel colon habent vel semicolon. Sequens *aut* deest in Cod. Mon. 1. Edd. P. A. B. C. V. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. Rob. Steph. Herw. Pergit Cod. Rehd. *alius alio modo magis.* Alterum quoque *esset* post *magis* deest in Cod. Marb. itemque in Gud. 2. in quo etiam desideratur *ira*, quam vocem Gud. 1. non nisi a 2. m. supra lineam habet adscriptam. Post *haberet* verba *priusquam esset* omissa sunt in Gud. 2. *Mr.*

prius, quam esset ulta, ulciscendi libido?] „Sic habent multae Editiones, in his Veneta, Manutiana [vid. Manutii annot. paullo superius]: et sic omnino legendum, reclamantibus libris MSS. in quibus scriptum est *ulla* pro *ulta*, plane mendose. Nam huius antiquae scripturae inepta et absurda sententia est. Hoc enim significat: quo modo ulciscendi libido prius finem haberet, quam ulla esset libido nata? vult interdum ulciscendi libidinem prius finem habere, quam

ciscendi libido? aut quemquam poeniteret, quod fecisset per iram? ut Alexandrum regem videmus, qui quum interemisset Clitum, familiarem suum, vix a se manus abstinuit: tanta vis fuit poenitendi. Quibus cognitis, quis est qui dubitet, quin

---

ulla omnino exstiterit: quod est *ἀδύνατον*. Nam quod non est, aut non fuit, esse desinere dici non potest. Haec qui non videt, se nihil videre fateatur necesse est." *Lamb.* Brutus cur *ullā* improbandum sit, se non intelligere fatetur: eamque lectionem in Cod. Gryph. esse refert. Gebhardus quoque potiorem apud se esse ait omnium Codicum consensum, quam magnifica Lambini verba. Exhibere autem *ulla* quinque Palatinos, Vatic. Victorii editionem. Ernestus autem et seqq. merito *ulta* receperunt, ut est iam in Edd. M. L. Goth. Brut. Car. Steph. Sylb. Boul. (quamquam haec operarum errore habet *ultra*] Leod. et habent, si fides collationi, Oxx. tres, itemque Codd. Duisb. Gud. Aug. In uno Ox. est *ulciscenda libido*. In seqq. Gud. 2. et Gud. 1. *quod defecisset*, unus Ox. *quod deficeret*; illud habent etiam Codd. Palat. sec. tert. Fabr. Pro *Alexandrum* Ed. Ven. nostr. exhibet *Alexander*. *Mr.*

Aut finem haberet, priusquam esset ulta, *ulciscendi libido*] Sic hunc locum praeclare restituit P. Manucius, quem merito secutus est D. Lambinus. Vulgo *ulla*, nec aliter Mssti: quorum apud se potiorem esse consensum testatur Gebhardus, quam magnificas edictiones Lambini. At homo noster, malae causae pessimus est patronus; nam plane ineptam esse Codicum scripturam statim videbit is, cui non omnino deest ratiocinandi facultas. Ira, definiente Cicerone, est ulciscendi libido. Si igitur *ira finem haberet, priusquam esset* ulla *ulciscendi libido*; finem haberet ira, priusquam esset; hoc est, existere desineret, priusquam existeret; quod plane repugnat. Igitur si non caecus, hac tamen in re luscitiosus J. M. Brutus, qui cur improbanda fuerit illa lectio non intelligebat. *D.*

Alexandrum regem videmus] Cod. Gud. *videmus regem*. Ad v. *videmus*, quo Cicero utitur de rebus ex scriptorum testimoniis cognitis, vid. Beier. ad Cic. Lael. 16, 56. p. 89. ed. maj. Ad rem Camerarius: „Historia, ait, nemini ferme ignota est, et apud plures exstat. Maxime putatur exacerbasse Alexandrum Clitus communicatione rerum Alexandri cum aliis, versibus commemoratis ex Andromacha Euripidis [673 sqq.]:

οἵ μοι, καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται!
ὅταν τροπαῖα πολεμίων στήσῃ στρατός,
οὐ τῶν πονούντων τοὔργον ἡγοῦνται τόδε,
ἀλλ' ὁ στρατηγὸς τὴν δόκησιν ἔρρυται,
ὅς, εἷς μετ' ἄλλων μυρίων πάλλων δόρυ,
οὐδὲν πλέον δρῶν ἑνὸς, ἔχει πλείω λόγον."

Ad rem v. interpretes Curtii VIII. 1. 20 sqq. et ad ej. libri cap. 2. — Ut h. l. dicit *vix a se manus abstinuit*, ita Or. in Vatin. 4, 10: *ut manus a te homines vix abstinere possint*. *Mr.*

quis est, qui dubitet] In marg. Edd. Lambb. Goth. Verb. dicitur esse in quodam cod. vet. *dubitat*, additis (in duabus Edd. prioribus) verbis: non placet. Et recte. Est enim interrogatio eiusmodi, ut ponatur pro negatione: *nemo est, qui dubitet*. Poni autem posse quidem cum Indicativo locutiones *sunt qui, erant, qui* — nec vero negativas: *non sunt, qui* —, *non est, qui* —, iam alibi a nobis expositum est. Cod. Mon. 1. omittit *quoque* post *hic*; mox Gud. habet *totus opinabilis sit*. In seqq. Davisius ad v. *Quis enim dubitarit* [pro quo in Gud. est *dubitaverit*]

hic quoque motus animi sit totus opinabilis ac voluntarius? Quis enim dubitarit, quin aegrotationes animi, qualis est avaritia, gloriae cupiditas, ex eo, quod magni aestimetur ea res, ex qua animus aegrotat, oriantur? Unde intelligi debet, perturbationem quoque omnem esse in opinione. Et si fidentia, id est, 80.
firma animi confisio, scientia quaedam est et opinio gravis,

---

in Ed. 2. scripsit: „Lege *dubitat*, ne confundantur tempora." Quam annotationem recte postea silentio pressit. Nihil enim aliud volunt, quam: *nemo enim dubitaverit*, et, si idem prima persona efferendum fuisset, dici debebat, *equidem non dubitaverim*. Ad v. *aegrotationes* Beroaldus: *ἀχύρως*, inquit, dixit, cum *aegrotatio* proprie in corpore sit, *aegritudo* in animo." Ita quidem ipse distinguit Cicero supra III. 10. 23. Sed nostro loco non potuit dicere *aegritudines animi*, quia opus erat voce plura complectente, cum debeat complecti avaritiam, gloriae cupiditatem, quae commode possunt dici *μεταφορικῶς animi aegrotationes*: ut supra IV. 13. 29: *in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab aegrotatione seiungere*: ubi item locus non erat *aegritudini*. Post *avaritia* in Cod. Mon. 1. additur *et*; unus Ox. in seqq. omittit *ex*. Cod. Rehd. habet *quod magis extimetur*; habent etiam *extimetur* tres Oxx. et Mon. 2. In uno Ox. et Mon. 1. est *existimetur*, in Gud. 1. *aestumatur*, in Gud. *aestimatur*; mox duo Oxx. cum Reg. Gud. 1. 2. *oriatur* pro *oriantur*. Pro *intelligi* Cod. Mon. 1. habet *intelligit*; unus Ox. pro *unde* habet *num*, errore ex similitudine compendiorum (*un̄*, *nu̅*) orto. Pro *in opinione* unus Ox. exhibet *inopinabilem*. Habes glossam probabilem (*opinabilem*), additamento praepositionis depravatam. *Mr.*

Et si fidentia, id est, firma animi confisio,] Habes h. l. raras novasque vocabulorum formas, quorum alterum (*fidentia*) uno praeterea loco apud Ciceronem legitur (de Invent. II. 54. 163) in definitione [*fidentia est, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe collocavit*:], ut appareat, vel iam in usu fuisse eam vocem, vel certe non tum primum a Cicerone procusam. Quod si esset, scripsisset, opinor, *fidentiam dixerim*. Alterum (*confisio*) est *ἅπαξ λεγόμενον*, huic proprie loco a Cicerone effictum, ut in explicatione *fidentiae* verbum *confidentiae* evitaret. Peccatum etiam est, quod fieri solet a librariis in vocabulis rarioribus, in priore et in posteriore. Unus Ox. prioris loco habet *confidentia*, Marb. posterioris loco *confessio*. In uno praeterea Ox. omissum est *si*, in Cod. Duisb. scribitur *et si ergo confisio*. In uno Ox. pro *firma* legitur *summa*. Quod iungit in seqq. *scientia* et *opinio*, id fecit, monente Or. ad W. scholas, ad copulandas, quae apud Platonem invicem sibi opponi solent, *ἐπιστήμην* et *δόξαν*. Pro *gravis* in Cod. Vind. 1. est *graviter*, nimirum ut sequenti *temere* opponatur: sed nemo dixerit *graviter assentire*: mirum certe esset zeugma. *Gravem opinionem* recte, ut videtur, explicat Kühn. opinionem, quae certis argumentis nititur. *Mr.*

non temere assentientis] „*Assentiens* dedi cum Edd. vett. Sed *assentientis* habent quinque Palatin. cum Vatic." *Gebh.* „In libris qui habent *assentientis*, ponendus est etiam Cod. Reg. cum uno Leid. et mea Ed. vet. Idque Dav. praetulit: mihi utraque lectio bona videtur cum Wopkensio l. c. I. 11. p. 66." [p. 92. ed. Hand.] *Bouh.*

Non temere adsentientis] Vulgo *adsentiens*; contra quam volunt Gebhardiani nostrique Codices. *D.*

non temere assentientis] Wopkensius videlicet non necessa-

non temere assentientis; metus quoque est diffidentia exspe-

---

rium existimabat scribere *assentientis* eam modo ob causam, ne scientiae vel opinioni tribuatur, quod est hominis. Handius autem omnino ait praeferendam esse lectionem *assentientis* [ib. p. 93.), quia gravitas opinionis in eo appareat, quod qui eam tenet, non temere assentiri solet. Bene Handius. Sed loquitur uterque non inspectis libris. Vulgata autem lectio tum cum maxime deserenda, quum optimorum Codicum lectio non tolerabilem modo, sed meliorem etiam sententiam vulgatâ exhibet, praesertim si aliqua apparet causa, quare editores paucorum peiorumque librorum lectionem praetulisse videantur. Id quod cadit in locum nostrum. Et habent Genitivum Codd. Reg. Gud. 1. 2. Aug. Bern. Marb. Gud. Duisb. Mon. 1. 2. Vind. 2. quinque Oxx. Perperam autem Verb. in marg. ait habere MSS. *assentientes*. Nobiscum faciunt Edd. P. Dav. FAWolf. Schz. Or. Nobb. Tbn. *Mr.*

Metus quoque est diffidentia] „Palatin. tert. quart., libri optimi, *defidentia*." *Gebh.* Habent eandem huius vocis scriptionem Codd. Reg. Gud. 1. 2. Marb. quae alibi, quod sciam, non reperitur. *Mr.*

Metus *quoque est* diffidentia *exspectati et inpendentis mali*] Quid hoc est monstri? Lege *diffidentia quoque est metus exspectati et inpendentis mali*. Sic et Latine loquetur Cicero, et inter *fidentiam* et *diffidentiam* servabitur oppositio. *D.*

Metus quoque est diffidentia] „Habet haud parvam probabilitatis speciem Davisiana verborum transpositio: quam si reprobes, duplicem exhibebit Cicero metus definitionem: quod veri non est simile." *Bouh.* „Interpunge, si velis, *metus quoque est diffidentia, exspectati et impendentis mali*." *Anonym.* ap. Olivet. Receperunt Davisii transpositionem Ern. Schz. Nobb. Tbn. invitis libris omnibus; Wolfius et Or. non item. Recte autem Kühn. hanc sententiam verbis Ciceronis inesse ait: uti fidentia scientia quadam nititur: ita diffidentia, praeterquam quod ex opinionis levitate enascitur, *metus quoque est exspectati et impendentis mali*. — — Quod autem, pergit, vocabulum *metus* primam enuntiati sedem occupavit, propterea factum est, quia in eo maximum sententiae pondus est. Si de Davisii sententia verborum ordinem mutamus, vocula *quoque* locum plane alienum habet. Idque, ni fallor, voluit etiam distinctione interposita Anonymus Oliveti; quamquam eius distinctionem ipsam non probamus. Paullo negligentius obscuriusque loquitur Cicero, ut haud raro in his libris, et consulto fortasse. Vult enim: Fidentia est scientia quaedam et opinio gravis, non temere assentientis: diffidentia eius contrarium est, levis nimirum opinio temere assentientis: est praeterea metus exspectati et impendentis mali. — In seqq. unus Ox. omittit *si* post *et*. Gud. autem 2. pro *exspectati et* habet *exspectationes sed*: in eodem desunt verba *esse necesse — sunt in malo*. Rehd. omittit verba *et impendentis*. Pro *esse necesse est* Cicero alibi *necesse est esse* (ut de Finn. IV. 28. 77. de N. D. II. 13. 35. II. 30. 76; quem ordinem nostro quoque loco restitui vult e duobus suis Codd. Goerenzius ad locum de Finn. laudatum, quibus accedunt nostri Codd. Rehd. (a 2. m. a prima habet *ponunt esse*) Aug. Gud. quorum parva est auctoritas. Verbum *esse* omittunt unus Ox. et Mon. 1. Pro *ut igitur* Ed. P. habet *uti igitur*. Et sic videtur legisse Beroaldus. Habet enim hanc annot.: *Vti*] *ut*. In seqq. unus Ox. *sit* habet pro *sic* (ante *perturbatio*), alius cum Rehd. et Gud. omittit *est* post *erroris*. Idem Ox. omittit *aut invidi;* in Gud. 2. deest *aut tale quid*. Ad v. *iracundi* confert Ochsn. in Ecl. p. 107. nostrum librum IV. 12. IV. 24. Senec. de ira I. 4. *Mr.*

ctati et impendentis mali: et, si spes est exspectatio boni, mali exspectationem esse necesse est metum. Ut igitur metus, sic reliquae perturbationes sunt in malo. Ergo ut constantia scientiae, sic perturbatio erroris est. Qui autem na- p. 227. a.
tura dicuntur iracundi, aut misericordes, aut invidi, aut tale quid; eis sunt constituti quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen: ut Socrates dicitur. Quum multa in con-

---

ii sunt ita constituti] „In vulgatis omnibus mendose legitur: *Ii sunt eiusmodi constituti.* Lambini emendatio est in manu scripto.“ *Frc. Fabr.*

aut tale aliquid [ita Gebh. in lemmate ann.; in contextis *quid*] *ii sunt constituti, quasi*] Ita est in Palat. secundo, tertio, quarto, quinto, Vatican. nisi quod pro *ii, ei:* unde Lambinus tamen: *ii sunt ita constituti.* Vulgo *ii sunt eiusmodi const.*“ *Gebh.* „Ed. mea vet. *eis sunt constituti.* Quod firmat egregiam Bentleii coniecturam a Davisio receptam.“ *Bouh.*

Eis *sunt constituti — ut* Socratis *dicitur*] Sic opportune Cl. Bentleius: nam Codices habent *ei sunt constituti — ut Socrates dicitur. D.*

ii sunt constituti quasi mala valetudine animi] „Est duriuscule dictum pro: *sunt male constituti quasi valetudine animi.* Et sic fortasse legendum. V. Clav. in *constitutus.*“ *Ern.* Bene, quod collegit locos ad huius vocis structuram facientes Ern. in Clave. Sed coniectura eius non recipienda, ne probanda quidem, non ob sententiam (ea enim bona et vera), sed ob licentiam. Ego acquievi in Bentleii emendatione, probata non Davisio solum, sed etiam Bouhierio, Wolfio, Schützio, Ochsnero. Et habet *eis* non tantum Ed. vet. Bouh., sed etiam unus Ox. Duisb. Mon. 1. Bern. (hic in marg., in contextu *ii*). Neque contradicunt Codd. in quibus est *ei* (Reg. Gud. 1. 2. Marb.) *ii* (Bern. a 1. m. aliquot Oxx.) *hii* (uno Ox.), si cogites scriptum fuisse EISVNT. Vocem *eis* omittit unus Ox., *eiusmodi* habent aliquot Oxx. Rehd. Gud. (nimirum post *ii sunt* additum) Edd. vett. (exceptis Lamb. et Frc. Fabr. cum Cod. Col.) cum Lall. Post *eis* additur *modi* in Cod. Mon. 1; Ernesti lectionem, nec vero coniecturam, habent Edd. Nobb. Tbn. et pridem Grut. et Gron. In Edd. Bipont. Mannh. est lectio Lambiniana. Cod. Rehd. pro *constituti* habet *consecuti* et *animus* pro *animi.* Recte monent Kühn. et Ochsn. *eiusmodi* pro *sic, ita, hoc modo* absolute dici non posse, et dici quidem *eiusmodi homo,* nec vero *eiusmodi constitutus.* Locutione *valetudo animi* Cicero usus est etiam Or. Phil. XIV. 2. Tres Ox. omittunt *quasi. Mr.*

sanabiles tamen:] „Palat. sec. tert. quart. Vatican. *sanabile est tamen.*“ *Gebh.* Est etiam *sanabile est* in Codd. Reg. Marb. (*ē*) Gud. 1. 2. quatuor Oxx.; unus habet *sanabilis tamen,* Rehd. *sanabilis est tamen. Mr.*

ut Socrates dicitur] Restitui *Socrates,* quae est lectio Codicum fere omnium. Habent eam Reg. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Gud. Rehd. Duisb. Mon. 1. 2. Bern. quinque Oxx. Cod. vett. fere omnes, cum Gebh. Ern. Nobb. et, invitus quidem (volebat enim Davisium sequi) Schützius. Solae Edd. L. Lall. Oliv. habent *de Socrate:* nam quod ita habere videntur aliquot Oxx. id verum non esse existimo. Wolfius legit *Socratis,* et in scholis intelligi vult: *animus mala valetudine constitutus.* Bene: si *Socratis* esset in optimis libris: quamquam *Socrati* Genitivus Ciceronianus est, monente Kühn. Nunc habes synesin: *ut Socrates dicitur* posuit, cogitans: *qualem animum Socrates*

ventu vitia collegisset in eum Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso au-

---

dicitur habuisse. Pro *dicitur* est *dicit* in Codd. Marb. Aug. et uno Ox. *Mr.*

Quum multa in conventu vitia collegisset in eum Zopyrus,] Dav. in Ed. 2. suam ad h. l. annot. ita coeperat: „Parum latina, nisi fallor, est oratio. Certe, quoad memini, *in aliquem vitia colligere* nemo dixit. Mutatione non nimia lego: *cum multa in conventu vitia collegisset eius Zopyrus*, vel *coniecisset in eum Zopyrus.*" Quam editionem solam cum inspiceret Ern., hanc conscripsit annotationem: „Bene Davisius coniicit *coniecisset*, ei inesse dixisset natura. Vid. de Fato c. 5." Contra Wopkensius l. c. p. 332. „*collegisset*, ait, est i. q. *collecta memorasset* [Hotting. enumerasset]. Davisii emendationes vetare Musae videntur." *Vitia colligere* dixit Cicero etiam de Finn. I. 19. 62. Ad locum libri de Fato ab Ern. et Dav. laudatum vid. Ed. nostr. p. 581 — 594. 666. Ad sententiam v. *vitia* vid. Jahnii Annal. Pilol. et Paedag. 1829. III. 1. p. 32. Pro *in eum* ne quis velit *in eo*, tenendum *collegisset in eum* esse locutionem praegnantem pro: collegisset, in eumque vituperandi reprehendique causa coniicere voluisset. — Cod. Mon. 1. exhibet *in conventu multa convitia*, ubi item habes manum correctoris, sed eam infelicem. Pro *in eum* Cod. Duisb. habet *et*. Pergit Aug. *collegissent*. Tum Marb. et duo Oxx. *Zopirus*; Vind. 1. Mon. 1. *Zephyrus*, quorum prior in marg. habet *Zephyrus physionomus*. Rehd. *Opirus*, Gud. 2. *scoptio*. Aristotelem quoque librum de eadem arte composuisse monet Or. ad Wolfii scholas laudatque *Scriptores physiognomoniae veteres* [Melampum, Polemonem, Adamantium] *Ed. J. G. F. Franz. Altenburgi* 1780. 8. *Mr.*

Cum multa in conventu vitia conlegisset in eum Zopyrus] Pari fere modo *probra quaedam in eum explanantem et vitia* dixit Amm. Marcellinus XXI, 10. Iste scilicet physiognomon *stupidum esse Socratem dixit et bardum — addidit etiam mulierosum.* Verba sunt Tullii de Fato cap. 5. ubi vide Interpretes. Huc referendum videtur, quod tradit Diogenes Laertius lib. II. §. 45. *Φησί δ' Ἀριστοτέλης*, inquit, *ΜΑΓΟΝ τινὰ ἐλθόντα ἐκ Συρίας εἰς Ἀθήνας, τά τε ἄλλα κατεγνῶναι τοῦ Σωκράτους, καὶ δὴ καὶ βλαισὸν ἔσεσθαι τὴν τελευτὴν αὐτῷ.* Quicquid sit huius, omnino falsum crediderim Gul. Spencerum, qui ad Origenis in Cels. lib. I. pag. 26. Physiognomonem, de quo loquimur, Zopyrum Thracem, Alcibiadis paedagogum, fuisse statuit. Vide Maximum Tyrium Diss. XXXI. §. 3. *D.*

qui se naturam —] Cod. Duisb. omittit *se*. In seqq. duo Oxx. habent *prospicere* cum Gud. et Duisb. Posterior post *profitebatur* pergit *stupidum dixisset et mulierosum*, quae sunt verba ex loco libri de Fato: idem annotavit de suo Frc. Fabricius. In seqq. unus Ox. cum Aug. omittit *est*, alius habet *quia* pro *qui*; Mon. 1. *in Socratem*. Marb. cum uno Ox. omittit *non*. Gud. et Aug. habent *cognoscerent*. Unus Ox. omittit *autem*, duo eius loco habent *etiam*. Gud. 2. *sublatus* pro *sublevatus*. *Mr.*

cum illa sibi vitia inesse, sed etc.] „Omnes fere nostri libri veteres habent *cum illa sibi signa, sed* r., sine verbo *inesse*, et item multae editiones, nisi quod nonnullae ex iis habent verbum *inesse*. De qua scriptura iudicet lector eruditus. Omnino, ne diutius dissimulem, puto esse suppositam et ex glossa natam, quamquam etiam haec vulgata suspecta est. Quomodo enim possunt *vitia inesse* in

tem Socrate sublevatus, quum illa sibi insita, sed ratione a se deiecta diceret. Ergo ut optima quis valetudine affectus 81.

Socrate, si iam *ratione deiecta* sunt?" *Lambin.* „*Cum illa sibi signa, sed* — habet Cod. Gryph., Victor. et Aldi editio: in qua praeterea verbum unum adest, *inesse*, quod vetustiores quoque Edd. Venetae habent et ex recentioribus Parisiensis Vascosani." *Brut.* „Sic omnes libri, tam Lambin. quam Palat. Vatic. Gryph. et Ed. Victorii; quod apprehendere, quam nugalia vulgi interpolatitia [*cum illa sibi vitia inesse, sed* —], maluimus. Quidam tamen ex coniect. *cum illa sibi ingenita.*" *Gebh.* „Ultimae isti coniecturae favet quoque Bentl., nisi quod *insita* vel *innata* quoque admitti posse dicat." *Verh.*

Illa sibi signa, *sed ratione a se* deiecta *diceret*] Nullo modo ferri potest haec lectio; nec enim *signa*, quibus coniecturas suas faciunt nugivenduli Physiognomones, ratione queunt deiici; nec, si deiecta fuissent, ulla iudicii, quod tulit Zopyrus, daretur ansa. Mihi locum consideranti legendum videbatur, *cum illa* (sc. vitia) *sibi* insita natura, *sed ratione a se* eiecta *diceret*. Si Librariis usitatum calleas scripturae compendium, mutatio levis et exigua censebitur. *D.*

cum illa sibi signa, sed —] „*Signa* ferri non posse recte iudicarunt Bentl. et Dav. Sed quod correxerunt *sibi insita natura, sed* —, nimis recedit a Codd. MSS. quorum nonnulli, ut Edd. veteres, habent *signa inesse* vel *esse*. Minus longe abieris, si legeris: *cum illa, sibi si qua inessent, ratione* —. Erit h. l. *inessent* i. q. *insita essent*. Cur vero Dav. *eiecta* voluerit pro *deiecta*, non video, cum illud aeque bonum sit." *Bouh.* „*illa sibi signa, sed* — Hoc sensu caret. Legendum *insita*, ut et alii coniecere." *Ern.* „Probo, quod Ern. dedit, *insita*. Fortasse tamen propius ad literas foret *innata* (*ingnata*) et ad rem accommodatius. Certe discrimen horum statuitur Fin. IV. 2. 4." *Nissen.*

cum illa sibi insita, sed —] Recipienda fuit egregia Bentleii coniectura, (nam quod addidit Dav. *natura*, non magis necessarium visum est, quam quod correxit *eiecta* pro *deiecta:*) eamque receperunt iam Ern. Wolf. Schz. Or. Nobb. In Ed. Tbn. receptum est *innata*, quod ideo non recepi, quia, si esset Ciceronis, non tam facile corrumpi et in *signa* mutari potuisset. Est autem *sed* omissum in duobus Oxx. Legitur *signa, sed* in Codd. Reg. Gryph. Marb. Gud. 1. 2. Aug. Gud. Mon. 2. (omisso *sed*) Edd. V. Rob. Steph. Gebh. Dav. Oliv.; *signa inesse, sed* habent Codd. D. vetus Car. Stephani, Edd. *Herw.* A. B. S. E. C. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. Leod.; *signa*, omisso *sed*, cum Mon. 2. Ed. P. (Ven. Alt.), *vitia inesse, sed* — Cod. Mon. 1. Edd. M. L. Ald. Boul. Car. Steph. Brut. Goth.; *signa essent, sed* — Cod. Rehd., *signa fuisse, sed* — Vind. 1., *signa naturae a se*, Vind. 2. *Mr.*

Ergo ut optima quisque valetudine affectus potest videri alius alio natura ad aliquem morbum proclivior:] „Hic pro *ut*, quod erat depravatum, feci *alio*." *Lamb.* „Prius legebatur *potest videri alius, ut natura:* Lamb. ex *ut* fecit *alio*. Hanc autem proclivitatem Stoici, ut apud Laërtium est, τοῦ σώματος σύμπτωσιαν dixerunt." *Frc. Fabr.* „Dedi: *potest videri, ut natura ad* — ex quinque Palat. Pith. Vatic. Vulgo *potest videri alius ut* —" *Gebh.* Probat Lambini lectionem Sylburgius eamque a recta sententiae ratione postulari ait. *Mr.*

Ut optima quis *valetudine adfectus potest videri*; at *natura ad aliquem morbum proclivior*] Est ex Cl. Bentleii coniectura. Vulgo, *ut optima* quisque *valetudine adfectus potest videri;* ut *natura* etc. *D.*

ut natura ad aliquem —] „Nihil certius coniectura Bentleii,

potest videri; at natura ad aliquem morbum proclivior: sic animus alius ad alia vitia propensior. Qui autem non

---

quam refert Dav. *ut optima quisque* [non *quisque*, sed *quis*, scripsit Dav. ex Bentleii sententia] *valitudine* [*valetudine*] *affectus potest videri, at naturâ ad* — " *Bouh.* „Pro *ut* legendum *utut*." *Ern.* Hanc coniecturam ab Ernesto in contextum receptam, explicat Nissenius: Etiamsi naturâ — proclivior, nec tamen ad omnes, sed alius ad alium morbum. „Addit: „*Ut* vulgatum non prorsus ineptum videtur: dicitur enim pro *quamvis*." Schützius quoque, Wolf. Or. Nobb. Tbn. servarunt *quisque*, receperunt autem Bentleianum *at*. Solus Lallemannus totam eius coniecturam recipiendam putavit [*ut optima quis — at natura*], solus Olivetus in annot. totam probavit „A Lambino quidem, dicens, huic loco salubritas quaedam data est, verum a Bentleio, ni fallor, salus ipsa." Ernestinum *utut* merito Or. et Kühn. contra Ciceronis usum esse dicunt. Hottingerus, qui in Oliveti Eclogis Bentleii coniecturam totam receptam videret, sed nesciret, unde ea petita sit, restituit *quisque*, delevitque *ut* (ante *natura*,) non substituto *at*, quod fecisse etiam Davisium ait cum Verburgio in margine. Quod si factum est a Davisio, in Ed. 1. fuit: secunda enim et tertia habent *at*. Idem H. verba *optima quisque* etc. explicat: es sey einer auch noch so gesund, additque: *videri* h. l. affirmat sine ulla dubitatione [scripsit videlicet: *potest videri naturâ* etc.], ut Graecum *δοκεῖν*. Ochsnerus Wolfianam sibi lectionem faciliorem etiam videri ait, laudatque de Finn. V. 20: *Itaque ut quisque optime natus institutusque est, esse omnino nolit in vita, si* etc. de Off. III. 5. *Optimo quisque et splendidissimo ingenio longe illam vitam huic anteponit*. Or. denique ad W. scholas suspicatur cum Hottingero particulam (*ut* v. *at*) plane esse delendam, quia lectio partim Wolfiana partim Bentleiana proprie requirere videatur *proclivior est*, nec vero intelligi *proclivior potest videri*. Ego vero, ut meam qualemcunque sententiam addam, ferri non posse illud *quisque* existimo. Alia enim omnium locorum est ratio, quibus legitur: *ut quisque — sic* etc. Est enim in voce *quisque* notio universalitatis, (liceat brevitatis causa uti vocabulo barbaro,) quae a nostro loco plane aliena est, in iis v. c. quos laudavit Ochsn. aliisque omnibus, quos e Cicerone afferre possis. Nostro loco si servaveris *quisque*, sententiam habebis plane perplexam hanc: Ut videri potest, unumquemque esse optima valetudine affectum, at eundem esse natura ad aliquem morbum proclivioremi sic animus alius ad alia vitia esse videri potest propensior. Quo quid contortius et perversius? Quare servavi totam Bentleii emendationem, quae aliquantum certe firmari videtur aliquot Codd. Oxx. in quibus est *quis* pro *quisque*, et *at* pro *ut*. Ego autem locum ita scriptum velim: *Ergo ut optima quispiam valetudine affectus potest videri, at natura est ad aliquem morbum proclivior: sic animus alius* [sc. *est*] *ad alia vitia propensior*. Nihil addo ad sententiam commendandam, nihil ad scriptionem. Restat ut librorum varietates adscribam. *Quisque* habent omnes, exceptis quatuor Oxx. (si fides collationi); post *videri* inseritur *alius* in Edd. A. B. S. E. C. V. M. Asc. 1. 2. Ven. nostr. Junt. Ald. Boul. Brut. Leod. Sylb. Rob. et Car. Steph. Herw. HWolf., in Codd. vocis eius nullum vestigium: *ut natura* habent fere omnes Codd. MSS. itemque Edd. quas dixi, quibus accedit Gebh.: Lambini lectionem supra adscripsi; quatuor, ut videtur, Oxx. habent *at natura*, ut ediderunt, quos supra dixi; Mon. 1. *a natura*: quae scriptio prodit manum correctoris, itemque quod est a pr. m. in Rehd. *et natura*. Unus Ox. habet *sit* pro *sic*. Solus

natura, sed culpa vitiosi esse dicuntur, eorum vitia constant e falsis opinionibus rerum bonarum et malarum, ut sit alius ad alios motus perturbationesque proclivior. Inveteratio autem, ut in corporibus, aegrius depellitur, quam perturbatio: citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur.

Aug. *propensior est:* non male: sed debetur correctori. In Cod. Gud. legitur *sic alius animus. Mr.*

Qui autem non natura, sed culpa vitiosi esse] Cod. Mon. 1. *Quid autem.* Aug. *vitiosi dicuntur,* omisso *esse.* Unus Ox. *culpa vitiorum esse.* Mox scribitur *et falsis* in Cod. uno Ox., *ex falsis* in Vind. 1. Edd. vett. ante Gebh. excepta P., *a falsis* in Cod. Mon. 1. in quo etiam *verum* legitur pro *rerum.* Dedi autem *bonarum et malarum* ex Codd. Reg. Marb. Gud. 2. Vind. 1. 2. Rehd. Gud. Duisb. Mon. 1. 2; reliqui habent *bonarum ac malarum* cum Edd. excepta Dav. quae nobiscum facit. Unus Ox. omittit *et malarum.* Habent *et* sine dubio plures Oxx., quamquam nihil enotatum est. Pergit Gud. *et ut sit. Mr.*

ut sit alius ad alios motus perturbationesque proclivior.] „*Ut sit alius ad alia vitia et motus* — est in manu scripto." *Frc. Fabr.* Hanc codicis collectionem enotavit Goth. in marg. [eademque indidem est in marg. Lambb. et Verb.] immerito notatus a Kleinio in nova Ed. Tullianarum Emendationum Lambini p. 472 sq. Cod. Gud. 2. habet *ut sit alio ad alios,* orto errore ex compendio *alio.* Rehd. *alius ad alia vitia pert.* Duisb. et Mon. 1. ut Cod. Col. In duobus Oxx. est *ut si alius,* in uno *perturbationis,* omisso *proclivior. Mr.*

Inveteratio autem, ut in corporibus aegrius depellitur, quam perturbatio] „Ut Victorius edidit, sic reperi in Pall. prim. tert. quart. quint. Vatican. Alias: *aegrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio.*" *Gebh.* „Haec lectio si vera est, videtur Ciceroni inveterata perturbatio non amplius esse perturbatio. Praeterea alibi de corporis aegrotationibus non utitur perturbationis vocabulo. Quare cum sit in Edd. vett. omnibus *aegrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio,* quam lectionem Codicum auctoritate non plane destitutam arbitror, eam verae lectioni reperiendae ansam praebere existimo huic: *Inveteratio autem, ut in corporibus aegrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio.* Vel: *ut in corporibus aegris aegrius* cet." *Bouh.* Unus Ox. *Inveterato,* Verb. in marg. ex MS. nescio quo *in corporibus aegris tardius depellitur,* duo Oxx. Gud. 2. Edd. A. B. S. C. (marg. C. *aegrius*) Ven. nostr. Asc. 2. Junt. *aegris depellitur,* pergunt Codd. Rehd. (qui pro *aegrius* habet *pigrius*) Aug. Mon. 1. et unus Ox. cum Edd. (exceptis P. V. Rob. Steph.) ante Gebh. *sic in animis quoque perturbatio.* Ceterum habes hoc quoque loco ἅπαξ λεγόμενον, *inveteratio.* Ad v. *citiusque* monet Goerenz. (ad Cic. de Finn. p. 43. et 384.) particulam *que* esse explicantis, vel i. q. *nempe.* Hoc cum non videret Nissen. l. c. p. 105 sq. non bene haec cohaerere cum prioribus existimabat; quare supra legi volebat *et* vel *etiam in corporibus.* In proximis *diuturna* deest in duobus Codd. Oxx.

Quam diuturna lippitudo depellitur] Ultimam vocem non omnino postulat sententia. Certe quum paullo ante dixerit, *inveteratio aegrius* depellitur, *quam perturbatio;* vix dubitem, quin invito Cicerone, repetitionem, nullo modo vel utilem vel elegantem, fecerit librariorum stultitia. *D.*

quam diuturna lippitudo depellitur] Davisio ita obtemperavit Billerbeckius, ut ultimum capitis verbum, ut concinnitati adversum, et

38 82. Sed cognita iam causa perturbationum, quae omnes oriuntur ex iudiciis opinionum et voluntatibus, sit iam huius disputationis modus. Scire autem nos oportet, cognitis, quoad possunt ab homine cognosci, bonorum et malorum finibus, nihil a philosophia posse aut maius aut utilius opta-

---

cum non repetatur idem post *quam perturbatio*, uncinis includeret. Et abest ab uno Ox., in alio legitur *depellatur*, in Gud. 2. idem bis scriptum reperitur. Wopkensio l. c. p. 259. immerito sollicitari videbatur: quod nobis quoque videtur. *Mr.*

c. 38. *Sed cognita iam causa perturbationum,*] Edd. A. B. S. E. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph. Herw. habet *sic* pro *sed:* cuius lectionis vestigia sunt in Gud. 2. qui habet *Si cognita.* Ad v. *causa* explicandam apponit in Annot. Bill. *materiâ, doctrina.* Addendum fuit *causam cognoscere* esse locutionem iudicialem. Vid. Schütz. Lex. Cic. v. *cognoscere* 6. In seqq. Codd. Gud. et Mon. 1. pro *voluntatibus* est *voluptatibus* frequentissima confusione. Pergit Cod. Rehd. *sit huius iam*; Gud. 2. *sed iam huius;* Gud. *sit iam huiusmodi modus disputationis.* Duisb. *sit iam disputationis huius modus.* Locutionem *sit — modus* explicat Or. Verr. II. 17: *nos modum aliquem et finem orationi nostrae faciamus. Mr.*

Scire autem vos oportet — quoad possunt] „Sic plerique libri, Pall. sec. tert. quint. Vatican. alias *nos*, et *possint.*" *Gebh.* In marg. Lambb. et Goth. legitur alios, nescio quos, habere *vos.* Ex nostris quidem Edd. ante Gebh. plane nulla habet *vos:* solus Brut. monet legi sic in Cod. Gryph. *Mr.*

Nos *oportet*] Vulgo *vos.* Ascensius vero, Erasmus, Manucius aliique recte *nos* ediderunt, ut ipse Tullius et adulescens, quocum locutus fingitur, intelligantur. Sic et Balliol. exhibet. [Quod mox scribitur: *dolore ad patiendum levato*, id nec Latine dici videtur, nec ad sensum commode. Lego *dolore levato*, vocibus *ad patiendum* pro librariorum emblemate valere iussis. *Dav.* in Ed. 2. Ad quae nos in annott. seqq. respondemus.] *D.*

Scire autem vos oportet] „Dav. praetulit *nos*, quod est in nonnullis Codd. quibus accedit Reg. Ed. nostra vet. et pleraeque aliae. Nihil differt, utcunque legas." *Bouh.* „Dav. correxit *nos:* ego malim delere *vos.*" *Ern.* „Alio quoque loco, qui iam non succurrit, auditores alloquitur. Quare non video cur *vos* a Dav. et Bipp. in *nos* mutatum sit." *Nissen.* Ego autem non video cur, contra libros et plurimos et optimos, vulgatam ante Gebhardum lectionem mutemus. Habent autem *nos* Codd. Reg. Gud. 2. Aug. Rehd. Gud. Bern. Mon. 2. septem Oxx. Legitur autem *possint* in Edd. ante Gebh. omnibus, sed ex Codd. coniunctivum habent nonnisi Mon. 2. et unus Ox. Pro *quoad* Gud. 1. habet *quod ad*, Rehd. *que*, Duisb. habet *que adpossunt. Mr.*

cognitis — bonorum et malorum finibus, nihil — posse — maius — optari] I. e. praeter doctrinam de summo bono et malo, nullum habet philosophia sive graviorem sive utiliorem locum, quam eos ipsos, quos per hosce quatuor dies tractavimus. — Cod. Mon. 1. omittit *cognosci.* Vind. 1. post *nihil* pergit *posse a philosophia.* Gud. 2. habet *a philosophica.* In seqq. Cod. Mon. 1. habet *mortem — contempt am. Mr.*

a philosophia posse — optari] „Nunquam mihi hic verbum *optari* placuit satis. Requiram verbum aliquod, qualia *exspectari, praestari.*" *Ern.* Non intellexit Ern. *βραχυλογίαν* Ciceronianam. Vult Cicero: *nihil posse optari aut maius aut utilius, quod quidem a philosophia*

ri, quam haec, quae a nobis hoc quatriduo disputata sunt. Morte enim contempta, et dolore ad patiendum levato, adiunximus sedationem aegritudinis: qua nullum homini malum maius est. Etsi enim omnis animi perturbatio gravis est, nec multum differt ab amentia; tamen ita ceteros, quum sunt in aliqua perturbatione aut metus, aut laetitiae, aut cupiditatis, commotos modo et perturbatos dicere solemus:

---

proficisci possit. Pro *aut maius* Cod. Aug. habet *est maius;* Gud. omittit *a* ante *nobis*, unus Ox. *hoc* ante *triduo.* Enumerat in seqq. librorum singulorum argumentum. Verbis *morte contempta* significat librum primum; *dolore — levato* secundum; *sedationem aegritudinis* tertium; §. 84. verbis *de ceteris perturbationibus* hunc ipsum quartum. Verba *dolore ad patiendum levato* intellige: dolore ita levato, ut eum perpeti facilius possimus. Codd. Gud. 2. et Marb. perperam omittunt *ad.* pro *sedationem* Cod. Duisb. habet glossam *sanationem.* Dixit Cicero *sedatio perturbationum animi* de Off. I. 27. 93; supra III. 27. 65. *sedatio maerendi;* de Finn. I. 19. 64. *sedatio animi.* — Mox Cod. Vind. 1. habet *malum homini;* Gud. Duisb. Edd. P. A. B. C. V. M. L. Ven. nosfr. Asc. 1. 2. Junt. Brut. Boul. Goth. Leod. Ald. Sylb. *maius malum est.* Pergit Cod. Gud. 2. *et se enim;* tum unus Ox. *omnis quasi perturbatio. Mr.*

Tamen ita *ceteros*] Media vox in hac structura prorsus est otiosa; quapropter cum Lambino Fabricioque delenda mihi videtur. *D.*

tamen ita ceteros,] „Fort. *tamen ceteros* " Marg. Lambb. et Goth. Et deletum est *ita* in Edd. Lamb. et Frc. Fabr. Probat factum Bouh. Davisius in Ed. 2. suae annotationi, qua probat *itá* eiectum, haec addidit: „vel legendum *attamen ceteros,* quod Codicum lectioni propius accedit." „*Ita* hic offendit. itaque Lambinus deleri voluit. Dav. corrigi voluit *attamen ceteros,* quod non placet. Ego servem, sed post pro *at eos* legam *ut eos.*" *Ern.* „At, monet contra Ernestum Nissen., in his primaria enuntiatio est, quae *ut* non patitur. Equidem *tamen ita* deleverim. Utrumque enim e voce *amentia* male repetita natum videtur." Delevit *ita* Schz. Probat eiectum in scholis Wolfius, uncinis incluserunt Or. et Nobb. praeeunte Wolfio: omittitur *ita* in Cod. Gud. Defendit autem Klotz. Qu. Tull. I. 124. sq. „Ea, ait, particula, qua, quod ante iam est pluribus explicatum, breviter in memoriam redigitur, tum potissimum utuntur, ut intellexisse mihi videor, Romani, quum in ea re maius quiddam pondus sit [est] situm. — Quare ut magis illud, quod ante dictum erat, legenti adhaeresceret, particulam istam adiecit, qua illud denuo repeteret. Quid denique aliud est nostrum so in apodosi positum, quam latinum *ita,* nisi quod nos ea particula fere semper utimur, Latini non nisi ubi iusta esset atque idonea causa usurparunt." Melius explicat Stuerenburg ad Cic. pro Arch. p. 80 dicens: Respondent sibi *ita — cum:* insofern — als. Confert Cic. Brut. 62. 222. *Mr.*

Cum sunt] Vulgo *sint,* adversantibus Reg. Pithoean. et Med. *D.*

quum sunt in aliqua perturbatione.] Dedi *sunt* cum Dav. Wolf. seqq. ex Codd. Reg. Bern. Gud. 1. 2. Aug. Marb. Duisb. et tribus Oxx. Male Ern. servavit *sint.* Cod. Gud. 2. pro *in aliqua* habet *mali quam,* facillimo lapsu. Verba *perturbatione* usque ad *perturbatos* desunt in uno Ox. Post *perturbatos* in Cod. Aug. inseritur *esse.* Mon. 2. post *solemus* pergit cum uno Ox. *et eos:* quo debilitatur sententia, ut Ernestina coniectura *ut eos,* de qua paullo superius dictum est. Verba *sunt in* omittit Cod. Rehd. *Mr.*

at eos, qui se aegritudini dediderunt, miseros, afflictos,
b. aerumnosos, calamitosos. Itaque non fortuito factum videtur, sed a te ratione propositum, ut separatim de aegritudine et de ceteris perturbationibus disputaremus: in ea est enim fons miseriarum et caput. Sed et aegritudinis et reliquorum animi morborum una sanatio est, omnes opinabiles esse et voluntarios, ea reque suscipi, quod ita rectum esse

---

qui se aegritudini dediderunt] „Nonnulli libri veteres habent *dederunt*. alii *dediderunt*, ut edidimus, et item alii ante nos." *Lamb.* Dedisse videtur Frc. Fabr. (quamquam collatio Ed. Fabr. tacet) *dederunt*: habet certe ita lemma annot. eius, in qua scripsit: „*dederunt* esse in libris veteribus, non *dediderunt*, Lambinus admonet." Edidisse videtur etiam Dav. in Ed. 1. *dederunt*. Est enim in Ed. Verb. haec eius annotatio: „Vulgg. *qui se aegritudini dediderunt*: nos autem elegantem illam, quam recepimus, lectionem Petrensi nostro aliisque nonnullis MSStis debemus." Ego vero, quid hoc sit elegantiae, non videre me fateor. Ceterum habent *dederunt* tres Oxx. Vind. 1. Gud. 2. Gud. Mon. 1. 2. Verba *afflictos, aerumnosos, calamitosos* desunt in Cod. Aug. *Mr.*

Itaque non fortuito factum videtur] Legitur *fortuitu* in Cod. Duisb. Edd. A. B. S. Ven. nostr. Asc. 1. Est haec forma etiam in multis libris apud Cic. de Off. I. 29. 103. eaque placuit Heusingero, q. v. ibiq. laudd. itemque Gernhardo: v. ej. annot. ad eum locum, et Beiero. Add. nos ad Cic. de Div. II. 7. p. 319. II. 17. p. 357. II. 28. p. 400. et ad de Fato 9. p. 601. Praeterea Drakenb. ad Liv. II. 28. 1. Sunt autem, qui differentiam utriusque formae hanc statuant, ut, cum *fortuito* dicamus, *casu* subaudiamus, quia sit adiectivum: si cum *casu* iungatur [veluti in locutione *casu et fortuitu*, Ad Herenn. I. 11.] *fortuitu* esse dicendum, quod re vera Adverbium est. Ita Forcellin. in Lex. h. v. p. 318. a. ed. Germ. *Mr.*

sed a te ratione propositum] Vocem *te* omittit Cod. Rehd. In Vind. 1. est *praepositum*; in Marb. *seperatim*. Mon. 1. habet *separatim et de aegritudine et de ceteris pert.* Quod videtur correctoris, qui vellet significare, separatim *de aegritudine* disputatum esse libro tertio, separatim deinde *de ceteris perturbationibus* libro quarto. Certe sic intelligi debent verba Ciceronis *et de ceteris*. — Post *disputaremus* Gud. 2. pergit *Haec enim est*, Mon. 1. Duisb. *in ea enim est*, Rehd. *in ea est finis*, omisso *enim*. Post *sed* deest *et* in duobus Oxx. Aug. Mon. 1. In seqq. Bouhierius assentit Bentleio, legenti *Sed quia* etc. q. v. Quod post *una sanatio* sequitur acc. c. inf., id per breviloquentiam factum est: intelligendum est nimirum: *reputandum* v. *cogitandum enim, omnes* etc. Vocem *animi* omittit Gud. 2. Post *opinabiles esse* omittitur *et* in Cod. Aug. Pergit Gud. *voluptarios*, Mon. 1. *voluntarias*. *Mr.*

eaque re suscipi] „Sic melius Petrens. Ven. 1491. et Froben., quam vulgg. *ea reque suscipi*. Mox in Norvic. est *non modo non beati*. Secunda vero particula negans minime est necessaria, cum eam praetermittere soleant scriptores optimi, ut ostendimus ad lib. II. c. 5." *Dav.* in Ed. 1. Scribitur *ea reque* in Codd. Oxx. sex. Reg. (sine dubio) Gud. 1. (sed *quae*, pro *que*) 2. Marb. Gud. Rehd. Vind. 2. Edd. V. Rob. Steph. Herw. Gebh. Dav. (Edd. 2. 3.) Ern. seqq. Monet W. in scholis non esse scribendum *eaque re*, quia *ea re* sit quasi unum vocabulum, ut *quare, quomodo*. Bene. Sed separantur in locutione *deque ea re* et *eaque de re*. Posterior hoc loco est in Cod.

videatur. Hunc errorem, quasi radicem malorum omnium, stirpitus philosophia se extracturam pollicetur. Demus igi- 84.
tur nos huic excolendos, patiamurque nos sanari. His enim malis insidentibus non modo beati, sed ne sani quidem esse

---

Mon. 1. In uno Ox. legitur *ea re quoque*. Dixit autem Cicero eadem, qua hic, sententia, *ea re* de Off. III. 13: *ea re, quia turpe sit*; Acadd. II. 34. 111: *ea re* —, *quod videretur* — et posteriore quidem loco lectionem, quia est latinitatis selectioris, sollicitant Grut. et Dav. monente Goerenzio. Pergunt Edd. Boul. Lambb. *quo ita rectum esse videatur*: idque voluisse edere etiam Gothofredum, inde patet, quod in marg. cum Lambb. habet omnes Codd. vett. exhibere *quod*. Sed *quod* in ipso Gothofredi contextu est. Legitur haud raro apud Ciceronem *non, quo* (ubi sunt qui reponant *non, quod*) de qua formula vid. Beier. ad Fragmm. Oratt. Cic. p. 147. sq. Orell. ad Cic. Orator. ed. Beieri p. 31. Sed memorabilis est locus Cic. de Rep. III. 37. p. 390. ubi item est *non quo*, praecedente, quam hic habemus, formula *ea re*. Ita enim ibi scripsit: *et cum ea re bonum virum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit, non intelligunt, se de callido homine loqui, non de bono viro*. Ubi vid. nostr. ann. In Cod. Marb. est *suscepi*. Mox Mon. 1. *hinc errorem*. Idem cum Mon. 2. Edd. P. A. B. S. E. V. et omnibus nostris ante Gebh. habet *omnium malorum*. Vocis *stirpitus*, quae uno hoc loco apud Ciceronem legitur, glossam habet Cod. Mon. 2. *funditus*. In uno Ox. est *stirpis*. Pergit Marb. *philosophi a se*: de quo corruptionum genere frequentissimo (cui similis est error §. 82. *mali qua* pro *in aliqua*) vid. Scioppii Artem Criticam p. 83. sq. — Duisb. habet *se philosophia*, Aug. *philosophiam se extracturam se poll*. Verb. ex Cod. nescio quo enotavit in marg. *exacturam*. In nostris libris nullum est eius lectionis vestigium: neque ea conveniret cum verbis *radicem* et *stirpitus*. Cod. Marb. habet *pollicentur*. *Mr*.

Demus igitur] Sic Reg. et Pithoean. Vulgo *demus ergo*. Nihil interest: sequendi tamen videbantur optimi Codices. *D*.

Demus igitur nos huic excolendos,] Codd. tres Oxx. et multae Edd. vett. habent *demus ergo*. Sed *igitur* est in Codd. reliquis omnibus, et Edd. P. V. Ven. Alt. Rob. Steph. Herw. Dav. Wolf. Schz. Or. Cod. Duisb. habet *demus nos igitur*, Rehd. *igitur huic nos*. Gud. omittit *huic*. Gud. 2. *nos* nonnisi supra lin. scriptum habet. In duob. Oxx. est *excolendo*; in Ed. P. *patiamur*, omisso *que*; unus Ox. omittit sequens *nos*. Et potest Accusativus Pronominis personalis omitti in Accusat. cum Inf. Vid. Beier. ad Cic. de Off. II. 13. 46. p. 91. ibi. laudd. eundem ad Cic. Frgmm. Oratt. p. 127. p. 169. Sed nolim ideo deletum h. l. *nos*. Pro *his* est *iis* in Edd. P. A. B. C. V. Ven. nostr. Asc. 1. 2. Junt. Rob. Steph. Herw., itemque in Cod. Mon. 2. *Hiis* habent Codd. Gud. et Duisb. *Mr*.

His enim malis insidentibus] *Insidiantibus* habet optimus Pal. quod Gebhardus observavit. Nisi verborum fuisset perparcus; Lectores eadem opera monere potuit, quam stulta sit et ad rem nihil faciat ista lectio. *D*.

insidentibus] Unus Ox. *desidentibus*. Ad seqq. *non modo beati, sed ne sani quidem*, quae structura Ciceroni est frequentissima, nolo libros Grammaticos excitare vel nostras aliorumve de ea annotationes satis numerosas; laudabo modo H. Meyerum, cui praeclaram Oratoris Ciceroniani itemque praestantissimam Fragmentorum Oratorum Romanorum collectionem debemus, qui ad Or. 2, 5. hanc de ea re ponit regulam: „Si verbum illud, ad quod secundum *non* in locutione *non*

possumus. Aut igitur negemus quicquam ratione confici, quum contra nihil sine ratione recte fieri possit: aut, quum philosophia ex rationum collatione constet, ab ea, si et boni et beati volumus esse, omnia adiumenta et auxilia petamus bene beateque vivendi.

---

modo non pertinere debet, in priore iam enuntiatione sive membro prolatum est, tum necessario *non modo non* ponendum erit. nam cum alterum *non* omittis, caret sane tota sententia sensu. Contra, si illud vocabulum, ad quod *non* pertinet, in sequenti demum membro, ubi *ne — quidem* inest, affertur, tum in priori membro falsum esset *non modo non*, quia alterum *non* nihil haberet, ad quod referretur.“ Exempla vide apud ipsum. Illud addo ad regulam, quod intelligi quidem potest, nec vero dictum est: necessario tum poni *non modo non*, cum utraque enuntiatio peculiare habeat verbum. — In Cod. Gud. 1. scriptum est *mommodo*, mira Literarum assimilatione. Post *beati* pergit Cod. Gud. 2. *sed nec sani quidem*: quae scriptio in hac formula multis locis in libris vett. MSS. et editis reperitur. Et *nec — quidem* suis locis rectum esse, monet Beierus ad Cic. Fragmm. Oratt. p. 31. Utrumque subtiliter distinxit Gernhard. ad Cic. Cat. maj. IX. 27. p. 51. Adde nos ad Cic. de Div. I. 9. p. 42. sq. ib. ad II. 35. p. 175. et ad I. 50. p. 248. *Mr.*

Aut igitur negemus —] Unus Ox. *negamus*; Marb. *rationi confici*. Duisb. *quum constet, nihil — recte fieri posse*. Habes manum correctoris Ciceronem corrigentis. *Recte* deest in uno Ox. quod fortasse aliquis item correctori tribuat: ego similitudini compendiorum vocum *ratione* et *recte*. Cod. Aug. *fieri posse recte*. Cod. Vind. 1. habet *possit fieri*. Gud. 2. habet *rationi* et mox *consolatione*. *Mr.*

cum philosophia ex rationum collatione constet,] „i. e. in ea rationes rerum omnium tradantur et explicentur.“ *Ern.* „*rationum* i. e. *sententiarum* e ratione vel cogitatione natarum.“ *Kühn.* In duob. Oxx. scribitur *ratione*, omisso *collatione*: in Marb. contra haec vox bis scripta est. Post *si* omissum est *et* in uno Ox. Vind. 1. Mon. 1. Rehd. Duisb. Mox Rehd. *iumenta* pro *adiumenta*, ridicule. Mon. 1. *putamus*. *Mr.*

bene beateque vivendi.] In fine libri Cod. Aug. habet: *Explicit lib. IV. incip. V. et ultimus Tusculanar. quaestion. continens virtutem satis esse ad beatam vitam sive ad beate vivendum.*; Gud. 1. *M. Tullii Ciceronis Tusculanarum liber IIII. explicit. incipit liber V.*; Duisb. *Marci Tullii Ciceronis de Tusculanis Questionibus liber Quartus explicit. Incipit quintus.* Mon. 1. *M. T. C. Tusculanarum Disputationum Quartus Explicit Liber. Incipit Liber Quintus.* Mon. 2. *M. T. C. Tusculanarum Questionum Quod Ad Bene Beateque Vivendum Virtus Se Ipsa Contenta Sit Liber Ultimus Feliciter incipit. Mr.*

Hanoverae typis fratrum Jaenecke.